Eccl.6.a q̃dem amicos, unum aũt h̃re conſiliariũ
Mat.11.a de mille, diſcas p̄curſoris dñi exemplo, non ſolum mollibꝰ non ueſtiri, ſed nec in modum uento agitatæ arundinis circũferri oĩ uento doctrinæ, diſcas ex euan-
gelio domum tuam ſupra petrã fundare, diſcas & cũ diſcipulis ſerpentis non Mat.7.d
obliuiſci prudentiam cum ſimplicitate Mat.10.b
columbæ, & tam ex his quã ex alijs atq; alijs ſcripturaꝝ teſtimonijs hanc colligas ſũmam, quantum tibi uidelicet uſq; mõ milleformis ille ſeductor illuſit, qui cum in te boni initiũ nõ ualuit p̄pedire, inuidit p̄ſeuerantiæ. Hoc nimiꝝ ſuæ poſſe ſufficere malitiæ iudicans, ſi hãc poſſet auferre tibi, quam ſolam uirtutũ nouerat coronari. Obſecro te per uiſcera miſericordiæ Chriſti ut nullatenus abeas, aut uel non prius quam ad nos loco quidem opportuno uenias loqui, ſi qd̕ forte tantis malis, quæ iam nobis ex ueſtra diſceſſione, aut ueniſſe ſentimus, aut uentura metuimus, queat remedium inueniri. Vale.

Ad Brunonem Colonienſem, unde ſupra Epiſtola 6.

D Omino Brunoni Colonienſi uiro illuſtri, & dilecto ſuo fr̃ Bernardus abbas dictus de Claraualle ſalutẽ, & ſiq̃d põt p̄ctõris oro. Ex quo dudũ Remis nr̃i inuicẽ utriq; gratã cepimꝰ notitiã, nõ puto uos nr̃e penitus

fuiſſe paruitatis oblitum. Et ob hoc non
timidè tanq̃ ad extraneum, ſed fidentiſ-
ſimè ſcribo ad uos q̃cũq; uolo, ut ad no-
tum & familiarem nrm. Arnoldus ab-
bas Morimundenſis in graue totius nri
ordinis ſcandalum, ſuum nup monaſte-
rium ſatis inordinatè deſeruit. Quippe q
nec coabbatum ſuorũ in tam ſcrupulo-
ſo facto expectauit conſilium, nec ipſius
cui præcipuam debebat ſubiectionem,
abbatis. ſ. Ciſtercienſis licentiam uel aſ-
ſenſum. Sed cum eſſet hõ ſub ptãte, hñs
& ipſe ſub ſe milites, ptãtis impatiens
ſuperioris, alienum quidem iugum à p-
pria ceruice ſuperbus abiecit, ſuum aũt
ſuperbior in ſubiectos retinuit. Siqdem
de magna multitudine monachorum
quos circuiẽs mare, & aridam inaniter
congregarat, non Xp̃o, ſed ſibi, paucis
admodum, hiſq; ſimpliciorib. ac remiſ-
ſiorib. relictis d̃ſolatis, meliores quoſq;
& perfectiores ſui ſocios erroris aſſum-
pſit. Inter quos tres quorũ nos maximè
ablatione turbauit, auſus eſt etiam ſedu
cere, & ſecum ducere ſtatuit. Eurardum
uidelicet frẽm nrm, & Adam quem bñ
noſtis, nobilemq; illum puerũ Cõradũ,
quem & pridem non ſine ſcandalo tule
rat de Colonia. Quos tñ, ſi operam da-
re uolueritis, uña confidimus poſſe reuo
cari induſtria. Nam de ipſius Arnoldi re
uocatione: quia iam in plurib. eius infle-
xibilis aĩ obſtinationem pbauimus, in-
caſſum laborare uos nolumus. Audiui-
mus aũt Eurardum & Adam, & nõnul
los eiuſdem conſortij alios fr̃es, in uñs
adhuc partib. demorari. Qđ ſi uerũ eſt,
oportet uos eos p uos interim, ſi digna-
mini, conuenire, flectere precib. rõne cõ
uincere, & columbinam eorũ ſimplicita
tem prudentia inſtruere ſerpentina, ne
putent obedientiam inobedienti adhæ
rere, ne licite ſequi ſe poſſe confidant ua
gantem illicite, ne ſeducanẽ deſerere p-
feſſum ordinem pp inordinatũ hoĩem,
cum ipm quoq; angelũ de cœlo, ſi aliud
Gala 1. b eis euangelizauerit, dubitare non opor
teat ap̃lica authoritate anathema dice-
re: & ab ipſo doceanẽ ap̃lo, ſe ab oĩ fr̃e
inquietè ambulante debere ſubtrahere.
Qui uos quoq; doceat non ſuperbè ſa- 2. The. 3. b
pere, nec ſperare in incerto diuitiarũ, do- 1. Ti. 6. d
nec omnib. abrenunciantem probatum
ſibi Chriſtus uendicet diſcipl̃m, Valete.

Ad Adam monachum, unde ſupra, in qua monet eum ut mortuo abbate redeat, & quod non debuit ei obedire,
Epiſtola 7.

SI maneres in charitate quam in
te olim, aut nouimus, aut puta-
uimus, charitatis pfectò dam-
na ſentires, q̃ utiq; ſunt ſcandala puſillo
rum. Nec. n. charitas charitatem offen-
deret, aut contẽneret cum ſentiret offen
ſam. Nam ſeipſam non põt negare, nec
enim ĩ ſe diuiſa eſt. Nouit potius in ſe di-
uiſa coniungere, coniuncta diuidere ne-
ſcit. Proinde, ut dixi: ſi maneret in te, nõ
ſileret, non qeſceret, nõ diſſimularet, ge-
mens & æſtuans, & intra pium pectus
tuum proculdubio ſubmurmurãs illud,
Quis ſcandalizaẽ, & ego non uror? Si- 2. Cor. 11. g
quidem benigna eſt. Pacem diligit, con
gaudet unitati. Sola quippe eſt quæ illã
gñat, colligat, ſolidat, & conſeruat ubi-
cũq; ſeruari cognoſciẽ in uinculo pacis.
Infenſa ergo uobis hac tam honorabili
mr̃e unitatis & pacis, quo pacto quæſo
uñm qđcũq; ſacrificium deo fore acce-
ptum præſumitis, cũ abſq; illa nec mar-
tyrium qdem aliqd eſſe putet ap̃ls? Aut 1. Cor. 13. a
qua rõne uobis forte infenſam non eſſe
confiditis, c⁹ caſtis uiſcerib. c⁹ charis pi
gnorib. tam inhumanè agendo non pep
ciſtis, nec parcitis, ſcindentes unitatem,
rũpentes uinculũ pacis? Ponendũ eſt er-
go munus qđcunq; offerre paratis, &
pri⁹ hñti aduerſum uos nõ fr̃i, ſed fr̃um
multitudini reconciliandũ. Ecce nimirũ
uniuerſæ fr̃nitatis unitas aduerſũ uñam
paucitatẽ: quodã ueluti ueſtri diſceſſus
gladio ſauciata conq̃riẽ, q̃ſi q̃ plangens
miſerabil̃r dicat, Filij mr̃is meæ pugna-
uerunt contra me. Et merito. Qui. n. non Canti. 1. d
eſt cũ illa, cõtra illã eſt. Putas ſine gemi-
tu tã iuſtũ filię gemitũ pia poſſit mr̃ cha
ritas audire? Iõ & ipſa nr̃is lachrymis Eſa. 1. a
iungens ſuas ait de uobis. Filios enutrui Ephe. 2. c
& exaltaui,

& exaltaui, ipi ãt ſpreuerẽt me. Charitas
ipẽ deus eſt. Pax nr̃a Xp̃s, q fecit utraq;
unũ. In trinitate unitas maximè cõmen
daẽ. Cui ergo charitas, pax & unitas ira
ta cognoſciẽ: qd hẽt in regno Chriſti &
dei? Sed forſitã dicis, Abbas nr̃ abdu-
xit nos, & ſecũ ire p̃cepit, nũ inobedien
tes eſſe debuimus? Scis qdem, niſi forte
oblitus ſis, qd q̃dã die cõicato mecũ iã
cõſpirati ſcãdali cõſilio, ac diligẽter mu
tua collationẽ diſcuſſo, inter nos conue
Pſal. 1. a nerit. In quo ſi p̃manſiſſes, & de te illud
nõ incõgruè diceretur: Btũs uir qui non
abijt in conſilio impiorũ. Sed eſto. De-
buiſtis obedire filij pr̃i, magr̃m ſeq di-
ſcipuli. Licuerit certè abbati monachos
ſuos ducere quo libuerit, & docere qđ
uoluerit, ſed quãdiu uixit. Nũc ṽò mor-
tuo illo, quẽ uel audire doctorẽ, uel ſeq
ducẽ cogimini, quo adhuc tã graue ſcã
dalũ emẽdare cũctemini? Quis iã prohi
Hiere. 8. b bet nõ dico me, ſed deũ nr̃m p os Hiere.
benigne uos reuocãtẽ audire? Ait. n. Nũ
quid q cecidit, nõ reſurget, aut q auer-
ſus eſt, non reuerteẽ? An & ille moriens
ĩterdixit ne uel poſt caſum tẽtetis reſur
gere, poſt auerſionẽ mutire audeatis de
reuerſione? Ita'ne ẽt defuncto neceſſe eſt
uos obedire, & obedire cõtra charita-
tẽ, obedire in ur̃æ ipſorũ ſalutis piculũ?
Sed arbitror qđ neq̃q; firmius ſeu tena-
cius dices eſſe uinculũ abbatũ ad ſub-
ditos, quã cõiugũ ad ſeipſos, quorũ qp-
Mat. 19. a pe deus copulã, & nõ hõ, inuiolabili li-
Rom. 7. a gauit ſacr̃o, loquẽte ſaluatore. Qđ deus
cõiũxit, hõ non ſeparet. Ap̃lo aũt aſſe-
rente ſolutam eſſe mulierem à lege uiri
mortuo illo, tu te abbatis exiſtimas de
functi lege teneri, & hoc contra legẽ q̃
ſanctior eſt, legẽ uidelicet charitatis? Et
hæc dixi nõ qđ putẽ uos uel uiuenti in
hoc paruiſſe debere, aut uel dicendã eſſe
obediẽtiã ſic paruiſſe. Alioqn gñalis de
Pſa. 124. a hmõi illa ſnĩa eſt, Declinãtes aũt in obli
gationes, adducet dñs cũ opantib. iniq
tatẽ. At ne forte qs abbatum ẽt in malo
obedientiã ab hoc maledicto libam eſ-
ſe contẽdat, audi alibi aptius, Filius nõ
Eze. 18. c portabit iniqtatem patris, & pater non
portabit iniqtatẽ filij. Ex his ergo liqdo
apparet mala impantib. nõ eſſe paren-
dũ, p̃ſertim dũ prauis obtẽperãs impijs,
in quo hoĩ uideris obediẽs, deo planè q
omne qđ pperam agiẽ, interdixit, inobe
dientẽ te exhibes. Valde aũt peruerſum
eſt pfiteri te obedientẽ in quo noſceris
ſupiorem pp inferiorem. i. diuinam pp
humanam ſoluere obedientiã. Quid. n?
Qđ iubet hõ, prohibet deus, & ego au
diã hoĩem, ſurdus deo? Nõ ſic ap̃li. Cla Actio. 5. c
mãt qppe dicentes, Melius eſt obedire Mat. 15. a
deo, quam hoĩb. Hinc dñs in euangelio Eſa. 29. d
phariſæos increpans: Qr̃ et uos, inquit,
tranſgredimini mãdatũ dei pp traditio
nẽ ur̃am? Et per Eſaiã, Sine cã aũt, ait, co Gen. 3. c
lunt me, mandata & doctrinas hoĩum
tenẽtes. Et itẽ ad ptoplaſtũ: Pro eo qđ
obediſti uoci uxoris tuæ pluſq; meæ,
maledicta terra in ope tuo. Igitur facere
malũ quolibet ẽt iubẽte, cõſtat non eſſe
obediẽtiã, ſed potius inobediẽtiã. Sanè
hoc aduertendũ qđ q̃dã ſunt pura bo-
na, q̃dã pura mala, & in his nullã debe-
ri hoĩb. obediẽtiam: qm̃ nec illa omittẽ
da ſunt ẽt cũ phibenẽ, nec iſta uel cũ iu-
benẽ committenda. Porrò inter hæc ſũt
media q̃dã, quę pro modo, loco, tpe uel
pſona, & mala pñt eſſe, & bona, et ĩ his
lex poſita eſt obedientiæ, tanq; in ligno
ſciæ boni & mali, qđ erat in medio pa-
radiſi. In his profecto phas non eſt nr̃m
ſenſum ſnĩæ pręſcribere magr̃orũ. In his
oĩno p̃latorũ nec iuſſio nec phibitio cõ
temnenda. Videamus ne forte tale fue-
rit quod arguimus in uobis: & ob hoc
forſitã argui nõ debuerit. Quod euiden
tius elucebit, ſi p̃miſſæ diuiſionis exem-
pla ſubiecero. Fides, ſpes, charitas, & cę
tera hmõi: pura ſunt bona, q̃ qa male nõ
poſſunt uel iuberi uel teneri, bene non
poſſunt uel prohiberi uel non teneri. Pu
ra mala ſunt: furtum, ſacrilegium, adul-
terium, & cætera talia, quæ utique nec
uel bene præcipi uel perfici poſſunt, nec
male prohiberi uel non fieri. Aduerſus
huiuſmodi non eſt lex. Nullius quip-
pe prohibitio ualet obuiare præceptis:
nullius iuſſio præiudicare prohibitis.

UNIVERSITARIA DE GRANADA

Sunt deinde media quæ quidem per ſe
nec bona eſſe noſcunt̃ nec mala : pñt tñ
indifferenter & bñ pariter & male uel
ꝓhiberi uel iuberi,ſed male nullatenus ĩ
his à ſubditis obediri. Ex his ſunt,ut exẽ
pli grã ponã,ieiunare:uigilare,legere,et
q̃cꝗ talia. Sciendũ ỽò quia media q̃dã ĩ
puroꝝ plerũque bonoꝝ ſeu maloꝝ trã
ſeũt rõnem. Nã cõiugiũ cũ et fieri liceat,
et non fieri:factũ iã ſolui nõ licet. Quod
ergo añ nuptias mediũ eſſe liquebat: in
iã coniugatis puri boni uim obtinet. Itẽ
ꝓpria poſſidere, ſcl'ari q̲dem hoĩ mediũ
eſt:qm̃ & nõ poſſidere licet, monacho
ỽò q̲a poſſidere nõ licet,puꝝ malũ eſt.
Vides ne iã fr̃, ur̃m factũ cui potiſſimũ
mẽbro diuiſiõis cõueniat? Si puris aptã
dũ bonis: ꝓbabile eſt. Si puris malis de
putandũ,uituꝑabile eſt. Sin ỽò collocã
dũ inter media:uia q̲dem excuſari forſi-
tan põt ꝑꝑ obediẽtiã,mora uerò penit⁹
non põt q̃ non fit ꝑ obediẽtiam. Nam
mortuo iã abbati, ſiq̲d añ iuſſit qđ non
debuit:neq̃q̃ eſſe parendũ, ſuꝑior pate
fecit diſputatio. Etſi res ꝑ ſe iã ſatis elu-
ceſcat,tñ ꝑꝑ quoſdam q̲ q̃runt occaſio
nẽ ubi rõ nõ ſuppeditat, claꝝ faciã br̃,
& ita claꝝ ut oĩs dubietatis umbra di-
ſpareat:qđ nec puꝝ nec mediũ bonũ,
ſed planè puꝝ fuerit malũ ſic obediſſe,
ſic ur̃m monaſteriũ reliq̲ſſe. Et q̲dem ta
ceo de mortuo, q̲ ſuũ & ſolũ iam iudicẽ
hẽt deũ,et uerè nũc ſuo dño aut ſtat aut
cadit : ne fortè indignans & merito in-
dignãs dicat deus: Tulerũt hoĩes à me
iudiciũ. Tñ ad correctionem uiuentiũ,
non q̲dem qđ geſſit,ſed qđ iuſſit,diſcu
tio,utrũ uidelicet illa iuſſio uim hr̃e de-
buerit,q̃tenus in ſcãdalũ multoꝝ ei fue
rit obſequendũ. Et p̃mittendũ qđ ſiqui
ſimpl'r,nihilꝗ ſuſpicantes mali,male li-
cet ꝓficiſcentẽ ſecuti ſunt putãtes eum
epĩ Lingonẽſis & abbatis Ciſterciẽſis
(nã utrĩꝗ debitor erat) licentia ꝓficiſci
(qđ utiꝗ nõnullos de illo comitatu ſic
crediſſe incredibile nõ eſt) nr̃a hæc il-
los nõ tãgit reprehenſio,dummodo ubi
cõpererint ſine mora regrediant̃. Igr̃ ad
uerſus illos tm̃,immo pro illis ſermo eſt

nob̃,q̲ ſcientes & prudẽtes miſerũt ma
nus in ignem,q̲ cõſcĳ p̃ſumptionis,ſecu
ti ſunt p̃ſumptorẽ, non audientes apl'm
ꝓhibentem & denũciantem ut ſe ab oĩ
fr̃e ambulãte inordinate ſubtraheret̃,
contemnentes & ipſius dñi uocẽ dicen
tis: Qui nõ colligit mecũ,diſpergit. Vos 2. The.3.b
frẽs,uos,inq̃,apte & ſpecial'r notat il- Matt.12.c
lud apud Hiere. qđ cum dolore quidẽ
reminiſcor,opprobrium: Hæc eſt,inq̲t, Hiere. 7.c
gens q̃ non audiuit uocẽ dei ſui. Dei.n.
ꝓpriè uox eſt iſta: hoſtem ſuum proprio
deſignantis ex offõ, & tanq̃ digito de-
monſtrantis,ut ſimplices ab eius impio
deterreat cõſectatu. Qui nõ eſt,inquit,
mecũ diſpergit. Ac ſi dicat: In hoc te iã
mecum nõ eſſe intelligas,ſi ſequeris di-
ſperſorem. Deo ergo clamante. Qui nõ
colligit mecum,diſpergit, ſequi uos o-
portuit diſperſorem? Deo,inq̃,uos inui
tante ad colligendum, hoĩ potius ad di
ſpergendum obſeq debebatis? Magr̃os
cõtẽnebat,ſubditos exponebat, ſocios
conturbabat: & uos uidentes furẽ cur-
rebaris cũ eo? Silere de mortuo ſtatue-
rã,ſed cõpulſus ſum,fateor,aliquantulũ
p̃tergredi,dũ nõ potuit improbari obe
ditio: ſi nõ reproba mõſtraret̃ & iuſſio.
Porrò iuſſio hoĩs & actio cũ diuerſa nõ
fuerint,impoſ'e uiſum eſt unam ſine alte
ra uel approbari uel reſpui. Liquet tñ
huiuſcemodi iuſſioni non fuiſſe obtem-
perandum,deo quippe imperante con
traria. Item maiorum inſtitutis, mino-
rum non eſſe præponenda,aut commu
nibus priuata non præiudicare imperia
quis dubitat? Nam ex regula ſancti Be
nedicti hoc habemus. Poſſem quidem
abbatem Ciſtercienſem ad medium de
ducere,qui utique ſuperior illo quantũ
pater filio,quantum magr̃ diſcipulo,q̃-
tum deniquẽ abbas commiſſo ſibi mo-
nacho,merito ſe à uobis ꝑꝑ ipſum que-
ritur fuiſſe contẽptum. Poſſem & epm̃
cuius nihilominus quia nõ fuit expecta
tus conſenſus,inexcuſabilis eſt & contẽ
tus,cum ad ipſos & de ipſis dñs dicat :
Qui uos ſpernit,me ſpernit. Sed qm̃ his
poſſet ambob⁹ opponi & anteponi Ro Luc.10.c

mani põtificis tanq̃ grauior authoritas
cuius quippe uos aiunt p̃munitos fuiſſe
licentia,quæ & ipſa licẽtia ſuo quidem
loco erit diſcutienda,talis potius ꝓferat̃
cuius oĩno fas non ſit authoritati cõtra
Heb.9.c dicere. Certe ſummus ille pontifex qui
per ſanguinem proprium ſolus & ſemel
introiuit in ſctã æterna redemptione in
Mat. 18.a uenta,terrifica uoce denunciat in euãge
lio,nequis unum de puſillis eius audeat
ſcandalizare. Vob̃ aũt unius donet̃ ſcã-
dalum,ſi non ultra proceſſit malum. Fa
cilis ſequatur uenia culpam,ex qua gra
ue damnum non oritur. Nunc uero qđ
dubium nõ eſt plurib. ſcandalizatis, q̲s
aperte nõ uideat q̃ inhumanè humanã
iuſſionem diuinæ p̃tuleritis? Qđ quidẽ
audere,quis niſi amẽs dicere audeat bo
nũ eſſe,aut bonũ fieri poſſe, quãtælibet
dignitatis hoĩe p̃cipiente? Qđ autẽ nec
bonum eſt,nec bñ fieri põt,puꝝ procul
dubio malũ eſt. Vñ conſequẽter aduerti
tur ꝙ iter ur̃m in multoꝝ uſurpatũ ſcã-
dalum,ac ꝑ hoc & cõtra dei mandatũ,
nõ puꝝ bonũ aut mediũ, ſed puꝝ oĩno
fuerit malum,qm̃ q̲dẽ & puꝝ bonũ ſꝑ
bonũ eſt, & mediũ bñ fieri põt. Q̃uo er
go uel abbatis iuſſio uel papę ꝑmiſſio li
citum facere ualuit qđ puꝝ (ſicut irrefu
tabil'r ꝓbatum eſt) malũ fuit, cum ſupe
rius nihilominus allegatum ſit ea q̃ hu-
iuſcemodi ſunt. i. pura mala, ut nunq̃ iu
ſte iuberi,ſic nec licite poſſe fieri? Vides
q̃ inanis excuſatio de humana obediẽ-
tia,ubi in deũ cõuincit̃ facta trãſgreſſio?
Nec timẽdum mihi arbitror ꝙ ad illud
dñi rñſum de ſibi nũciato ſcãdalo pha-
riſæoꝝ refugias,ut q̃uo ille nihili pende
bat dicẽs: Sinite illos,cæci ſunt,et duces
Matt. 15.b cæcoꝝ,ita & nr̃a uob̃ ſcandala nõ eſſe
timẽda exiſtimes. Vides nẽpe q̃ nil ſil'e
hẽat in hac parte ꝓportio. Nã ſi compa
res ꝑſonas,illic phariſæi ſuꝑbi, hic pau-
peres Xp̃i ſcandalizant̃. Si cãs, hic leui-
tas,ibi ueritas in cã eſſe dignoſcit̃. Rur-
ſus,qđ & ſuperius ꝓpoſitũ eſt,uos non
ſolũ diuinis humana, ſed & cõibus pri-
uata p̃tuliſſe impia,hoc ſolum ad ꝓba-
tionẽ ſufficiat,qđ ur̃æ illi & nouitati in

ſolitæ, & inſolẽti p̃ſumptioni: nõ tm̃ nr̃i
ordinis uniuerſitas, ſed ẽt oĩum mona-
ſterioꝝ & conſuetudo & inſtitutio re-
clamare ur̃. Qđ & uos quoꝗ nõ imme
rito timentes,nec ſatis de propria cã cõ
fidentes,remorſas ac remordentes con
ſcías,apl'ica conati eſtis delinire licẽtia.
O friuolũ ſatis remediũ,qđ nõ eſt aliud
niſi more ꝓtoplaſtoꝝ cauteriatis con-
ſciẽtĳs texere ꝑizomata,uidelicet ad ue
lamẽtũ,nõ ad medicamentum. Apl'icã,
inquiunt,licentiam quæſiuimus, & im-
petrauimus, Vtinam non licentiam q̃ſiſ
ſetis,ſed conſilium. i. non ut liceret, ſed
an liceret. Vñ tñ quęrebatis licentiam?
Vt liceret qđ non licebat? Facere itaque
uolebatis quod non licebat. Sed quod
non licebat,malum erat. Mala igit̃ erat
intentio,quæ in malum tendebat. Niſi
forte tale hoc fuiſſe dicatur,quod abſq̃
licentia quidem non liceret,liceret autẽ
ſi cum licentia fieret. Veꝝ id iam ſupe-
rius inuincibili excluſum eſt rõne. Nec
.n. deus ubi ait: Nolite contẽnere unum
ex ĳs puſillis q̲ in me credũt: addidit ẽt
niſi cũ licẽtia,aut dicens, Qui ſcandali-
zauerit unum de puſillis meis & cæte- Mat. 18.a
ra. Determinauit ſubiũgens ſine licẽtia.
Cõſtat igr̃ ubi ueritas, & ueritas neceſ-
ſaria ĩ cã nõ eſt, nec licite ſcandalũ qđ-
libet poſſe à quolibet committi,nec iu-
ſte p̃cipi,nec innoxiè conſentiri. Huius
tñ patrãdi mali q̃rendã putaſtis eſſe li-
centiam. Sed ad quid? An ut quanto li-
centius,tanto ſecurius, & quo ſecurius,
eo & periculoſius peccaretis? Mira cau
tela, & ſtupenda prouidentia. Malum
quod iam corde conceperant, opere tñ
cauti fuerunt non implere niſi cum licẽ-
tia. Conceperunt dolorem,ſed non pe-
pererunt iniquitatem donec iniquo p̃p̃
conceptui præbuiſſet aſſenſum. Quo lu
cro? Quo'ue ſaltẽ cõpendio mali? Nun
quid ideo aut malum eſſe deſit, aut uel
minoratum eſt,quia p̃p̃ conceſſit? Quis
uero malum eſſe neget,aſſenſum prębe
re malo? Qđ tñ ſummum feciſſe pontifi
cem nequaq̃ crediderim,niſi aut circun
uẽtũ mẽdacio,aut importunitate uictũ.

Qn̄ etē̄m alr̄ huiuſcemodi uob̄ licētiam
indulgeret,ſeminandi uidelicet ſcanda
la,ſchiſmata ſuſcitandi: amicos contri-
ſtādi,fr̄um conturbandi pacem,& con
fundēdi unitatem, propriumq́; inſuper
contemnendi ep̄m? Et hæc q̄ neceſſita-
te,neceſſe non hēo dicere, cū rei exitus
ſatis indicet. Profectos nempe plangi-
mus,profectū nō cernimus. His ergo ta
libus & tā grauib. malis dare aſſenſum,
exhibere obſequiū, impendere adiuto-
riū,tu mihi obedientiā noīas,modeſtiā
nūcupas,appellas māſuetudinē? Tu,in
quā,conaris peſſima uitia uirtutū pallia
re noībus? An te putas hoc ſine iniuria
facere dn̄i uirtutū,qđ uirtutib. facis in-
iuriā? Vaniſſimam p̄ſumptionē,turpiſſi-
mam leuitatē,crudeliſſimam diſſenſio-
nē,obediētię,modeſtiæ,manſuetudinis
noīb. uelas, & uelatis ſordib9 ſacra illa
uocabula maculas. Hanc ego nunq̄ æ-
muler obediētiā. Talē mihi nūq̄ libeat
modeſtiā uel poti9 moleſtā imitari. Hu
iuſcemodi māſuetudo ſꝑ lōge fiat à me.
Talis ſiqdē obediētia,omni eſt cōtem-
ptu deterior. Talis quoq; modeſtia ul-
tra oēm modū extendit. Vltra dicā, an
citra? Sed ꝟius forſitā & utroq; cōpetē
tius dixerim extra. Qualis deniq; illa eſt
māſuetudo,q̄ ipſo ēt auditu oīum aures
exaſperat? Volo tn̄ eā ipſam ut & mihi
mō exhibeas. Cū tā patiēs ſis ut à quo-
libet ēt quo nō licet ꝑtrahi nō cōtēdas,
liceat & me, obſecro, paulo nūc confi-
dētius agere tecū. Alioqn male multum
merui de te,ſiqđ nemini ſoles, ſoli mihi
indignādū putaueris. Igr̄ tuā conuenio
cōſciam. Volēs,an inuitus ꝓfectus es?
Sed ſi ex uolūtate,iā nō ex obedientia.
Si aūt inuitus,ſuſpectū uideris habuiſſe
impiū,cui obſeq grauabaris. Vbi ꝟò ſu
ſpicio,ibi diſcuſſio neceſſaria. Veꝝ tu ut
tuæ patientiæ dares uel caperes experi
mētū: nihil diſcutiens, trahi te paſſus es
nō ſolū p̄ter uolūtatē tuā, ſed & contra
cōſciam. O patiētia omni digna impa-
tiētia. Nō poſſum, fateor, nō iraſci huic
cōtētioſiſſimæ patiētiæ. Videbas diſper
gētē, & ſequebaris? Scādala dictātē au-
diebas,& obſeq̄baris? Vera patiētia ē,
pati uel augere cōtra qđ libeat: ſed nō
p̄ter qđ liceat. Miꝝ uero ꝙ hoīem au-
diebas furtiue ſuſurrātē,deū non audie-
bas apte reclamātē tali q̄ſi cœlitus emiſ
ſo tonitru: Væ illi ꝑ quē ſcādalum uenit.
Nō tm̄ aūt dn̄s: ſed & ſanguis ipſius cla *Matt. 18. a*
more nihilomin9 uehemēti (ſurdis licet)
terribilr̄ irrugiebat. Clamor eius: eius ef
fuſio. Effuſus qppe ꝓ diſperſis filijs dei
ut eos cōgregaret i unū, iuſtè fremebat
in diſperſoris. Odit nimiꝝ diſperſores,
q nō nouit niſi colligere. Magnus ei9 cla
mor,& uehemēs: q corpa d̄ ſepulchris,
aīas ab inferis excitauit. Terrā cœloſq́;
tuba illa cōuocauit in unū, qppe q̄ in ter
ra & q̄ in cœlis ſunt pacificās. In omnē
terrā exiuit ſonus ille, & ur̄am nō ualuit
rumpe ſurditatē? Vox nēpe illa in uirtu-
te, uox illa in magnificētia. Et quid cla- *Pſal. 18. a*
mat? Exurgat deus, & diſſipētur inimici *Pſal. 28. a*
eius. Et iterum, Diſperge illos in uirtute *Pſal. 58. c*
tūa, & depone eos ꝓtector meus dn̄e.
Sanguis Xp̄i eſt, fr̄ Adā, ſanguis xp̄i eſt
q pro pijs cōgregatis aduerſus impios
diſperſores q̄ſi tuba exaltat uocē ſuam.
Minat̄ aūt ſe diſperſores diſpergere, q
pro diſperſis colligēdis effuſus eſt. Et ſi
eius uocē tu nō audis, audit eā de cuius
latere manauit. Qūo nāque ꝓpriū non
audit, q Abel ſanguinem audiebat? Sed
qd ad me? inqs. Ille uiderit cui mihi con-
tradicere fas nō erat. Nō eſt diſcipulus
ſuꝑ magr̄m. Docēdus, nō docturus, ei9
lateri adhærebā. Seq debui, non p̄ire p̄-
ceptorē auditor. O iſtoꝝ tꝑum Paule
ſimplex, ſi tn̄ & ille alterum ſe tibi exhi-
buiſſet Antonium, ut qcquid uel leuiter
de labijs eius ꝓcederet, neceſſe nō hr̄es
diſcutere, ſed ſine cunctatione ad oīa ni
hil hæſitans obedires. O monachum
obedientiſſimum, cui qbuſlibet ſenioꝝ
ꝟbulis ne unū qdem iota p̄teruolet. Nō
attendit quale ſit quod præcipitur. Et
hæc eſt obedientia ſine mora. Si ita o-
portet, ſine cā legitur in eccleſia: Oīa ꝓ- *1. Theſ. 5. d*
bate, quod bonū eſt tenete. Si ita opor *Matt. 10. d*
tet, deleamus iam de libro euangelij:
Eſtote prudētes ſicut ſerpētes, ſufficien

te quippe

te qppe qđ ſeqtur, & ſimplices ſicut co
lumbæ. Nec dico à ſubditis mandata p̄-
poſitoꝝ eſſe dijudicanda, ubi nil iuberi
dep̄hēdit diuinis cōtrariū inſtitutis, ſed
neceſſariā aſſero & prudentiā, qua ad-
uertatur ſiqd aduerſat̄, & libertatē, qua
& ingenuè contemnat̄. Cæteꝝ iſte ni-
hil, inqt, hēo interrogare, uiderit ille qd
iuſſerit. Dic q̄ſo, ſi dato i manus gladio,
ſuum te armari iuſſiſſet in iugulū, acqe-
uiſſes? Aut ſi ſe tuo uoluiſſet impulſu in
ignē uel in aq̄; p̄cipitē dari, obtemꝑaſ-
ſes? Non'ne ēt ab his non prohibere cū
poſſis, in crimē tibi reputat̄ homicidij?
Age ergo, uide ne forte ſub p̄textu obe
dientiæ, in qppiā ei grauius inſeruieris.
Nō ignoras certè q dixerit (nā mihi hinc
fortaſſe nō crederes) expedire ſcandala
facientib. demergi potius in profundū
Matt. 18. a maris. Cur hoc dixit, niſi qa ſignāre uo-
luit tam grauia illos in poſteꝝ manere
tormēta, ut eis comparata mors tꝑalis,
nec pœnalis eſſe uideat̄ ſed commoda?
Qui ergo eū ſcādala facere iuuiſti, iuui-
ſti.n. ſequendo illū, obſequēdo illi: nōne
utilius iuxta pręmiſſam ueritatis ſn̄iam:
molā aſinariā collo eius ſuſpēderes: &
ſic eū demergeres in ꝓfundum maris?
Quid ergo? Tu ille obediētiſſimus diſci
pulus, illū pr̄em & p̄ceptorē tuū quem
ne pūcto qdā tꝑis: uel tranſuerſo, ut dr̄,
pedis, à te quādiu uixit paſſus es elōga-
ri: ita ut in foueā quoq; poſt eū: nō qdē
cæcis, ſed apertis more Balaā oculis ca
dere non cunctatus ſis: tu ne, inq̄, illum
tuo ita beandū putaſti obſeqo: ut mor
Mich. 7. b te illi grauiorē exhibueris obediētiā? Re
uera nūc exꝑior quā uera ſit illa ſn̄ia. Ini
mici hoīs, domeſtici illius. Sic itaq; ſen-
tiens, ſic conſcius ipſe tibi: nōne ſi ſapis
gemis: & ſi non deſipis, tremis? Quippe
cuius obedientia nō meo, ſed ꝟitatis iu
dicio, peior inuēta eſt homicidio? Si hęc
non ignoras: quo modo non trepidas?
Qđ ſi trepidas: qūo nō emendare feſti-
nas? Alioqn qualē hinc ad illud tribunal
terrificū cōſciam portas: ubi iudex teſte
nō indiget, ubi ueritas diſcutit intentio-
nes, ubi inq̄ſitio culpaꝝ ꝑtingit ad abdi
ta cordis, ubi deniq; ſecretiſſimos receſ
ſus mētiū diuinus ille inueſtigat intuit9:
& ad ſubitū illū ſolis iuſtitiæ fulgorem,
aīaꝝ expanſi ſinus, cūcta ſiue bona ſiue
mala euomūt q̄ celabāt? Ibi, fr̄ Adam:
faciētes & cōſentiētes pari pœna puniē
tur. Ibi fures & ſocij fuꝝ ſilr̄em ſunt acce
pturi ſn̄iam. Ibi par ſubibūt iudiciū: & q
lactāt: & q lactant̄ pc̄tōres. Perge igr̄ iā
dicere, qd ad me? ille uiderit. Tāge picē:
& dic, nō ſum inqnatus ab ea. Abſcōde
ignē in ſinu tuo: & te iactato non aduri.
Pone deniq; portionē tuā cū adulteris: *Eſa. 6. b*
nihilq́; tua intereſſe putato. Nō ita Eſai.
Redarguit.n. ſeipſum nō ſolū qa ipſe im
mūdus: ſed & qđ ſocius ſit immūdoꝝ:
qa, inquiēs, uir pollutus labijs ego ſum:
& in medio ppl'i immunda labia hn̄tis
ego habito. Redarguit aūt ſe dixerim: *Ibidem*
non qa cū malis habitaret: ſed qa mala
nō redarguerit. Sic nanq; ait: Væ mihi,
qa tacui. Qn̄ uerò ipſe malū facere acqe
ſceret: qđ in ſe alijs nō redarguiſſe redar
guit? Quid.n. ēt Dauid? Non'ne alieni
contagione peccati ſe ſenſerat inquina-
ri poſſe: cū diceret: Cum hoībus operan *Pſa. 140. b*
tibus iniquitatem, & non cōmunicabo
cum electis eorum? Denique & orat di *Ibidē. 18. d*
cens: Ab occultis meis munda me dn̄e:
et ab alienis parce ſeruo tuo. Vn̄ etiā ma
loꝝ quoꝝ noluit participare malū: ſtu *Pſal. 25. a*
duit declinare conſortium. Ait etenim:
Non ſedi cum concilio uanitatis: & cū *Ibidem. b*
iniqua gerentibus nō introibo. Huic ꝟ-
ſiculo cōcinit et ſubſequēs: Odiui (inqt)
eccleſiam malignantiū, & cū impijs nō
ſedebo. Audi denique & ſapientis cōſi
liū: Fili mi (ait) ſi te lactauerint pc̄tōres, *Prou. 1. b*
ne acqeſcas eis. Tu ergo aduerſus hæc
atque alia in hunc modū innumera ueri
tatis teſtimonia, putaſti cuipiā obedien
dū? O odioſa peruerſitas. Obedientiæ
uirtus q̄ ſemꝑ militat ueritati, aduerſus
ueritatē accingit̄? Felicem ego dixerim
fr̄is Henrici inobedientiam, cui cito re-
ſipiſcēti ab errore, & reuertēti ex itine-
re, talē contigit nō exꝑiri obedientiam.
Quā potiorē nūc & dulciorē ſuæ hmōi
inobedientiæ carpit, iamiamq́; degu-

ſtat fructũ: bonã hñs cõſciam, qđ cæte
ris collegis ſuis fraterna corda graui ſcã
dalo cõcutiẽtibus, ipſe inter frẽs in ꝓpo
ſito & ordine ſuo ſine querela conuerſe
tur. Cuius ego, ſi optio det̃, pigram po-
tius elegerim inobediẽtiã cũ ipſius con
ſcia, quã hoꝝ ſtudioſam obedientiã cũ
ſcãdalo. Aeſtimo.n. qa melius agit iſte
ſic inobediens abbati, ſed nõ charitati,
ſeruãdo unitatẽ in uinculo pacis, quã il
li q ita obtẽperãt hoĩ uni, ut unũ p̃ferãt
unitati. Fidenter & hæc addiderim, ex-
pedire magis cuilibet ſola unius hoĩs ꝑi
clitari obedientia, quã reliqs oĩb. pieta-
tis bonis: & uotis ꝓpriæ ꝓfeſſionis. Siq
dem, ut cætera taceã: duo p̃cipua nob̃, in
monaſterijs cõuerſantib. obſeruãda tra
dunt̃: ſubiectio abbati, & ſtabilitas ĩ lo
co. Et ita obſeruãda ꝙ neutrũ p̃pediat
alteꝝ, nec alterutrum ſibi p̃iudicẽt. Vt
uerbi grã: ſic te ſtabilẽ ĩ loco exhibeas,
ut abbati ſubijci ñ cõtẽnas: ſic obedias
ſubiectus abbati, ut ſtabilitatẽ nõ amit
tas. Porrò ſi deteſtaris in loco licet ꝑſe-
uerantem, q abbatis forte ſubdi cõtem
nit impijs: miraris ſi rep̃hendimus obe-
diẽtiã q̃ uob̃ urm̃ deſerẽdi locũ uel cã ex
titit uel occaſio: p̃ſertim cũ in ꝓfeſſione
rl'ari ſic ꝓmittat̃ ſtabilitas: ut de ſubie-
ctione abbati exhibenda, nulla penitus
mentio fiat? Sed q̃ris forſitã, inqens, mi-
hi: Quid ergo tu de ſtabilitate tua facis:
quam apud Ciſterciũ firmaſti: & nunc
alibi habitas? Ad qđ rñdeo. Ego qdem
Ciſterciẽſis monachus ibidẽ ꝓfeſſus: ab
abbate meo ubi nũc habito miſſus ſum:
ſed miſſus in pace: miſſus ſine ſcãdalo, ſi
ne diſcordia, miſſus iuxta conſuetudinẽ
& cõem inſtitutionẽ. Quandiu ergo in
eadẽ qua miſſus ſum pace & cõcordia
perſeuero: quãdiu in unitate ſto, cõibus
priuata nõ p̃fero: quietus & ſubditus in
quo poſitus ſum permaneo: ſecura dico
cõſcia, qđ ꝓmiſi, firmiter teneo. Q̃uo.n.
ſtabilitatis p̃uaricor uotũ: q unanimita
tis nõ rũpo uinculũ: pacis firmamẽtum
nõ deſero? Et ſi corpus abſentauit obe-
dientia: ſed ſpm̃ ſꝑ ibidem p̃ñtem tenet
cõcors deuotio, & in nullo diſſimilis cõ
uerſatio. Qua die ãt (qđ qdẽ deus auer
tat) alijs incipiã uiuere legib. alijs mori-
bus conuerſari, diuerſis deſeruire obſer-
uãtijs, adinuenire noua, extraneas uſur
pare cõſuetudines: trãſgreſſor ꝓfeſſiõis,
ꝓmiſſam ſtabilitatem iam non me tene
re cõfido. Dico ergo abbati ꝑ oĩa obtẽ
perandũ, ſed ſalua ꝓfeſſione. Veꝝ tu ꝓ-
feſſus ſcđm rl'am ſancti Bñdicti: ubi ꝓ-
miſiſti obediẽtiã, ꝓmiſiſti & ſtabilita-
tẽ. Qđ ſi obedieris qdẽ: ſtabilis aũt nõ
fueris, dũ offendis in uno, factus es oĩm
reus. Si oĩum, & ipſius obediẽtiæ. Vides
itaqꝫ põdus tuæ obedientiæ? Q̃uo nem
pe ſtabilitatis trãſgreſſionẽ ſufficit excu
ſare: q̃ nec ſibi qdẽ ualet patrocinari: Itẽ?
Notũ eſt ſolẽniter ac rl'al'r ꝓfiteri quẽqꝫ
in p̃ñtia abbatis. In p̃ñtia ergo tm̃: non
ẽt ad nutũ ipſius fit cuiuſqꝫ ꝓfeſſio. Te
ſtis ꝓinde adhibetur abbas, nõ dicta-
tor ꝓfeſſionis: adiutor nõ fraudator ad-
impletionis, uindex nõ author p̃uarica-
tionis. Quid igr̃? Ponam ĩ manu abbatis
qđ abſque ulla exceptione corã deo &
ſanctis eius propria manu & ore firma-
ui: audiens ex rl'a, ſiqñ al'r fecero: à deo
me eſſe damnandum, quem irrideo? Si
abbas meus aut ẽt angelus de cœlo cõ-
traria iuſſerit: libere recuſabo hmõi obe
dientiam: quæ me tranſgreſſorem uoti
ꝓprij, & peierare faciat nomen dei mei.
Scio.n. me iuxta ſcripturæ ueritatem ex
ore meo uel condemnandum uel iuſtifi *Sap. 1. c*
candum: & quia os quod mentitur, oc- *pſal. 5. a*
cidit aĩam: & quod deo ueraciter canit̃:
Perdes oẽs qui loquuntur mendacium:
& quia unuſquiſqꝫ onus ſuum portabit: *Pſal. 65. c*
& unuſquiſqꝫ ꝓ ſe rõnem reddet. Alio-
quin qua fronte pſallam mentiens in cõ
ſpectu dei & angelorum illud de pſal-
mo: Reddam tibi uota mea, quæ diſtin
xerunt labia mea? Viderit deniqꝫ abbas
meus quid ſibi faciendum putet de eo
quod ex regula ad ipſum ſpecialiter di-
rigitur: ut præſentem regulam in oĩbus
conſeruet. Et item quod uniuerſaliter
præcipitur, et nemo excipitur: ut omnes
ſcilicet per omnia magiſtram ſequan-
tur regulam: nec ab ea temere deuiet̃ a'

quoquam. Ego ſic ipm̃ ſeq decreui ſꝑ et
ubiqꝫ magr̃m, ut neq̃qꝫ à rl'æ quã teſte
ipſo iuraui & ſtatui cuſtodire, deuiẽ ma
giſterio. Occurramus br̃ qõni q̃ à latere
nob̃ ſurgere poſſe ur̃: & ſic iã nimis lõgã
finiamus epl'am. Videor nẽpe cõtraria
loq rei quã facio. Queri etenim à me p̃t:
ſi hos dãno q abbatis ſui nõ ſolũ cõſen-
ſu ſed & iuſſu ſuũ monaſteriũ deſerue-
runt: quo pacto illos & recipiã & reti-
neã q de alijs monaſterijs fracto ſtabili
tatis uoto, & cõtẽpto ſenioꝝ impio, ad
nr̃m ordinẽ ueniũt? Ad qđ qdem breuis
rñſio: ſed ꝑiculoſa. Vereor nanqꝫ diſpli
cere qbuſdã qđ dicturus ſum. Cæteꝝ
mihi magis uerẽdũ puto ne tacẽdo ueri
pſal. 31. b tatẽ: illũ uerſiculũ nõ ueraciter cãtẽ: Iuſti
tiã tuã nõ abſcõdi in corde meo: ỽitatẽ
tuam & ſalutare tuũ dixi. Hac ergo rõ-
ne illos ſuſcipimus: qm̃ nõ putamus eſſe
malũ, ſi uota labioꝝ ſuoꝝ q̃ in locis ſuis
potuerũt qdẽ ꝓmittere, ſed neq̃qꝫ ꝑſol-
uere, deo q ubiqꝫ eſt, ubicunqꝫ poterũt
reddãt, & ſolius ruptæ ſtabilitatis dam
na, reliquoꝝ rl'arium p̃ceptoꝝ integra
obſeruatione cõpẽſent. Si cui diſplicet
hoc, & murmurat aduerſus hoĩem quæ
rentẽ ſalutẽ ſuã: rñdebit pro eo ſalutis au
Mat. 20. b thor: Nõne oculus tuus neqꝫ eſt: qa ille
bonus? O qſqs es q ſaluti inuides alienę:
parcito uel tuæ. An neſcis quod inuidia
diaboli intrauit mors in orbẽ terrarum?
Attẽde itaqꝫ tibi. Si enim ubi inuidia, ibi
mors: ꝓfecto nõ potes ſil'r & inuidere et
uiuere. Quid moleſtus es frĩ tuo qm̃ ſa-
tagit queadmodũ q̃ ꝓceſſerunt de la-
bijs ſuis, nõ faciat irita? Si q̃rat hõ q̃uo
& ubi ꝑſoluat qđ pollicitus eſt deo: qd
tu ꝑdis? Fortaſſis ſi aliquãtæ pecunię tu
eũ debitorẽ teneres: circuire cogeres ma
re & aridã donec uſqꝫ ad nouiſſimũ q̃-
drãtẽ debitũ redderet uniuerſum. Quid
igr̃ meruit de te deus tuus qm̃ nõ uis ut
& ipſe à ſuo qđ ſuum eſt debitore reci-
piat? Immo uni inuidẽs, duos tibi reddis
infenſos: dũ & dñm ſerui obſequio: &
dñi grã ſeruũ fraudare conaris. Tu qr̃ il
lũ potius non imitaris: & ipſe uidelicet
ꝑſoluendo qđ debes? Putas'ne & tuum
nõ reqret̃ debitũ? An potius ꝑꝑ hoc ma
gis iritas impie deum: qa dicis in corde
tuo, nõ reqret? Quid inqs? Oẽs ergo dã
nas q ſil'r nõ faciũt? Nõ. Sed audi qd &
de ipſis ſentiã: & noli fruſtra calũniari.
Quid me uis odioſum facere multis mi
lib. ſctõꝝ q ſub nr̃a ꝓfeſſione nõ nr̃o cõ
uerſantes more: tñ aut ſanctè uiuũt: aut
btẽ defuncti ſunt? Nũ ignoro ꝙ relique *3. Re. 18. d*
rit ſibi deus ſeptẽ milia uiroꝝ q nõ cur *Rom. 11. a*
uauerũt genua ſua añ Baal? Audi ergo
æmule: calũniator auſculta. Dixi cur de
alijs monaſterijs ad nr̃a uenientes, reci-
piendos cẽſuerim. Nunqd nõ ueniẽtes
dãnaui? Excuſo illos: nõ iſtos accuſo. So
li ſunt iuidi: quos excuſare nec uolo nec
ualeo. Quib. exceptis, ſiqs cæteroꝝ ad
rl'æ cupiat trãſire puritatẽ: ſed ꝑꝑ ſcanda
lũ nõ audeat: aut certè ẽt ob certã cor-
poris infirmitatẽ: puto qa nõ peccat: dũ
tñ in ſuo ſtudeat loco ſobriè & iuſtè &
pie cõuerſari. Nã ſiqua ex more mona-
ſterij minus forte diſtrictè quam rl'a cõ
ſtituiſſe ur̃, obſeruare cõpellit̃: excuſabit
hoc forſitan, aut illa charitas q̃ cunctat̃ *1. Pet. 4. d*
migrare ad melius ꝑꝑ ſcãdalũ, iuxta il-
lud: Charitas opit multitudinẽ pctõꝝ:
aut illa humilitas quæ proprię conſcius
infirmitatis ſe reputat imperfectum.
Siquidem & de ipſa ſcriptum eſt: Deus
humilibus dat gratiam. Multa qui- *Iaco. 4. b*
dem tibi locutus ſum chariſſime, cum
multis opus non habeas: quippe cui ſit
& ingenium uelox ad intelligendum
quod dicitur: & uoluntas agilis ad eli
gendum quod utiliter ſuadetur. Sed
licet ſpecialiter quidem ad te: non ta-
men tam multa propter te ſcribenda
putaui. Hæc itaque: quibus deus pro-
uidit fore neceſſaria. Te autem ut meũ
iam olim familiariſſimum paucis &
cum omni fiducia moneo ne iam diu-
tius animas deſiderantium te: in tuæ
quidem animæ horrendum periculum,
tui expectatione ſuſpendas. En tua
eorúmque (ni fallor) qui tecum ſunt,
& mors & uita in manu tua eſt. Ar-
bitramur enim quicquid feceris tu aut
uolueris: illos eſſe facturos. Alioquin a-

perte denũcia illis,quia iuxta oĩum ab-
batum nr̃orꝫ non contemnendã ſnĩam
Exe. 18.g q̃ merito proceſſit in uos: qui redierint
uiuent,qui renuerint morientur.

Ad Brunonem Colonienſem electum.

Epiſtola 8.

Væris à me cõſilium uir illuſtris
q Bruno:an uolentib.te ꝓmoue-
re ad ep̃atum acquieſcere de-
beas. Quis hoc mortaliũ diffinire p̃ſu-
mat? Deus forſitã uocat:qs audeat diſ-
ſuadere? Forte nõ uocat:qs appropin-
q̃re cõſulat? Vtrũ ꝟò uocatio dei ſit, an
non ſit:quis ſcire poſſit excepto ſp̃ũ qui
ſcrutatur ẽt alta dei:uel ſi cui forte reue-
lauerit ipſe? Magis quoq; dubiũ reddit
cõſilium illa in lr̃is tuis humilis ſed terri
bilis cõfeſſio,qua uitam tuam tam gra-
uiter & ut credo nõ niſi ueraciter accu-
ſas. Nec.n.negãdũ eſt huiuſcemodi uitã
eſſe indignã tã ſacri dignitate miniſterij.
Sed rurſum non immerito è regione ti-
mes(nã & nos idipſum metuimus)ſi ob
malũ cõſciæ de commiſſo ſciæ talento
nõ facis lucrũ:niſi q̃d alio forte negociã
di gñe etſi minus copioſè,minus tñ ꝑicu
loſè fructificare ualeres. Horreo fateor:
ſic.n.tibi ut mihi loq debeo q̃d ſentio.
Horreo,inq̃,cõſiderãs unũ quo uocaris:
p̃ſertim cũ nullũ intercurrerit pnĩę tp̃s,
per quod utcunq; huiuſcemodi ꝑiculo-
ſiſſimus trãſitus fiat. Et q̃dem rectus or
do req̃rit ut prius ꝓpriã,deinde alienas
curare ſtudeas cõſcias. Primus quippe
pietatis gradus eſt de quo ſcriptum eſt.
Eccl. 30.d Miſerere aĩæ tuæ placens deo. Ex hoc
aũt ad miſerãdũ ꝓximũ, recto iam tra-
mite charitas ordinata ꝓcedit: quippe
quẽ ad ſui q̃ſq; mẽſurã amare præcipit.
Q̃d ſi in hũc modũ quo te hactenus ip-
ſe amaſti,& tibi cõmittendos amaturus
es:malo ego q̃dem tibi nõ cõmitti quã
ſic diligi. Si aũt prius te diligere didiciſ-
ſes:& me forſitã ſcires amare. Sed q̃d ſi
ſuã deus acceleret tibi gr̃am, & multi-
plicet miſericordiam:& ſit ad reſtituen
dam innocẽtiã efficacior uelox clemen
Pſal. 31.a tia quã diuturna pnĩa? Btũs ſiq̃dem,cui
nõ imputabit dñs pc̃tm̃. Nã quis accu-
ſabit aduerſus electũ dei? Si deus iuſtifi-
ficat:qs eſt q cõdemnet? Hoc ſalutis cõ Luc.23.f
pẽdiũ ſc̃tũs ille latro cõſecutus eſt: uno
eodemq; die ſil' &'cõfeſſus latrocinia,
& introductus in gloriã:breui quodam
cõtẽtus põte crucis ad trãſigendũ de re
gione diſſimilitudinis in terrã uiuentiũ,
& de luto fęcis in paradiſum uolupta-
tis. Hoc ſubitũ pietatis remediũ ꝑcepit
felix illa peccatrix:cũ repẽte ubi ſupabũ Luc.7.f
dauerãt delicta,abundare cœpit et gr̃a.
Abſq; multo pnĩæ labore dimiſſa ſunt
ei pc̃tã multa,qm̃ dilexit multum: & in
breui meruit charitatis accipe latitudi-
nẽ:q̃(ut ſcriptũ eſt)cooperit multitudi- 1.Pet.4.b
nẽ pc̃tõrꝫ. Hoc & ille paralyticus in euã Mat.9.a
gelio duplex atq; celerrimũ potentiſſi-
mæ bonitatis p̃ſenſit bñficiũ,prius mẽ-
te quam carne curatus. Sed aliud eſt ce
lerẽ adipiſci ueniã pc̃tõrꝫ:& aliud de ip
ſis ſcelerib.ad infulas mox prouehi di- Ibidem
gnitatum. Video tñ Matthęũ de telonio
ad ap̃latus culmẽ aſſumptum, ſed hoc
me rurſum cõturbat,q̃d nõ prius audie
rit cũ cæteris coap̃lis ſuis: Ite in orbem Mar. 16.d
uniuerſum,prædicate euangeliũ oĩ crea
turæ,quam egerit pnĩam, multo tp̃e ac
labore ſequendo dñm quocũq; iret,per
manẽs cum eo in tentationib.ſuis. Sed
& ſi occurrat de Ambroſio qꝫ de tribu-
nalib.ad ſacerdotium raptus fuerit, nõ
me ualde confortat,cum à puero mun-
dam in mundo duxerit uitam,& ſic etiã
fuga & latebris multiſq; diſſimulatio-
num modis declinare conatus ſit. Si de
Saulo quoq; factus repente Paulus, re-
pente uas electionis,repente doctor gẽ
tium,in exemplum adducitur,hoc exẽ-
pli euacuat ſimilitudinem, quod ille iõ
miſericordiam conſecutus ſit,quia igno
rans ipſo teſte peccauit,manens in icre
dulitate. Quanq; ſi tale quippiam q̃nq;
bene & utiliter factum fuiſſe agnoſcit, 1.Tim.1.c
de quo dici ueraciter poſſit: Hæc eſt mu pſal. 76.c
tatio dexterę excelſi,non tam exemplũ
quam miraculũ afferre debeat. Hæc in-
terim à me ad id quod quæritis ſuſpen-
ſiuè rñſa ſufficiant. Neque.n.poſſum unũ
certus nõ ſum,certam ꝓferre ſnĩam. Sic

contingere debet quærenti rem ubi non
ſit. Sermo à ꝓpheta,conſilium à ſapien
te quærendum eſt. Nunquid.n.de luto
lympidũ q̃ppiã haurire poteſtis? Vnũ
tñ eſt quod amico abſq; periculo,& ne
quaq̃; ſine fructu impendere poſſumus,
nr̃æ uidelicet pro hac re orõnis ad deũ
qualecunq; ſuffragium. Deo ergo relin
quentes ſui quod ignoramus ſecretum
conſilij,ip̃m ſupplici deuotione & deuo
ta ſupplicatione precamur ut in uob̃ &
de uob̃ operetur quod & ſe deceat: &
uob̃ expediat. Habetis autẽ dñm Nor-
bertum:quem melius præſentem p̃ſens
de talibus interrogare poteſtis. Nam tã
to uir ille in diuinis aperiẽdis myſterijs
nobis promptior:quanto & deo ꝓpior
eſſe cognoſcitur.

Ad eundem iam archiepiſcopum Colonienſem,

Epiſtola 9.

Ignationis ur̃æ ſuſcepi ſcripta
d deuotus,& ad iniuncta ſolicitus
fui:& ſi profui,uos probabitis.
Sed de hoc ſatis. Porrò in eadem chari-
tate audeo quæ ſequunt̃. Si cunctos qui
uocantur ad miniſterium, conſtat eligi
& ad regnum,profecto ſecurus eſt Co
lonienſis archiep̃s. Quod ſi ẽt & Saulẽ
in regno,& Iudam in ſacerdotio legitur
elegiſſe non alius quam ipſe deus:& nõ
1. Cor. 1.d põt ſolui ſcriptura q̃ hoc aſſerit, timeat
neceſſe eſt & Colonienſis archiep̃s. Si
uerò(quod uerum eſt) & illa ſnĩa hodie
quoq; uiget,quia non multos nobiles,
nõ multos potentes, non multos ſapiẽ
Eccl. 32.a tes elegit deus, nunquid non triplicem
quoq; hẽt timendi cãm Colonienſis ar
chiep̃s? Curemus ergo in alto poſiti, nõ
Eccl.3.c altum ſapere,ſed timere,ſed humilibus
conſentire. Principem,inquit,te conſti-
tuerint:eſto in illis tanq; unus ex illis. Et
iterꝫ: Quanto maior es:tanto humilia
re in oĩb. Sapiens eſt qui hoc conſulit:
quippe haud ſecus ſentiens ab ipſa ſa-
Luc.9.f pĩa quę ait: Qui maior eſt ur̃m,fiat ſicut
Sap.6.a minor. Alioq̃n iudicium durꝫ his qui p̃-
ſunt,timeat ptãs. Seruus quoque ſciens
uoluntatem dñi ſui,& nõ faciens digna,
uapulabit multis. Timeat qui cognouit
lr̃aturam. Timeat nobilis,quia iudex o-
mnium non eſt acceptor peſonarꝫ. Iſte
profecto neceſſarij timoris funiculus tri
plex,difficile rũptor. Durus ne uideor
quia non blandior, quod metum incu-
tio,quod amico cupio initiũ ſapĩæ? Sic
mihi contingat ſꝑ beare amicos.i.terrẽ
do ſalubriter,non adulando fallaciter.
Ad illud me prouocat qui dicit. Beatus Prou. 28.c
hõ qui ſemper eſt pauidus. Ab hoc re- Eſa.3.b
uocat qui ait: Popule meus, qui te beati
ficant,in errorem inducunt.

Ad eundem, *Epiſtola 10.*

Orrendum punire nephas etſi
h duplici rõne incumbat uob̃, tũ
pro debito uidelicet officij,tum
quia & ap̃lica iniungit authoritas, pu-
to tñ quod non ſuperuacua in re tanta,
ẽt amici commonitio accedit. Hoc aũt
eſt quod amicum & pr̃m cupimus eſſe
admonitum,ut hæc ipſa ultio quæ faciẽ
da eſt, eo quoq; zelo quo facienda eſt
fiat,quatenus non ſolum præſens faci-
nus mulctatum eſſe uideatur,ſed ẽt à ſi-
mili temeritate audiens omnis maligni
tas compeſcatur.

Ad Cartuſienſes, & Guigoni priori.

Epiſtola 11.

Nter patres reuerendiſſimis, et
i inter amicos chariſſimis Guigo
ni priori Cartuenſi: cæteriſque
ſanctis qui cum eo ſunt, F.B. de Clara-
ualle ſalutem æternam. Sanctitatis ur̃ę
literas tam lætus accepi, quam auidus
& olim deſideraueram. Legi eas, & q̃s
uoluebam in ore literas, ſcintillas ſen-
tiebam in pectore,quibus & concaluit
cor meũ intra me tanquam ex illo igne
quem dominus miſit in terram. O quã-
tus in illis meditationibus exardeſcit
ignis,è quibus huiuſcemodi euolant ſci
tillæ? Veſtra illa ſuccenſa & ſuccendens
ſalutatio ſic mihi(ut uerum fateor)acce
pta fuit & eſt:quaſi non ab homine,ſed
certiſſimè ab illo qui mandat ſalutes. Ia

cob,deſcēdere uideret. Nō me ſanè ar-
bitror ſalutatū in uia, nō in tranſitu: nō
ueluti ex occaſione,ut aſſolet,cōſuetudi
nis,ſed planè ex uiſcerib.ut ſentio, chari
tatis ꝓdijt hæc tā grata &inopinata bñ
dictio.Bñdicti uos à dño qui me in bñ
dictionibus dulcedinis tātæ ꝓuenire cu
raſtis,ut dareř puero ueſtro uobis pri-
mū ſcribētibus:fiducia reſcribendi,ſcri-
bere qdem ad uos iam pridē geſtienti,
ſed nō ꝓſumenti.Verebar nimiꝶ ſctām
quam in dño hētis importunis ſcriptita
tionibus infeſtare qetem, iuge illud ue-
ſtrū ſacrūq; ſilētium à ſclo,ſuſurriū cum
deo,uel ad modicū interrūpere, nřaq;
ingerere auribus ſecretis penitus occu-
patis ſupernis eulogijs.Timebam oīno
moleſtus fieri uel Moyſi in monte, uel
Heliæ in deſerto,aut certe excubanti in
tēplo Samueli,ſi diuinis intētiſſimos cō
fabulationib.aliq̃tenus auocare tentaſ-
1.Re.3.b ſem.Clamat Samuel:Loquere dñe,qa
audit ſeruus tuus, & ego me audiri ꝓſu-
merem?Timebam,inq̃,ne ſi & Dauid
elonganti ſe & fugiēti manētiq; in ſoli-
tudine,importunus inſiſterē,indignans
Pſal. 84.b excuſaret & diceret:Sine me, nō audio
te modo,audiā potiꝰ qđ dulcius auſcul
to. Audiā qd loq̃tur in me dñs deus,qm̄
loqueř pacē in plebē ſuā,&ſup ſanctos
ſuos,& in eos q conuertunř ad cor. Aut
Pſal. 118.d certe illud: Declinate à me maligni,&
ſcrutabor mādata dei mei. Quid.n.?Ego
ne tam temerarius eſſem,ut inter ſponſi
brachia ſuauiter qeſcētem auderē ſuſci-
tare dilectā quouſq; uellet ipſa? Pūtarē
illico auditurꝶ me ab illa.Noli mihi mo
Cant. 2. c leſtus eſſe.Ego dilecto meo,& dilectus
meus mihi,q paſciř inter lilia. Verꝶ qđ
nō audeo ego,audet charitas,&cum oī
fiducia pulſat ad oſtiū amici,neq̃q̃ pu-
tans pati ſe debere repulſam,q̃ amicitia
rū mřem ſe nouit,nec uereř uřm etſi gra
tiſſimū pauliſper inqetare otiū, ꝓp ſuū
negociū.Ipſa profecto, ipſa cū uult facit
uos excedere deo.Ipſa & cū uoluit fecit
ſobrios nob̄,adeo ut minimè duceretis
indignū,me nō modo ſuſtinere loquen
tē,ſed tacentē inſup benigne ꝓuocare.

Amplector benignitatē, dignationē ad
miror,laudo & ueneror puritatē, q̃ de
nřis ꝓfectibus quos putatis, tāta ī dño
exultatione gloriamini. Glorior et ego
plurimū tāto teſtimonio, et ſeruoꝶ dei
tā grata quā gratuita admodū familia
ritate delector.Hæc iā gloria mea, hoc
gaudiū meū,hæ deliciæ cordis mei, qđ
nō fruſtra leuauerim oculos meos ī mō
tes,uñ quippe iā nō mediocre uenit au-
xiliū mihi.Hi iā nob̄ ſtillarūt mōtes dul
cedinē,et adhuc ſpero qa ſtillabunt q̊-
uſque ualles nřæ abūdabūt frumento.
Feſtiuus.n.erit mihi dies ille ducendus,
et memoriale ſempiternum,in quo uirꝶ
illū uidere ac ſuſcipe merui, ꝑ quem fa-
ctū eſt ut in cordib.uřis ego reciper. Et
qdem iā añ recepatis,ut apparet in lřis
uřis,ſed nūc arctius ut cōperi et familia
rius cū ille uobis retulit de me q̃dā,quæ
etſi nō ꝓbauerit,putauit tñ.Fidelis qp-
pe & religioſus,abſit ut alr̄ loqueretur
quā credidit.En reuera in me expior qđ
ait ſaluator: Qui recipit iuſtū in noīe iu- Matt.10.d
ſti,mercedē iuſti accipiet. Mercedē qp-
pe iuſti dixerim qđ iuſtus reputor, non
ob aliud niſi quod iuſtum recepi. Nā ſi
qua ſupaddita ſunt,ea iuſtus nō tā ex ue
ritate rei quā ex puritate ſui locutus eſt.
Audiſtis,credidiſtis, exultaſtis, ſcripſi-
ſtis,& me nō parꝶ lætificaſtis,non ſolū
qđ aliquē locū gřæ, & locū nō medio-
crē apud uřam merui ſanctitatē, ſed &
ꝙ nob̄ uřoꝶ nō parua ex parte puritas
aīoꝶ innotuit.Paucis pro certo aperui-
ſtis cuius ſpūs eſtis.Gaudeo ꝓinde mi-
hi,gaudeo & uob̄,meæ utilitati,& uřæ
ſynceritati.Illa ſiqdem uera & ſyncera
eſt charitas, & oīno de corde puro &
conſcia bona & fide non ficta iudican-
da procedere,qua proximi bonum ęq;
ut nřm diligimus. Nam qui magis aut
certè ſolum diligit ſuum,conuinciř non
caſtè diligere bonum, quod utique ꝓp
ſe diligit,non ꝓp ipſum.Et hic talis non
pōt obedire prophetæ,qui ait:Confite-
mini dño qm̄ bonus. Confitetur qui-
dem quia fortaſſis bonus eſt ſibi, non
aūt qm̄ bonus eſt in ſe.Quapropter no Pſal.117.d

uerit īſe dirigi illud ab eodē ꝓpheta op
Pſal. 48.d probriū.Confitebiř tibi cū bñfeceris ei.
Eſt qui confitetur dño qm̄ potens eſt.et
eſt qui confitetur qm̄ ſibi bonus eſt. Et
item qui confitetur qm̄ ſimplr̄ bonus ē.
Primus ſeruus eſt &timet ſibi:ſcđs mer
cenarius eſt,&cupit ſibi:tertius filius,et
defert patri.Itaq; & qui timet,& q cu-
pit,uterq; pro ſe agunt.Sola quæ ī filio
eſt charitas:non q̃rit q̃ ſua ſunt. Quam-
Pſal. 18.a obrē puto de illa dictū. Lex dñi imma-
culata,cōuertens aīas:qđ ſola uidelicet
ſit quæ ab amore ſui & mundi auertere
poſſit animum,&in deū dirigere.Nec ti
mor qppe nec amor priuatus conuertit
animam. Mutat interdum uultum uel
actum:affectum nūq̃.Facit qdē ēt ſeruꝰ
nōnunq̃ opus dei:ſed qa nō ſpōte, ī ſua
adhuc duritia permanere conuinciř.Fa-
cit & mercenarius:ſed quia non gratis,
ꝓpria trahi cupiditate cognoſciř. Por-
rò ubi proprietas:ibi ſingularitas. Vbi
aūt ſingularitas:ibi angulus. Vbi uerò
angulus:ibi ſine dubio ſordes ſiue rubi-
go. Sit itaq; ſeruo ſua lex timor ipſe quo
cōſtringitur: ſit mercenario ſua cupidi-
tas:q̃ & ipſe arctař:qñ ab ipſa tentatur
abſtractus & illectus. Sed harum nulla
aut ſine macula eſt,aut aīas conuertere
pōt.Charitas ỽò cōuertit aīas: q̃s facit
& uolūtarias.Porrò in eo eā dixerim im
maculatā:ꝙ nil ſibi de ſuo retinere con-
ſueuit.Cui nēpe de ꝓprio nihil eſt:totū
profecto qđ hēt,dei eſt. Qđ aūt dei eſt:
immundum eſſe nō pōt. Lex ergo dñi
immaculata,charitas eſt,q̃ non qđ ſibi
utile eſt q̃rit,ſed quod multis. Lex autē
dñi dř ſiue qđ ipſe ex ea uiuat,ſiue ꝙ eā
nullus niſi eius dono poſſideat. Nec ab
ſurdum uideař qđ dixi ēt deū uiuere ex
lege:cū nō alia dixerim quā charitate.
Quid uerò in ſumma & btā illa trinita-
te ſummam & ineffabilē illam cōſeruat
unitatem niſi charitas? Lex eſt ergo, &
lex dñi charitas,quæ trinitatē in unitate
quodammodo cohibet: &colligat ī uin
culo pacis.Nemo tñ me exiſtimet cha-
ritatē hic accipe qualitatē uel aliqđ ac-
cidēs:alioqn in deo dicerē (qđ abſit) eſſe

aliqd qđ deus nō eſt:ſed ſubſtantiā illā
diuinam:qđ utiq; nec nouū nec inſolitū
eſt:dicente Ioan.Deus charitas eſt. Dř
ergo recte charitas & deus, & dei do- 1. Ioā.4.c
nū.Itaq; charitas dat charitatē: ſubſtan
tia accidētalē.Vbi dantē ſignat: nomen
eſt ſubſtātiæ.Vbi donū,qualitatis.Hæc
eſt lex æterna: creatrix & gubernatrix
uniuerſitatis.Siqdē in pōdere, & mēſu-
ra,& numero ꝑ eā facta ſunt uniuerſa,et
nihil ſine lege relinqtur,cū ipſa quoque
lex oīum ſine lege nō ſit, nō tñ alia quā
ſeipſa,q̃ & ſeipſam etſi nō creauit,regit
tñ.Cæterꝶ ſeruus &mercenarius hñt le
gem non à dño,ſed quā ipſi ſibi fecerūt,
ille deū nō amādo,iſte plus aliud aman
do.Hñt,inq̃,legē non dñi,ſed ſuā,illi tñ
q̃ dñi eſt ſubiectam.Et qdem ſuam ſibi
qſq; legē facere potuerūt,nō tñ eā incō
mutabili ęternę legis ordini ſubducere
potuerūt. Tūc aūt dixerim quenq; ſi-
bi ſuam feciſſe legem, qñ communi &
æternæ legi propriam prætulit uolunta
tem,peruerſe utiq; uolens ſuum imita-
ri creatorem,ut ſicut ipſe ſibi lex, ſuiq;
iuris eſt,ita is quoq; ſeipſum regeret, &
legem ſibi ſuam faceret uolūtatem, gra
ue utiq; & importabile iugum ſuper o-
mnes filios Adam, heu inclinans & in-
curuans ceruices nřas,adeo ut uita nřa
inferno appropinquauerit. Infelix ego Rom. 7.d
hō, quis me liberabit de corpe mortis
huius? Quo utiq; ſic premor, ut niſi qa
dñs adiuuit me,paulominus habitaſſet Iob.7.d
in inferno aīa mea. Sub hoc onere graua
tus gemebat qui dicebat: Qř poſuiſti
me contrarium tibi, & factus ſum mihi
metipſi grauis? Vbi dixit, factus ſum mi
himetipſi grauis,oñdit ꝙ lex ipſe ſibi eſ
ſet,nec alius hoc quam ipſe ſibi feciſſet.
Qđ aūt deo loquens præmiſit, poſuiſti
me contrarium tibi, dei ſe tñ non effu-
giſſe legem indicauit. Hoc quippe ad
æternam iuſtamq; legem dei pertinuit,
ut qui à deo noluit ſuauiter regi,pœnali-
ter à ſeipſo regeretur, qui que ſponte iu-
gū ſuaue & onus leue charitatis abie-
cit,propriæ uoluntatis onus importabi
le pateretur inuitus. Miro itaque modo

æterna lex fugitiuũ ſuũ,& poſuit ſibi cõ
trariũ & retinuit ſubiectũ, dũ uidelicet
nec iuſtitiæ pro meritis legẽ euaſit, nec
tñ cũ deo in ſua luce,in ſua reqe, in ſua
gloria remanſit,ſubiectus ptãti, & ſub-
Ibidem motus felicitati. Dñe deus meus cur nõ
tollis pctm̃ meũ, & qr̃ non aufers iniq-
tatẽ meã,ut abiecta graui ſarcina ꝓpriȩ
uolũtatis,ſub leui onere charitatis reſpi
rẽ,nec iã ſeruili timor̃ coercear,nec mer
cenaria cupiditate illiciar, ſed agar ſpũ
tuo,ſpũ libertatis,quo aguntur filij tui,
q teſtimonium reddat ſpũi meo qđ &
ego ſim unus ex filijs, dũ eadẽ lex mihi
fuerit q̃ & tibi, & ſicut tu es, ita & ipſe
ſim in hoc mũdo? Hi ſiqdem q hoc fa-
Rom. 13.b ciunt qđ ait Apl's: Nemini qcq̃ debea-
tis,niſi ut inuicẽ diligatis, ꝓculdubio ſi-
cut deus eſt,& ipſi ſunt ĩ hoc mũdo,nec
ſerui aut mercenarij ſunt,ſed filij. Itaque
nec filij ſunt ſine lege, niſi forte aliqs al'r
ſentiat pp hoc qđ ſcriptũ eſt: Iuſtis non
1.Tim.1.b eſt lex poſita. Sed ſciẽdũ eſt qđ alia lex
eſt ꝓmulgata a ſpũ ſeruitutis in timore,
alia a ſpũ libertatis data in ſuauitate.
Nec ſub illa cogunt̃ eſſe filij,nec ſine iſta
patiunt̃. Vis audire qa iuſtis non eſt lex
Rom.8.c poſita? Nõ accepiſtis(inqt) ſpm̃ ſeruitu
tis iterũ in timore. Vis audire quod tñ ſi
ne lege charitatis non ſint? Sed accepi-
ſtis(ait) ſpm̃ adoptionis filiorũ. Deniq̃
audi iuſtũ utrũq̃ de ſe fatẽtẽ, & q̄ nõ ſit
ſub lege,nec tñ ſit ſine lege: Factus ſum
(inqt) his q ſub lege erant, q̃ſi ſub lege eſ
2. Cor.9.c ſem,cũ ipſe nõ eſſem ſub lege. His q ſine
ingenuæ humilitatis eſt non erubeſcere
corrigi, ſiquid aliquando aliter ſapui-
ſtis, Valete.

Ad eundem. *Epiſtola 36.*

Ilectiſſimo ſuo & olim & mo-
d do, dei gr̃a ſctõ abbati Hugoni
F.B. de Claraualle irreuerbera
tum ſyncere dilectionis affectum. Ad li
teras ueſtræ dignationis licet quidẽ bre
uiores quàm cupierim, longiores tamẽ
quam meruerim, reſcribere largius &
debui & uolui, ſed feſtinans nuncius nõ
permiſit. Ne tñ uacuus oĩno recederet,
pro tantis, quaꝝ me debitorem agno-
ſco, has tãtillas, quas & uix expectauit,
uelociſſime reddidi. Vbi primum br̃ ac
ueraciter inſinuo antiquum nr̃m & dile
ctorem & dilectum totis me charitatis
uiſceribus & ſuſcipere ut catholicum, et
ſuſpicere ut ſctm̃, & amplecti ut chariſ-
ſimum. Siquidem de integritate fidei,
credo ur̃æ confeſſioni, famæ & opinio-
di, de ſanctitate, de affectu quem erga
uos me hr̃e ꝓteſtatus ſum propriæ con
ſcĩæ. Nam ꝙ illius ſnĩę quę meę ſimpli-
citati merito, ut mihi uidebatur, ſcrupu-
lum mouebat, oblitum uos eſſe fatemi-
ni, tam libenter accipio, quàm lætus cõ
pẽdioſam puriſſimę ṽitatis aſſertionẽ ĩ
lr̃is ur̃is nouiſſimis lego, ita ut me potiꝰ
ſenſa ur̃a non ĩtellexiſſe, quã uos q̃ppiã
mali ſenſiſſe penè crediderĩ. Deinde mo
deſtię ur̃ę fraterna p̃ſumptione conſulo
q̃tinus epm̃ ſctm̃ & doctũ quẽ q̃etè ui-
uere ꝑmiſiſtis, mortuum inquietate deſi
natis: ne dũ non ualentẽ ꝓ ſe rñdere re-
prehenditis, magis hoc ex charitatis in-

opia,quam ueritatis fiducia deſcendere,
totam pro eo rn̄dētem eccleſiam audia
tis. Pro Humberto ſicut rogaui uos, ite
rum rogo,ut urm̄ ei cum poteritis, nec
conſilium deſit,nec patrocinium, Vale.

Ad comitem Theobaldum. Epiſt. 37.

l Audabili principi Theobal.B.
eorꝝ qui in Claraual.ſunt ſeruo
rum dei,inutilis ſeruus,ſoſpitatē
& pacem. Quod de nr̄a infirmitate uos
audiui fuiſſe ſolicitum,non mediocriter
gratum hēo. In hoc quippe dum ur̄am
erga me agnoſco dignationem, deū q̊-
que uos diligere non dubito. Qn̄.n.tan-
tillum tantus uel noſſe dignaremini,ni-
ſi pp deum? Cum ergo conſtet qđ dili-
gitis deum,& me pp ipſum: miror qūo
ad unam dei fiducia p̄ſumptam petitiū
culam,nec iniuſtam,ut puto, nec irratio
nabilem,à uob̄ tn̄ repulſus ſum. Si aurꝝ,
ſi argentum,uel quodcunq; hmōi quæ-
ſiſſem. Sed quid dico quæſiſſem? Nā ēt
non quærēs,iam plurima ur̄ę largitatis
bn̄ficia ſuſcepi. Hoc aūt unum quod nō
mei,ſed dei cā,nec tam mihi quam uob̄
à uob̄ poſtulaui,qd cauſæ extitit quod
accipe nō merui? Quid.n.? Ergo ne iudi-
caſtis indignū uel mihi ad petendū, uel
uob̄ ad præbendum, ut hoī Chriſtiano
quantolibet apud uos crimine accuſa-
to,poſtq̄; ſe purgauit, faciatis miſericor
diam? Aut certe ſi nō creditis ꝙ plene ſe
purgauerit,qa hoc in curia ur̄a nō fecit,
eiuſdē rurſus uos in ur̄i p̄ntia recipiatis
ſatisfactionem, & ſic conſequat̄ indul-
gentiam. At ignoratis qs mineť? Cum
Pſal.74.a accepo tp̄s,ego iuſtitias iudicabo? Qđ
ſi iuſtitias,quāto magis iniurias? An nō
timetis qđ rurſum ſcriptū eſt,qa in qua
Mat. 7.a menſura mēſi fueritis,remetieť uob̄? An
neſcitis qa quā facile uos Humbertum,
tā facile,immo incōparabilr̄ facilius deꝰ
Theobal. (quod abſit) exhæredare poſ
ſit? Et quidem in talibus ubi culpa tā ap
ta atque inexcuſabilis eſſe ur̄, quatenus
nulla niſi cum iuſtitię periculo miſericor
diæ occaſio relinquat̄,ēt tunc tremēs et
dolens uindicem uos exhibere debetis,
magis uidelicet officij compulſus neceſ
ſitate,quam uindicandi libidine. Vbi aūt
obiectum crimen aut minus certū eſſe
cognoſcitur,aut excuſandum ſuſcipitur,
hoc non ſolum non renuere,ſed & libē-
tiſſime debetis amplecti, lętus nimirum
qđ ſalua iuſtitia,pietas ur̄a locū inuene
rit. Ecce hoc ſcđ'o ur̄æ ſupplico eximie-
tati,ut ſicut deū uob̄ uultis miſereri, ita
uos Humberto miſereamini,ſiue illa uo
bis ꝓmiſſione dn̄ica blādiēte: Beati mi-
ſericordes,qm̄ ipſi miſericordiam conſe *Mat.5.a*
quentur,ſiue illa uos cōminatione terrē *Iaco.2.c*
te: Iudicium ſine miſericordia illi,qui nō
fecerit miſericordiam. Vale.

Ad eundem, Epiſtola 38.

p Io principi Theob.B.abbas de
Claraualle, ſalutem & oratio-
nes. Valde timeo ne occupatiſ-
ſimis auribus ur̄is, crebris interpellatio
nibus meis præſumptuoſius me ingerē-
do moleſtus fiam. Sed quid faciam? Si
uos offendere timeo ſæpius ad uos ſcri-
ptitando,quāto magis deum, cui utiq;
magis timoris debeo,timendum eſt mi
hi ne offendam non interpellando pro
miſero? Alias aūt indulgeat mihi beni-
gnitas ueſtra,quia non poſſum non mi-
ſereri illius miſeri,pro quo iam en & al-
tera uice importunus forſitan precator
acceſſi,Humberti uidelicet mendici &
pauperis, & hoc facti de diuite, quod
eſt infelicius. Nō poſſum non compati
uiduæ & orphanis,ſed uiuo orbatis pa-
tre,quod eſt miſerabilius. Gr̄as ago uo
bis pro gr̄a quam de hac re in oculis ue
ſtris inuenire merui,& ꝙ ipſius Hūber-
ti pro ſe dignāter acquieuiſtis ueram ſu-
ſcipere defenſionem,& ꝙ falſam aduer
ſus ip̄m iuſtiſſimè repuliſtis accuſationē.
Illud autem quod ad conſummandum
pietatis opus,reddendam uxori & libe
ris eius ſuam hereditatem benigniſſimè
diſpoſueratis, ſatis mirari non poſſum
quid impedierit,ut tam pium uerbū ue-
ſtrum necdum factum conſecutum ſit.
Et quidem in alijs principibus ſiquan-
do uerbum leuitatis,aut etiam falſitatis
deprehēdimus,nec nouum nec mirum

reputamus. At ỽo apud comitē Theo
baldum:eſt,& nō:nequaquam oīno pa
tiēter audimus:cui ut dr̄,ſimpl̄r dicere,
iurare eſt: & leue mendacium, graue ꝑ-
iurium imputatur. Inter plurima qppe
uirtutum inſignia quę ueſtram plurimū
nobilitant dignitatem,& ueſtrum ꝑ or
bem clarꝝ reddunt & celebre nomen:
præcipue laudatur in uob̄ ueritatis con
ſtantia. Quis ergo ſuo uel hortatu uel
conſilio tm̄ robur firmiſſimi pectoris ue
ſtri eneruare tentauit? Quis inq̄; uerita-
tis uob̄ tam ſctm̄,tam eximium, tā oīb.
imitabile principibus propoſitum euel-
lere ſua fraude conatus eſt? Fallaciter n̄
ueraciter uos diligit: fraudulenter & nō
fideliter uob̄ cōſulit: qui tam glorioſam
de ueritate famā ur̄am obnubilare ſua
cupiditate contēdit: dum ỽbum quod
os ur̄m locutum eſt: & uerbum deo pla
citū: uob̄ dignū,pie iuſtū: & iuſte pium:
euacuare neſcio q̄ malitia,nocendo pau
peri ſatagit. Obſecro uos per miſericor
diam dei ut eandem uos cōſequamini:
cauete ne ſuperbiat impius un̄ incendiť
pauper: & hoc potius agite, q̄tinus pro
miſſionis ueſtræ ueritas compleatur: q̄
primum quidem dn̄o Norbeto: deinde
etiam nobis pollicitus eſtis reſtituturꝝ
uos Humberti hæreditatem eius & uxo
ri & filijs. Valete.

Ad eundem, Epiſtola 39.

c Vm multa mihi ueſtrę erga me
dignationis indicia præbeatis,
hoc me maxime toto uob̄ affe-
ctu dilectionis aſtringit: ꝙ cum ſciā me
ur̄am iam pro multis auſum fuiſſe inter
pellare dignitatem: ī nullo tn̄ repulſum
me memini. Hinc non immerito factus
fidentior: rurſum pro canonicis de Lar-
zicurte non dubius precator accedo.
Non quidem pro ipſorꝝ iure nunc p̄cor:
intm̄ quippe de ur̄a iuſtitia & legalita-
te confidens,ut nec hoſti ur̄o in ur̄a cu-
ria placitanti de ſuo iure timendum eſſe
exiſtimem. Sed hoc eſt quod pro ipſis
& cum ipſis oī qua poſſum abſens ſup-
plicatione depoſco: & quod eis oīno eſ
ſe cognoui neceſſarium ut uidelicet ad
ueſtræ ſerenitatis uultum,ſolito illis cle
mentiorem atq; prōptiorem indulgea-
tis acceſſum,quatinus uicini eorꝝ religio
ni debitam diſcant exhibere reuerentiā:
cum uos eis bn̄uolum eſſe cognouerint.
Et ſiquis forte militū ſeu miniſtrorꝝ res
illorꝝ iniuſte contingere,aut quietē quā
in deo hr̄e dn̄t, infeſtare in aliquo tenta
uerit: pro certo ſe ſciat ur̄am ſibi ob hāc
rem gr̄am grauiſſime redditurum infen
ſam. Item aliud eſt quod ſupplex exoro.
Nuper forte per Barrum tranſeunti oc-
currit mihi mulier ſatis miſeranda: aīa
quippe eius in amaritudine erat: & mea
ſuper ſuis doloribus commouit uiſcera,
ſatisq; egit ſuis precibus ac lachrymis
quatinus pro ipſa apud uos intercedere
deberem. Ipſa eſt uxor Belini illius hoīs
ueſtri: ī quem dudum iuxta malū quod
ipſe commiſerat: multa & grauia reddi
diſtis. Facite cum ea miſericordiam, ut
& uos apud deum eam inueniatis. Et
quia ſemel cœpi: loquar adhuc cū dn̄o
meo. In manu Barrenſis prępoſiti dudū
facto duello: qui uictus fuit, ſtatim ex
ur̄a iuſſione oculos amiſit. Inſuper quo-
que quaſi parua hæc mala eſſent, ꝙ &
uictus,& oculis orbatus fuerat: res ei o-
mnes ſuę à miniſtris ueſtris,ſicut ipſe cō
queritur,ablatæ ſunt. Iuſtum eſt, ſi uob̄
placet: ut ei ur̄a pietate reſtituatur unde
miſera eius uita poſſit utcunq; ſuſtenta
ri. Sed & filijs eius innocentibꝰ p̄r̄is ini-
quitas non debet imputari: quo minus
ſiqua ſunt paterna hæreditent ædificia.
In fine uolumus uos ſctōs ep̄os qui pro
his quæ ad deum pertinent, in ur̄a ciui-
tate conuenerunt: omni hr̄e acceptione
dignos. Sed et ipſi legato q uos ur̄am q;
ciuitatem tanti celebratione concilij uo
luit honorare: per oīa quantum in uobis
eſt,deuotus & obediēs aſſiſtatis: robo-
rare & confirmare bona quæq; ab eo
iuſſa & inſtituta curetis. Noſtrum quo
que ac ueſtrum pariter ep̄m.i. Lingonē
ſem, abundantiori ut decet honore ſu-
ſcipiatis: et de caſamento quod tenetis,
homagium quod debetis,reuerenter ei
& humiliter offeratis. Valete.

Ad eundem. *Epiſtola* 40.

d Vo uob̃ commendamus in homine iſto quem uidetis: pauper tatem &religionem:ut ſi uni nõ compatimini,alterꝵ in eo reuereamini: quo nullatenus id ei negare poſſitis,ꝑꝑ quod uos cum tanto labore de longe requirere curauit. Itaq; & ſi non ꝑꝑ ip̃m, certe ꝑꝑ uos ei ſuccurrite: quia quãtum uos illi ſua paupertas:tm̃,imò amplius uobis illum neceſſarium facit ſua æque religioſitas. Deniq; de multis quos iam eadem de cauſa ad uos miſimus,nullum fuiſſe recolimus de quo magis deo placere ſciamus:quàm ſi huic benefeceritis. Valete.

Ad eundem, *Epiſtola* 41.

t Imeo uos grauari in tam crebris ſcriptitationib⁹ noſtris. Sed in hanc importunitatem urget me Chriſti charitas:& amicorꝵ neceſſitas. Hunc itaq; & ſenem,ut uidetis,et de domo,ut nos ſcimus religioſa ad uos miſſum:non remitti uacuum ſupplicamus: & inſuper ut ueſtris lr̃is ad auunculum ueſtrum regem iturꝵ munire dignemini, rogamus. Vellem oẽs ſeruos dei, ſi fieri poſſet,ur̃os fieri debitores:qui pro mãmona iniquitatis qñq; uos reciperent in æterna tabernacula. Valete.

Ad Henricum Senonenſem archiep̃m,
Epiſtola. 42.

d Omino uenerabili Henrico Senonenſium archiep̃o,F.B. Siqd põt pc̃tõris or̃o. Placuit præſtãtiæ ueſtræ nouum aliquid à nob̃ dictatũ requirere. Grauamur pondere dignitatis,ſed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis fauor:& petitiõis terret exactio. Qui.n.nos ſumus ut ſcribamus ep̃is? Sed rurſum qui ſumus, qui non obediamus ep̃is? Vñ dare, inde & negare compellor quod poſtulor. Scribere tantæ altitudini,ſupra me eſt:& eidem non obedire,contra me. Vtrobiq; periculum:ſed in ea parte maius imminere ur̃,ſi non obediero. Hac itaq; exiẽs qua minus apparet: facio qđ iubetis. Dat quippe auſum ipſius dignitatis dignanter indulta familiaritas: & excuſat pręſumptionem authoritas imperãtis. igr̃ ex quo regni cœlorꝵ clauẽs deo authore uob̃ traditas ſuſcepiſtis,ac iuxta ri- *Prou. 31.c* tum fortis illius mulieris manũ mittere cœpiſtis ad fortia,ſiqua uos aut egiſſe q̃ non deberetis:aut pertuliſſe q̃ nolletis audiuimus:& illa agentem doluimus: & condoluimus hæc patiẽti. Inter hæc *Pſa. 106.c* autem ego recordabar illorum uerſiculorum: Qui deſcendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, aſcendunt uſq; ad cœlos,& deſcendunt uſq; ab abyſſos:aĩa eorꝵ in malis tabeſcebat:turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius:& oĩs ſapientia eorꝵ deuorata eſt. Et ideo nõ iudicabam ut aſſolet: magis quippe ad compaſſionem me prouocabat huiuſcemodi cogitatio. Si inquam, tentatio eſt cuiuſcunq; hominis uita ſuper terram:quãtis putatis periculis patet uita pontificis cui oĩum neceſſe ẽ ferre tentationes? Si ego latens in cauerna: & quaſi ſub modio:non quidem lucẽs, ſed fumigãs,uentorꝵ tñ impetus nec ſic declinare ſufficio: ſed continuis tentationum uarijſq; fatigatus impulſibus,inſtar uẽto agitatę arũdinis,hac illacq; circũferor:qđ poſitus ſupra mõtẽ, poſitus ſupra cãdelabrũ? Solus mihi ſeruandus: ſolus tñ ipſe mihi ſum ſcãdalo:ſolus tædio,ſolus oneri atq; ꝑiculo:ita ut ꝓpriæ gulæ & uẽtri,& oculo ſcandelizãti,frequẽter iraſci oporteat. Quib. ergo moleſtijs angiẽ,qb. laceſſiẽ iniurijs: cui ẽt etſi ꝓpria ceſſent:nũq; tñ de alienis deſunt oris pugnæ,intus timores? Nuꝑ aũt nobis à ur̃is partib. flare cœpit aura ſecundior. Rumorib. ſiqdẽ recẽtiorib. nũciata ſunt de uob̃ ſolito lætiora: & nõ ex incerto famę,ſed ore ꝟidico uenerabilis Meldenſis ep̃i. Interrogatus.n. de eſſe ur̃o: uultu alacri,& tanq; bñ fidẽs uñ reqrebaẽ:puto,inquit,hoĩem ex hoc iã conſilijs ſe ſubacturꝵ Carnotenſis ep̃i. Hoc ab eo rñſum tam lætus accepi:q; certus ſui conſilia uiri fideliſſima fore. In nullo melius poterat nobis cordis ueſtri propoſitum commendare: in nullo ſpem dare

dare certiorẽ ur̃i ꝓfectus in dño. Secure (ni fallor) p̃fatis ambobus uiris et uos et ur̃a credetis. Talibus utẽdo cõſiliarijs: bonam uob̃ ſeruabitis & famã & conſciam. Sic dei ſacerdotẽ: ſic tãtæ ciuitatis decet ep̃m,puerilibus non agi ſclr̃aribus'ue conſilijs. Oẽs iuxta dñi p̃ceptum
Lucæ 6.d ẽt inimici diligantẽ:ſed ad conſilium ſoli eligantẽ q & prudẽtes eſſe uideantẽ & bñuoli. Abſq; prudẽtia & bñuolentia non
Mar. 9.d eſſe ꝑfecta cõſilia. Propterea dñs & im-
Ioan. 7.a prudens diſcipuli & frum infidele conſilium refutabat:rñdens improuido: Non ſapis q̃ dei ſunt: & maleuolis: Vos aſcẽdite ad diem feſtũ hũc:ego aũt nõ aſcẽdam. Nec iſtorꝵ malitiæ,nec illius ĩprudẽtiæ ſe credẽdũ putauit. Quærẽs deni que cui ſe credere debeat: cui tuto ſua committat diſpẽſanda myſteria: & q̃ſi difficile inueniẽs ſub admiratione inter-
Mat. 24.d rogat: Quis putas eſt fidelis ſeruus &
Ioan. 21.c prudẽs quẽ cõſtituit dñs ſuꝑ familiam ſuã? Quamobrem & Petro curã ouium crediturus:prius eius ſtuduit ꝓbare bñuolentia,ter ſciſcitãs ſi ſe diligeret. Probauit & prudẽtiã,qñ errantibus hoĩbus & putantib. ip̃m eſſe quempiam ex prophetis,ille prudẽter ueritatẽ aduertens: deum potius ꝓphetarꝵ cõfeſſus eſt: Tu
Mat. 26.c es (ingens) Xp̃s filius dei. Vę nr̃o gñi ab imꝑfectione ſua. Vix in multitudine hominum unum reꝑias in utraq; gr̃a conſummatum. Haud facile ſiqdem uel prudẽti bñuolentiã:uel fideli ineſſe ſapiam deprehendas. Sine nũero aũt ſunt,quos utriuſq; muneris exꝑtes eſſe conſtiterit. Prudenter igr̃ cogitaſtis ſacerdotale onus,ep̃ale opus, curamq; paſtoralẽ digne non poſſe adminiſtrari ſine cõſilio. Hinc ipſa caſtorꝵ cõſiliorꝵ mr̃ ſapia de
Prou. 8.b ſeipſa loquẽs: Ego ſapia (inqt) habito in cõſilio. Sed q̃li cõſilio? Nunqd in qualicunq;? Et eruditis (ait) interſum cogitationib. Sed & q infida conſilia declinã-
Prou. 25.b da ſint,ꝑ os Salomonis talr̃ mõet: Cauſam tuam tracta cũ amico tuo: & ſecretũ extraneo ne reueles. Pulchre quoque ꝑ alium quedã ſapientẽ cũ ſine conſilio nil agẽdũ cõſulat:uirorꝵ tñ cõſilij intuẽs paucitatẽ,ita lóqtur: Multi ſint tibi ami- *Eccl. 6.a* ci:unus aũt ſit tibi conſiliarius de mille. Vnus,inqt,de mille. Benignam ego nõ dubitauerim uob̃ eſſe diuinitatem, cui de tãta raritate inter mortales nõ unũ, ſed duos,ipſosq; idoneos ſatis indulſit conſiliarios,ꝓuidos,bñuolos, et ut facile adſint cõprouinciales:ut gratis,debitores iure ſubiectionis. Horꝵ acqeſcẽdo conſilijs,nec p̃ceps eritis in ſnĩa, nec uehemens in uindicta. Nõ in corrigendis remiſſior,nõ ſeuerior in parcẽdis,nõ puſillanimis in expectãdis. Nec ſuperfluus in uictu,nec notabilis in ueſtitu. Non citus ad ꝓmittendũ, nõ ad reddendũ tardus,nec ꝓdigus dator. Iſtorꝵ conſilium lõge ſꝑ faciet à uob̃ malũ tp̃i uetus, ſed cupiditati nouũ,ſimoniam,& mr̃em ei⁹ auaritiã, q ẽ idolorꝵ ſeruitus. Et ut breui oĩa ſermone cõcludã,ſi his credideritis: in oĩb. exẽplo Apl̃i honorificabitis miniſteriũ ur̃m. Miniſteriũ inq;,non dñium. *Rom. 11.b* Ip̃m itaq; honorificabitis,nõ uos. Nam q q̃rit quæ ſua ſunt:ſe cupit honorari,nõ miniſteriũ. Honorificabitis aũt cũ cultu ueſtium,non equorꝵ faſtų,nõ amplis ędificijs:ſed ornatis morib. ſtudijs ſp̃ũa lib. operibus bonis,q; multi alr̃. Cernitẽ in nõnullis ſacerdotibus ueſtium cultus plurimus:uirtutũ aut nullus aut exigu⁹. Quib. ego ſi rememorem illud aplr̃icũ: Nõ in ueſte p̃cioſa:uereor ne indignentẽ: *1. Tim. 2.c* dũ nimirꝵ indignum ducant in ſe aſſumptam ſnĩam, quã prius in uiliorẽ ſexum & ordinẽ ꝓlatam fuiſſe recognouerint. Quaſi ꝟo non eodem utantẽ medici ferro ſecãdis regib. quo & pplr̃aribus hoĩbus:aut capiti fiat iniuria ſi ipſis forpicibus capilli excreſcẽtes detondeantẽ: qb. & unguium fuerint reſecata ſuperflua. Attamẽ ſi dedignantẽ pari cũ mulierculis nõ qdem à me,ſed ab Apl̃o feriri ſententia: dedignentur & cum ipſis eadẽ inuolui culpa. Deſpiciant iam textricum ſiue pellificum: & non proprijs operibus gloriari. Horreant & murium rubricatas pelliculas, quas gulas uocant: manibus circundare ſacratis; & ſacrantib. tremenda myſteria. Reſpuãt

& apponere pectori: qđ decentius or-
nat gemma ſapiẽtiæ. Pudeat & collo cir-
cuntexere: qđ honeſtius atque ſuauius
Xp̃i iugo ſubmittitᷓ. Non Xp̃i ſtigmata
ſunt hæc, q̃ iſti martyꝝ exemplo circũ-
ferant in corpe ſuo. Muliebria potius eſ
ſe noſcuntᷓ inſignia: q̃ utique curioſius et
ſumptuoſius illæ ſibi p̃parare conſueue
runt: cogitãtes nimiꝝ q̃ ſunt mũdi: quõ
placeant uiris. Veꝝ tu ſacerdos dei altiſ
ſimi, cui ex his placere geſtis, mundo an
deo? Si mũdo, cur ſacerdos? Si deo, cur
q̃lis ppl's, talis & ſacerdos? Nã ſi place-
re uis mundo: qđ tibi ꝓdeſt ſacerdotiũ?
Nec.n. potes duobus dñis ſeruire. Qui
Iacob.4.a aũt uult amicus eſſe hꝰ mundi: inimicus
Pſal.52.b dei conſtituitur. Et ꝓpheta: Deus, inqt,
diſſipabit oſſa eoꝝ q hoĩb. placẽt, cõfu
Gal.1.b ſi ſunt, q̃m deus ſpreuit eos. Et Apl's: Si
hoĩb. placerẽ, Xp̃i ſeruus non eſſem. Vo
lẽs itaq; placere hoĩb. deo nõ places. Si
non places: nõ placas. Cur ergo, ut dixi,
ſacerdos? Sin ṽo qđ addidi, placere in-
tendis non mũdo ſed deo, cur q̃lis ppl's,
& ſacerdos? Enimuero ſi ſacerdos pa-
ſtor eſt, & ppl's oues: dignũ eſt ut in nul
lo appareat ouibus paſtor diſſimilis? Si
inſtar mei q ouis ſum, paſtor meus & ip
ſe incuruus gradiᷓ. uultũ gerẽs deorſum,
& terram ſꝑ reſpiciẽs: & ſoli uẽtri mẽte
ieiunus pabula quęritãs: in quo diſcerni
mur? Væ, ſi uenerit lupus, nõ erit q præui
deat, qui occurrat, qui eripiat. Decet ne
paſtorẽ more pecoꝝ, ſenſibus incubare
corꝑeis, hærere infimis, inhiare terrenis:
& non potius erectũ ſtare ut hoĩem: cœ
lum mẽte ſuſpicere: q̃ ſurſum ſunt & q̃re
re & ſapere, nõ q̃ ſuꝑ terrã? Cæteꝝ mihi
ĩdignaᷓ ſi uel nutũ facere audeã: iubetq;
ori manum apponere: dicẽs monachũ,
qui non hẽam iudicare de ep̃is. Vtinam
& oculos mihi claudas, ut nec cernere
poſſem q̃ cõtradicere ꝓhibes. Magna
uero p̃ſumptio ſi ouis cũ ſim, in ip̃m pa-
ſtorẽ meum lupas ſæuiſſimas uanitatẽ
& curioſitatẽ irruere cernens infremue
ro, quo ad meũ forte balatum cruentis
beſtijs à quopiam occurraᷓ & ſuccurra
tur perituro. Quid facient de me q oui-
cula ſum: q̃ & in ip̃m paſtorẽ tãta ferita
te inſiliunt? Et qdem ſi nõ uult ut clamẽ
pro ſe: nunqd nõ & ꝓ me balare licebit?
Sed etſi ego ſileo, ne ponere uidear ĩ cœ
lum os meum: clamaᷓ tñ in eccleſia: nõ
in ueſte p̃cioſa. Clamaᷓ aũt ſpecial'r ad
fœminas, ut erubeſcat in ſe deprehendi 1. Tim.2.c
ep̃s, qđ in fragiliori quoq; ſexu audierit
rep̃hendi. An forte nulla timeᷓ cõfuſio: ſi
ego ſolus ſubmuſitate deſiero? Nunqd
& ſi ego nõ loquor, ſua cuiq; non loqui
tur cõſcia? Quid ſi alius audacior me ñ
quidẽ de Apl'o ut ego, nõ de euangelio,
nõ de ꝓpheta: nõ deniq; qppiam eccle-
ſiaſticũ: ſed illud tm̃ gẽtilitiũ ingerat: Di
cite põtifices, nõ qdem ĩ ſctõ, ſed fręno,
quid facit auꝝ? Quàm tolerabilius cer-
niᷓ in ſctõ, q̃ in fræno. Hoc me ẽt tacen-
te: etſi nõ curia regũ, tñ penuria paupe-
rũ clamat. Sileat licet fama: ſed non fa-
mes. Fama qdem ſilet, qa non põt mun
dus odiſſe uos. Nam quõ arguet mun-
dus pctm̃, à quo potius laudatur pctõr
in deſiderijs aĩæ ſuę: & iniquus bñdiciᷓ?
Clamant uero nudi, clamant famelici: Pſal. 9.d
cõqueruntᷓ & dñt: Dicite põtifices, ĩ frę-
no quid facit auꝝ? Nunqd auꝝ à fræno
repellit frigus ſiue eſuriem? Nob̃ frigore
& fame laborãtibus qd conferunt tot
mutatoria uel extẽſa in ꝑticis: uel plica-
ta in manticis? Nr̃m eſt qđ effunditis,
nob̃ crudeliter ſubtrahiᷓ qđ inaniter ex
pẽditis. Et nos.n. dei plaſmatio: & nos
ſanguine Xp̃i redẽpti ſumus. Nos ergo
frẽs ur̃i. Videte q̃le ſit de fraterna portio
ne paſcere oculos ur̃os. Vita nr̃a cedit
uob̃ in ſuꝑfluas copias. Nr̃is neceſſitati
bus detrahiᷓ, qcqd accedit uanitatibus
ur̃is. Duo deniq; mala de una ꝓdeũt ra
dice cupiditatis: dũ & uos uanitãdo ꝑi-
tis, & nos ſpoliãdo ꝑitis. Iumẽta gradiũ
tur onuſta gẽmis, & nr̃a nõ curatis cru-
ra nuda caligulis? Annuli, catenulæ, tin
tinnabula, & clauatæ q̃dã corrigię, mul
taq; talia tã ſpecioſa colorib. q̃ põderi-
bus p̃cioſa, muloꝝ depẽdẽt ceruicibus,
frũm aũt laterib. nec ſemicinctia miſerã
tes appõitis? Huc accedit q̃ hęc oĩa nec
negociationis ſtudio: nec ꝓprio manuũ

exercitio uobis elaboraſtis: ſed nec iure
Pſal. 82.e hr̃ditario poſſidetis: niſi forte & uos in
corde ueſtro dixeritis: Hæreditate poſſi
deamus ſanctuariũ dei. Et hæc pauꝑes
modo qdem corã deo tm̃, cui corda lo-
quuntᷓ. Nec.n. audẽt aꝑte cauſari aduer-
ſum uos: qb. interim pro ſua uita neceſſe
hñt potius ſupplicare. Cæteꝝ in futuro
ſtabũt in magna cõſtãtia aduerſus eos
q ſe anguſtiauerũt: ſtãte qppe ꝓ eis prẽ
orphanoꝝ, & iudice uiduaꝝ. Ipſius.n.
Mat. 25.d tũc uox erit: Quandiu nõ feciſtis uni de
his minimis meis, nec mihi feciſtis. Vos
aũt reuerẽdiſſime pr̃, uos inq̃ abſit ut in
talibus honorificãdũ putetis miniſteriũ
ur̃m. Vñr qdẽ honorifica: ſed oculo qui
uidet in facie, nõ q uidet in abſcondito.
Nã q̃ vñr in abſcõdito, nullis apparent
fucata colorib. ſpectabilia ſunt tñ. Nul
lis cõdita ſaporib. p̃dulcia ſunt tñ. Nul-
lis eleuata culminibus, excelſa tñ. Caſti
tas, charitas, humilitas: nullius qdẽ colo
ris ſunt, ſed nõ nullius decoris. Nec me-
diocris decoris: q diuinos quoq; dele-
ctare poſſit aſpectus. Quid caſtitate de
corius: q̃ mũdũ de immũdo cõceptum
ſemine, de hoſte domeſticũ, angelũ de-
niq; de hoĩe facit? Differunt qdẽ inter ſe
hõ pudicus & angelus: ſed felicitate, nõ
uirtute. Sed etſi illius caſtitas felicior: hꝰ
tñ fortior eſſe cognoſciᷓ. Sola eſt caſti-
tas q̃ in hoc mortalitatis & loco & tꝑe
ſtatũ quẽdã immortalis gl'iæ rep̃ſentat.
Sola inter nuptiaꝝ ſolẽnia: morẽ beatæ
illius uẽdicat regionis in q̃ neq; nubũt,
neq; nubuntᷓ: p̃bens quodammodo ter-
ris, cœleſtis iã illius cõuerſationis expe-
riẽtiã. Vas interim fragile qđ portamus,
in quo & crebro ꝑiclitamur: tenet caſti
tas, ut monet Apl's, in ſanctificationem,
& inſtar odoriferi balſami quo condita
cadauera incorrupta ſeruantᷓ: ſenſus ip-
ſa & artus cõtinet & cõſtringit: ne diſ-
Ioel.1.d ſoluantᷓ ocijs, ne corrũpantᷓ deſiderijs, ne
carnis uoluptatib. computreſcãt: quem
admodũ legiᷓ de qbuſdam, qa compu-
truerũt ut iumẽta in ſtercore ſuo. Hoc
itaq; tantæ pulchritudinis ornamentũ,
digne dixerim ſacerdotiũ honorare, qđ
dilectũ deo & hoĩb. faciat ſacerdotem,
cuius quippe memoria nõ in carnis ſuc-
ceſſione, ſed in ſp̃uali bñdictione ſit: red
datq; ſil'em in gl'ia ſctõꝝ, in hac licet ad
huc regione diſſimilitudinis conſtitutũ.
Veꝝ quantalibet uenuſtate ſui caſtitas
eminere appareat, ſine charitate tñ nec
p̃cium hẽt nec meritũ. Nec miꝝ. Qđ.n.
abſq; illa bonũ ſuſcipiᷓ? Fides? Sed nec 1. Co.13.a
ſi mõtes trãsferat. Scĩa? Sed ne illa qdẽ
q̃ lingua loqtur angeloꝝ. Martyrium?
Nec ſi tradidero, inquit, corpus meũ ita Ibidem
ut ardeam. Nec abſq; illa quodlibet bo
nũ ſuſcipiᷓ: nec cũ illa quãlibet exiguum
reſpuiᷓ. Caſtitas ſine charitate lãpas eſt
ſine oleo. Subtrahe oleũ, lãpas non lu-
cet. Tolle charitatẽ, caſtitas nõ placet.
Sed õ q̃ pulchra eſt (ut ſapiẽs clamat) Sap.4.a
caſta gñatio cũ charitate? Cũ illa inq̃
charitate quã deſcribit Apl's, de corde 1.Tim.1.a
puro, & cõſcia bona, & fide non ficta.
Porrò puritas cordis ĩ duobus cõſiſtit:
in q̃renda gl'ia dei, & utilitate proximi:
ut in oĩb. uidelicet actis ſuis uel dictis ni-
hil ſuũ q̃rat ep̃s: ſed tm̃ aut dei honorẽ,
aut ſalutẽ ꝓximoꝝ, aut utrũq;. Hoc eñ
agens implebit, non ſolum pontificis of
ficium, ſed & etymologiam noĩs pontẽ
utiq; ſeip̃m faciẽs inter deum & proxi-
mũ. Pertingit pons iſte uſq; ad deũ ea fi
ducia q̃ non ſuã, ſed illius gloriam quæ-
rit. Pertingit uſq; ad ꝓximum illa pieta
te qua & ipſi nõ ſibi ꝓdeſſe deſiderat.
Offert deo bonus mediator p̃ces & uo-
ta ppl'oꝝ, reportãs illis à deo bñdictio
nem & grãm. Supplicat maieſtati ꝓ ex
ceſſib. delinquẽtiũ: uindicat in peccãtes
iniuriã dei. Ingratis improperat bñficia
pietatis, cõtẽnẽtibus potẽtiæ ſeueritatẽ
inſinuat. Vtriſq; tñ nihilominus placare
ſtudet indignãtis furorẽ: nũc qdẽ homi-
nũ obtẽdẽs infirmitatẽ: nũc diuinæ ma-
gnitudinẽ pietatis. Deniq; ſiue excedat
deo, ſiue ſobrius ſit nob̃, aut deo ſꝑ quã-
tum in ipſo eſt placere geſtit, aut pręſta
re nobis: non quod ſibi omnino utile
eſt quęrens, ſed quod multis. Fidelis põ
tifex, qui bona quęlibet per manus ſuas
tranſeuntia, ſiue diuina beneficia ad ho-

mines,ſiue hoı̄um uota ad deum, colũ-
bino intuens oculo,nihil ſibi retẽtat ex
oı̄b.Nec ppl'i reqrit datũ,ſed lucrũ, nec
dei gl'iam uſurpat ſibi.Acceptũ talẽtum
nõ ligat ĩ ſudario,ſed partit̃ numularijs,
Cant. 3. a à qbus & uſuras recipit nõ ſibi,ſed dño.
Nõ hẽt foueam ut uulpes,nõ tanq̃ uolu
cres nidũ,non loculos qũo Iudas: nõ de
niq;(ſicut nec Maria)locũ ĩ diuerſorio.
Imitat̃ ꝓfecto illum q non hẽbat ubi re
clinaret caput:factus impræſentiarꝫ tã
quam uas perditum: q̃nque proculdu-
bio futurꝫ uas in honorem: & non in cõ
tumeliam. Deniq; perdit animam ſuam
in hoc mundo,ut in uitam æternã cuſto
diat eã. Hoc tãto puritatis intimæ bono
gl'iari nõ põt ueraciter,niſi q extrinſecas
gloriolas ꝑfecte reſpuerit. Nec.n.pure
ualet dei uel ꝓximi q̃rere lucra, qui pro
pria non contempſerit. Is tm̃ puritatis
interioris gloria non fraudat̃,qui dicere
Ioan.8.f põt cum dño: Si ego quæro gl'iam meã,
Phil. 1.c gloria mea nihil eſt. Et cum Apl'o. Mi-
Pſal. 30.d hi uiuere Xp̃s eſt & mori lucrum. Et cũ
propheta. Obliuioni datus ſum tanquã
mortuus à corde.i.à propria uoluntate.
Bona obliuio,ſi te ip̃m neſcias ut proxi-
mo ꝓſis. Bñ aũt mortuus à corde,ſi iam
nõ tibi uiuere ſtudeas:ſed ei q ꝓ te mor-
tuus eſt. Bñ mortuus eſt à corde q dicit:
Gala. 2. d Viuo aũt iam nõ ego. Sed ſi mortuus à
ſe,non tñ à Xp̃o. Sequitur.n. Viuit uero
in me Xp̃s. Mortem hanc quæ fit à cor-
de,infert charitas:de q̃ loquitur ſpõſa ĩ
Cant. 4. c Canticis: Vulnerata charitate ego ſum.
Cant.ul.b Fortis qppe eſt ut mors dilectio: & mor
Oſee 13. d tẽ in nob̃ non uitã occidit. Vñ & audaci
ter minat̃: O mors,ero mors tua. Pctm̃
extinguit,qd' aı̄æ uitam expulerat, ani-
mamq; reſtituit innocẽtię. Verꝫ ſi ꝑualet
morti charitas,ita ut illã in cõgreſſu pi-
mere poſſit:cur dr̃ fortis ut mors: & nõ
potius morte fortior? An forte qa & ip̃a
eſt mors, & ſeipſa fortior eſſe nõ p̃t? Bo
na mors nõ uitæ,ſed mortis. Bõa mors,
& neq̃q̃ abhorrẽda,q̃ uitã etſi adimit,
nõ perimit. Adimit qdem,ſed ad tp̃s, re
ſtituendam in tp̃e,duraturam ſine tp̃e.
Deniq; mortui eſtis,inqt, & uita ueſtra
abſcondita eſt cum Xp̃o in deo. Cũ au-
tem Xp̃s apparuerit uita ur̃a: tũc & uos Coloſſ.3.a
apparebitis cum ipſo in gloria. Libẽter
igr̃ carebo ad tp̃s, ut in æternum poſſi-
deam. Et iſta ſufficiant pro eo quod ſcri
ptum eſt: Charitas de corde puro. Sanè
in tanta obliuione ſui neceſſe eſt cor bñ 1.Tim.1.a
eſſe conſcium ſibi,quo ſe in lucra ſecuriꝰ
foris extendat,cum ſecuram intra ſe re
liquerit conſciam. Quid.n.prodeſt hoı̄
ſi uniuerſum mundum lucretur, aı̄æ aũt
ſuæ detrimentum patiat̃? Sed & ordinis Matt.a
exigit rõ,ut qui ad ſui menſuram proxi-
mum iubet̃ diligere,prius ſeipſum dilige
re norit. Itaq; duo ſunt p̃cipue quæ bo-
nam reddũt conſciam, pœnitere de ma
lis,& abſtinere à malis,hoc eſt(ut ꝟbis
loquar B.Greg.) & commiſſa flere, &
flẽda non committere. Horꝫ neutrũ ſo-
lũ ſufficit. Nã ſi primũ abſq; ſcđo ſuffice
ret,fruſtra & Dauid hortaretur dicens:
Declina à malo. Et Eſaias: Quieſcere a- Pſal.36.e
gere ꝑuerſè: & deus ipſe ad Cain,Pecca Eſa.1.c
ſti,qeſce. Rurſum ſi ſcđm ꝑ ſe poſt pctm̃
bonã ſufficit reſtaurare cõſciam, ſine cã
clamat pœnitẽs in pſalmo, Bti quorꝫ re Pſal.31.a
miſſæ ſunt iniqtates, & cætera. Et illud, & 118.a
Vide humilitatẽ meã & laborẽ meũ, & Luc. 11. a
dimitte oı̄a delicta mea. Et in orõne dñi
ca, Dimitte nob̃ debita nr̃a,ſicut & nos
dimittimus debitoribus nr̃is. Vtriuſque
uirtutis bñ conſcius aı̄us ſecure iã ſeip̃m
deſerat, & quodammodo ꝑdat,ut aliq̃s
lucrifaciat. Cũ infirmãtib. infirmet̃,urat̃
cum ſcãdalizatis: fiat ẽt(ſi oporteat) Iu-
dæis Iudæus, nihilq; formidet cum tali
cõſcia,exemplo Hier. & Ezechielis, in Hier.42.b
Aegyptum, uel in Chaldęam cũ tranſ- 4.Re.24.
greſſorib. captiuari, & cũ ſctõ Iob fr̃ fie b
ri draconũ, & ſociꝰ ſtruthionũ,cũ Moy Iob 30.d
ſe quoq;(qd' grauius eſt) deleri de libro Exo.32.g
dei, & cũ Paulo anathema eſſe à Xp̃o ꝓ Rom.9.a
fratrib. non timeat cũ hm̃ői conſcia. Ip
ſam deniq; ſi neceſſe eſt intrare gehẽnã
ſecurus medias penetrãs flammas læta
decantet conſcia, Et ſi ambulauero ĩ me Pſal.22.a
dio umbrę mortis,nõ timebo mala,qm̃
tu mecum es. Cõparemus, ſi placet,the
ſauros regum, & faſtigia regnorꝫ cũ hu
iuſmodi

iuſmodi fiducia. Nõne cuncta horum
felicitas,præ tanti boni diuitijs, miſeria
reputabitur? Et hanc fiduciam operat̃
charitas de corde puro & conſcia bona.
Iam uero qd' reſtat de fide non ficta: &
item qd' ex alio loco in mentem uenit:
fides ſine opib. mortua eſt: duo iſta mit
tunt nos ad quandã fidei trifariam diui-
ſionem: ut dicat̃ fides mortua,ficta,ꝓba
Iaco.2.d ta. Et mortuam qdem Apl's diffinit eam
eſſe q̃ ſine opib. eſt.i.q̃ non oꝑat̃ ex dile
ctione q̃ſi non hñs aı̄am ipſam dilectio-
nem,q̃ uegetet̃ & moueat̃ ad oꝑa. Fictã
aũt ego arbitror illam uocari fidem, q̃
ſuſcepta quidem ex charitate, uitã mo-
ueri inchoat ad bene oꝑandũ, ſed nõ ꝑ-
ſeuerãs deficit & morit̃ tanq̃ abortiua.
Eo utiq; ſenſu fictã dixerim noı̄atã, quo
uaſa figuli uocamus fictilia: non qa uide
licet utilia non ſunt q̃diu durant: ſed qa
fragilia cum ſint,diu minime durãt. De
hac fidei fictione puto illos notari ĩ euã
gelio q ad tp̃s credunt: & in tp̃e tenta-
tionis recedũt. Interroga eos q dñt cha
ritatem à quo ſemel accipit̃, nequaq̃ ul
Luc. 8. a tra recedere. Ait ꝟitas de qbuſdam: Et
hi radices non hñt: qa ad tp̃s credunt,et
in tp̃e tentationis recedunt. Vñ & quo
recedunt? Vtiq; à fide in infidelitatẽ. Itẽ
quæro: Poterãt'ne in illa fide ſaluari, an
non poterant? Si non poterãt, q̃ iniuria
ſaluatori: quæ'ue tẽtatori lætitia: ꝙ hinc
recedant ubi ſalus nõ ſit? Siquidem nec
ſaluator zelat̃ niſi ſalutem: nec malignꝰ
inuidet niſi ſaluti. Si aũt poterant, qũo
aut ſine charitate ſunt q̃diu in illa fide
ſunt: cũ ſine charitate ſalus eẽ nõ poſſit:
aut deſerentes fidẽ,non ẽt deſerũt chari
tatẽ,cũ charitas & infidelitas ſimul eſſe
nõ poſſint? Recedũt ergo qdã à fide: qa
ueritas aſſerit. Cõſequenter & à ſalute:
qa ſaluator redarguit. Inde nos colligi-
mus ꝙ & à charitate,ſine qua ſalus eſſe
nõ potuit. Et hi,inqt,radicẽ nõ hñt. Nec
negat eos hr̃e bonũ: ſed in bono potius
Ibidem radicatos nõ eſſe cauſat̃. Deniq; ſequit̃
Mat. 10.c & ait. Quia ad tẽpus credũt. Bonũ eſt,
ſed utinã duraturũ. Non.n.q cęperit,ſed
q ꝑſeuerauerit uſq; in finẽ hic ſaluus erit.
Nõ aũt durãt,qm̃ in tp̃e tẽtationis rece
dũt. Beati ſi interim rapti fuiſſent anteq̃
malitia mutaret corda eorꝫ. Nunc uero
uæ pręgnãtibus & lactãtibus in illis die
bus,teneros utiq; fętus geſtãtibus,et de
uita recẽti facile in ꝑiculis exturbãdos.
Tales ſunt aı̄æ paruam adhuc & tene-
ram hñtes charitatem: & ob hoc earꝫ fi
dem uiuam,ſed fictam neceſſe eſt in ten
tatione đficere. Vaſa figuli,ait, ꝓbat for Eccl.27.a
nax: & hoı̄es iuſtos tentatio: illos uideli Rom.1.b
cet q ex fide uiuunt. Iuſtus nempe ex fi- Abac.2.a
de uiuit: ſed ex fide q̃ uiuat. Neq;.n. quę
mortua eſt,uitam dare põt. Dæmonum
fides non adducit̃ in examinationẽ,ua-
cua qppe charitate mortua eſt. Credũt
quidem & contremiſcunt,ſed timor nõ
eſt in charitate. Proinde in labore hoı̄m
non ſunt: & cum hoı̄b. non flagellant̃:
non ꝙ extinctæ fidei nulla iam debeat̃
ꝓbatio,ſed reprobatio. Solam utiq; iu-
ſto & fidem.i.uiuorꝫ uitam, fornax ten
tationum ſuſcipit examinãdam. Sed nõ
oı̄m iuſtitia manet in ſcl'm ſcl'i: qm̃ ſunt
q ad tp̃s credunt, & in tp̃e tentationis re
cedunt. Qualis ſit cuiuſcunq; fides: tri-
bulatio ꝓbat. Si cꝰ deficit(deficit.n.cum
in charitate non ꝑſeuerat) ficta eſſe di-
gnoſcit̃. Si cꝰ perſeuerat, ꝓbata & ꝑfe-
cta cenſet̃. Liquet ex his ſatis (ut arbi-
tror) non oẽs q habuerint charitatẽ, hr̃e
& ꝑſeuerantiam in charitate. Alioquin
fruſtra cõmoneret diſcipulos dñs: Ma- Ioan.15.b
nete,inqens,in dilectione mea. Aut.n.ſi
necdũ diligebãt,nõ debuerat dicere,ma
nete: ſed eſtote in dilectione mea: aut ſi
iam diligebãt,neceſſe nõ erat moneri đ
ꝑſeuerantia,q̃ ſcđ'm iſtos priuari nõ po-
terant. Curet igr̃ ſeruus bonus & fide-
lis fide ſeruare non ficta charitatem de
corde puro & conſcia bona: pluris æſti
mans aı̄æ uitam,q̃ corporis: minus hor
rens carnis mortem q̃ fidei. Iam de trib.
quæ ſuperius propoſuimus ſola (ni fal-
lor) tractãda reſtat humilitas. Hęc dua
bus p̃miſſis uirtutib. intantũ eſt neceſſa-
ria: ut abſq; iſta illę nec eſſe uirtutes ui-
deant̃. Nẽpe ut caſtitas ſeu charitas det̃, Iaco.4.b
humilitas meret̃: qm̃ humilib. deus dat

grãm. Seruat acceptas: qa non reqeſcit
Eſai. ul. 4 ſpũs dñi niſi ſuper quietum & humilẽ.
2. Cor. 12. c Seruatas conſummat: nã uirtus in infir-
mitate, hoc eſt in humilitate ꝑficiť. Ini-
micã oĩs grãæ oĩſqꝫ initium pc̃ti debel-
lat ſuperbiam: & tã à ſe q̃ à cæteris uir-
tutib. ſupbam illius ꝓpulſat tyrannidẽ.
Siqdẽ cũ ex alijs qbuſqꝫ bonis uiriũ ma
gis ſuaꝝ cape ſoleat incrementum ſup-
bia: ſola hæc oĩum ꝓpugnaculũ quod-
dã turriſqꝫ uirtutũ, eius fortiter reſiſtit
malitię: obuiat ꝓſumptioni. Sola deniqꝫ
eſt de q̃ oĩum plena uirtutũ Maria glo-
riandũ eſſe putauit. Audito qppe ab an
gelo: Aue grã plena, q̃ſi ſolã ex ipſa ple-
Luc. 1. c nitudine humilitatẽ ĩ ſe recognoſceret,
ſolã repẽdiſſe ac rñdiſſe memorať in gra
tiã: Reſpexit, ingens, deus humilitatem
Ibidem ancillæ ſuæ. Quid deinde author & da
tor uirtutũ Xp̃s in quo oẽs theſauri ſa-
piẽtiæ & ſciæ ſunt abſcõditi, in quo oĩs
quoqꝫ plenitudo diuinitatis habitat cor
poral'r: nõne tñ & ipſe de humilitate, tã
quã ſumma ſuæ doctrinæ ſuarũqꝫ uirtu
Mat. 11. d tũ gl'iatus eſt? Diſcite (ait) à me nõ ꝗ ſo
brius, aut caſtus, aut prudẽs, aut aliqd
eiuſmodi: ſed qa mitis ſum, & humilis
corde. A me, inqt, diſcite. Nõ ad doctri-
nã patriarchaꝝ, nõ ad ꝓphetaꝝ libros
ego uos mitto: ſed me uobis exẽplũ, me
formã humilitatis exhibeo. Inuiderunt
mihi altitudinẽ quã hẽo apud p̃rem an-
gelus & fœmina: ille potentiæ: illa ſciæ.
Vos aũt æmulamini chariſmata melio
ra, diſcẽtes à me qa mitis ſum, & hũilis
corde. Cõmodũ reor indagare aliqd et
de ſupbia: q̃tinus ex oppoſito ſibi uitio
uirtutis decor manifeſtior appareat. Su
perbia eſt appetitus ꝓpriæ excellẽtiæ.
Hæc in ſpẽs duas diuidiť: in cæcã, & ua
nã ſupbiã. Quæ qdẽ & alijs noĩb. appel
lari pñt: cõtumacia, & uanitas: quarum
prior intelligẽtiæ: poſterior uolũtatis ui
tium eſt. Nã ex illa rõnis falliť oculus, et
ex iſta uolũtatis malæ appetitus affici-
tur. Qđ melius ex ſingulaꝝ diffinitioni
bus demonſtrabimus. Cæca ſupbia ſeu
cõtumacia, eſt uitiũ quo ſe exiſtimãs ali
quis uel eſſe bonũ qđ nõ eſt, uel à ſe eſſe
qđ eſt: in ſe, nõ in dño gl'iatur. Vana ſup
bia ſeu uanitas eſt uitiũ quo qs tã de eo
qđ eſt q̃ de eo qđ nõ eſt, ſuis magis q̃
dei laudib. delectať. His ita ꝑmiſſis apte
mus iã contraria hũilitati, ſingula ſingu
lis opponẽtes. Humilitas eſt cõtẽptus
ꝓpriæ excellẽtiæ. Cõtẽptus opponitur
appetitui. Duabus quoqꝫ ſupbiæ ſpecie
bus duæ nihilominus humilitatis oppo
nunť. Cõtra cæcã, ut qs de ſe nouerit ſen
tire humil'r. Cõtra uanã, nec conſentire
al'r ſentientibꝰ. Nẽpe q de ſeipſo ſentire
humil'r nouit: in neutro ipſius de ſe iudi
ciũ falli põt: uidelicet ut aut maius ali-
quid putet ſe eſſe q̃ ſit: aut à ſe eſſe qđ
ſit. Et iõ patiẽter carẽs qđ ſibi nouit de-
eſſe: humil'r de eo qđ certus eſt adeſſe,
non in ſe, ſed in dño gloriatur. Porrò ad
uerſus hoc ut de ſe altius ſe aliqd ſentiat,
ſolet ne inſoleſcat ꝟus humilis illud ſi-
bi iugi meditatione reuoluere: Nõ alta
ſapiẽtes, ſed humilib. conſentiẽtes. Et il- Rom. 12. c
lud: Nõ ambulaui in magnis, neqꝫ in mi Pſal. 130. a
rabilib. ſup me. Si non humil'r ſentiebã, Gala. 6. a
ſed exaltaui aĩam meã. Et itẽ: Qui ſe pu
tat aliqd eſſe, cũ nihil ſit: ipſe ſe ſeducit.
Cõtra hoc autẽ ut à ſe ſentiat eſſe qđ ſe
ſentit eſſe, ſolicite ſeip̃m iterrogat: Quid 1. Co. 4. d
hẽs qđ non accepiſti? Si aũt accepiſti,
quid gl'iaris quaſi nõ accepis? Item qui
humanas laudes cõſueuit ꝑfectè contẽ-
nere, cũ ſe laudari ꝑcipit de eo qđ in ſe
nouit nõ eſſe, nullatenus acqeſcẽs illud
ſibi cõmemorat: Qui te btificant, in er- Eſa. 3. b
rorem te mittunt. Sed & illius nihilomi Pſal. 61. c
nus uerſiculi recordať: Veruntñ uani fi-
lij hoĩum in ſtateris: ut decipiant ipſi de
uanitate in idipſum. Proinde ſolicite ſtu
det imitari Apl'm ita de ſe loquẽtẽ: Par-
co aũt, neqꝫ me exiſtimet ſupra id qđ 2. Co. 12. b
uidet in me, aut audit aliqd ex me. Cũ
ꝟo laudari ſe compit de bono qđ ſe for
te hr̃e cognoſcit: nihilominus quãtũ ĩ ſe
eſt ſcuto ꝟitatis curat à ſe iaculũ fauo-
ris repellere, dans gl'iam deo, & dicens.
Grã dei ſum id qđ ſum. Et ꝓpulſans à ſe
oẽm ſuſpicionẽ, ait dño: Nõ nob̃ dñe nõ Pſal. 111. b
nob̃, ſed noĩ tuo da gl'iam. Metuit nimi-
rũ ſi al'r egerit, ne forte audiat ab ipſo: Matt. 6. a

Recepiſti mercedẽ tuã. Et iteꝝ. Gl'iam
abinuicẽ q̃ritis: & gl'iam q̃ à ſolo deo,
nũ uultis. Refugiens ergo & de hoc ad
Ioan. 5. g cõſiliũ Apl'i ꝓbat ipſe opus ſuum, ut ſic
Gala. 6. a hẽat in ſemetipſo gl'iam, & nõ in altero.
Fidelis ſuimet cuſtos, q ſibi oleũ fauoris
ſine fraude reſeruet, ne in aduẽtu ſponſi
lãpas cõſciæ uacua extinguať. Non in
altero inqꝫ. Nec. n. tutũ arbitratur labijs
hoĩum cõmittere gl'iam ſuã: arcę utiqꝫ
ſine claue & ſine ſera, nulliqꝫ oĩno clau-
ſæ nocere uolẽti. Nõ tutũ planè, ſed ſtul
tũ, ibi theſauꝝ tuũ recõdere: un̄ non ua-
leas reſumere cũ uolueris. Si ponis in os
meũ: iã nõ ĩ tua, ſed in mea ptãte eſt: cũ
utiqꝫ ꝓ meo libitu ul' laudare te poſſim,
uel derogare tibi. Sanũ uas & incõcuſ-
ſum cõſcia: & ſecretis ſeruãdis idoneũ:
nullis patẽs inſidijs, nulli uiolẽtię cedẽs:
nulli qppe oculo uel manui acceſſibilis,
excepto duntaxat ſpũ q ſcrutať ẽt alta
dei. Quicqd ĩ ea repoſuero, ſecurus ſum
qa nõ ꝑdam: ſeruabit uiuo, defuncto re-
ſtituet. Nã quocunque uado ego, ipſa it
mecũ: ſecũ ferẽs depoſitũ qđ ſeruandũ
accepit. Adeſt uiuo, mortuũ ſeqtur: ubi
mihi uel gl'ia uel cõfuſio inſeparabilis ꝓ
qualitate depoſiti. Btĩ q in ꝟitate dicere
pñt: Gl'ia nr̃a hæc eſt, teſtimoniũ cõſcię
nr̃æ. Non põt dicere niſi humilis, q iux
2. Cor. 1. c ta uulgare et oculos cãpi metuere: & ſyl
uaꝝ aures ſoleat ſꝑ hr̃e ſuſpectas. Btũs
Prou. 28. c nempe hõ q ſꝑ eſt pauidus. Nõ põt di-
cere arrogans & ꝓſumptor: q ſeip̃m im
pudenter oſtẽtãs paſſim & ubiqꝫ tanq̃
ꝑ cãpũ incedẽs, totus ferť in gl'iam. Glo
riať ẽt cum malefecerit: & exultat in re
bus peſſimis. Aeſtimat ſe non uideri, dũ
plures hẽat imitatores, q̃ reprehẽſores,
cæcus dux cæcoꝝ. Sed hẽt hic campus
oculos, ſctõꝝ ꝓculdubio angeloꝝ, q̊s
ſꝑ offendere ſolet indiſciplinata cõuerſa
tio. Nõ dicet hypocrita, gl'ia mea eſt te
ſtimoniũ cõſciæ meæ: qa etſi iudicantiũ
ſcđm faciẽ, ꝟbo. uultu, habitu'ue ſimula
torio eludat opinioni ſed nõ eius q ſcru
tať renes & corda fallit uel euadit iudi-
ciũ. Siqdem deus non irrideť. Timeat
ergo & iſte nemoris aurẽ. Lingua licet
manuqꝫ ceſſantib. auri tñ ubiqꝫ pñti de
quacũque ſylua latebroſæ duplicitatis
& ſpinoſæ calliditatis, tacentis & quie
ſcentis cor loqtur, cogitatio confitetur.
Prauũ eſt cor hoĩs & impſcrutabile: ita
ut nemo ſciat q̃ ſunt ĩ hoĩe niſi ſpũs hoĩs
qui in eo eſt: ſed nec ipſe plene. Nam cũ 1. Cor. 4. a
Apl's diceret: Mihi pro minimo eſt ut à
uob̃ iudicer, aut ab humano die: adiecit,
ſed nec ego meip̃m iudico. Q̃r? Qm̃ non
poſſum, ait, ratam uel ipſe de me ꝓferre
ſnĩam. Ego. n. nihil mihi cõſcius ſum: nõ
tñ ĩ hoc iuſtificatus ſum. Nõ ex toto cre
do me uel ipſi cõſcię meæ, qppe cum ne
ipſa qdem q̃at me comp̃hendere totũ.
Nec põt iudicare de toto q totum non
audit. Qui aũt iudicat me, dñs eſt. Dñs,
inquit, cuius utiqꝫ ſcĩam nõ effugit: ſnĩa
non ſubterfugit ẽt qđ ꝓpriam latet cõ-
ſcĩam. Audit deus in corde cogitantis,
qđ non audit uel ipſe qui cogitat. Ade-
rat auris ꝓphetæ abſentis ori furtiuè po
ſcentis pecuniã. & ego quãtũlibet in oc
culto lædere cogitans, aut ꝓximum ne
quiter, aut turpiter meip̃m nõ uerear au
rem nuſq̃ abſentem? Tremenda pror-
ſus auris & reuerẽda, cui non ceſſat qes:
non tacet ſilentiũ: Deniqꝫ ait. Auferte
malũ cogitationũ ur̃aꝝ ab oculis meis. Eſa. 1. c
Sed qd eſt qđ dicit, ab oculis meis? An
& nr̃a deus non ſolũ audit: ſed & uidet
arcana? Quales oculi q contemplantur
cogitationes? Nõ ſunt coloratę ut uideã
tur: ſicut nec ſonãt ut audiať. Solent ſen
tiri à cogitãte, nõ audiri ab auſcultante:
non à contemplante uideri. Merito tñ
dñs ſcit cogitationes hominũ qm̃ uanæ
ſunt. Cur. n. neſciret, quas & audit &
uidet? His præcipue duobus ſenſibus,
id eſt uiſui & auditui nemo fidem putat
eſſe negandam. Hoc nos ſcire conſtan-
ter aſtruimus: quod uidimus & audiui-
mus. Merito itaque non erat opus dño
Ieſu ut quis teſtimonium perhiberet de
hoĩe. Ipſe nimirum ſciebat quæ eſſent ĩ
homine. Quid cogitatis (ait) mala in
cordibus ueſtris? Reſpondebat non ſer-
monibus, ſed cogitationibus. Audiebat
non loquentes: uidebat non apparẽtes. Matt. 9. a

Contremiſco totus tuam dñe Ieſu quã-
tillo poſſum intuitu conſiderans maie-
ſtatem, p̄ſertim cum recordor in quãtis
ipſius aliqñ contemptor extiterim. Sed
& nunc cum iam a facie maieſtatis fu-
gi ad genua pietatis, qd amplius facio?
Vereor ne q aliqñ contrarius extiti ma-
ieſtati: & nũc ingratus pietati inueniar.
Quid.n.ſi ceſſant manus, & non ceſſet
pectꝰ? Quid ſi os iam ſilet: necdũ cor qe
ſcit? Si ſinguli illiciti motus aĩ mei ſingu
la ſunt q̃dam in te deus conuicia, ut pu
ta iracundiæ motus in manſuetudinem,
inuidiæ in charitatẽ, in frugalitatẽ luxu-
riæ, turpitudinis in caſtitatẽ: & ĩnumera
his ſil'ia quæ de cœnoſo lacu prurientis
pectoris mei etiã nunc inceſſanter ebul
liunt inundantes & impingentes in ſere
nitatem p̄fulgentis uultus tui: quid ma-
gnũ feci ſolos cohibere artus, actus cor
rigere? Si has atq; hmõi, quas foris licet
uacans, intus actitare non ceſſo iniquita
tes obſeruaueris, ô dñe quis ſuſtinebit?
An forte iam non ago illa, ſed patior?
Agunt̃ qdem in me, ſed à me non agunt̃
ſi non conſentio. Sanè ſi mei non fuerint
dñata, tunc ĩmaculatus ero: & ĩmacula
tus corã eo, ſi non ſolum caruero, ſed &
ſi obſeruauero me ab iniqtate mea. Mea
dixerim: non qa facio, ſed quia ſuſtineo.
Corpus geſto mortis, carnemq; pcti:
ſufficit interim mihi ſi non regnet pctm̃
in meo mortali corpe. Sic corpus crimi-
ni nõ reputat̃, nec qd habitat ĩ eo pctm̃:
ſi tñ non delector: ſi tñ non exhibeo mẽ-
bra mea arma iniqtati. Pro hac orabit ô
miſericors quiuis & ſctũs in tpe oppor-
tuno: ſupplex nimiꝝ quòd malum ſen-
tiat: & nihilominus ſctũs dum non con
ſentiat. Supplex ꝓ piculo, ſctũs ꝓ uirtu-
te. Sanctus planè atq; btũs, q condele-
ctatus legi ſcdm interiorem hoĩem de
malo qd ita ineſſe corpi ſentit, ut niſi pa
riter cum corpe carere non poſſit meri-
to ſeſe conſolat̃, & ait: Iam non ego ope
ror illud: ſed qd habitat in me pctm̃. Ve
Rom.7.c runtñ delicta quis intelligit? Nam ſi poſ
ſem dicere cum Paulo, qd qdem longe
1.Cor.4.a eſt à me: Nihil mihi conſcius ſum; nõ tñ
in hoc eſſe iuſtificatũ oporteret me gl'ia
ri. Non.n. q ſeip̃m cõmendat, ille ꝓbatꝰ
eſt: ſed quem deus cõmẽdat. Si applau
ſerit mihi iuſtitiam humanus dies: ꝓ mi-
nimo habeo, qa ille lucet tm̃ ĩ facie. Hõ
enim uidet in facie, deus aũt intuet̃ cor.
Propter hoc Hieremias non ſatis ppl'a-
ribus ſententijs uelut qbuſdam humani
diei radijs mouebatur: ſed fidenter loq- Hier.17.b
bat̃ deo: Diem hoĩs non concupiui, tu
ſcis. Si meus mihi arriſerit dies: neq; me
ip̃m, inquit, iudico: quia nec ipſe me ſa-
tis intelligo. Solus merito conſtitutus
eſt iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ, qui finxit
ſigillatim corda uniuerſoꝝ, & intelligit
oĩa opa eoꝝ. Solũ attẽdo iudicem, quẽ
& ſolum iuſtificatorẽ agnoſco. Pr̃ dedit
ei iudiciũ facere: qa filius hoĩs eſt. Non
uſurpo mihi uel ſup me ſeruus filij ptãtẽ:
nec me annumero illis de qb. ita conq̃ri
ſolet: Tulerunt hoĩes à me iudicium. Pr̃
non iudicat quenq̃;, ſed oẽ iudicium de
dit filio. Et ego mihi p̄ſumã qd nec ipſe
pr̃ ſibi aſſumit? Veli nolim ipſi me aſta-
re neceſſe eſt: ipſi hoꝝ q̃ geſſerim in cor
pore, reddere rõnem, cui nec uerbum p̄-
teruolat, nec ſubterfugit cogitatio. Sub
tam æquo libratorẽ meritorum: ſub tã
intimo ſecretorũ inſpectore: quis gloria
bit̃ caſtũ ſe hr̃e cor? Sola ꝑfecto q̃ non
ſolet gl'iari: non nouit p̄ſumere: contẽde
re non conſueuit gr̃am inuentura eſt in
oculis pietatis humilitas. Deus nunq; ſu Iaco.1.b
perbis reſiſtit, humilib. aũt dat gr̃am.
Non contẽdit iudicio, nec p̄tendit iuſti-
tiam q uere humilis eſt: ſed dicit: Nõ in-
tres in iudiciũ cũ ſeruo tuo dñe. Recuſat Pſa.142.a
iudicium, & poſtulat miam: facilius ſi-
bi ueniã impetra[re] poſſe, q̃; iuſtitiam uẽ
dicare cõfidens. Nouit naturam diuinã
natural'r piam: q̃ nr̃am nequaq̃; humili-
litatẽ abhorreat. Nõ deſpicit illa maie-
ſtas cor contritũ & humiliatũ i nr̃o gñe,
q̃ corpꝰ ex eo humilitatis aſſumere ñ de-
dignata eſt neſcio quo pacto familiariꝰ
ſp humilitati ꝓpinq̃re ſolet diuinitas. De
niq; illa ſe ĩduit: ut appareret hoĩb. Sub-
ſtãtiã, formã habitũq; geſtauit humilẽ:
ipſius nob cõmẽdãs uirtutis excellẽtiã:
quam

quã ſpãli ſui uoluerit honorar̃ p̃ñtia. Vob
aũt dilectiſſime, uob p̄cipue tãto magis
arbitror hãc eſſe neceſſariam: quãto ma
ior noſcit̃ materia ſuppetere ſupbiendi.
Genus, ętas, ſcĩa, cathedra: & qd maius
eſt, primatus p̄rogatiua: cui nõ eſſent in
ſolẽtiæ fomes, elationis occaſio? Quãq;
eſſe poſſint & humilitatis. Meditãtibus
qdẽ honores blãdiunt̃, ſed onera pẽſan-
tib. tædio ſunt atq; formidini. Non aũt
oẽs capiũt hoc ꝟbũ. Multi.n. nõ tãta fi-
ducia & alacritate currerẽt ad honores,
ſi eſſe ſentirẽt & onera. Grauari ꝓfecto
metuerẽt, nec cũ tãto labore & piculo
q̃rũlibet affectarẽt infulas dignitatum.
Nũc ꝟo qa ſola attẽdit̃ gl'ia & nõ pœ-
na, puꝝ eſſe clericũ erubeſcit̃ in eccl'ia,
ſeq; uiles æſtimãt & inglorios, q quocũ
que eminẽtiori in loco nõ fuerint ſubli-
mati. Scholares pueri et impuberes ado
leſcentuli ob ſanguinis dignitatem pro
mouent̃ ad eccl'iaſticas dignitates, &
de ſub ferula transferunt̃ ad principãdũ
p̄sbyteris: lętiores interim q; uirgas eua
ſerint, q̃; q; meruerint principatũ: nec tã
illis blandit̃ adeptũ, q̃; adẽptũ magiſte-
riũ. Et hoc qdẽ ĩ initio. Proceſſu ꝟo tpis
paulatim inſoleſcẽtes docti ſunt in bre-
ui uẽdicare altaria, ſubditoꝝ marſupia
uacuare, mgr̃is nimiꝝ in hac diſciplina
utentes idoneis, ambitione & auaritia.
Veꝝ quantauis induſtria tua tibi lucra
congrere cautulus uidearis, quãtalibet
uigilãtia rẽ poſſis ſeruare tuã: quãtocũ-
Eccl.10.c que ſtudio regũ tibi ac principũ gr̃am
captare cures: dicimus tñ: Væ terrę, cuiꝰ
rex eſt puer: & cuius principes mane co
medũt. Nec dicimus quãcũque ętatem
dei gr̃æ p̄maturã, ſicut nec ſerã: cũ mul-
tos uideamus junioꝝ ſup ſenes intellige
re, morib. antiq̃re dies, p̄uenire tpa meri
tis: & qd ætati deeſt, cõpẽſare uirtutib.
Boni pueri, q qd ętate uñr, eſſe ſtudent
1.Tim.4.c & malitia. Malitia, inquã, ſed nõ ſenſu:
quoꝝ iuxta admonitionẽ Apl'i, nemo
cõtẽnat adoleſcẽtiã. Meliores bonæ in-
dolis adoleſcẽtes, inueteratis dieꝝ ma-
loꝝ. Puer cẽtũ annoꝝ maledictus eſt: et
eſt è regione ſenectus uenerabilis, non
diuturna, neq; numero annoꝝ cõputa-
ta. Bonus puer Samuel, qui loquẽti deo
ꝓmptus aderat auditor, dicẽs: Loquere 1.Reg.3.b
dñe, qa audit ſeruus tuus. Ac ſi diceret:
Paratus ſum & nõ ſum turbatus ut cu-
ſtodiã mãdata tua. Bonus & Hiere. qui Hiere.1.a
añ ſctificatus q̃ natus, cũ ſe excuſaret de
pueritia: nihilominus cõſtitutus eſt ſup
gẽtes & ſup regna. Bonꝰ quoq; Daniel, Dan.13.f
cuius ſpm̃ ſuſcitauit deus ut cõuinceret
iniq iudicia: & ſanguinẽ innoxiũ libera
ret. Deniq; cani ſunt ſenſus hoĩs: & ętas
ſenectutis uita immaculata. Sicubi hu-
iuſcemodi puer ſenex ꝓmotus inuenit̃:
opus dei eſt, his q tales nõ ſunt mirãdũ,
nõ imitãdũ. Cæteꝝ currit̃ in clero paſ-
ſim ab oĩ ætate & ordine à doctis pari-
ter & indoctis ad eccleſiaſticas curas:
tanq̃; ſine curis iã qſq; uicturus ſit cum
ad curas ꝑuenerit. Nec miꝝ de his qui
necdũ in ſemetipſis expti ſunt. Videntes
qppe illos q iã ꝓprios humeros cupitæ
ſarcinæ ſummiſerũt, non ſolũ nõ gemere
tanq̃; ſub onere, ſed inſup appetere plus
onerari: nõ deterrent̃ piculis: q cupidita
te cæcati nõ uidẽt: ſed fauoribꝰ amplius
quos illis inuidẽt, prouocant̃. O infinita
ſp ambitio: & inſatiabilis auaritia. Cũ
primos honoꝝ gradus meruerint in ec
cleſia: meruerint aũt uel uitæ merito uel
pecuniæ, ſiue ẽt carnis & ſanguinis, q̃ re
gnũ dei nõ poſſidebũt, p̄rogatiua: nõ iõ
corda qeſcũt: duplici ſp ęſtuãtia deſide
rio: quo utiq; magis ac magis & dilatẽ
tur ĩ plura, & ad celſiora ſublimen̄t. Ver
bi gr̃a, cũ factus qs fuerit in q̃cũq; eccle
ſia decanus: p̄poſitus, archidiaconꝰ, aut
aliqd hmõi: nõ cõtẽtus uno in una, plu-
res ſibi imo quoquot ualet cõgrere ho-
nores ſatagit tã in una, q̃; in plurib. Qui-
bus tñ oĩb. ſi locus euenerit, libẽter uniꝰ
p̄ferret ep̃i dignitatẽ. Sed nunqd ſic ſatia
bit̃? Factus ep̃s, archiep̃s eſſe deſiderat.
Quo forte adepto: rurſum neſcio qd al-
tius ſomniãs, laborioſis itinerib. & ſum
ptuoſis familiaritatib. Romanũ ſtatuit
frequẽtare palatiũ q̃ſtuoſas ſibi q̃ſdam
exinde cõparãs amicitiãs. Si lucri ſpũa-
lis gr̃a hęc faciũt: laudãdus eſt zelus: ſed

p̄ſumptio corrigēda. Nōnulli cū iſta nō
poſſint: ꝟtūt ſe ad aliud ambiēdi genus,
in quo nihilominus apiunt eā quā hn̄t
dn̄andi libidinē. Nā cū p̄ſideāt urbibus
ualde ppl'oſis: & totas, ut ita dicam, pa
trias ꝓpriæ diœceſis ambitu circūclu-
dāt, occaſione inuēta ex quocūq; ueteri
priuilegio, ſatis agunt ut & uicinas ſibi
ſubijciāt ciuitates: q̄tinus duę q̄bus duo
uix p̄ſules ſufficiebāt, ſub uno redigātur
antiſtite. Rogo q̄ hæc tā odioſa p̄ſum-
ptio: q̄s hic tātus ardor dn̄andi ſup ter-
rā: q̄ principādi tam effręnis cupiditas?
Certe cū primū tractus es ad cathedrā,
flebas, refugiebas: uim q̄rebaris: multū
à te & oīno ſupra te eſſe dicēs: miſerum
clamitās & indignū, q nō eſſes idoneus
tā ſc̄tō miniſterio, tātis nō ſufficeres cu-
ris. Quid igr̄ nūc ꝟecunda depulſa for-
midine, ſpōte ambis ad ampliora: imo
irreuerēti audacia: ꝓprijs nō contentus,
inuadis aliena? Cur hoc? Forte ut plures
ppl'os ſalues? Sed in alienā meſſem tuā
mittere falcē iniurioſum eſt. Vt tuę præ
ſtes eccl'iæ? Sed eccleſiaꝶ ſpōſo nō pla-
cet tale unius incremētū, qd' ſit detrimē
tū alterius. Crudelis ambitio, & incre-
dibilis ſi fidē oculi nō aſtruerēt. Vix te-
nēt manus q̄n illud ad lr̄am impleāt qđ
Amos. 1. d legit in ꝓpheta: Secuerūt p̄gnantes Ga
laad ad dilatādū terminos ſuos. Vbi eſt
Eſai. 1. b illa terrifica cōminatio: Vę q̄ coniūgitis
domū ad domū, & agrū agro copula-
tis? Nūq̄d in his dūtaxat exiguis uę iſtđ
metuēdū eſt, nō aūt cū urbes urbib. aut
ꝓuinciæ ꝓuincijs cōtinuant̄? Imo ēt rn̄-
deāt ſi uolūt ſe imitari dn̄m Xp̄m: faciē
tes & ipſi utraq; unū, adducētes & ipſi
ex diuerſis paſcuis greges: ut fiat unus
paſtor, & unū ouile. Huius rei gr̄a non
pigritant̄ crebro terere limina apl'oꝶ, in
uēturi & ibi, qd' magis dolēdū eſt, q ſuę
faueant improbæ uolūtati: nō ꝙ ualde
Romani curēt quo fine res terminetur:
ſed q̄a ualde diligūt munera, ſequunt̄ re
tributiones. Nude nuda loquor, nec re-
tego ꝟenda, ſed inuerecūda cōfuto. Vti
nā priuatim & in cameris hæc fierent:
utinā ſoli uiderimus & audierimus: uti-
nā nec loquētib. crederet̄: utinā nob̄ reli
querint moderni Noe un̄ à nob̄ poſſent
aliq̄tenus operiri. Nūc ꝟo cernēte orbe
mundi fabulam ſoli tacebimus? Caput
meū undiq; conq̄ſſatū eſt, et ego ſangui
ne circūquaq; ebulliēte, putauerim eē te
gēdū? Quicq̄d appoſuero, cruētabit̄, &
maior erit cōfuſio uoluiſſe celare cū ce-
lari nequerit. Bona humilitas, q̄ & imp̄
ſentiaꝶ ab hmōi mordacib. curis mētē
facit eſſe q̄etā, & à minacib. pœnis in fu
turo ſecurā reddit conſciam. Hæc u̇ros
pr̄ aīos ab hoꝶ oīum peſtifera æmula-
tione cōpeſcat. Audite potius ꝓphetā
tal'r à talib. dehortātē: Noli, inq̄t, ęmula
ri in malignātib. neq; zelaueris faciētes P ſal. 36. a
iniq̄tatē. Aemulari magis oportet Apo
ſtolū nō gloriātē in immēſum, nec ſe ul- 2. Cor. 10. c
tra ſe extēdētē: nec audētē ſe (ut ipſe fate
tur) cōparare q̄buſdā q ſeipſos commē
dāt, ſed ſe ſibi cōparātē & metiētē ſcđm
mēſurā rl'æ quā mēſus eſt ei deus: Audiē
do ēt ex ore eius: Nolite fraudare inui- 1. Cor. 7. a
cē: ꝓprijs placebit eſſe cōtentū. Qui &
ꝓuocās ad hūilitatē: ſuū illud archiep̄o
nō cūctabit̄ ſalubriter intimare. Noli al Rom. 12. c
tū ſape, ſed time. In alto poſito nō altū
ſape difficile eſt, & oīno inuſitatum: ſed
quāto inuſitatius, tāto gl'ioſius. Timor
de adepta iā altitudine, tædere magis,
ꝙ placere faciet altiora. Nō uos ergo fe
licē q̄a p̄eſtis: ſed ſi non ꝓdeſtis, infelicē
putate. Vt aūt ſecure p̄eſſe poſſitis: ſub-
eſſe & uos ſi cui debetis nō dedignemi
ni. Dedignatio q̄ppe ſubiectionis, p̄la-
tionis reddit indignū. Sapiētis eſt cōſi-
liū: Quanto maior es, tāto humilia te in Eccl. 3. c
oīb. Sapiæ ꝟo p̄ceptū: Qui maior eſt ue Luc. 9. f.
ſtrū, fiat ſicut iunior. Qđ ſi expedit ēt mi
norib. eſſe ſubiectū: maioꝶ iugū q̄uo li
cebit cōtēnere? Videāt in uob̄ potiꝰ ſub
diti qd' uob̄ rechibeāt. Intelligitis q̄ di-
co? Cui honorē: honorē. Oīs aīa (iq̄t) po Rom. 13. a
teſtatib. ſublimiorib. ſubdita ſit. Si oīs,
& u̇ra. Quis uos excipit ab uniuerſita-
te? Siq̄s tētat excip̄e: conat̄ decip̄e. No-
lite illoꝶ acq̄eſcere cōſilijs, q cū ſint xp̄ia
ni, Xp̄i tn̄ uel ſeq̄ facta, uel obſeq̄ dictis
opprobrio ducūt. Ipſi ſunt q uob̄ dicere

ſolent: Seruate u̇ræ ſedis honorē. Dece-
bat q̄dē ex uob̄: uob̄ cōmiſſam eccl'iam
creſcere: nūc ꝟo ſaltē in illa quā ſuſcepi-
ſtis maneat dignitate. Et uos. n. u̇ro p̄de
ceſſore impotētior? Si nō creſcit ꝑ uos,
Mar. 12. b nō decreſcat ꝑ uos. Hæc iſti. Xp̄s al'r iuſ
ſit & geſſit. Reddite (ait) q̄ ſunt Cęſaris,
Cæſari: & q̄ ſunt dei, deo. Qd' ore locu-
tus eſt, mox op̄e implere curauit. Cōdi-
tor Cæſaris, Cęſari non cūctatus eſt red
dere cēſum. Exēplū. n. dedit uob̄, ut &
uos ita faciatis. Qn̄ ꝟo dei ſacerdotibꝰ
debitā negaret reuerētiā: q hāc ſcl'aribꝰ
quoq; ptātibus exhibere curauit? Porrò
uos ſi Cæſaris ſucceſſori. i. regi ſedulus ī
ſuis curijs: conſilijs, negocijs, exerciti-
busq; adeſtis, indignū erit uob̄ cuicūq;
Xp̄i uicario tal'r exhibere: qual'r ab anti
quo inter eccl'ias ordinatū eſt? Sed quę
Rom. 13. a ſunt, inq̄t Apl's à deo, ordinata ſunt. Vi-
derint ergo hꝰ ignominię diſſuaſores: q̄-
le ſit dei ordinatiōi reſiſtere. Valde igno
minioſum ſeruo, ſi ſit ſicut dn̄s eius: aut
diſcipulo, ſi ſit ſicut magiſter eius. Pluri
mū ſe uob̄ deferre putāt, cū uos Xp̄o p̄-
ferre conant̄: ipſo reclamāte ac dicente:
Ioan. 13. b Nō eſt ſeruus maior dn̄o ſuo: neq; Apl's
eo q miſit eū. Qđ nō dedignatus eſt ma
giſter & dn̄s, taliſq; & magr̄ & dn̄s, in
dignū ſibi iudicabit ſeruus bonus, deuo
tuſq; diſcipulus? Quā pulchre locutus
Luc. 7. b eſt btūs ille Cēturio, cuiꝰ fidei nulla par
inuenta eſt in Iſrael. Et ego, inq̄t, hō ſum
ſub ptāte, hn̄s ſub me milites. Nō iacta
bat ptātē, quā nec ſolā ꝓtulit nec prio-
rē. Dicturus q̄ppe, hn̄s ſub me milites,
p̄miſit: hō ſum ſub ptāte. Prius ſe agno-
uit hoīem ꝙ potētē. Agnouit, inꝗ, ſe ho
minē, hō gētilis: ut in ſe iā impleri oſn̄de-
ret qd' lōge an̄ dixerat Dauid: Sciāt gē
P ſal. 9. d tes q̄m hoīes ſunt. Hō, inq̄t, ſum, & hō
ſub ptāte. Iā q̄cq̄d ſubinferas, ſuſpectā
nō hēmus iactātiā. Præmiſſa ſiq̄dem eſt
humilitas, ne altitudo p̄cipitet. Nec em̄
locū inuenit arrogātia, ubi tā claꝶ hu-
militatis inſigne p̄ceſſerit. Agnoſcis in-
firmitatē, confiteris ſubiectionē: iā & te
ſub te hr̄e milites ꝓfitere ſecurus. Reue-
ra, q̄a nō cōfuſus eſt de ſubiectione, iure
ex p̄latiōe meruit honorari. Nō erubuit
ſup ſe ptātem, & iō dignus q hr̄et et ſub
ſe milites. Ex abūdātia cordis os loque
bat̄: & iuxta qd' intus ordinatas habuit
affectiones, foris quoq; ꝟba decēter cō
poſuit. Dedit prius honorē p̄poſitis: ut
iā à ſubditis iuſte recip̄et: ſciēs ſe à ſup̄io
rib. accip̄e qd' impenderet inferiorib. et
q̄a melius proprię ſubiectionis diſceret
exp̄imento ſua ipſe moderari imperia.
Forte nō ignorabat ꝙ ſubiecto ſibi hoī
deus oīa ſubiecerit ſub pedib. eius: offen
denti ſe, infenſa reddiderit: & is quē hu
milē cōſtituerat ſup op̄a manuū ſuaꝶ,
ſup̄biæ meritò cōparatus eſt iumentis
inſipientib. & ſil'is factus eſt illis. Noue
rat & fortaſſis ꝙ humanus ſpūs ſubdi-
tus cōditori ſubiectā ſibi poſſederit car
nē, rebellis rebellem inuenerit: factuſq;
trāſgreſſor legis ſup̄ioris, ſentire cœpit
aliā legē in membris ſuis repugnātē legi
mētis ſuæ: & captiuantē ſe in legē pc̄ti.
Miror quoſdā in nr̄o ordine monaſte-
rioꝶ abbates hanc hūilitatis rl'am odio
ſa cōtētione īfringere: & ſub humili (qd'
peius eſt) habitu & tōſura tā ſup̄be ſa-
pere, ut cū ne unū quidē ꝟbulū de ſuis
imp̄ijs ſubditos p̄tergredi patiant̄: ipſi
ꝓprijs obedire cōtēnat ep̄is. Spoliāt ec
cleſias ut emācipent̄, redimūt ſe ne obe
diant. Non ita Chr̄s. Ille ſiquidem de-
dit uitam, ne perderet obediētiam: qua
iſti ut careant, totū ferè ſuum ſuorumq;
uictum expendunt. Quid hoc eſt p̄ſum-
ptionis ô monachi? Neque. n. quia prę la
ti monachis: iō non monachi? Nēpe mo
nachum facit profeſſio, prælatum neceſ
ſitas. Vt autem non præiudicet neceſſi-
tas profeſſioni, accedat non ſuccedat Eccl. 32. a
prælatio monachatui. Alioquin q̄uo il-
lud implebitur: Principem te conſtitue
runt: eſto inter illos tanquam unus ex
illis? Q̄uo tanquam unus ex illis: ma-
nens inter humiles ſuperbus: inter ſub-
ditos rebellis: immitis inter manſuetos?
Vt te putemus tanquam unum ex illis,
uideamus tam exhibere paratū ꝙ exi-
gere obedientiam: uideamus tam liben
ter prępoſitis obtempare ſubiectum, ꝙ

impare ſubiectis. Qđ ſi ſp̱ uis obediētes
hr̄e, & nunq̄ꝫ eſſe, ꝓbas te nō eſſe tanq̄ꝫ
unū ex illis: dū unus eſſe renuis ex obe-
dientib. a q̄bus dum te ſup̱biendo ſegre
gas: quoꝝ aggregeris cōſortio patēter
aduertimus: & ſi tu uel impudēter cōtē
nis, uel imprudenter diſſimulas, reputa-
ri ꝓfecto inter illos te noueris q̄bus ſcri
Matt.23.a ptū eſt: Alligāt onera grauia & impor-
tabilia: & imponūt humeris hoīum: di-
gito aūt ſuo nolūt ea mouere. Quoꝝ er
go tibi indignus cōſortium iudicas: de-
licatoꝝ magiſtroꝝ, quos ꝟitas incre-
pat: an obediētiū monachoꝝ, quos a-
Ioan.15.b micos ſuos cōmemorat? Ait ſiq̄dē: Vos
amici mei eſtis, ſi feceritis q̄ p̄cipio uob̄.
Vides igr̄ quale eſt iubere qđ ipſe nō fe
ceris: aut nolle facere qđ docueris? De
inde ut taceā illud de rl'a ubi a ſc̄tō Bn̄di
cto tibi p̄cipit̄, ut q̄ doces diſcipulis eſſe
contraria: in tuis factis indices nō agen
da, utitē p̄termittā qđ apte diffinit ter-
tiū humilitatis eſſe gradū, ut qs pro dei
amore oī obediētia ſe ſubdat maiori: in
rl'a ueritatis attende qđ legit̄: Qui ſolue
rit, inq̄t, unū de his minimis meis mādā-
tis, & docuerit ſic hoīes, minimus uoca
bit̄ in regno cœloꝝ. Proinde tu docens
& renuēs obedire: nō minimū, ſed maxi
mū Chriſti mandatū & docere & ſol-
uere cōuinceris. Itaq̄ꝫ doctor & ſolutor
mādati: minimus tu uocādus es ī regno
cœloꝝ. Si ergo tui putas iniuriā priora-
tus, minorē ſummis uideri ſacerdotib⁹:
nō magis indignū ęſtimādū eſt minimū
uocari in regno cœloꝝ? Si multū ſuper-
bus es: plus minimus q̄ꝫ minor uocari
confundere. Minor q̄ppe uilitas eſt mi-
norē uideri q̄ꝫ minimū. Lōge aūt p̄ſtan-
tius ſolis ſub dī ep̄is: q̄ꝫ uniuerſitati. Sed
non p̱p̱ me, inq̄t, facio: ſed q̄ro eccleſiæ
libertatē. O libertas oī (ut ita loq̄r) ſerui
tute ſeruilior. Patiēter ab hm̄oi libertate
abſtineā, q̄ me peſſimę addicat ſuperbię
ſeruituti? Plus timeo dētes lupi: q̄ꝫ uirgā
paſtoris. Certus ſum. n. ego monachus,
& monachoꝝ qualiſcūq̄ꝫ abbas: ſi mei
q̄n̄q̄ꝫ pontificis a ꝓpriꝭs ceruicib. excu-
tere iugū tētauero, q̄ ſatanæ mox tyran
nidi meip̄m ſubijcio. Aduertēs nimirum
cruēta illa beſtia q̄ circuit q̄rens quē de
uoret, elōgatā cuſtodiā: heu, ſtatim inſi-
lit in p̄ſumptorē. Merito. n. non cunctat̄
p̄ſidere ſup̱bo, q̄ ſe iure regē gloriat̄ ſup̱
oēs filios ſup̱biæ. Quis dabit mihi cētū
in mei cuſtodiā deputari paſtores? Quā
to plures ſentio mei curā gerere: tāto ſe-
curior exeo in paſcua. Stupēda inſania.
Aīaꝝ nō cūctor turbas mihi cuſtodien
das colligere: & unū ſup̱ ꝓpriā grauor
hr̄e cuſtodē? Et q̄dē ſubiecti me de red-
dēda ꝓ ſe rōne ſolicitant. Qui aūt p̄ſunt
mihi: ipſi potius Paulo dicēte p̱uigilant Heb.13.e
tanq̄ꝫ rōnem ꝓ me reddituri. Illi & ſi ho Sap.6.a
norāt, onerant: hi nō tā p̄munt, q̄ꝫ prote
gūt. Scio me legiſſe: Iudiciū duriſſimum
his q̄ p̄ſunt: exiguo aūt concedit̄ miſeri-
cordia. Quid igr̄ uos, ô monachi: ſacer-
dotū grauat authoritas? Metuitis infe-
ſtationē? Sed ſiq̄d patimini p̱p̱ iuſtitiā,
bti. Sc̄l'aritatē cōtēnitis? Sed ſecularior
nemo Pilato: cui dn̄s aſtitit iudicādus.
Nō hr̄es, inq̄t, in me ptātem, niſi tibi da- Io.19.b
ta eſſet deſup̱. Iā tūc per ſe loquebat̄: &
in ſe experiebatur, qđ poſt p̱ apl'os cla
mauit in eccleſiis: Nō eſt ptās niſi a deo.
Et qui reſiſtit ptāti: dei ordinationi reſi- Rom.13.a
ſtit. Ite nūc ergo reſiſtite xp̄i uicario: cū
nec ſuo aduerſario Xp̄s reſtiterit. Aut
dicite, ſi audetis: ſui p̄ſulis deū ordiatio
nē neſcire: cū Romani p̄ſidis ptātem xp̄s
ſup̱ ſe quoque fateat̄ fuiſſe cœlitus ordi
natā. Veꝝ aperte indicāt quidam hoꝝ
q̄d cogitēt, dū multo labor̄ ac p̄cio apl'i
cis adeptis priuilegiꝭs, ꝑ ipſa ſibi uendi-
cāt inſignia pōtificalia: utētes et ipſi mo
re pōtificū: mitra, annulo, atq̄ꝫ ſādaliꝭs.
Sanè ſi attēdit̄ rerū dignitas, hāc mona-
chi abhorret ꝓfeſſio. Si miniſteriū, ſolis
liq̄t cōgruere pontificib⁹. Profecto eſſe
deſiderant qđ uideri geſtiunt: meritoq̄ꝫ
nō queūt eſſe ſubiecti, quib. iā ipſo ſe cō
parant deſiderio. Quid ſi & nomē eis cō
ferre priuilegioꝝ poſſet authoritas, q̄ꝫ-
to putas auro redimerent, ut appellarē
tur pōtifices? Quo iſta, ô monachi? Vbi
timor mētis? ubi rubor frontis? Quid un
quā ꝓbatoꝝ monachoꝝ tale aliq̄d aut
uerbo docuit: aut reliq̄t exemplo? Duo-
decim humilitatis gradus magiſter ue-
ſter ediſſerit, propriꝭsq̄ꝫ diſtinguit deſcri
ptionibus. In quo, quæſo, illoꝝ docetur
aut cōtinetur, ut hoc faſtu delectari mo
nachus, has quęrere debeat dignitates?
Labor & latebræ & uoluntaria pauper
tas: hæc ſunt monachoꝝ inſignia: hæc
uitam ſolent nobilitare monaſticam.
Vr̄i aūt oculi omne ſublime uident: ur̄i
pedes omni foꝝ circumeunt: ur̄ę linguę
in oīb. audiuntur conſiliꝭs: ur̄ę manus o-
mne alienum diripiunt patrimoniū. Tn̄
ſi ita oportet ut emancipati a ſubiectio
ne pontificum, pari cum ſucceſſoribus
apl'oꝝ gl'ia, pari cathedra, ꝭſdem ſolen
nium indumentoꝝ inſignibus attolla-
mini: cur non & ſacros ordines celebra
tis, & bn̄dictiones datis ī ppl'is? Quam
multa moueor dicere aduerſus impudē
tiſſimam pręſumptionem: ſed fręnat im
petum, quod auribus occupatis ſcribe-
re me recolens, longiori lectione ꝟeor
fieri oneroſus archiep̄o: & quia res tam
manifeſta eſt ut multitudo reprehendē
tium uideatur impudentiam obduraſſe.
Qđ ſi & hæc ipſa cernuntur gratas ex-
cedere compendiꝭ metas, uobis ô dn̄e
donate, qui me & in hoc propriam pro
dere coegiſtis imperitiam, dum morem
modumq̄ꝫ ſolennem in ſcribendo ſerua
re neſcierim.

Ad eundem. *Epiſtola.* 43.

Rioris p̄cis nr̄æ benigna ſuſce-
p ptio præbet ampliora ſperandi
fiduciam. Præmiſſa itaq̄ꝫ deuo-
tiſſimaꝝ gr̄aꝝ actione pro experta bn̄
uolentia, iteꝝ audeo petere qđ iteran-
dis gratiꝭs ſc̄do me faciat debitorem, q̄-
tinus uidelicet Moliſmenſi eccleſiæ ip-
ſam eccleſiam pro qua ſe ur̄am ſerenita
tem quoquo modo obnubilaſſe dole-
bat, eadem libertate tenere cōcedatis,
qua prædeceſſoꝝ ueſtroꝝ tp̱ibus eam
certum eſt tenuiſſe. Valete.

Ad eundem, *Epiſtola* 44.

Idetis certe quantum p̄ſumam
u de ur̄a beneuolentia: ut nec cre-
bra impetratio preces finiat, &
toties exauditus, rurſum accedere p̄ca-
tor importunus non uerear. Magna q̄-
dem præſumptio, ſed non meretur indi
gnationem, q̄m̄ de charitate, non de te-
meritate deſcēdit. Meminit (niſi fallor)
ur̄a paternitas, q̄ dudum Trecis quere
las uniuerſas quas pro eccleſia Senona
aduerſum Molinenſes monachos ante
habueratis, pro amore dei & nr̄o peni-
tus omiſiſtis. Et ecce ꝭdem monachi cō
queruntur q̄ neſcio quas nouas, & (ut
ipſi aiunt) indebitas uobis conſuetudi-
nes in prędicta eccleſia uendicetis. Ob-
ſecro ergo et ipſas dimitti, cōfidens me,
ne hac quidem uice paſſuꝝ repulſam: ut
qui iam de maioribus merui nū repelli,
ī obtinēdis minorib. nō cōfundar. Vale.

Ad Lodouicum regem Francorum, *Epiſt.* 45.

Ximio regi Francoꝝ Lodoui-
e co, Stephanus abbas Ciſterciē
ſis, totuſq̄ꝫ cōuentus abbatum
& frum Ciſterciēſiū, ſalutē, ſoſpitatem,
& pacē in Xp̄o Ieſu. Rex cœli & terrę re
gnum uob̄ in terra donauit, donaturus
& in cœlo, ſi id qđ accepiſtis, iuſte & ſa
piēter adminiſtrare ſtudueritis. Hoc eſt
qđ uob̄ optamus, & pro uob̄ oramus:
ut & hic fideliter, & illic feliciter regne-
tis. Cæteꝝ uos quonam cōſilio eiſdem
nr̄is ꝓ uob̄ orōnib. (q̄s, ſi recolitis, olim
tam humiliter requiſiſtis) modo tā acri
ter repugnatis? Qua. n. iam fiducia ma-
nus ꝓ uob̄ leuare p̄ſumimus ad ſpōſum
eccl'iæ, quam ita, & ſine cā, ut putam⁹,
auſu incōſulto contriſtatis? Grauē ſiqui
dem aduerſum uos apud eundē ſpōſum
& dn̄m ſuū q̄rimoniam deponit, dum
quē acceperat defenſorē, ſuſtinet oppu
gnatorē. Attēditis iā cui ex hoc īfenſum
uos redditis? Nō utiq̄ꝫ ep̄o Pariſiēſi, ſed
dn̄o paradiſi, & q̄dē terribili, & ei q̄ au-
fert ſpm̄ principū. Ipſe q̄ppe eſt qui ad
ep̄os dicit: Qui uos ſpernit, me ſpernit.
Hæc ita uob̄ & ꝓ uob̄ audacter q̄dem, Luc.10.c
ſed amāter intimare curauimus: monen
tes & rogātes p̱ illā inuicē amicitiā no-
ſtrā & fraternitatē, cui uos ſatis dignan
ter ſociaſtis, ſed nūc ipſam grauiter læſi
ſtis, q̄tin⁹ a tāto malo citi⁹ d̄ſiſtatis. Alio

ꝗn ſi nō meremur exaudiri, ſed cōtēni-
mur & nos fratres & amici uřī, & qui
quotidie oramus pro uob̄ et filijs uřis et
regno: ex hoc iã noueritis paruitatē no-
ſtrã in quib⁹ ualuerit nō poſſe deeſſe ec-
cleſiæ dei & miniſtro eius uenerabili ui
delicet pr̄i & amico nr̄o ep̄o Pariſieſi: ꝗ
nr̄am aduerſus uos humilitatē interpel-
lans, nr̄as pro ſe ad dn̄m papã iure fra-
ternitatis lr̄as reꝗſiuit. Verꝝ nos iuſtum
ducētes his prius lr̄is uřam excellētiam
cōuenire: p̄ſertim quia idem ep̄s ꝑ ma-
num oīum religioſorꝝ ſe ad iuſtitiam of
fert: ſi tñ prius, qđ quidem eadem ipſa
iuſtitia uř exigere: res ei ſuę iniuſtè abla-
tæ reſtituant̃: eius interim petitioni dif-
ferendo ſuꝑſedimus. Et ſi ꝗdē deo inſpi
rante placuerit uob̄ nr̄is precib. aurem
inclinare: nr̄o conſilio ſtudioq́ȝ pacē cū
ep̄o: imò cū deo reformare: parati ſum⁹
huius rei gr̄a fatigari uſque ad os quo-
cunque uob̄ placuerit. Sin autē, nos ami
cum audire, & dei ſacerdoti obedire ne
ceſſe eſt. Valete.

Ad dominum papam Honorium, Epiſt. 46.

Vmmo pontifici Honorio: pau
ſ perꝝ Xp̄i abbates: Hugo de Pō
tiniaco: & B. de Clarasualle: ꝗc-
quid pōt pc̄tōrꝝ orō. Lachrymabilem
ep̄orꝝ, imo totius eccleſiæ querimoniã:
nos quoq́ȝ eius filij, ſi tñ digni, diſſimula
re nō poſſumus. Quę uidimus loꝗmur.
Magna ſiꝗdem nos neceſſitas de clau-
ſtris ad publicum traxit: ubi & quod lo
ꝗmur uidimus. Triſtes uidimus: triſtes
eloꝗmur: honorē eccleſiæ, Honorij tꝑe
nō minime læſum. Iam regis flexerat irã
humilitas, uel potius cōſtãtia ep̄orꝝ: cū
ecce à ſummo pontifice ſumma ſuꝑue-
niens authoritas, heu deiecit conſtãtiã:
ſuꝑbiam ſtatuit. Scimus quidem id uo-
bis ꝑ mendacium fuiſſe ſurreptum: qđ
ex uřis lr̄is palã datur aduerti: ut euerti
tam iuſtū tamq́ȝ neceſſarium iterdictū
iuberetis. Sed nunꝗd non uel tandē dep̄
henſo mēdacio, mentitã ſe ſentiet iniqui
tas ſibi, & nō tantæ utiq́ȝ maieſtati? Eſt
aūt qđ miramur ꝗnam rōne iudicatum
ſit de parte: abiudicatū abſenti. Qđ qui
dem non temeraria p̄ſumptione repre-
hendimus, ſed filiali amore paterno cor
di ſuggerimus quantū ex hoc & ſuꝑbit
impius, & incendit̃ pauper. Cæterum
quãdiu illū pati: quantum'ue huic cōpa
ti debeatis: nō eſt nr̄m præſcribere uob̄.
Vos ueſtra hinc potius dulciſſime pr̄ ui
ſcera conſulite. Valete.

Ad eundem ex perſona Gaufridi Carnotenſis ep̄i, Epiſtola 47.

Riſtiſſimæ hiſtoriæ ſeriem uob̄
t & cãm replicare ſuperfluū eſt:
ꝗ iam quippe paternitatis uřæ
uiſcera: ſcribente religioſo Pariſieſi ep̄o,
cōmota eſſe non ambigo. Ne tñ fr̄i &
coep̄o ēt nr̄m deeſſet teſtimoniū: ꝗ uidi
ego & audiui, neceſſariū duxi br̄ intima
re. Excepta ſiquidem tam modeſta p̄di
c̄ti ep̄i querimonia: Senonēſis diœceſis
uniuerſi ep̄i unà cum uenerabili metro-
politano nr̄o: aſcitis ēt nobiſcum ꝗbuſ-
dam alijs religioſis ꝑſonis, regem ſuper
graui iniuria ꝑ noſipſos humiliter ut de-
buimus cōuenimus: ut ep̄o nil quidē ta-
le merito, ſua quæ tulerat reſtitueret ro
gauimus: nec impetrauimus. Sentiens
tandē nos ad arma eccleſię pro eccleſia
uelle confugere, timuit, annuitq́ȝ ſeſe oīa
redditurꝝ. Sed in eadem forte hora ſuꝑ-
uenientibus lr̄is uřis, quibus eius terram
ab interdicto abſolui p̄cepiſtis, male in
malum cōfortatus: qđ bñ promiſerat,
minime executus eſt. Die tñ noīata qua
id ſe rurſum ꝓmiſit executurꝝ, eius nos
conſpectui p̄ſentantes, ſuſtinuimus pa-
cem, & non uenit: ꝗſiuimus bona, & ec
ce turbatio. Hoc deniq́ȝ lr̄is uřis factū
eſt, ut malè ablata peius teneant̃. & reli
qua paſſim indies rapiantur: eo utiq́ȝ ſe-
curè, quo impunè illa retinent̃. Soluto
nēpe ad uřm imperium ep̄i iuſto (ut pu-
tamus) interdicto: noſtroq́ȝ quod para
bamus & quo ſperabamus pacem con
ſequi, ueſtro æque' timore ſuſpen-
ſo, interim facti ſumus op-
probrium uicinis no-
ſtris. Quouſq́ȝ, ue
ſtræ uiderit
pietatis compaſſio.

Ad Haimericum Romanæ ſedis cancellarium. Epiſtola 48.

Iro illuſtri Haimerico ſanctæ
u Romanę ſedis Cãcellario, F. B.
abbas dictus Claræuallis, ſalu-
tē & nō in uia. Etiam'ne pauꝑi & inopi
ꝟitas odiū parit: & ne ipſa ꝗdem miſe-
ria declinare inuidiã pōt? Querar an glo
rier ꝙ factus ſum & ipſe inimicus uera
dicens? Vera dicens, an recta agēs? Sed
hoc uiderint fr̄es uři, ꝗ cōtra legem ma-
ledicūt ſurdo, & maledictū ꝓpheticū
non uerētes dn̄t bonū malum, & malū
bonū. Quid in me ò boni uiri, diſplicuit — Eſa. 5. e
paternitati uřæ? Vtrū ne qđ apud Ca-
thalaunū amotus eſt à uillicatione ſibi
credita, hō uſquequaq́ȝ diffamatus, ꝗa ī
eccleſia Virdunēſi cui p̄fuerat, diſſipaſ-
ſet bona dn̄i ſui? An ꝙ in urbe Camera-
cenſi monaſterij ſui manifeſtus deſtru-
ctor Fulbertus cedere cōpulſus eſt Par
uino, qui oīum teſtimonio fidelis eſt ſer
uus & prudēs? An certe ꝙ Lauduni de
ꝓſtibulo ueneris ſuum deo ſanctuarium
reſtitutum eſt? Propter qđ horꝝ me nō
dico lapidatis, ſed laceratis, ut minus ali
quid recipiã à dn̄o meo? Et hoc merito
atq́ȝ cū omni gl̄ia rn̄derem, ſiquid in eis
meū cognoſcerē. Nūc aūt ut quid iudi-
cor ego đ factis alienis? Aut ſi meis, cur
tanq́ȝ de malis: cum cuncta hęc iuſte &
p̄clare geſta fuiſſe nulla imprudētia du-
bitare, nulla negare impudentia poſſit?
Eligite nunc utrūlibet, aut negate certe,
aut fatemini me horꝝ authorē. Si feci,
laude dignū eſt laudabilia peregiſſe, &
inique redarguor, uñ laudari merueram.
Si nō feci, ut laudē nō merui, ſic nec ꝓfe-
cto uituꝑationē. Nouū genus detractio
nis, et reuera ſil'e aliquid hn̄s oꝑi Balaã,
qui ductus & cōductus ad maledicen-
dū ppl'o, magis cumulabat bn̄dictioni-
bus. Quid iuſtius, quid iucundius, q̄ȝ ut
quē reꝑhendere intēdis, plus cōmēdes:
ut p̄conijs pro conuitijs utaris neſci⁹: &
uolens detrahere, laudes inuitus? Quaſi
ꝟo nulla mea mala inueniant, ut ꝓ ma
lis mihi bona obijciãt, uel potius adij-
ciãt aliena. At ego nec indiguis uituꝑa-
tionib⁹ moueor: nec indebitas recipio
laudes: nil mea refert de his, quorum au
thor nō extiti. Laudēt ſi uolūt uel uitu-
perēt, ſi audent: de primo quidem dn̄m
Albanenſem, de ſcđo ꝟo dn̄m Remen-
ſem, porrò de tertio eundem æque' ar-
chiep̄m ſil' & ep̄m Laudunēſem, cū rege
pariter & multis alijs reuerēdis ꝑſonis,
qui ſe utiq́ȝ authores in his & principes
extitiſſe minime diffitent̃. Si bñ egerūt,
quid ad me? ſi al'r, quid æquè ad me? An
tota & ſola mea culpa eſt ꝙ affui, hō ſo
lis latebris dignus, ſolus mihi iudex, ſoli
accuſator & arbiter conſtitutus ꝗtinus
mōſtret actio qđ hēt profeſſio, & no-
men monachi ſolitaria mihi cōuerſatio
interpretet̃? Affui. n. negare nō poſſum:
ſed uocatus, ſed tractus. Si hoc amicis
meis diſplicuit, fateor & mihi. Vtinã nō
iſſem ad illa, utinã nō irē ad ſil'ia. Vtinam
& nuꝑ nō iſſem, ubi uidiſſem aduerſum
eccleſiã ap̄l'ica (proh dolor) authoritate
uiolētã armari tyrannidem, ꝗſi nō ſatis
ꝑ ſe inſaniſſet. Tū demū ſenſi iuxta pro- — Pſal. 121. b
phetã adhæreſcere linguã meã palato
meo: cū ſubito pōdus ſuꝑiectū eſt nr̄is
ceruicib⁹ atq́ȝ irrefragabilis authoritas
lr̄arꝝ. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſi- — Pſal. 38. a
lui à bonis: & dolor me⁹ renouatus eſt, — Pro. 2. c
qn̄ uidi repēte ad illas lr̄as īpleri facies
innocētiū ignominia, & lætari amplius
impios, ꝙ malefecerint, & exultare ī his
rebus peſſimis. Miſertū eſt impio, ut iu-
xta dictū ꝓpheticū, non diſceret facere — Eſa. 26. b
iuſtitiã: & qui ī terra ſc̄tōrꝝ iniꝗ geſſit, ip
ſius terra iuſtiſſimo quo tenebat̃ abſolu
ta eſt īterdicto. Propter hmōi & ſi aliud
nō ſit, grauor intereſſe cauſis: ꝗrꝝ p̄ſertī
mea nō intereſſe cognoſco. Grauor, ſed
trahor. At ꝟo ab hac neceſſitate ꝑ quē
melius retrahi poſſe ſꝑauerim, q̄ȝ ꝑ uos
uir optime: cui in hac re, nec ptãs deeſt,
nec uolūtas, ut cōꝑi? Gaudeo nēpe ꝙ et
uřæ prudētiæ nr̄am in talib. occupatio
nē diſplicere cognoui. Et ꝗdē iuſtiſſime
et amiciſſime. Age ergo ſi ita uultis, imò
ꝗa ſic cernitis ac decernitis & amico ex
pedir̃, et mōacho cōuenir̃: date, ꝗſo, ope
rã ꝗtin⁹ una utriuſq́ȝ uolūtas citius īplea

tur,quo & uob̃ uidelicet ſatisfiat ad iu
ſtitiã, & mihi ad ſalutẽ aĩæ cõſulat̃. Indi
cat̃,ſi placet,clamoſis & importunis ra
nis de cauernis nõ egredi, ſed ſuis cõtẽ-
tas eſſe paludibus. Nõ audiant̃ in conci
lijs,in palatijs non inueniant̃, ad cãs,ad
negocia nulla neceſſitas, nulla trahere
poſſit authoritas. Sic forſitan poſſet ue-
ſter amicus declinare p̃ſumptionis no-
tã. Nam noxam uñ cõtrahere potuerim
ignoro, cũ ſciã mihi conſilium eſſe & ꝓ-
poſitum nunq̃(ſi cã duntaxat nr̃i ordi-
nis non fuerit)exire de monaſterio: niſi
aut apl'icæ ſedis legato,aut certe ꝓprio
uocante ẽpo,quibus nr̃æ humilitati, ſi-
cut optime noſtis, contradicere oĩo fas
non eſt,niſi ex quocunq; ſuperioris au-
thoritatis priuilegio. Qđ utiq; ſi unquã
per manum ur̃am,ut ſpero, mihi in ma-
nus uenerit,tunc ꝓculdubio & pax mi-
hi,& pax erit de me. Non tñ idcirco ẽt
me latente & tacente ceſſare puto mur-
mur eccl'iaꝝ:ſi nõ ceſſet Romana curia
ꝓ uolunta aſſiſtentium facere præiudi-
cium in abſentes. Valete.

Ad dominum Papam Honorium pro Henrico Senenſi archiepiſcopo. Epiſtola 49.

ſ Vmmo põtifici Honorio:ſerui,
& ſi digni iudicamur, filij, Ste-
phanus Ciſtercienſis:Hugo Põ
tiniacẽſis B. de Claraualle,qđ Reueren
diſſimo dño,qđ benigniſſimo patri. De
gẽtes in monaſterijs,ad q̃ nos nr̃a pctã
compulerunt:non ceſſamus orare ꝓ uo
bis:& pro commiſſa uob̃ eccleſia dei:
congaudentes & ſponſæ dñi ſuper tam
fido cuſtode:& ſpõſi amico ſup̃ labore
tam froctuoſo. Fidenter proinde atque
fideliter ur̃ę paternitati ſuggerimus quę
in regno nr̃o eidem mr̃i nr̃æ dolẽtes cer
nimus aduerſari. Quantum qdem nos
ſentimus qui uicini ſumus: rex Ludoui-
cus non tam ẽpos q̃ in ipſis iuſtitiæ pſe
quitur zelum,pietatis cultum,habitũq;
religionis. Qđ ur̃ę quoq; prudentia ſan
ctitatis uel ex eo facile aduertere põt,ꝙ
qui añ in habitu actuq; ſcl'ari honorati
ſunt ſublimes:iudicati fideles: habiti fa
miliares:modo inimici facti ſunt digne
ſuo ſacerdotio cõuerſantes: & p̃ oĩa ho
norificantes miniſteriũ ſuum. Hinc gra
uibus contumelijs & iniurijs ẽpi Pariſiẽ-
ſis innocentia pulſata eſt:ſed non q̃ſſa-
ta,qa dñs ſuppoſuit manum ſuam,cum
ur̃am oppoſuit. Hinc et nunc dñi huius
Senonenſis cõſtantiã cõcutere & labe-
factare conat̃:ut metropolitano (quod
abſit)eiecto,facile ꝓut uoluerit graſſet̃
in ſuffraganeos. Poſtremo qs ambigit
non aliud eũ q̃ oppugnare religionem,
quã nimiꝝ apte ſui regni deſtructionẽ,
ſuæ coronæ ꝓnunciat inimicã? Et alter
Herodes Xp̃m nõ iam in cunabilis hẽt
ſuſpectum,ſed in eccleſiis inuidet exal-
tatum. Nec aliud ſanè credimus eũ hr̃e
aduerſus archiẽpm,niſi ꝙ ſpm̃ in ipſo ſi
cut in cæteris laborat extinguere. Deni
que ſi fallere de his q̃ atteſtamur, falli-
ue putamur:ur̃æ citius inueniet exami-
nationis diſcuſſio:ſi tñ(qđ & uehemen-
ter optamus,& ſuppliciter oramus) de
uultu tuo pr̃ ſanctiſſime iudicium pro-
deat,de quo profecto confidimus ꝙ cu
ſtodias innocentiam, & uideas æquita
tem. Alioqn reduci cãm in regis p̃ñtia
atq; potentia:non planè eſt aliud q̃ tra
di(heu)hoĩem in animam inimicoꝝ ei⁹.

Ad eundem. Epiſtola 50.

o Portebat quidem, ſi ita ur̃æ ui-
ſum fuiſſet authoritati: ut in ue-
ſtri præſentia cauſa dñi Senonẽ
ſis diſcuteretur:ne infenſus uidelicet re-
gi,in regis præſentia & potentia ſuis ꝓ
ſe aduerſarijs reſponſurus, traditus ho-
mo uideretur in animam inimicorum
eius. Sed qm̃ ut tenendum irrefragabili
ter quicquid præcipitis, ſic ſperandum
indubitanter bonum de oĩ re quã decer
nitis:id ſolum à ueſtra pater pietate de-
poſcit omnium qui apud nos eſſe uiden
tur religioſorum humilitas, ut ſi ſe ad
uultum fore potentis(ut aſſolet)ſenſerit
prægrauari, confugere ſibi liceat ad ui-
ſcera patris, quod utique hactenus op
preſſo nemini negatũ audiuimus. Alio-
quin uideat Ioſeph uir iuſtus qd ſibi ẽt
nunc faciẽdum ſit de puero & mr̃e ei⁹,
quia

quia ẽt nunc in Senonẽſi prouincia xp̃s
quæritur ad perdendum. Nam ut quod
ueꝝ eſt manifeſtius proferamus, rex in
archiẽpo ex eo aperte nouam perſequi
religionem dignoſcitur, ꝙ eum in antiq̃
ſcl'ari conuerſatione & habitu ſicut pro
moueri omnimode uoluit,ſic ab oĩ peni
tus ſecurum in feſtinatione dimiſit.

Ad Haimericum Romanæ ſedis cancellarium, Epiſtola 51.

u Iro illuſtri Haimerico ſanctæ
Romanæ ſedis cãcellario B. ab
bas dictus de Claraualle ſalutẽ,
1. Tim. 3. c et ſi qd ualet pctõris orõ. Quouſq; durat
illa ſnĩa: Omnes qui pie uolũt uiuere in
Chriſto,perſecutionem patiũtur? Quo-
uſque relinquitur uirga pctõꝝ ſuper ſor
tem iuſtoꝝ? Quis det ut ſtare incipiant
iuſti in magna conſtantia aduerſus eos
qui ſe anguſtiauerunt? Quis iam ferat tã
tam inter cœlum terramq; diſcordiam,
ut exultantib. angelis ſuper emendatiõe
maloꝝ,filij Adam fremant & tabeſcãt?
Quaſi non ſit paſſus Ieſus pacificans in
ſanguine ſuo quæ in terra ſunt,& quę in
cœlo:aut in ipſo deus non fuerit mũdũ
reconcilians ſibi. Laudabatur quõdam
archiẽps in deſiderijs aĩæ ſuæ, & in ſcl'a
ri uita & habitu bñdicebatur. At nunc
ſub pannis infantiæ Ieſu quæritur ſimo-
nia,& inter naſcentes uirtutes emortuo
rum uel cadauera uitioꝝ ſcrutatur cu-
rioſa malitia. Videtis & nũc ſtare Ieſum
in ſignum cui contradr̃. Per ipſum uos
obſecro,pro ipſo ſupplico uob. Hẽt ſiq
dem uñ & illũ uereamini, & uñ illi mi
ſereamini. State pro ipſo nunc in defen-
ſione archiẽpi, cui qñque & uos aſtare
habetis in examinatione ueſtri.

Ad eundem, Epiſtola 52.

a Micus ueſter & nr̃ dñs Carno
tenſis ẽps uoluit uos ẽt p̃ me cer
tum fieri,quia id quod de ipſo à
quibuſdam dño papæ perſuaſum fuiſſe
cognouimus,ut eum uidelicet Hieroſo-
lymam permitteret ꝓficiſci,nec ſui fue-
rit ſtudij,nec uoluntatis. Quod etſi mul
tum uoluiſſet proficiſci, tñ non poterat
niſi cum graui ſcandalo oĩum qui apud
nos ſunt bonoꝝ,metuentium quippe ne
plus mali eius abſentia faceret ſuis, quã
boni alienis p̃ñtia. Hæc pro ẽpo. Cæte-
rum ut & pro me aliquid loquar ſcđm Eccl. 30. d
quod ſcriptura admonet: Miſerere,in-
quiens,aĩæ tuæ placens deo, placetne
uobis ut cauſis onerer,occuperq; nego
cijs,nihilq; proſit exoccupari proprijs,
cũ totus implicer alienis? Si inueni gra-
tiam in oculis ueſtris,date operã ut pror
ſus amouear ab hmõi,q̃tenus liceat mi-
hi pro meis atq; ueſtris orare delictis.
Et quidem nihil mihi ſecurius iudico,q̃
obedire dñi papæ uoluntati,ſed ſi digne
tur attendere ipſe quid poſſim. Vtinam
nempe nouerit q̃ iſta nõ poſſum, aut q̃
difficile poſſim. Et de hoc ſatis dictum
eſt ſapienti. Quæſiuit à me pręfatus ẽps
aliqua ex noſtris opuſculis,quę uob̃ mit
teret,ſed non fuit ad manum quod ue-
ſtro dignum crederem ſtudio. Libellũ
tñ de gr̃a & libero arbitrio nuper edidi,
illum uobis libenter mittam, cum uos
uelle cognouero. Vale.

Ad eundem, Epiſtola 53.

p Ro multis & per multos memi
ni me ſcripſiſſe ad uos,ſed nunc
ipſe qui loquebar: ecce adſum.
Tres in duobus conſpicitis,qm̃ abſque
me eſſe non p̃ñt,in quoꝝ iugiter pecto-
ribus requieſco, & quidem ſecurius atq;
ſuauius q̃ in proprio. Mentiri uideor,
ſed ei qui amicitiæ uim nunq̃ ſenſit, qui
uirtutem charitatis ignorat,qui non cre
dit multitudinis credẽtiũ fuiſſe cor unũ,
& animam unam. Qui ergo uidet eos,
uidet & me,& ſi non in meo corpore.
Et quod loquuntur ipſi, ego pariter lo-
quor,ſed eorum linguis. Corpore fateor
abſum,ſed hæc eſt exigua portio mei.
Porrò qui uidit faciem meam tm̃, ſine
culpa & ſine nota mẽdacii aſſerit ſe non
uidiſſe partem mei,ſed me: cum tamen
non niſi partem, & partem modicam
uiderit. Quanto itaque uerius eſſe me
dixerim, etiam ſine præſentia corpo-
ris, ubi meam ſentio uoluntatem, meũ
ſpiritum & amorem, quæ utique eſt
pars potior digniorq; mei. Tribus er-

go ĩ corporib. unum nos eſſe noueritis, non pari ſcťitate, qua ambob. ego inferior ſum, ſed eadem uoluntate, & ſũma concordia aĩaꝝ. Cur.n. unitatem hanc inrer diuerſos non faciat compago charitatis in uno ſpũ, ſi carnalis copula efficit ut ſint duo in carne una? Quantum uos addi uelim, ſi dignum iudicatis & in eandem concurrere unitatem dilectionis. Qđ facile ſi non cõtemnitis obtinebitis, tantum id uos nequaꝙ̃ contẽnere eis cognitum faciatis. Vale.

Ad eundem, Epiſtola 54.

u Olo & precor ut harũ lator uenerabilis Altecũbæ abbas Viuianus, mihi ob ſuã religioſitatẽ admodum familiaris amic⁹, amicũ uos ꝓ dei amore & nr̃o, in ſuo negocio experiatᷣ. Et hæc pro illo, reliq̃ aũt uobis.
Mat. 16. d Quid ꝓdeſt hoĩ ſi uniuerſum mundum lucretᷣ, aĩæ aũt ſuæ detrimentum patiatᷣ? Aut quam dabit hõ cõmutationem pro aĩa ſua? Nec totus mũdus ſufficeret. Magna res aĩa, q̃ Chriſti ſanguine redẽpta eſt. Grauis aĩæ caſus, q̃ non niſi Chriſti cruce potuit reparari. Si rurſum corruerit pc̃tõ duntaxat ad mortem, unde iam reparabitᷣ? Nunquid aut alter Chriſtus aut idem iterũ crucifigi habet pro illa?
Eccl. 7. d Super hoc uellem uos nunꝙ̃ obliuiſci illud ſapientis conſilium. Fili memorare nouiſſima tua, & ĩ æternũ nõ peccabis:

Ad Gaufridum Carnotenſem epiſcopum, Epiſtola 55.

f Idelissimo ac prudentiſſimo ſeruo dei Gaufrido Carnotẽſi epõ B. pauperũ Xp̃i de Clarauàlle ſeruus, claritate ꝓfundi montium æternorũ. Quantum uobis honoris ur̃a laudabilis uita, tm̃ affert & oneris laudans fama. Ecce.n. is per quem & ꝓ quo pñtes lr̃as accipitis exẽplo cæterorũ quos ſæpe tales non paucos exꝑimini, motus & ipſe bono odore ur̃i, quem de longe ſenſit, tam cõem cum fiducia pietatem reqrit, ſpe utiq; ductus inueniendi nõ ſolum conſilium qđ agere debeat, ſed & auxiliũ quo ꝑficere ualeat. Eſt aũt hæc cã eius. Quadam ſe cella ꝓ amore dei et propoſito incluſerat. Egreſſionis atque tranſgreſſionis ſuæ uobis ipſe cãs exponet. Et qdem ad ꝓpoſitũ redire cupit, ſed ꝑ uos implere ꝓpoſuit, ſi tñ nr̃is hoc ꝓcib. quib. ſe ꝓmunire curauit, obtinere potuerit. Facite ergo morẽ ur̃m, ferte opem miſero, imò quia uos ſapientib. & inſipientib. debitorem agnoſcitis, erroneam Xp̃i ouiculam de faucib. lupi feſtinate eripe, & ad paſtum reducẽdo priorem: iuxta aliqđ ouilium ur̃orũ q̃cunq; in cella iubete recludi, niſi forte aliud qđ ei magis expedire ꝓſpexeritis, & licere iudicaueritis, & perſuadere potueritis.

Ad eundem. Epiſtola 56.

q Vod à me de dño Norberto ſciſcitamini, ſi uidelicet iturus ſit Hieroſolymã, ego neſcio. Nam cũ añ hos paucos dies eius faciem uidere, & de cœleſti fiſtula, ore uidelicet ipſius, plurima haurire meruerim: hoc tñ ab ipſo nõ audiui. Verũ de Antichriſto cum inquirerẽ qđ ſentiret durãte adhuc ea q̃ nunc eſt gñatione, reuelandum illũ eſſe certiſſime ſe ſcire proteſtat⁹ eſt. At cum eãdem certitudinem unde hr̃et: ſciſcitanti mihi exponere uellet: audito qđ rñdit: non me illud ꝓ certo credere debere putaui. Ad ſummã tñ hoc aſſeruit, non uiſurũ ſe mortem niſi prius uideat gñalem in eccl'ia perſecutionem. De cætero memorari ur̃am pietatem uolo illius pauperis & exulis Hũberti noĩe: q dudum cum Trecis eſſetis uobis ſupplicabat quatinus ad comitẽ Theobaldũ q eum exhęredauerat ĩtercederetis. Qđ & ego nunc pro ipſo & cum ipſo itidẽ à ueſtra flagito pietate. Nam noſtras literas de hac re precatorias iam ad prædictum principem miſi: ſed gratiam nõ inueniens nihil effeci. Iam quod libenter auditis, libẽter debeo dicere uobis. Stephanus ueſter ſic currit non quaſi in incertum: ſic pugnat non q̃ſi aerem uerberãs. Orate quatenus ſic currat ut cõprehendat: ſic pugnet ut uincat.

Ad eundem. Epiſtola 57.

ſ Icut is à ur̃a mihi parte reportauit, idcirco ipſi⁹ deſiderio & petitioni uſq; adhuc ſatisfacere diſtuliſtis, q̃a primum uotum, pergendi uidelicet Hieroſolymam, irritũ uobis feciſſe ur̃. Super quo ſi nr̃am ſñiam reqritis, ego non arbitror minora uota impedire debere maiora, nec deũ exigere qđcũq; ſibi ꝓmiſſum bonum, ſi ꝓ eo melius aliquid fuerit ꝑſolutum. Enimuero alicui forte debenti uobis duodecim numos, nunquid ſi ꝓ eis die conſtituto marchã ſoluere argenti, iuſte iraſcereminí? Iam ſi & ab h⁹ epõ aliquid timetis, ſecurũ uos reddo: quia non ſolum ei ſiqđ huic auxilium impenderitis, non diſplicebit: ſed etiam ualde gratum habebit. Vale.

Ad Ebalum Cathalaunenſem epiſcopum, Epiſtola 58.

d Omino Ebalo uenerabili ſãctæ Cathalaunenſis eccl'iæ dei gr̃a epõ: fr̃ B. abbas de Clarauàlle, ſiquid põt pc̃tõris or̃o. Nauiculæ illius (de eccl'ia loquor oĩm ſc̃tõrũ q̃ ſub oculis ur̃is gubernatore deſtituta fluctuat) non eſt bonum uobis negligere uel diſſimulare periculum. Res quippe ur̃æ curę eſt. Vñ miror q̃ rõne qua ue ſecuritate à clerico illo q à religioſis perſonis uir (ut aiunt) religioſus, eidem eccl'iæ elect⁹ eſt, requirendo deſiſtitis, ẽt ſi hoc quorũdã qui in ipſa eccl'ia ſunt incuria uel deſidia non mereatᷣ. Qui (ut audiuimus) illum q electus eſt nolentes, nec aliud niſi quod religioſus eſt afferentes, de eligẽdo alio ur̃am quoq; auſi ſunt compellare grauitatem, q̃ſi q uideatᷣ eſſe cõior & affabilior, q non ſit extraneus, ſed ciuib. tam gratus q̃ cognitus, morũ pr̃iæ gnarus, reb. eccl'iæ tractandis idoneus. Reuera, ut ad iſtos cautiſſimos conſultores me uertam, q uitia ur̃a non redarguat, q miſeræ conuerſationi ur̃æ aut conſentiat, aut contradicere non audeat. Non ſunt audiendi, ſed potius uelint nolint oĩmõ ſatagendũ eſt uob̃, ut is q boni teſtimonij eſt, eccl'iæ deſolatæ quãtocyus ꝑquiratᷣ: qm̃ ſi talis eſt q̃lis ꝑdicatᷣ, deus ꝓculdubio cum ipſo erit, q ſuam ei gr̃am miniſtrabit, placentem oĩb. efficacem ĩ oĩbus. Quòd ſi hunc iſtis non merentibus fortaſſe nullo mõ hr̃i poſſe contigerit: alius de alia q̃licunq; domo religioſa q uideatᷣ idoneus ꝓuideatᷣ: non q̃lem iſti uolunt, qui niſi qđ ſuæ carnalitati blanditᷣ nolunt, ſed q ſic ſciat negocia diſponere rerũ exteriorũ, ut norit ꝑ oĩa ꝑponere curã aĩarũ. Certe duob. monaſterijs, ſc̃ti uidelicet Petri & S. Vrbani, paſtorali aliqñ ſolatio ſil'r deſtitutis, bonæ memoriæ ꝑdeceſſor ur̃ dñs Vuillelmus nõ longi itineris laborẽ, non hyemis reputans aſꝑitatem, bis (niſi fallor) Cluniacũ, ſemel Diuionã ꝑ ſeip̃m adijt, hincq; uirũ bonũ dñm Hugonem q poſt defunctus eſt, illinc uirũ uenerabilẽ qui adhuc ſupereſt dñm Radulphum uix multis ꝓcibus impetratos abducens, ſingulum ſingulo ꝑpoſuit monaſterio, tutũ uidelicet non arbitrans cuiq; monachorũ domeſticorũ illam cõmittere curam. Qđ ideo uobis in exemplum adduxi, ut ueſtram charitatem cõmonefaciã, qual'r & in hoc qđ nũc in manib. eſt oporteat eam eſſe non minus cautam q̃ ſolicitã.

Ad Guilencum Lingonenſem epiſcopum, Epiſtola 59.

d Omino ſuo & pr̃i Guilenco dei gratia Lingonenſi epõ, fr̃ Bernardus Clarę uallis abbas ſeipſum. Audito obitu dñi Garnerij archidiaconi, neceſſarium duximus ur̃am paternitatem precib. præuenire, imò præmunire conſilio, ſi tñ dignum putatis monitis noſtræ acquieſcere paruitatis, quatenus uidelicet de rebus ſancti Stephani Diuionenſis quas tenebat, placeat liberalitati ueſtræ miſericordiam ſuperexaltare iudicio. Siquidem non ignoramus quòd in manum ueſtram debeãt redire, iuxta quod in capitulo Lingonenſi diſpoſitum & ſcripto firmatum fuiſſe etiam nos meminimus, qñ filius ue

ſter Harbertus in illa eccleſia prim⁹ ab-
bas r'aris conſtitutus eſt. Sed quia ca-
nonicis grauis ſcādali, & abbati magni
improperij occaſionem fore cognoui-
mus ſi ad quæ diu tenuit illa eccleſia, q̄-
cunq; occaſione manum ur̄am extēde-
ritis, conquerentibus quippe illis de illo
quaſi qui malum principium dederit ad
ueniens, cum eius cā & ad eius introitū
tam grāde eccleſia damnum incurrerit:
pietati ueſtræ ſupplicamus, & ſupplicā
do conſulimus, ut & tot puſillis Chriſti
à tanto ſcandalo parcatis, & hunc uica
rium Chriſti à tanto improperio ſimul
liberare curetis, concedendo utiq; eccle
ſiæ quod hactenus iuris eccleſiæ fuiſſe
cognoſcitur.

Ad eundem, Epiſtola 60.

Ro eccl'ia Moliſmenſi ſupplex,
p non ut arbitror, importunus in-
teruētor accedo. Multa quippe
ſunt quæ me confortant, ut repulſam nō
metuat hæc nr̄a petitio. Primum q̄a nō
pro qualibet extranea: ſed pro ur̄a uob̄
eccleſia ſupplicamus. Deinde ꝙ eandē
eccleſiā non alienum uſurpare, ſed ſuum
ius tm̄ à ur̄a æquitate requirere credi-
mus. Tertio ꝙ idipſum talis nobiſcum
poſtulat qui ſolus ad impetrandum ēt
maius aliquid à uobis ſufficere poſſit, ui
delicet comes Theob. Quartum quoq;
ſi addidero, non temere id me præſume
re putauerim. Neq;.n. uel ipſi de ur̄a ad-
eo humilitate diffidimus, quin audacter
ſi opus ſit, per noſmetipſos ad ueſtrę cel
ſitudinis nob̄ iā ſatis expertā beneuolē-
tiam, petituri quod rōnabile uiſum fue-
rit, accedamus. Vale.

Ad Ricuinum Tollenſem epiſcopum.
Epiſtola 61.

Euerēdo patri dn̄o Ricuino gr̄a
r dei Tullēſi ep̄o, F.B. dictus ab-
bas de Clarauалle, ſalutē & orō
nes. Pc̄tōri huic, quem ad pc̄tōres ob a-
nimæ ſuæ conſilium ueſtra ut ipſe perhi
buit, dirigere curauit dignatio, nihil ad
præſens ſanius cōſulere in promptu ha-
buimus, q̄ ut ad ſinum paternæ pietatis
rediret, & ex ore ſacerdotis legem req-
reret. Nos.n. noſtræ paruitatis & officij
menſurā attendentes, nec nos ultra nos
extendentes, dare pn̄iam maxime in cri
minalibus nulli hominum pręſumere o-
mnino ſolemus niſi ſolis quos in nr̄am
curam ſuſcepimus. Qua nanq; temerita
te tractāda ep̄oꝝ negocia, & hmōi ne-
gocia, pc̄tōres & imperiti ſuſcipiemus,
qui ipſi quoq; ſicut & cæteri hominum
quoties grauior aliq̄ cā īter nos oborit̄
quā p̱ nos diffinire aut neſcim⁹, aut neq
m⁹, aut nō audem⁹: ep̄ali, ut dignū ē, ſnīę
reſeruamus &: niſi ſummi pri⁹ ſacerdo
tis uel iudicio uel cōſilio cōfirmati, ſecu
ri non ſumus? Prouideatur igr̄ morbidæ
oui à proprio paſtore: & tali paſtore q̱
canones non ignorat: congrua pn̄iæ me
dicina: ne ſi in pc̄tō, quod abſit aīa pro
qua Chriſtus mortuus eſt moriat̄: ſan-
guinē eius de manu ueſtra ſummus pa-
ſtor requirat. Veꝝ nos deo illi inſpirāte
mundum relinquere perſuaſimus: ſi tn̄
hō ſenex & pauper in aliquo ſe recipi in
tra diœceſim ueſtram ſc̄tōꝝ conuentu,
ueſtro obtinere potuerit interuentu. Ple
num uos dierum ſuſcipiat dies una illa
melior in atrijs dn̄i ſuper milia: ſancte ac
uenerabilis pater.

Ad Henricum Virdunenſem epiſcopum,
Epiſtola 62.

Omino Henrico dei gratia Vir
d dunenſi ep̄o: F.B. dictus abbas
de Clarauалle, ſalutem & orō-
nem. Hæc muliercula quam ecce iā mul
tis annis, multis & p̱plexis pc̄tōꝝ no-
dis ſatanas alligauit: ſuper ſtatu ſalutis
ſuæ, noſtræ paruitatis conſilium expe-
tijt: & tale accepit ut poſt multum ui-
delicet ac diuturnum erratum ad ꝓprij
paſtoris ſinum profuga ouicula fidēter
recurreret: qui utiq; eo citius ac ſoliciti⁹
inopi ferret opem quo ſe certius atq; di
ſtrictius de ſibi commiſſa, agno qui pro
ipſa mortuus eſt, redditurum nouit ra-
tionem. Noſtrum fuit deuiantem corri
gere: ueſtrum ſic peccatricem non de-
ſpicere: imò pœnitentem ſuſcipere: & ſi
uera eſt ſuæ quam nob̄ expoſuit infelici
tatis hiſtoria: aut uiro ſuo priori ſi adhuc
uiuit

uiuit, reconciliare, aut ſi ille noluerit, ſi-
cut hāc innuptam, ſic illū cogere abſq;
uxore manere. Vale.

Ad eundem, Epiſtola 63.

Vper his q̄ à nobis ur̄æ excellē-
ſ tiæ placuit ſciſcitari, aut nos fal
limur, aut ille q̱ ea uob̄ retulit,
fallit. Siquid tn̄ fuit, ſuſpectam quippe
meam hēo quam noui labilem memo-
riam, ne tantam in fr̄e qui hæc loquit̄ ſu
ſpicer falſitatem, hoc me certiſſime ſci-
re confido, & uos indubitanter credere
uolo nemini me ſup̱ noīe ur̄o reprehen-
ſionis aliq̄n uel accuſationis uerba feciſ
ſe uel iniunxiſſe. Abſit hæc à nr̄a puſilli
tate temeritas, ut cōtra ep̄os & abſen-
tes loqui, q̄ ad nos non attinent audea-
mus, p̄ſertim q̄ non ꝓbauimus. Deinde
ꝙ nr̄i notitiam dignanter expetitis, gra
tanter accipimus, abūdātius nos & in-
noteſcere uob̄, & uos noſcere cupiētes.
Qua iam ſanè fiducia p̄ſtantiæ ur̄æ ſup
plicamus, imò ueſtram fidenter cōmo-
nemus beneuolentiam, de illo loco quē
ſub tutela ueſtra, ueſtro, ut aiunt, horta-
tu frater reuerendus & coabbas noſter
dn̄s Guido de tribus fontib. conſtruere
ſuſcepit. In illo nobis quantum nos cu-
ratis oſtendite, & quicquid ei feceritis,
nobis factum reputate. Vale.

Ad Alexandrum Lincolienſem, Epiſt. 64.

Iro honorabili dn̄o Alexādro
u dei gr̄a Lincolienſi ep̄o: B. ab-
bas dictus Clareuallis, uelle ho
norari magis in Chriſto q̄ in ſcl'o. Phi-
lippus ueſter uolēs proficiſci Hieroſoly
mam, compendium uiæ inuenit, & cito
peruenit quò uolebat. Transfretauit in
breui hoc mare magnum & ſpatioſum,
& ꝓſpere nauigans attigit iam littus o-
ptatum, atq; ad portum tandem ſalutis
applicuit. Stantes ſunt iam pedes eius
in atrijs Hierl'm, & quem audierat in Ef
frata, inuento in campis ſyluæ, libenter
adorat in loco ubi ſteterunt pedes eius.
Ingreſſus eſt ſc̄tām ciuitatem, ſortitus ē
cum illis hæreditatem q̱bus merito dr̄:
Ephe. 2.d Iā non eſtis hoſpites et aduenę, ſed eſtis
ciues ſc̄tōꝝ, & domeſtici dei. Cum q̱b.
intrans & exiens tanq; unus è ſc̄tis, glo- *Phil. 3. d*
riat̄ & ipſe cum cæteris dicens: Conuer
ſatio nr̄a in cœlis eſt. Factus eſt ergo nō
curioſus tm̄ ſpectator, ſed & deuot⁹ ha
bitator, & ciuis conſcriptus Hierl'm, nō
aūt terrenæ h⁹, cui Arabiæ mons Syna
cōiūctus eſt, quæ ſeruit cum filijs ſuis,
ſed liberæ illius q̄ eſt ſurſum mater nr̄a.
Et ſi uultis ſcire, Clarauallis ipſa eſt Hie
ruſalē, ei q̄ in cœlis eſt, tota mentis deuo
tione, & conuerſationis imitatione, &
cognatione q̄dam ſpūs ſociata. Hæc re-
quies illius, ſicut ipſe ꝓmittit, in ſcl'm ſe-
culi, elegit eam in habitationem ſibi, eo
ꝙ apud eā ſit etſi nōdum uiſio, certe ex-
pectatio ueræ pacis, illius utiq; de qua
dr̄: Pax dei, q̄ exup̱at oēm intellectum.
Veꝝ hoc ſuum bonum etſi deſuper ac- *Phil. 4. c*
cepit, in ur̄o tn̄ beneplacito facere cu-
pit, imò ſe facere confidit, ſciens uos ſa-
piētis non ignorare ſnīam, ꝙ filius utiq;
ſapiens ſit gloria pr̄is. Rogat aūt pater- *Prou. 10. a*
nitatem ur̄am, rogamus & nos cum illo
& pro illo, quatinus de p̄benda ſua qđ
ipſe ſuis creditoribus conſtituit, immo-
biliter ſtare faciatis: ne in aliquo frauda
tor (qđ abſit) debiti, & p̄uaricator pa-
cti inueniatur, & ita munus contriti cor
dis quod offert quotidie, nō recipiatur,
dum fr̄ quiſpiā hēt aliquid aduerſus eū.
Precat̄ deinde ut domus quam ipſe mr̄i
ſuæ in terra eccleſiæ conſtruxit, cū terra
quam ibi delegauit, eidem mr̄i quādiu
uixerit concedatur. Hæc pro Philippo.
Reliq̄ hæc pauca ꝓ uob̄, ipſo q̱dē ītimā
te, imò ꝟo īſpirāte deo adijciēda putaui
mus, hortari uos in charitate p̄ſumētes,
ne caſuri gl'iam mūdi q̄ſi ſtātē aſpiciatis,
& ꝟe ſtātē amittatis, nec plus uob̄ aut
ꝓ uob̄ ur̄a diligatis, & ſic uos & ur̄a p̱-
datis, ne blādiēs pn̄s ꝓſperitas ſui uob̄
finē abſcōdat, & aduerſitas ſine fine ſuc
cedat, ne lætitia tp̱alis luctū uob̄ ęternū
& op̱iat quē parit, & pariat quē op̱it,
ne mors lōge eſſe putet̄, & p̄occupet im
prouidū, & uita dū lōga expectat̄, cito
deſerat male cōſciū, ſicut ſcriptū eſt: Dū *1. The. 5. a*
dixerint pax & ſecuritas, tūc ſubitane⁹
ſup̱ueniet eis interitus tāquam in utero

habenti,& non effugient. Valete.

Ad abbatem Aluiſum Acquiſcinti. Epiſt. 65.

Luiſo abbati Acqſcinti monaſterij B. ſalutem ex corde. Retri
a
buat uobis deus miſericordiam
quam feciſtis ſancto filio ueſtro Godui
no. Audiuimus.n.q̄ audito eius obitu,
mox uelut immemor priſtinæ calũniæ,
ſed nõ amicitiæ,cõſolatorem potius,q̃
ultorem uos exhibuiſtis. Prẽm quippe
uos cognouiſtis,ut res exigebat,nõ iudi
cem.Ideoq́ quod pietatis,quod chari-
tatis eſt,ut ferè filio pr̃ impendere ſtu-
duiſtis. Quid melius, quid laudabilius,
quid uob̃ dignius agere poteratis? Sed
quis hoc crederet? Vere nemo ſcit quæ
ſunt in hoīe,niſi ſpũs hoīs qui in eo eſt.
Vbi eſt nũc illa auſteritas,illa ſeueritas,
illa indignatio q̃ olim in illũ lingua, uul
tus,oculi terribil̃r oñtare et intentare ſo
lebant? Ad unum nempe nunciũ de mor
te filij,paterna uiſcera cõmota ſunt,ſubi
toq́ hæc oīa quæ ſimulatoria,ſed diſpẽ
ſatoria ac per hoc tranſitoria erant, di-
ſparuerunt.Illa ỽo quæ ỽa erãt,ſed late
bãt,charitas,pietas,benignitas, appa-
ruerũt.Siqdem ĩ religioſo aīo ur̃o miſe
ricordia & ueritas obuiauerunt ſibi, &
quia nimiꝶ miſericordia ſuperabunda
uit iudicio,iuſtitia & pax oſculatæ ſũt.
Nam quantum mihi uideor conijciẽdo
uidere,qd animi tũc habueritis,cum ad
Gen. 45.e ulciſcẽdã illa q̃ uob̃ uidebatur facta iniu
riam,iuſtitiæ zelo accẽſa ueritas ſe accĩ
geret, illa q̃ exemplo Ioſeph prudenter
antea diſſimulabat̃ miſericordia, ultra
iã latere non ferens,ne in hoc qdem diſ-
ſimiliter ab Ioſeph,ex abdito celatę pie
tatis erupit,ſeq́ ỽitati adiungens repſ-
ſit motum,tempauit zelum, pacem cũ
iuſtitia fecit. Tunc de puriſſimo placidi
pectoris fonte taliũ credo lympidiſſimi
cogitationũ riuuli ebullierũt: Quid op⁹
Oſee. 6. b eſt indignari? Miſereri potius oportet,
Ephe. 4.a & non obliuiſci qđ ſcriptũ eſt: Miſeri-
Matt. 5.a cordiam uolo, & nõ ſacrificiũ, & imple
re quod iuſſum eſt: Soliciti ſeruare unita
tẽ ſpũs in uinculo pacis,et expectare qđ
ꝓmiſſum eſt: Bti miſericordes, qm̃ ipſi
miſericordiam cõſequent̃. Alioquin nũ
filius meus erat iſte? Quis uero iraſci fi-
lio põt? Niſi forte tũc tm̃ filius meus fuit
dum mecum fuit,& non ẽt cũ me deſe-
ruit.Sed nũqd qa corpe ad tp̃s receſſit,
ẽt aīo recedere potuit? Aut forte uel ipſa
mors eum mihi poterit auferre? Ita'ne
localis corpali'ue neceſſitas aīoꝶ ſe ſe
amantiũ libertatem anguſtat? Certus
ſum qa nec locoꝶ diſtãtia,nec corpoꝶ
uel mors,uel abñtia diſiungere poterit
quos unus ſpũs uegetat,una charitas li-
gat. Denique ſi iuſtoꝶ aīæ in manu dei Sap. 3.a
ſunt,profecto & q iam in ipſo depoſita
carne qeſcunt: & qui ipſi adhuc in carne
nõ ſcđm carnem militamus, ſil̃ procul-
dubio ſumus. Meus ergo erat uiuus,
meus erit defunctus, meũ in pr̃ia reco-
gnoſcam. Siqs eſt qui de manu dei poſ
ſit eruere, & à me illũ ſeparare ualebit.
Itaq́ pro filio qdem ur̃a uob̃ affectio ſa
tisfecit. Sed de nob̃ pr̃ quid erit? Quę,in
quã,de nob̃ digna uobis ſatisfactio pla
cebit,qbus utiq́ pro grãdi iniuria impo
nitis q̄ à uob̃ recedens, à nob̃ receptus
ſit? Quid dicã? Si dixero non recepimus
(qđ utinã ſine pctõ dicere poſſem) men
tior planè. Si dixero recepimus qdẽ,ſed
iuſte: excuſare me uelle uideor. Sed tuti⁹
rñdebo,peccauimus. Veruntñ quantũ?
Nõ ad defenſionẽ dico. A quo.n. ille nõ
reciperet? Quis,inq́,ſctm̃ illum aut pul
ſantẽ repelleret,aut ſuſceptũ expelleret?
Quis ỽo ſcit,ſi de ur̃a abundãtia nr̃am
de⁹ uoluerit ſupplere inopiã,ut.ſ. unũ de
multis q forte apđ uos religioſi tũc erãt
ad nos dirigeret,nob̃ qdẽ ad ſolatiũ: ſed Prou. 10.a
nihilomin⁹ uob̃ ad gl'iam? Fili⁹ qdem ſa
piẽs gl'ia eſt pr̃is. Deniq́ nõ eũ ꝑuenim⁹
ſolicitãdo: nõ circũuenimus attrahẽdo:
quo uos deſereret,uel ad nos ueniret: qn
potius rogãtẽ,pulſantẽ, ſupplicãtẽ non
pri⁹ (deus ſcit) cõſenſimus recipe: q̃ re-
mittere ad uos tẽtauimus. Nõ aũt eo ac
quieſcẽte,ei⁹ nos ĩportunitati uix tandẽ
acqeuimus. Hoīem ergo religioſum ꝑe
grinũ ſolũ: ſi culpa eſt q̄ ſuſcepimus, &
ita ſuſcepimus,nõ erit uob̃ indignum ſe
mel tm̃ cõmiſſam culpã talemq́ culpã
dimittere: cui ẽt phas nõ eſt ne uſq́ qdẽ
ſeptuagies ſeptics peccantibus in uos,

ueniam negare. Vt tñ noueritis q̃ nõ le
uiter ſeu negligenter,imò q̃ nõ impune
feramus q̄ unq́ reuerẽtiam ur̃am quo-
quo modo offendimus: ſępe deũ teſtor,
qđ corpe non poſſum,mẽte ad uos ſup
plici tranſeo,ſæpe genibus flexis humi
liter ſatisfaciens uobis aſtare me uideo.
Vtinã ipſe q id mihi fortaſſe ĩſpirat,uob̃
q̊que ſpũs ſentire faciat q̃ flebilis q̃ mi
ſerabilis tanq́ pñs ad genua uſq́ ueſtra
deſcendo,q̃ frequẽter nudus humeros
uirgasq́ in manibus geſtans, & q̃ſi ad
ueſtram iuſſionem uapulare paratus ue
niam,gr̃am tremebundus expecto. Hęc
qual̃r uobis pater accepta ſint,ueſtro ſi
uos nõ grauat citius ſcire flagitamus re
ſcripto,ut ſic ſatis iam ſecuri de indulgẽ
tia conſolemur,ſi quo minus,magis (ut
dignũ eſt) humiliemur, & amplius ali-
quid à nobis ſi poſſumus exigam⁹,quo
dignius ſatisfacere debeamus. Valete.

Ad Gaufridum abbatem ſancti Theodorici.
Epiſtola 66.

Rimo precor ut pñtes lr̃as dño
p
abbati Acquiſcinti monaſterij
dirigere non graueris. Deinde
ut ad id quod portãt, ꝓ abſente amico
pñs ſatagas cum uenerit locus. Neq́.n.
cuiuſlibet,nedum tanti patris iuſtum in
iuſtum'ue aduerſum me debeo ſcanda
lũ diſſimulare. Quod q̃ non faciam,lo-
quens potius q̃ ſcribens ei aperire forſi
tan potuiſſem. Nam ſolet in talibus ac-
ceptior eſſe ſermo uiuus q̃ ſcriptus, &
efficacior lingua q̃ lr̃a. Oculi quippe lo
quentis fidem faciunt dictis,nec ita põt
affectum exprimere digitus,qũo uultus.
Nũc aũt quia abſens per me nõ poſsũ,
per te ſatisfacio quantum poſſum. Ro-
go ergo te,et iteꝶ rogo,ut de regno dei
qđ eſt uidelicet intra nos,ſcandalũ aufe
ras dum ſalubriter pores,ne ſi (quod ab
ſit) uſq́ ad angelos qui utiq́ in fine ſcl'i ĩ
id miniſterij deputandi ſunt,perduraue
rit rãcor,neceſſe ſit irreuocabil̃r aut am
bos aut alteꝶ è nobis de medio tolli.
Vnde aũt ad me tu iandudum ſcripſiſti
cõquerendo ſuper tribulationibus ur̃is,
ſcitis quia iuxta eſt dñs his qui tribula-
to ſunt corde. De ipſo confidite, quia ip
ſe uicit mundum. Ipſe ſcit inter quos ha
bitatis, & in conſpectu eius ſunt omnes
q tribulant uos. Ipſe exaudiet uos in ab
ſcondito tempeſtatis, qui nunc probat
ad aquas contradictionis. Valete.

Ad monachos Flauiacenſes. Epiſt. 67.

Omino H. patri Flauiacẽſis ec
d
cleſiæ, & fr̃ibus qui cum eo ſũt,
frẽs qui in Claraualle ſalutẽ. Le
ctis lr̃is ur̃is ur̃am reuerentiam ꝑꝑ quen
dam monachum qui apud nos eſt con-
triſtatam cognouimus. De qua ueſtra
triſtitia nos quoq́ contriſtati ſumus, ti
mentes ne non ſit illa triſtitia de q̃ qui-
buſdã dicebat apl's: Contriſtati.n. eſtis
ſcđm deũ. Nam ſi ſcđm deum eſſet, nõ
uſq́ adeo uos commonuiſſet ut nos etſi
uob̃ ignotos,frẽs tñ ur̃os, & ſi placet a-
micos, quos necdum uel pñtes uerbo
conueneratis,uel abñtes ſcripto pręmo
nueratis,hac prima uice tam ſubito, tã
acriter argueretis. Miramini (ut ſcribi-
tis) q̄ frẽm G. ſuſcepimus,minamini ni-
ſi eum uobis cito reſtituerimus. Propo-
nitis nobis de rl'a, de noto monaſterio
monachum non ſuſcipiendum,pro con
ſtanti.ſ. hñtes ueſtrum non eſſe ignotũ.
Sed qd ſi alijs notum,dummodo nobis
ignotum ſit? Etſi.n. ut uerba ipſa ponam
religionis ur̃æ ſe adeo fama effuderit,ut
etiam Romæ eccleſiæ ueſtræ habeatur
notitia,nos tñ qui utique multum citra
Romã poſiti ſumus, neſcio quo pacto
ita pręterijt,ut ne unius quidem ur̃m,ab
batis.ſ. uel monachoꝶ, non ipſius ur̃æ
habitationis,non religionis ac conuer-
ſationis,uſq́ ad hoc tp̃s uel tenuem no-
titiam habuerimus, ſed nec aliq́ aliqñ
mẽtionem nob̃ de uob̃ factam fuiſſe me
minimus. Nec tñ miꝶ, quia & multis
terrarum ſpatijs & diuerſis prouincijs
& diſſimilibus linguis abinuicem diſta
mus. Nec ſolum ep̃atibus proprijs abſu
mus,ſed etiam in eodem archiep̃atu nõ
degimus. Putamus aũt q̄ non de cuicũ
que notis,ſed tm̃ de nob̃ notis monaſte
rijs monachos ſuſcipere ꝓhibemur,alio
quin cum nullũ monaſterium ſit qđ ali

cui notũ nõ ſit, nullũ nob̃ relinquitur de
quo ꝗs rl'ariter ſuſcipiatur. Qũo ergo il
lud implebit̃ qđ à btõ Bñdicto uel p̃ci
pitur uel permittitur, ꝑegrinũ uidelicet
monachum nõ ſolum debere ſuſcipi ad
habitandũ ꝓ hoſpite, quanto cupit tꝑe,
ſed ẽt inuctũ utilẽ ſuaderi ad manendũ
omni tꝑe? Quanq̃ tñ nos al'r erga p̃di-
ctũ frẽm egerimus. Nã cũ ueniẽs ſe ſuſci
pi à nob̃ humil'r poſtularet, primo ꝗdẽ
repulſus, deĩde admonitus eſt ut ad mo
naſteriũ ſuũ rediret. Sed ille nõ acquie-
ſcẽs, in uicinã nob̃ eremum ſe contulit,
ibiq̃ ſeptẽ fermè mẽſes nullã interim ca
lũniã paſſus ꝗete habitauit. Sed cũ ſibi
tutũ nõ crederet ꝙ ſolus degeret, poſt
primã repulſam idip̃m à nob̃ reꝗrere ñ
erubuit. Rurſus nos admonẽtes eum de
reditu, cũ cãm ſuæ ab eo diſceſſionis re
quireremus, abbas, inꝗt, meus habebat
me nõ monachũ ſed medicũ. Cogebat
ſeruire, imò ipſe ſeruiebat ꝑ me, nõ deo,
ſed ſcl'o, q̃ñ ne ſcl'arium maleuolẽtiam
incurreret pĩcipũ, mederi me cõpelle-
bat ẽt tyrãnis, raptorib. excõicatis. Qđ
aĩæ meæ ꝑiculũ cũ ei, nũc priuatim, nũc
palã ſuggeſſiſſem, nec profeciſſem, quo
rũdã tandẽ ſapientiũ uiroꝝ cõſilio fre-
tus fugio meã dãnationem, non cõgre-
gationẽ, ꝑditionem, non religionẽ. Con
ſulite ſalutẽ q̃renti, ap̃ite pulſanti. Cuius
nos uidentes cõſtãtiã, audiẽtes cãm &
nullã cõtra eũ calũniã, annuimus introi
tũ, ꝓbauimus ſuſceptũ, aſtrinximus ꝓ-
batum, tenemus ꝓfeſſum. Nec intrare
cõpulimus, nec exire cogemus. Quãtis
ſi eũ eijcerem⁹, ad uos (ut ipſe aſſerit) nõ
rediret, ſed magis ſe adhuc à uob̃ elõga
ret. Deſinite ergo frẽs, deſinite tã indebi
tis innoxios laceſſere iurgijs, & caſſis
ſcriptitationibus inquietare, ꝗa nec cu-
mulatis ẽt contumelijs ꝓuocari poteri
mus ut uobis niſi quod reuerentię eſt rñ
deamus, nec minis his exterreri quo mi
nus monachum teneamus, quem rl'ari-
ter ſuſcepiſſe nos credimus.

Ad eoſdem de eodem, Epiſtola 68.

M Odeſtiæ ꝗdem urã erat ô boni
frẽs, ſuper querimonia urã prio
ri nrã ſatisfactione contentos eſſe debe
re, ẽt ab immeritoꝝ infeſtatione ꝗeſce-
re. Sed quia prioribus malis peiora iun-
xiſtis, & rurſum nob̃ iurgioꝝ ſeminaria
tranſmiſiſtis, q̃ abſit ut germinent, ſicut
nec priora germinauerũt in nob̃, ne tñ
nõ rñdendo, culpam (q̃ nõ eſt) cogno-
ſcere uideamur, hoc ẽt ſcd'o ad ea quæ
ꝓcaciter obijcitis, ueraciter rñdemus.
Hæc tota nrã culpa eſt, quãtũ æſtima-
mus: hæc grandis illa iniuria quam uob̃
fecimus: ꝙ monachũ, ſolum, peregrinũ,
pauꝑem, miſerabilẽ: aĩæ ſuæ periculum
fugitantẽ: ſalutem ſuam ſolicitè q̃rentẽ,
pulſantẽ, ſupplicantẽ ſuſcepimus: ſeu ꝙ
talem tal'r à nobis ſuſceptum denuo ſi-
ne cã non eijcimus, ut qđ ædificauimus
iteꝝ deſtruẽtes, præuaricatores nos cõ
ſtituamus. Hinc rl'æ, hinc canonũ, hinc
ipſius naturalis legis trangreſſores iudi
camur. Opponitis. n. indignantes, cur
urm & à uob̃ excommunicatum nobis
ſociare p̃ſumpſimus, quod utiq̃ ab alio
pati nolumus. Sed de excommunicatio
ne ꝗd rñdebimus, q̃ñ uos inde uob̃ ſa-
tisfacitis pro nobis, ſcientes proculdu-
bio prius à nobis fuiſſe receptum q̃ à
uobis excommunicatum? Cum autem
prius ſuſceptus, dum tñ rl'ariter, fuerit:
profecto non iam in urm ſed in nrm urę
maledictionis ſnĩam intorſiſtis. Quod
ſi recte factum ſit, uos uideritis. Reſtat
igitur ſciendum, & hoc tm̃ quæritur in-
ter nos, an rõnabiliter ſuſceptus fuerit.
Et uos quidem qm̃ de ignoto monaſte
rio monachum rl'ariter poſſe ſuſcipi ne-
gare non poteſtis, ueſtrum nobis notũ
eſſe contenditis. Negamus, & non cre
ditis. Verum ſi non creditis ſimpliciter
negantibus, credite uel iurantibus. In
ueritate quæ deus eſt, uobis dicimus,
nec nouimus uos nec noſcimus, ignoto
rum ſcripta ſuſcepimus, ad ignotos re-
ſcripſimus. Senſimus ꝗdem ſtimulatio
nes & inquietationes ueſtras, ſed nec-
dum ſtimulatores & inꝗetatores ipſos
agnouimus. Vos tñ ad cõuincendũ nos
de ſimulata ignorantia, inuictiſſimum
argm̃ inducitis, nõ poſſe uidelicet igno-
tos eſſe

tos eſſe nob̃, quoꝝ & abbatis. ſ. & ipſi⁹
monaſterij nomen in nrĩs poſuimus li-
teris, quaſi mox ut reꝝ uocabula ſcim⁹,
etiã res ipſas nouerimus. Multũ ergo ua
let mihi Michaelis, Gabrielis, Raphae
lis noĩa noſſe, q̃ñ ex ſolo auditu uocabu
loꝝ, etiã de ipſoꝝ btõꝝ ſpirituũ cogni
tione iã btũs ſum. Nõ mediocriter inq̃
profeci, ꝗa didici ab apl'o Paradiſum et
tertiũ cœlũ noĩare, ſi etiã non raptus cũ
apl'o, ſolis ex noĩbus ſecreta cœleſtia iã
noui, & audiui ineffabilia uerba, q̃ nõ li
cet hoĩ loꝗ. Stultus ego ꝗ iã ſciẽs nomẽ
dei mei, neſcio ꝗd adhuc ſuꝑfluo quoti-
die gemo, fruſtra ſuſpirãs & dicens cum
ꝓpheta: Vultũ tuũ dñe requirã. Et illud:
Pſal. 26. c Q̃ñ ueniã & apparebo añ faciẽ dei? Et
Pſal. 41. a oñde nob̃ faciẽ tuã & ſalui erimus. Sed
pſal. 97. b ꝗd eſt qđ uob̃ facimus, qđ nob̃ fieri no
lumus? Hoc nos utique nolle putatis, ut
ꝗs à nrõ monaſterio diſcedẽs monach⁹
in alio ſuſcipiat̃. Vtinã oẽs cõmiſſos no-
bis, ſine nob̃ ſaluare poſſetis. Siquis de
nrĩs ad uos maioris ꝑfectionis grã & ar
ctioris uitæ deſiderio cõuolauerit, non
ſolũ nõ cauſamur, ſi ei in tali ſtudio cõſu
litis, ſed & multũ p̃camur ut hoc facia-
tis. Nec offenſos nos conqueremur, ſed
ualde in hoc adiutos eſſe fatebimur. Ne
gatis deinde qđ de uob̃ audieramus ue
ſtro. ſ. iuſſu uel aſſenſu F. B. quandiu fuit
apud uos, in medicinali arte ſcl'arib. de-
ſeruiſſe, ipſumq̃ qui hoc dixit, falſitatis
arguitis. Si mẽtitus ſit neſcimus, ipſe ui-
derit. Sed hęc ſcimus ꝗa ſiue ꝑ ſe, ut uos
fatemini, ſiue ꝑ uos, ut ipſe teſtat̃, hæc fe
cerit, in magno interim ꝑiculo fuit. Quis
uero tã inhumanus ꝗ ſic ꝑiclitanti non
ſuccurreret ſi poſſet, nõ cõſuleret ſi noſ
ſet? Attamẽ ſi, ut aſſeritis, non cõpulſus
obedientia, ſed ꝓprij q̃ſtus cupiditate,
ac uagandi curioſitate, hac illacq̃ artẽ
ſuã uẽditãs diſcurrebat, ꝗd cauſæ extitit
ꝙ à uob̃ diſceſſit? An ꝗa iam tandẽ cen
ſuræ paſtoralis diſtrictione non ei lice-
bat quod ante licuerat? Cur igit̃ cum iã
apud nos eſſet uolentes eum reuocare,
ad ꝑſuadendum de reditu ꝓmiſiſtis ei
quietẽ in clauſtro, niſi ꝗa hæc uelle ho-
minem noueratis, hæc quęſiſſe memine
ratis? At ille iam adepto apud alienos
quod nõ potuit inter ſuos, ne certa pro
incertis deſereret, tenuit quo iam frue-
bat̃, ſpernens qđ ſero ſibi offerebat̃. De
ſinite itaq̃ frẽs, deſinite frẽm ſolicitare
de quo non ualde neceſſe eſt uos ſolici-
tos eſſe, niſi forte (qđ abſit) q̃ urã non q̃
Ieſu Xp̃i ſunt q̃ratis, & magis urm de il
lo ſolatiũ, q̃ eius ſalutẽ diligatis. Nã cũ
ſꝑ apud uos gyrouagus fuiſſet: et, ut ſcri
bitis, contra ſuum propoſitum & abba
tis imꝑium in proprios uſus quod de ar
te ſua cõquirebat, expenderet, gaudeat
qui eum diligit, ꝙ apud nos deo miſerã
te ſanatus ſit. Teſtimonium. n. ei perhi-
bemus ꝙ nuſq̃ modo aliqua occaſione
uagat̃, ſed quiete perſeuerans in mona-
ſterio, pauper inter pauperes ſine que-
rela conuerſatur, primam fidem quam
quidem apud uos promiſit, ſed non te-
nuit, non irritã, ut dicitis, faciens, ſed ra-
tam integrãq̃ cuſtodiens moꝝ utique
cõuerſione, & obedientiſſima conuerſa
tione, ſine q̃ ſeſe fallit ꝗ de loci ſtabilita-
te confidit. Rogamus uos frẽs, ut quie-
ſcat iam indignatio ueſtra, & deſinat in
quietatio noſtra. Sin autem, facite qđ
uultis, ſcribite ut uultis, perſequimini q̃-
tum uultis, charitas omnia ſuffert, oĩa
ſuſtinet. Nobis aũt decretum eſt ex hoc
iam uos pure diligere, reuerenter ſuſpice
re, familiariter colere.

Ad Guidonem abbatem de tribus fontibus, Epiſtola 69.

V Nde te contriſtatum cognoui-
mus, contriſtatum quidem eſſe
laudauimus, ſed ſi non nimis.
Contriſtatus enim (niſi fallor) q̃uo ait 2. Cor. 7. c
apl's, ſcd'm deum, nec dubium eſt hmõi
triſtitiam tuam conuerti quandoque in
gaudium. Itaque dilectiſſime, iraſcere
& noli peccare. Peccabis autem non
minus nimis iraſcendo, q̃ oĩno non ira-
ſcendo. Siquidem non iraſci ubi iraſcen
dum ſit, nolle emendare pctm̃ eſt. Plus
uero iraſci q̃ iraſcendum ſit, peccatum
peccato addere eſt. Quòd ſi malum eſt
pctm̃ non emendare, q̃uo malum non

erit augmẽtare? Si ex rerꝝ euentibus reatuũ pẽderet iudiciũ, nõ foret culpanda tua ẽt ingẽs triſtitia, ubi nimirꝫ cõſtitiſſet ꝙ ingẽs fuiſſet & culpa. Tanto qppe culpa grauior, quanto res ſacrior appareret. Nunc ỽo qa rerꝫ cã, non materia nec exitus actuũ, ſed intẽtionis ꝓpoſitũ [Matt. 6.c] culpas diſcernit & merita, dicente dño: Si oculus tuus ſimplex fuerit, totũ corpus tuũ lucidũ erit: ſi neqꝫ, totũ corpus tuũ tenebroſum erit, in tui quoqꝫ examinatione cõmiſſi nõ tã, ut arbitror, ſacrorũ eſt attẽdẽda maieſtas, q̃ꝫ ꝓpria intentio diſcutienda. Porrò ego & prior noſter rẽ ipſam & intra nos pẽſantes, & intra nos cõferẽtes, tuã qdem ibi deprehẽdimus ignorantiam, miniſtrãtiũ quoqꝫ negligẽtiã, ſed planè nullius maliciã. Et certe optime noſti nullũ eẽ bonũ niſi fuerit ſpõtaneũ. Malũ ergo poterit eſſe magnum, qd' cõſtat uoluntariũ non fuiſſe? Alioqn ſi qđ fit à nõ uolẽte, bonum qdẽ nullam grãm, malum aũt multam conſeqtur pœnã. Hoc eſt, ſi circa unã eãdẽqꝫ cãm & malũ imputaẽ, & bonũ nõ ſuſcipiẽ, qſqs ita ſentit, aſſerat ſi uult & ꝙ nõ ſapĩa malitiã, ſed malitia uincit ſapiam. Vt tñ faciamus ſatis ingẽtiori cõſciẽtiæ tuæ, & ne forte malũ hoc mali cuiuſpiã grauioris latentis adhuc in monaſterio fuerit cõmonitio, ꝓ pnĩa tibi iniũgimus vij. pnĩales pſalmos quotidie uſque ad Paſcha ſepties ꝓſternendo te decãtare, vij. diſciplinas accipe. In hunc modũ ſatisfaciat & ille q tibi ad illã miſſam miniſtrauit. De illo aũt q ſibi añ apparuerat, et oblitus eſt mittere uinũ in calicẽ, cuius & maiorẽ in hoc æſtimamus culpã, ſi tñ & tu ita putas, tuo arbitrio derelinqmus. Sanè ſi ſermo exijt inter frẽs, et ipſi oẽs ſinguli ſingulas accipiãt diſcipli- [Gala. 6.a] nas, ut fiat qđ legiẽ: Alter alterius onera portate. Deinde ꝙ cõperta ſero licet negligẽtia, uinũ fudiſti in calicẽ ſup hoſtię ſacratæ particulã, laudamus, nec ſub tãto articulo melius fieri potuiſſe putamꝰ, arbitrãtes liquorẽ etſi non ex conſecratione ꝓpria atqꝫ ſolenni in ſanguinẽ xp̃i mutatũ, ſacrũ tñ fuiſſe ex cõtactu corporis ſacri. Aiunt tñ neſcio quem alium aliud ſenſiſſe ſcriptorẽ, non poſſe uidelicet abſqꝫ tribus .i. pane uino & aq̃ hoc ſacrificiũ eſſe, ita ut ſi quodlibet deeſſe cõtigerit, reliqua nõ ſanctificentur. Sed de hmõi unuſqſqꝫ in ſuo ſenſu abundat. Ego aũt pro meo fatuo ſenſu, ſi mihi idẽ cõtigiſſet qđ tibi, uellẽ ad remediũ mali unum è duob. egiſſe, aut ip̃m qd' feciſti, aut certe ab illo loco ubi dr̃: Siĺi modo poſtea q̃ꝫ cœnatũ eſt: ỽba ſc̃tã iteraſſe: & ſic cõpleſſe qd' reſtabat de ſacrificio. Neqꝫ .n. dubitauerim de corꝑe iam conſecrato: q utiqꝫ iuxta ritũ eccleſiæ didici ab ipſa qd' & ipſa accepit à dño: panẽ .ſ. ac uinũ & ſiĺ apponere: non ſiĺ tñ ex his ſacra conficere. Cũ ergo prius de pane corpus q̃ de uino ſanguis more eccleſiaſtico cõficiaẽ: ſi ꝑ obliuionem tardius qd' poſterius ſacrãdũ eſt apponaẽ, non uideo qd ſacris p̃cedentib. tarditas poſſit p̃iꝑe conſequentiũ. Puto .n. ꝙ ſi dño poſt factũ de pane ſuum corpus uini cõſecrationem placuiſſet aliquãdiu intermittere aut certe penitꝰ omittere: nihilominus corpus manſiſſet qd' fecerat: nec factis faciẽda p̃ſcriberent. Nec nego panẽ & uinũ aq̃ qdem miſtum ſiĺ debere apponi: qn potius aſſero haud aĺr debere fieri. Sed aliud eſt culpare negligẽtiã, aliud negare efficaciam. Aliud inq̃ꝫ eſt quod cauſamur non bñ quippiam fieri: & aliud quod mentimur nec fieri. Hæc interĩ de hac re dixerim & ſenſerim abſque præiudicio uel tuæ ſniæ, ſiquid melius ſapis, uel cuiuſlibet ſanius ſapientis.

Ad eundem. *Epiſtola 70.*

COnſiderãs miſeri hꝰ miſerabilẽ conditionẽ, miſereor quidẽ, ſed ỽeor ne fruſtra. Neqꝫ .n. non iõ mihi uideor fruſtra miſereri, ꝙ ipſo licet remanente in ſua miſeria, mea tñ uel mihi nõ ſit infructuoſa miſericordia: ĩ quã utiqꝫ miſericordiã non ꝓpria utilitas inclinauit: ſed ĩtimis eã uiſcerib. ꝓximi miſeria & frñus dolor inflixit. Miſericordia qppe affectio ẽ q̃ nec uolũtate coerceẽ, nec rõni ſubijciẽ: qñ non eã in ſe qſqꝫ pertrahit uoluntario nutu: ſed ipſa pias mentes ad cõpaſſionẽ dolentiũ neceſſario cogit affectu: ita ut ẽt ſi pc̃tm̃ eẽt miſereri, etſi multũ uellẽ, nõ poſſem tñ non miſereri. Põt quidem ratio uel uoluntas affectui effectũ ſubtrahere, ſed nũquid ip̃m affectũ euellere? Diſcedãt à me qui [Pſal. 34.b] cõſolanẽ, et dñt qa orõ mea in ſinu meo reuerteẽ, dũ is pro quo emiſſa eſt, nõdũ cõuertiẽ. Nec audio illos q mihi blãdiẽ- [Exe. 18.c] tes aſſerunt: Iuſtitia iuſti ſuꝑ eũ erit, dũ impius in ſua adhuc impietate remoratur. Nõ inq̃ꝫ recipio cõſolationẽ ubi fr̃is uideo deſolationẽ. Si ergo dulciſſime fili, tua quoqꝫ pia mẽs ſiĺr affecta eſt, imò qa aĺr affecta nõ eſt, q̃ꝫq̃ꝫ tibi infelix iſte cunctas ſuæ egreſſionis de monaſterio, & denuo regreſſionis, rĺares uices infeliciter ꝑcurriſſe uŕ, quia tñ ip̃e aĺr putat, nõ ſolũ patiẽter, ſed ẽt libẽter audiendũ eſt qd' humiliter calumniatur, ſi forte tã deſperatæ ſalutis reparãdæ rõnabilis ulla occaſio inueniaẽ, quã (ut bñ mecum tua intelligit exꝑientia) difficile qdem ĩ cõgregatione, ſed multo difficilius foris poterit obtinere. Inito itaque oĩum fr̃um cõſilio, oĩa q̃ in eũ feciſti iudicia diligenter retractare nõ dedigneris, quatenus tua humilitate eius contumacia ſaneẽ, ſi uel ſic uidelicet adinueniri poterit quõ adhuc ſemel rĺariter ſuſcipiatur. Nec timendum eſt in hac retractatione ꝙ diſpliceat iuſto ac miſericordi deo, ſi miſericordia ſuperexaltatur iudicio.

Ad monachos eiuſdem loci. *Epiſt. 71.*

QVòd nõdũ ueni ad uos, nõ putetur incuria. Curamus quidem uos tanq̃ꝫ uiſcera nr̃a. Si mr̃ põt filij uteri ſui negligere curam, poſſum & ego forſitã in ſuſpicionem duci & argui negligẽtiæ. Itaque opportunitatẽ expectauimus & expectamus ut cũ uenerimus, uiſitatio nr̃a nõ ſit ſine fructu. Interim de abſceſſu pr̃is uri non turbeẽ cor ur̃m. Deus uobis ꝓuidebit alium, ſicut ſperamus, pro eo idoneum: ſed nec iſtũ perdetis. Nam etſi tranſlatus eſt, non tñ ablatus. Tñ qui uobis fuerat ſpecialis, erit cõis & nobis. Donec ergo uenio, uiriliter agite, & confortetur cor ur̃m, & omnia ur̃a in charitate fiant.

Ad Ramaldum Fuſmacenſem abbatem,
Epiſtola 72.

DIlectiſſimo ſuo Ramaldo B. eiꝰ non pr̃ aut dñs, ſed frater & cõſeruus, qđ fr̃i chariſſimo, & fideli conſeruo. Primo ne mireris ſi terrear dignitatis noĩbus, cũ me ipſis rebus ſentiam indignũ. Et te quidẽ decet ut facis, ſed mihi aſſentire nõ expedit. Nã ſi tibi obſeruandum putas illud: Honore inuicẽ p̃uenientes, & ſubiecti inuicẽ in timore Xp̃i, ſi non fruſtra utrobiqꝫ poſitum [Rom. 12.c] eſt inuicẽ, intelligis æqꝫ & mihi ęqꝫ utrũ [Ephe. 5.d] que congruere. Quòd ſi cogitas tibi illã rĺæ ſniam obſeruandã: Iuniores priores ſuos honorent, mihi è regione in mentẽ uenit ex rĺa ueritatis: Erũt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Et q maior eſt ue [Matt. 20.b] ſtrum, fiat ſicut iunior. Et quanto maior [Luc. 22.c] es, tãto humilia te in oĩbꝰ. Et principẽ te [Eccl. 3.c] cõſtituerunt, eſto inter illos q̃ſi unus ex [Eccl. 32.a] illis. Et non qa dñamur fidei ur̃æ, ſed ad [2. Cor. 1.d] iutores ſumus gaudij ur̃i. Et nolite uoca [Matt. 23.a] ri ab hoĩbus rabbi. Et pr̃em nolite uoca [Ibidem] re uobis ſuper terram. Quãtũ itaqꝫ tuis [Pſal. 87.b] attollor fauoribus, tm̃ his mollibus pre [pſal. 101.b] mor. Vnde merito in pſalmo non canto, ſed plãgo: Exaltatus aũt humiliatus ſum, & conturbatus. Et, quia eleuans alliſiſti me. Sed uerius fortaſſe proferrem quod ſentio: quia uidelicet qui me exaltat, humiliat, & qui me humiliat, exaltat. Tu me ergo potius exaltando deijcis, & extollẽdo p̃mis. Sed ne ita p̃mas ut opprimas, cõſolantur me hæc & his ſiĺia ueritatis teſtimonia: q̃ miro modo dũ reprimũt erigũt: dũ deijciũt erudiũt, ita ut uñ ꝓiectus, inde & ꝓuectus, tota cũ hilaritate decãtẽ: Bonũ mihi dñe qa humiliaſti me: ut diſcam iuſtificationes [Pſal. 118.i] tuas. Bonũ mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argẽti. Et hoc miraculũ agit ſermo dei uiuus & efficax, hoc illud ỽbũ ꝑ qd' facta ſunt oĩa, benigniſſime & potentiſſime oꝑatur, hoc deniqꝫ facit iugũ Chriſti ſuaue, & onus leue. Libet admirari q̃ꝫ leue ſit onus ueritatis. Num uere leue eſt qd' portãtem non grauat ſed le

uat? Quid eo leuiꝰ onere,qđ nõ ſolum
nõ onerat,ſed & portat oẽm cui portã-
dũ imponit?Hoc onus potuit uterꝶ gra
uidare uirgineũ,grauare nõ potuit.Hoc
onus ipſa q̃bus ſe ꝓbuit ſuſtẽtãdũ, ſenis
Symeonis brachia ſuſtentabat. Hoc ẽt
Paulũ in graui licet & corruptibili cor-
pore poſitũ rapiebat uſq; ad tertiũ cœ-
lũ. Quæro in rebus ſiq̃d forte huic exo-
neranti oneri ſiľe inueniamus, occurrit
mihi de pẽnis auiũ, qđ utcũq; coaptẽ,
q̃ quodam uidelicet ſingulari modo &
corpulẽtiorẽ reddũt ſubſtãtiã,& agilio
rẽ. Mirꝶ opus naturæ. Vnde groſſeſcit
materia,inde ſarcina leuigatᷣ: & quãtũ
creſcit in maſſa,tm̃ decreſcit in põdere.
Hoc planè in pẽnis xp̃i oneris exprimit
ſiľitudinẽ,ꝙ & ipſæ ferũt à q̃bus feruntᷣ.
Quid & de q̃driga dicã?Hæc nimirꝶ ad
mota iumẽto ſarcina q̃ ab ipſo moueri
nõ poterat,auget q̃dẽ, ſed portabiliorẽ
facit.Onus oneri additᷣ,et minꝰ onerat.
Sic & oneri grauiſſimo legis accedens
q̃driga euangelij,& auxit ꝑfectionẽ,&
Pſal. 147. difficultatẽ minuit. Velociter,ait,currit
ſermo eius.Sermo utiq; añ notus in Iu-
dæa tm̃,nec ſe ꝓ ſui q̃dem grauedine ua
lens ultra extendere,q̃ppe qui & ipſius
Moyſi manus ſuo põdere ꝓgrauatas di
mitteret,leuigatus ꝑ grãm,& rotis euã-
gelicis ſuppoſitus uelociter in oẽm ter-
rã exiuit, & in fines orbis terræ celerri-
me ꝑuolauit.Sed lõge nimis digredior.
Tu itaq; dilectiſſime, ceſſa iã indebitis
me honoribus magis obruere q̃ attol-
lere.Alioq̃n cœtui te inimicãtium mihi
amica licet uolũtate cõmiſces. Ipſi ſunt
de q̃bus ſoleo ſoli deo ita cõqueri ĩ orõ
pſal. 101. b nib.Et q̃ laudabãt me,aduerſum me iu-
rabant.Ad quã meã querimoniã deum
audio rñdentẽ mox & atteſtãtẽ ꝙ ꝟax
Eſa. 3. b ſit:Vere,inq̃t,q̃ te beatificãt,in errorem
te mittũt.Et ego:Auertantᷣ ergo,inquã,
Pſal. 69. a erubeſcẽtes,q̃ dñt mihi,euge euge. Qđ
tñ ne puteᷣ in quoſcunq; aduerſarios à
me q̃ñq; ĩtorta maledictio uľ imꝓcatio,
exponere debeo qualľr intelligã.Precor
nimirꝶ ut q̃cunq; exiſtimant de me ſu-
pra id qđ uidẽt in me,aut audiunt aliq̃d

ex me,auertantᷣ.i.à laudibus meis in q̃s
ignari nimie feruntᷣ,reſiliãt & pedem re
trahãt.Qũo?Q̃ñq; uidelicet cognoſcẽ-
tes plenius quẽ immoderatius laudãt,
& cõſequẽter erubeſcẽtes uel errorem
ſuũ,uel amici deꝓhenſam inutilitatẽ. Et
hoc modo utrũq; nocẽtiũ genus, & illi
.ſ.q̃ uolũt mihi mala, & me adulatorie
cõmẽdãt,& hi q̃ licet innocẽter, tñ no-
cent,dũ bñuole q̃dẽ,ſed nimie laudant,
auertantᷣ retrorſum,& erubeſcãt: hoc ẽ
tam uilis & abiectus eis appareã, quati
nus pudeat eos talẽ ita laudaſſe, & ſic
deſinãt iã indiſcrete laudare.Igr̃ aduer-
ſus utroſq; laudatores illis me duobus
munire cõſueui uerſiculis. Cõtra male-
uolos q̃dẽ priorẽ: Auertantᷣ retrorſum Pſal. 34. d
& erubeſcãt q̃ uolũt mihi mala. Cõtra
bñuolos aũt ꝓferens ſequẽtẽ.Auertantᷣ
ſtatim erubeſcẽtes q̃ dñt mihi, euge eu-
ge.Cũ ergo,ut ad te reuertar, exemplo Ibidem
apľi tuæ religioſitati nõ dñari ſed cõgra
tulari tm̃ debeã,& iuxta ꝟbũ dñi unus 2. Cor. 1. d
ſit pr̃ nr̃ in cœlis:nos aũt oẽs frẽs ſimus,
nõ immerito dñi patris q; celſa noĩa q̃b:
me honorandũ,ſed nõ onerãdũ putaſti,
ſcuto à me ꝟitatis repuli cõgruẽtius ꝓ
his me frẽm noĩans & conſeruũ, tũ ꝑꝑ
eandem hr̃ditatem,dum ꝑꝑ æq; condi
tionẽ,& ne ſi forte qđ dei eſt uſurpaue
ro mihi,audiã ab ip̃o:Si ego dñs,ubi eſt
timor meus?Si pr̃,ubi eſt honor meus?
Et pr̃is quidẽ hr̃e me erga te affectũ nõ
nego,ſed authoritatem renuo.Nec.n.te
minore(ut exiſtimo)q̃ paterno cõple-
ctor affectu.Hæc ergo ꝓ tituli cã. Iam
ꝟo ut ad reliqua epľæ tuæ rñdeã,eandẽ
quã tu de mei,poſſem & ego uiciſſim đ
tui abñtia nõ immerito facere querimo
niã,niſi q̃a nr̃is(qđ ipſe nõ negas)& affe
ctib. & ꝓfectib. dei eſt ꝓponẽda uolun
tas.Alioq̃n q̃ñ ego te comitẽ mihi cha-
riſſimũ ualdeq; neceſſariũ,q̃ppe obediẽ
tiſſimũ ĩ agẽdis,ſtudioſiſſimũ ĩ ingren-
dis,ĩ cõferẽdis utiliſſimũ, ꝓmptiſſimũ ĩ
rememorãdis,paterer lõge fieri à me, ſi
nõ eſſet xp̃s ĩ cã?Eti ſi ſic ꝑmanſerimus
uſq; in finẽ,ſꝑ & ubiq; quærentes non
quæ noſtra ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti.

Ad eundem, Epiſtola 73.

P Langis dilectiſſime fili R. ſuper
multis tribulationib. tuis:pijſq;
querimonijs me quoq; excitas ad plan
gendũ. Nec.n.te dolente poſſum nõ do
lere,nec niſi moleſtꝰ & anxius tuas mo
leſtias & anxietates audire.Verꝶ q̃a hęc
ipſa mala q̃ te inueniſſe cauſaris,& ego
ꝓuiderã,& tibi ſi recordaris ꝓdixeram,
puto leuius te ꝓſcita portare debere: &
mihi uñ parcere potes,moleſtum nõ eẽ.
Satis nãq; & pluſq̃ ſatis crucior te carẽ
do,te non uidendo, te dulciſſimo mihi
ſolatio nõ fruẽdo:ita ut penè pœniteat
me ꝙ te elongauerim à me.Et licet cha
ritas hoc cogeret:quacũq; tñ neceſſita
te quo te nõ uideã miſſum, plãgo te tan
quã amiſſum.Cũ ergo ſuꝑ hoc ẽt uelut
quodã tuæ puſillanimitatis baculo me
ꝑcellis,q̃ mihi debueras eſſe baculus ſu
ſtẽtationis,triſtitiã ſuꝑ triſtitiã ingeris,
& cruciatũ cruciatib. addis. Etſi mihi
piũ eſt nullas tuas anguſtias diſſimula-
re:tibi tñ durꝶ eſt ſic affecto cũctas indi
care.Quid.n.neceſſe eſt ſatis ſolicitum
amplius ſolicitare:& abñtia filij ſaucia
pr̃is uiſcera grauiorib. torquere dolori-
bus? Onus meũ tibi partitus ſum ut fi-
lio, ut neceſſario, ut fideli coadiutori
meo.Vide q̃ũo te oporteat paternã por
tare ſarcinã.Si.n.ſic portas ut me non al
leues,ſed magis ꝓmas,tu q̃dẽ es onera-
tus,ſed ego nõ ſum exoneratus.Hoc ãt
onus aĩarꝶ eſt,& infirmarꝶ. Nã q̃ ſanæ
ſunt,portari nõ indigẽt:ac ꝑ hoc,nec o-
nus ſunt.Quoſcunq; igr̃ de tuis inuene-
ris triſtes,puſillanimes, murmurioſos,
ipſorꝶ te pr̃em,ipſorꝶ te noueris eſſe ab
batẽ.Cõſolãdo,exhortãdo, increpãdo
agis opus tuũ,portas onus tuũ, & por-
tãdo ſanas quos ſanandos portas.Siq̃s
ꝟo ita ſanus eſt,ut magis iuuet te, q̃ iu-
ueᷣ à te,hꝰ te nõ pr̃em,ſed parem,comi
tẽ,nõ abbatẽ agnoſcas. Quid igr̃ cauſa
ris te aliquorꝶ q̃ tecũ ſunt, magis graua
ri cõſortio,quã frui ſolatio, cũ ſolus om
niũ oĩb. datus ſis ſolatiũ, tanq̃ oĩbꝰ ſa-
nior,oĩb. fortior,q̃ oĩb. ſufficias ꝑ dei gra
tiã ſolatiari,& à nemine oĩum indigeas

cõfortari?Deniq; inquantũ grauaris,in
tantum lucraris,& inquantum iuuaris,
intantũ tua tibi ꝓmia minuis.Elige ergo
quos eligas,an q̃ grauãdo iuuant, an q̃
iuuando grauant.Hi tibi ꝓmeritores, il
li fraudatores meritorꝶ exiſtũt. Nã q̃ ſo
cij laboris, ꝓculdubio & mercedis par
ticipes erunt.Sciẽs ergo te miſſum iuua
re,non iuuari,illius te agnoſce uicariũ q̃
uenit miniſtrare,nõ miniſtrari.Plura ti-
bi ad tui cõſolationẽ ſcribere uolebam,
ſed nõ fuit neceſſariũ.Nã q̃d opus ẽ uer
bis ſuperfluis mortuã chartam implere,
ubi uiua pñs loq̃tur? Viſo ſiq̃dẽ priore,
puto ꝙ iſta tibi ſufficiant, & ad eius ꝓ-
ſentiam ſp̃us tuus reuixerit,ita ut iã cõ-
ſolationem ſcriptorꝶ nõ req̃ras,cui inte
rim licet uerborꝶ illius ſolatio releuari,ĩ
quo et per quem meum quoq; ſp̃m,quẽ
tibi ĩ tuis lr̃is mitti poſtulaſti, ſiquo mo
do tñ mittere potui,miſſum eſſe non du
bites:cui quippe,ut bene noſti,idẽ me-
cum cõſilium,eadem ſolet eſſe uolũtas.

Ad eundem, Epiſtola 74.

S Perabam chariſſime, aliqđ me
perceptur um meæ pro te ſolici
tudinis remedium,ſi tua te non
indicante neſcirem incommoda.Vnde
& in alia epiſtola memini me ad te ſic
inter cætera ſcripſiſſe. Etſi inquam mi-
hi piũ eſt nullas tuas anguſtias diſſimu-
lare,tibi tñ durum eſt ſic affecto cũctas
indicare.Sed ecce uñ meas mihi curas
credidi leuigari,ĩde fateor amplius gra-
uari me ſentio.Nam antè quidem ſola
quæ te innoteſcente perceperam, aut
dolebam aut metuebam. Nunc autem
quid unquam mali euenire põt quod e-
go non metuam? Imò iuxta tuum Oui-
dium:Q̃ñ ego non timui grauiora peri- Ouidius 1. epiſt.
cula ueris? Ego quippe ſuſpectus oĩa,
quo incertus de oĩb. uerã ſæpe de falſis
triſtitiam contrahere cogor. Mens ſiq̃-
dem quam ſemel affecerit charitas, ſui
iuris eſſe non ſinitur. Metuit qđ neſcit,
dolet quod nõ oportet,ſolicitatur pluſ
quam uoluerit,et unde noluerit:compa
titur nolens,miſeretur inuita. Et quia ui
des fili nec meã meticuloſam induſtriã,

nec tuam piam prudentiam in hac par-
te prodeſſe mihi:iam,quæſo,noli celare
quæ circa te aguntur:ne uñ te mihi par-
cere putas, magis affligas. Opuſcula
mea quæ habes,da operam cum oppor
nute potueris,ut habeam.

Ad Artaudum Pultarienſem abbatem,
Epiſtola 75.

QVicquid grãæ & dilectionis ſibi
impendere põt abſẽtes amici,
puto & me debere tibi:& mihi
deberi à te,nõ ſolũ ob cõſortiũ ꝓpoſiti
& ꝓfeſſionis, ſed ẽt ex debito nr̃æ inui-
cẽ priſtinę ſocietatis. Quæ tã grata utri
que,tamq; debita deuotio,quantum in
unoquoq; nr̃m ferueat,in nullo euiden
tius agnoſcere ſeu innoteſcere poſſum⁹,
quã ſi alterutrũ nõ celemus ſiquid forte
de alterutro qd' non deceat audimus.
Audiui aũt ego de te,ꝙ de ſctõ cõuẽtu
tuo abbatiã in Hiſpania cõſtituere ue-
lis. Qd' mihi nimirũ in magnã admira-
tionẽ uenit,quid cauſæ uidelicet ſit, qd
cõſilij,qd' ue utilitatis,ꝙ filios tuos exu
lare cupis:in locũ utiq; tã longinquum:
tãto ſumptu & labore & q̃rendũ & æ-
dificandũ:cũ ꝓpè te hr̃e poſſis, ubi eos
colloces,iã ædificatũ & bñ præparatũ.
Nec.n.(ut reor)hinc te excuſare potes
ꝙ locus ille tu⁹ nõ ſit:cũ certiſſime ſciã,
ꝙ facillime ſi uis tuus eſſe poſſit. Nun-
quidnã abbas dñs P. q illum tenet, tibi
req̃renti negaret? Imò ſi uelles accipere,
gratiſſimum hr̃et:nõ qa bonus non eſt,
ſed quia ſibi,ut ſcis,opus non eſt. Timẽ
dum ualde tibi pariter & mihi,ne ſi ſoli
cite in opibus nr̃is non ſeruamus quod
apl's dicit:Nemo adoleſcentiam tuã cõ
tẽnat,citius qa iuuenes ſumus de leuita
te notemur. Sed cõfido quia tu conſul-
tius ages:& locũ q uicinior ẽt conſtru-
ctus eſt,eliges:quem amico quidem te-
nenti,noſti oneri eſſe, tibi autem neceſ-
ſarium fore.

Ad eundem, Epiſtola 76.

VNde placuit tuæ dignationi fra
trẽ hunc nr̃am paruitatem con-
ſuler̃:ſic nos qd̃ nob̃ uiſum fuit,
noueris cõſiliũ dediſſe,ut ſaniori non p̃-
iudicauerimus. Ne ergo reꝝ quas ſcis,
ſuꝑflua narratione te grauemus,hęc eſt
ſumma conſilij. Periculoſum qdem eſt,
& fortaſſis illicitũ:hoĩem poſt diutinã ĩ
domo & habitũ religionis cõuerſatio-
nẽ ad ſcl'm rediſſe:quiq; prius & adhuc
priore uxore uiuẽte ac cõſentiente fortiſ
ſime ac diutiſſime cõtinẽtiã tenuit,ſcd̃is
rurſus amplexib. ſe ineptiſſime atq; in-
honeſtiſſime implicuiſſe. Quia tñ publi-
ce ac ſolẽniter iuxta morem cæterorum
hoĩum,et ſine querela uel calũnia ipſum
qualecũq; coniugiũ celebratũ fuit: non
nob̃ ur̃ tutũ,illũ illam non conſentientẽ
dimittere niſi prius ep̃alis authoritatis
uel cõſilio fretum uel imꝑio,aut certe ec
cleſiaſtico canonicoq; iudicio. Qm̃ ꝟo
hoc tã grande hoĩs ꝑiculũ ad te nimirũ
non minima ex parte reſpicere credim⁹
(ex eo quippe ꝙ uolẽtẽ ac flagitãtẽ ſuũ
cõfirmare ꝓpoſitũ,nimis ſuſciꝑe diſtuli
ſti, occaſione ſumpta, diabolus in hæc
eum mala præcipitauit) oĩno ex charita
te ſuademus & conſulimus ut quacũq;
induſtria,quocunq; ſumptu uel labore
potes miſeꝝ oĩmodo ſatagas liberare:
conueniendo.ſ. aut mulierem ut illũ ſpõ
te dimittat,et continentiam promittat,
aut epiſcopũ ut ambos uocari iubeat,
& quod recto poſſe fieri credimus iudi
cio,ſeparet.

Ad magiſtrum Hugonem de ſancto uictore,
Epiſtola 77.

SI tibi uideor tardius reſcripſiſ-
ſe:ſcito me tarde quoque acce-
piſſe ad quod reſcriberem. Nã
quod miſeras:non continuo ad me uſ-
que perlatum eſt,ſed Pontiniaci diu an-
te retentum. Porrò ubi accepi, moram
minime feci in reſcribendo. Cæterum
id breuius q̃ tua forte depoſcebat intẽ-
tio, ſed non planè quàm mea occupa-
tio ſineret. Curaui tamen ne te utcun-
que lateret quicquid ſuper interrogatis
ego ſentirem,tuo ſanè eadem mea ſenſa
& ocio & ingenio plenius aſtruenda re
linquẽs,ſi ita oportere cognoueris. Nec
dubito ad manum tibi eſſe rationes cer
tas & congruas authoritates quibus fa

cile id poſſis. Is ergo cuius me rñdere aſ
ſertionibus iubes:& nomen taces, tibi
nouerit à me ſuꝑ conſultis qd' ſentio di
ctũ,non ſibi contradictum,ẽt ſiquid alr
ab ipſo ſapimus. Nam ſi ueꝝ nos ſapi-
mus,ueritas ei contradicit,nõ nos. Sed
enim ſi nõ confundit̃ acq̃eſcere ueritati,
& ueritas cũ eo ſapit,& nos. Sin autem,
ſeruũ dei tñ non oportet litigare:ſed ma
gis patientẽ eſſe ad oẽs. Ideoq; non quæ
rimus pugnas uerboꝝ, nouitates quo-
2.Ti.2.d que uocũ iuxta apl'icam doctrinam eui
tamus. Patrũ tñ opponimus ſnĩas, ac
uerba ꝓferimus,et non nr̃a. Nec.n. ſapiẽ
tiores ſumus q̃ p̃res nr̃i. Abundet ſanè
in ſuo ſenſu q uult quantũ uult, dummo
do nos patiatur in ſcripturaꝝ ſenſibus
2.Cor.3.b abũdare,q̃uo dicit apl's: Nõ ꝙ ſufficien-
tes ſimus cogitare aliquid à nob̃, tanq̃
ex nobis,ſed ſufficientia nr̃a ex deo eſt.
Scribis itaq; quendam aſſerere (neſcio
quẽ:nã non noĩas) ex quo primum dictũ
Ioan.3.a à dño legitur: Niſi quis renatus fuerit ex
aqua & ſpiritu ſancto,nõ intrabit in re-
gnũ cœloꝝ,ex eo nemĩnẽ abſq; eodem
ꝑcepto actual'r uiſibili ſacr̃o, uel eius ui
ce martyrio,ullatenus potuiſſe ſaluari,
ſed etſi forte illud quiſpiã cũ uera fide
et cõtritione cordis expeteret,ſed p̃uen
tus mortis articulo aſſeq qd' cuꝑet non
ualeret,tñ oĩno damnari. Vbi primo de
tꝑis qdem p̃fixione durum nimis auſte-
rumq; ur̃,ut uidelicet uerbũ abſcondi-
tũ palã iam noceat,& añ iudex feriat q̃
minetur:quodq; interim in tenebris lo-
quit̃ & ĩ aure ſaluator,nõdũ qdẽ ſaluet,
quia nõdũ apparet,& iam mundum im
plear cõdẽnatis. Ita'ne ergo uerbũ ſalu
tis,& p̃ceptũ uitæ nõ prius uitã reſtitue
re ualuit q̃ mortẽ inflixerit,idq; eo inno
centib. quo & neſcientib. adhuc uolũta
tẽ dñi ſui? Nũ gentẽ ignorantẽ & iuſtã,
ut cum ethnico loquamur, debuit inter
ficere deus? Quis ita ſapiat? Nõ equidẽ
uitæ cõcordat authori, morte qdẽ quã
exterminare uenerat, uti mox in initio
uiaꝝ ſuaꝝ ad pręiudicium ſcl'i, cœleſte
adhuc recentiſſimum ignorãtis edictũ.
Nephas eſt ꝓfecto ſentire de oĩum largi
tore bonoꝝ ꝙ tã malũ principiũ dede-
rit adueniẽs. Minime ꝓrſus id ego cui-
piã de Xp̃o aſſenſerim,qd' magis ab an
tichriſto merito formidat̃, qa uidelicet
& ipſe parauerit ſagittã ſuã in pharetra,
ut ſagittaret in obſcuro rectos corde.
Quãti nãq; iterĩ toto orbe nõ baptizati
moriunt̃,ꝓfecto ignorãtes qd cum Ni-
codemo Ieſus noctu ſecretoq; confabu
letur? Quid ergo? Necdum lex promul
gat̃,& iã p̃uaricantes tenent̃? Et q̃uo,in
quit,credent in eũ quẽ non audierunt?
Q̃uo uero audiẽt ſine p̃dicãte? Q̃uo aũt
p̃dicabunt niſi mittant̃? Necdum iniun- Rom.10.c
cta,necdũ uulgata,necdũ audita p̃dica
tio eſt,& iuxta pigri ac neq̃ ſerui ſnĩam
tam durus eſt dñs,ut necdũ ſata iã me-
tere uelit,& nõ ſparſa colligere? Abſit.
Sed audi magis h⁹ rei ueritatẽ. Qui un⁹
eſt magr̃ in cœlo & in terra, ei q magr̃
tñ in Iſrael erat,familiari priuatoq; col
loquio tradebat quod traderet, doce-
bat qd̃ doceret,nõ qd̃ exigeret et ab ab
ſentib,nõ uñ p̃ſcriberet & his q non au-
dierant. Valde qppe iniuſte exigit̃ obe-
ditio,ubi nõ p̃ceſſerit auditio. Neque.n.
tale eſt hoc, quod & abſq; promulga-
tione naturalis lex ignoraret non ſine-
ret,q̃le ꝟbi grã illud eſt: Qd' tibi nõ uis Tob.4.c
fieri,alij ne feceris. Factitium.n. magis
quodãmodo eſt,& nõ naturale manda
tũ. Quænã.n. natura ſeu rõ docet inter-
nã æternamq; ſalutẽ, mortaliũ neminẽ
poſſe ꝑciꝑe. cuius foris corpus ꝑfuſum
uiſibili nõ fuerit elemẽto? Sacr̃m dei al-
tiſſimi eſt ſuſcipiendũ, non diſcutiendũ,
uenerandũ,non dijudicãdũ,fide ſortitũ,
nõ innatũ,traditione ſancitũ,nõ adinuẽ
tũ rõne. Porrò fidem neceſſe eſt ut audi Rom.10.c
tus pręceſſerit,dicente apl'o: Ergo fides
ex auditu. Qd' ergo oĩno ſciri non pote
rat ſi non audiretur,quo pacto q̃ſo exi-
gi debeat & anteq̃ audiretur? Vide au-
tem q̃uo hoc refugit apl's,& de ſolo au
ditu conuincit incredulos. Sed dico,in-
quit, nunquid non audierunt? Ac ſi di-
cat. Excuſari poterant,ſi non audiſſent. Pſal.10.a
Vbi enim non eſt lex,nec præuaricatio.
Nunc uero eum in omnem terrã exierit

ſonus p̄dicantiū, & in fines orbis terræ
uerba eoꝝ:qa diſſimulare iā non ualet
auditus,ꝓfecto inexcuſabilis eſt & cō
tēptus. Multa ꝓfecto ſciēda neſciuntur,
aut ſciēdi incuria:aut diſcēdi deſidia,aut
uerecūdia inqrēdi. Et qdē hmōi ignorā
tia nō hēt excuſationē. Sed nunqd forte
tale eſt hoc qd̓ inqſitū humano poſſit
addiſci magiſterio? Hō hoīs niſi ipſo in-
dicāte nō intelligit cogitatū, quāto mi-
nus diuinū qs poterit inueſtigare conſi-
liū:niſi cui ipſe uoluerit reuelare? Audi
Ioan. 15.d deniq; ipm:Si nō ueniſſem ait, & locu-
tus eis nō fuiſſem:pctm̄ nō hrent. Non
dicit ſimpl'r, & locutus non fuiſſem, ſed
interſerēs eis, & locutus eis,inqt, nō fuiſ
ſem:oñdēs ſine dubio nō añ cēſeri inex-
cuſabiles de cōtēptu,ꝙ ad ipſoꝝ uſque
notitiā iuſſio ꝑueniret. Nā ſi locutus qui
dē fuiſſet,ſed nō eis, inobedientiæ cul-
pā ignorātia nihilominꝰ excuſaret. Nūc
aūt,inqt,qm̄ locutus ſum eis, excuſatio
Ioan.18.d nem non hñt de pctō ſuo. Vnde & aie-
bat:Ego palā locutus ſum mūdo, & in
occulto locutus ſum nihil. Non ꝙ ſuos
domeſticos multa ī occulto priuatimq;
nō docuerit,ſed ꝙ tanq; nihilū interim
reputaret, & nec pœnā nec p̄miū ea au-
gere q̄ in ſecretò tradebat iudicaret, do
nec de medio fierēt, & ꝓdirēt in lumine.
Mat. 10.c Deniq; & dicebat:Quod dico uob̄ in te
nebris,dicite in lumine,ut merito uideli
cet iā audiētib. obediētiæ uel meritū aſ-
ſcriberet uel cōtēptū cū in medio ꝓfer-
rent. Itē,quos audit,inqt,me audit, & q
Luc.10.c uos ſpernit,me ſpernit. Acſi diceret: Iu-
diciū meū inter obediētes & cōtēnen-
tes,nō de mea ſecreta traditione, ſed de
ur̄a publica p̄dicatiōe pēdebit. Sed for
te aliqs dicat eos qdē q nō audierūt,etſi
nō de cōtēptu iudicari,dānari tñ ꝑꝑ ori
ginale pctm̄, à quo utiq; niſi ꝑ lauacrū
emūdari minime potuerūt. At uero qs
neſciat & alia p̄ter baptiſmū cōtra ori-
ginale pctm̄ remedia antiqs nō defuiſſe
tꝑibus? Abrahæ quidē & ſemini eius,
circūciſionis ſacr̄m,in hoc ipſum diuini
tus traditum eſt. In nationib. uo quot-
quot inuenti fideles ſunt: adultos qui-
dem fide & ſacrificijs credimus expia-
tos,paruulis aūt etiā ſolam ꝓfuiſſe imò
& ſuffeciſſe parentum fidem. Porrò hoc
ita uſq; ad baptiſmi tꝑa ꝑduraſſe, quo
uno ſubſtituto,uacaſſe cætera. Quæri-
mus itaq; baptiſmi tp̄s ex quo cœperit.
Ex quo,inqt, primum dictum eſt: Niſi
qs renatus fuerit &c. Tene ergo firmi- Ioan.3.a
ter dictū hoc ad Nicodemū utiq; ami
cū Ieſu,occultū tñ ꝑꝑ metū Iudæoꝝ,oc
cultumq; illud de nocte reqſiſſe collo-
quiū. Quāta aūt putas obiſſe interim,
ut de gentib. taceā,milia circūciſoꝝ,cū
necdū in lucē ꝓdierit qd̓ de baptiſmo
tūc in tenebris dicebat? Quid ergo? Dā
natos illos oēs dicimus,quia baptizati
nō ſunt? Fit ergo iniuria antiquo illi dei
æq; mādato,ſi nouo adhuc furtiue quo
dāmodo ſuꝑueniēte,nō tñ ſubueniēte,il
lud ita ſubito euanuiſſe putet ut ꝓdeſſe
deinceps nō ualeret. Et qdē ꝙ lōge poſt
putas publice p̄dicatū & clamatū ſuꝑ
tecta fuiſſe:Si circūcidamini, Xp̄s uob̄ Gala.5.a
non ꝓderit? Quō deinde ſtabit illud,qa Matt. 11.d
à diebus Ioannis Baptiſtę regnū cęloꝝ
uim patitur, ſi p̄cipue tūc tꝑis cōtigiſſe
conſtiterit huiuſcemodi à regno uiolētā
interclusionē,qualis quidē nec añ fuerit,
nec poſt futura ſit? Sancito qppe noui
myſterij decreto,ſed adhuc ſecreto: qſ-
nā,qſo,moriētib. interim ad regnum pa
tet acceſſus,dū & uetus iā deficit,qm̄ à
nouo excludit: & nouum tñ non ſubue-
nit,qm̄ dū neſcit nō ꝑcipit? O infeliciſſi-
ma illa tꝑa: q̄ ſola à ſcl'is omni penitus
ſalutis remedio uacua tranſierunt,dum
& circunciſio quæ illo uſque uiguerat,
ꝓdeſſe iam ſubripiēte baptiſmate non
auderet: & baptiſma qm̄ adhuc lateret
nō ſuccurreret. Forsā dormiebat eo tꝑe
deus,nec fuit interim q redimeret, neq;
q ſaluū faceret. Satis ꝓfecto ex his quā-
tū reor apparet ꝙ dānatio nō baptiza-
toꝝ, & fruſtratio circūciſoꝝ: & euacua
tio ſacrificioꝝ q̄ forte contra originale
pctm̄ ritus obſeruabat antiquus: gnal'r Ioan.3.a
iam tūc minime cœpit qñ Nicodemo
clā dictum eſt:Niſi qs renatus fuerit ex
aqua & ſpiritu ſancto: nō intrabit in re-
gnum

gnum cœloꝝ,ſed nec qñ apl'is palā in-
Matt.28.d iunctū eſt:Ite & docete oēs gentes, ba-
ptizantes eos in noīe patris, & filij, &
ſp̄ūs ſancti. Sed ex eo tꝑe tm̄ cuiq; cœ-
pit antiqua obſeruatio nō ualere, & nō
baptizatus qſq; noui p̄cepti reus exiſte
re, ex quo p̄ceptū ipm̄ inexcuſabil'r ad
eius potuit ꝑuenire notitiā. Sanè paruu
lis & necdū rōne utētib. qa ſola nocere
credit peccati cōtagio,non ēt mandati
p̄uaricatio,tandiu credendum eſt anti-
qua ualuiſſe ſacr̄a, quādiu palā interdi-
cta non fuiſſe conſtiterit. An uero ultra,
penes deum eſt,nō meum diffinire. Por
rò in maiori ætate quiſquis poſt uulga-
tum ubiq; baptiſmi remedium renuit iā
baptizari, gnali originaliq; maculæ ad
dit & ex proprio crimen ſuꝑbiæ,dupli-
cem ſecum portās iuſtiſſimę dānationis
cām ſi ſic de corꝑe exire contigerit. Tñ
ſi añ exitum reſipuerit, & uoluerit & pe
tierit baptizari,ſed mortis p̄occupatus
articulo forte obtinere nequiuerit, dū
non deſit fides recta,ſpes pia, charitas
ſyncera,propitius ſit mihi deus,qa huic
ego ob ſolā aq; ſi defuerit, nequaq; oīo
poſſum deſperare ſalutē,nec uacuā cre-
dere fidē,nec cōfundere ſpē,nec excide-
re charitatē,tm̄ ſi aq; non contemptus,
ſed ſola(ut dixi)prohibeat impoſſibili-
tas. Siqs al'r ſapit,uiderit uñ ſibi qđ aſſe
rit ꝑſuaſerit,nā me nō facile fateor aſsē
tire ſi nō firmior induxerit uel rō ad itel
ligēdū,uel ad credēdū authoritas. Sed
miror admodū ſi nouus iſte nouaꝝ in-
uētor aſſertionū, & aſſertor inuētionū,
inuenire in hoc rōnem potuerit q̄ ſctōs
p̄res latuerit Ambroſiū & Aug. ſiue au
thoritatē eorūdē authoritate potiorē.
Nā ſi neſcit,uterque idē profecto ſenſit
qđ fatemur ſentire & nos; Librū certe
Ambroſij de morte Valentiniani legat
ſi nō legit,recolat ſi iā legit,nō diſſimu-
let ſi recolit, & aduertet ſine dubio ſan
ctū,hoī nō baptizato & mortuo fiden
ter de ſola fide ſalutē p̄ſumere, & tribue
re indubitāter bonæ uolūtati qđ defuit
facultati. Legat & Aug. contra Dona-
tiſtas de unico baptiſmo librū quartū,
& ſe uel agnoſcat imprudēter deceptū,
uel probet impudenter obſtinatū. Ba-
ptiſmi,inquit,uicē aliqñ implere paſſio
nē,de latrone illo cui nō baptizato di-
ctū eſt:Hodie mecum eris in paradiſo: Luc.23.f
btūs Cyprianus nō leue documentum
aſſumit. Et addit. Qd̓ etiā atq; etiā cōſi-
derans,inuenio,inqt,non tm̄ paſſionem
pro noīe Chriſti, id qd̓ ex baptiſmate
deerat poſſe ſupplere,ſed etiā fidē con-
uerſionēq; cordis ſi forte ad celebrādū
myſterium baptiſmi in anguſtijs tꝑum
ſuccurri nō pōt. Et infra: Quātū itaque
ait ualeat ēt ſine uiſibili ſacr̄o baptiſmi Rom.10.c
qd̓ ait apl's:Corde creditur ad iuſtitiā,
ore aūt cōfeſſio fit ad ſalutē, ī illo latro-
ne declaratū eſt. Sed tūc,inquit,implet
inuiſibil'r,cū myſteriū baptiſmi nō con
temptus religionis,ſed articulus neceſſi
tatis excludit. Et qdem non ignoro re-
tractare ipm̄ id qd̓ poſuerat teſtimo-
niū de latrone,minuſq; idoneū ad com
probandā illā ſn̄iam cōfiteri,eo ꝙ ſanè
incertum ſit utrūnā fuerit baptizatus.
Cæteꝝ ſn̄iam & audacter ꝓſequitur,
& multipliciter cōfirmat,nec uſpiā(ni-
ſi fallor)retractaſſe reꝑies. Itē in alio lo-
co Aug. cum aliquos præmiſiſſet quos
ſcriptura commemorat inuiſibil'r qdē
non tñ ēt uiſibil'r ſanctificatos,tandem
infert. Ex his colligit aut inuiſibilem ſan
ctificationē quibuſdā affuiſſe & ꝓfuiſſe
ſine uiſibilibus ſacr̄is,q̄ ꝓ tꝑum diuerſi-
tate mutata ſunt,ut alia tūc fuerint, &
alia modo ſint. Et paulopoſt. Nec tñ,in
quit,uiſibile ſacr̄m oīno cōtemnendū,
nā cōtēptor eiꝰ inuiſibil'r ſanctificari nō
p̄t. Vbi ſatis euidēter oñdit fidelē & cō
uerſum ad dñm,nō ſi nequerit, ſed ſi cō
tēpſerit baptizari: fructu priuari baptiſ
matis. Ab his ergo duab. colūnis(Aug.
loquor & Ambro.)crede mihi difficile
auellor. Cū his inq; me aut errare, aut
ſaꝑe fateor:credēs & ipſe ſola fide ho-
minē poſſe ſaluari,cū deſiderio ꝑcipien
di ſacr̄m:ſi tñ pio adimplēdo deſiderio
mors anticipās,ſeu alia q̄cūq; uis inuin
cibilis obuiarit. Vide ēt ne forte ob hoc Mar. 16.d
ſaluator cum diceret: Qui crediderit et

baptizatus fuerit,ſaluus erit:caute &ui
gilāter nō repetierit. Qui vͦo baptizatꝰ
nō fuerit,ſed tm̄,ꝗ uero,inqt,nō credide
rit,cōdemnabit̄. Nimiꝝ innuēs ſolā in-
terdū fidē ſufficere ad ſalutē,& ſine ipſa
ſufficere nihil. Quapꝑ etſi martyriū uicē
baptiſmi poſſe implere cōcedit̄, nō pla
nè hoc facit pœna,ſed ipſa fides. Nā abſ
que ipſa qd ē martyriū niſi pœna? Quæ
ergo martyrio p̄ſtat ut abſqꝫ ulla dubie
tate pro baptiſmate reputet̄, ipſa ita iſir
ma & imbecillis ꝑ ſe erit,ut qđ dare al
teri ualet,ſola non ualeat obtinere? Et
ꝓrſus ſanguinis ꝓ Xp̄o effuſio magnæ
cuiuſdā fidei indubitata ꝓbatio,nō deo
tn̄,ſed hoībus. Sed qd ſi deus ꝗ ꝓfecto
ad ꝓbādū qđ uult,nullis indiget expꝑi-
mētis,ęqꝫ magnā in corde cuiuſpiam in
pace moriētis inſpicit fidē, martyrio q-
dē nō interrogatā,martyrio tn̄ idoneā?
Si recordatus fuerit hō necdū ſe ſalutis
ꝑcepiſſe myſteriū,& dolēs pœnitenſqꝫ
toto deſiderio expetierit,ſed aſſeq mor
tis celeritate p̄occupatus nequerit,dam
nabit fidelē ſuū deus,dānabit inqꝫ homi
1.Co.12.a nē ꝓ ſe ēt paratū mori? Paulus dicit:Ne-
mò pōt dicere dn̄s Ieſus,niſi in ſpū ſc̄tō.
Hūc ergo ꝗ in articulo mortis non ſolū
inuocat dn̄m Ieſum,ſed ipſius quoqꝫ to
to deſiderio expetit ſacr̄m,dicemus aut
nō loq in ſpū ſc̄tō,& falſus erit apl's,aut
& cū ſpū ſc̄tō dānari? Saluatorē hēt ha-
bitantē ꝑ fidē in corde, & in ore ꝑ cōfeſ
ſionē,& cū ſaluatore dānabit̄: Pro cer-
to cū nō aliūde martyrium niſi ex fidei
merito illā obtinuerit p̄rogatiuā,ut ſin-
gul'r uice baptiſmi ſecure ſuſcipiat̄,nō ui
deo cur nō ipſa æque` & ſine martyrio
apud eū tātūdē poſſit,cui & ſine marty
riꝫ ꝓbamēto ꝓculdubio innoteſcit. Poſ-
ſit ſanè tātūdē dixerim quātū ad ſalutis
ſpectat obtētū,nō aūt ad meriti cumu-
lū,quo indubitāter martyriū antecellit.
1.Ioan.3.c Legimus:Oīs ꝗ odit frēm ſuū, homici-
Matth.5.d da eſt. Et itē:Qui uiderit mulierē ad con
cupiſcendā eā,iā mœchatus eſt in corde
ſuo. Quid planius q̄ꝫ ꝙ uolūtas ꝓ facto
reputet̄ ubi factum excludit neceſſitas?
Niſi forte putet̄ in malo q̄ꝫ in bono effi-
cacior inueniri uolūtas apud deū ꝗ cha
ritas eſt,& ꝓmptior eſſe ad ulciſcendū
q̄ꝫ ad remunerādum miſericors & miſe
rator dn̄s. Quō is ꝗ alieno debito ſe te-
neri forte in extremis poſitus recolit, ſi
deſit un̄ ꝑſoluat,ſola nihilominus pn̄ia
& cordis cōtritione obtinere ueniā cre
dit̄,ne iam pro eo dānet̄, ſic ſola fides et
mentis ad deum conuerſio ſine effuſione
ſanguinis & ſine ꝑfuſione aq̄ ſalutē ſine
dubio oꝑatur uolenti ſed nō ualenti ꝓ-
hibente articulo baptizari. Et ſicut nul-
la illi pn̄ia remittitur pc̄tm̄,ſi cum poſſit
non reſtituit ablatū,ſic & huic nulla ꝓ-
derit fides ſi cū poſſit nō ꝑcipit ſacr̄m.
Quanqꝫ & fidem conuincit̄ non hr̄e ꝑfe
ctam ſi negligit. Vera.n.& plena fides
uniuerſa præcepta complectit̄. Eſt autē
hoc unū,ipſumqꝫ p̄cipuum ex p̄ceptis.
Merito ergo non fidelis,ſed planè rebel
lis atqꝫ contēptor reputabit̄ qſqs obedi
re renuerit. Quō deniqꝫ fidelis,ꝗ dei cō-
tēnit ſacr̄m? Sanè infantes qa hanc ꝓhi-
bente ætate non pn̄t hr̄e fidem, hoc eſt
cordis ad deū cōuerſionē, conſequēter
nec ſalutē ſi abſqꝫ baptiſmi ꝑceptione
moriunt̄. Non ꝙ uel ipſi qn̄ baptizant̄,
fide oīno careant,ſine qua impoſ'e eſt ul'
ipſos placere deo,ſed ſaluant̄ & ipſi ꝑ fi
dē,non tn̄ ſuam,ſed alienam. Dignū nē-
pe eſt & ad dei ſpectat benignitatē, ut
qbus fidem ætas denegat propriā, gr̄a
prodeſſe concedat alienam. Nec.n.om
nipotentis iuſtitia ꝓpriam putat ab his
exigendā fidē,quos nouit ꝓpriā nullam
hr̄e culpā. Porrò aliena opus eſt fide, cū
ſine ſorde nō naſcantur aliena,quatinus
nec à paruulis alienū ſit quod de oībus
Acto.15.c gn̄al'r dr̄:Fide mūdans corda eoꝝ. Nec
dubiū ꝙ macula cōtracta ab alijs,alio-
rum quoqꝫ fide ualeat uel debeat emun
dari. Hæc ſunt quippe iudicia diuinæ iu-
ſtitię,in qbus exultans ſc̄tūs Dauid,me
Pſal.118.g mor fui,inqt,iudicioꝝ tuoꝝ à ſcl'o dn̄e,
& conſolatus ſum. Hucuſqꝫ de his. Aſſe
rit præterea,ut dicis,ille quem dicis,om
nes antiquos iuſtos,quotquot uidelicet
Chriſti aduentum præceſſerunt, tātam
oīno habuiſſe præſcientiam futurorum,

quātam nos ꝗ poſt ſumus, præteritoꝝ
ſciam:ita ut nullus uel ſimpliciū iuſtoꝝ
aliqd prorſus ignoraret ex oīb.q̄ modo
nob̄ euangelica pandit hiſtoria. Verbi
gr̄a. Verbum incarnatū, partū uirgina-
lē,doctrinā ſaluatoris,miracula , crucē,
mortē,ſepulturam,deſcēſum ad iferos ,
reſurrectionē,& ad cœlos aſcēſionē,ſic
oīno oīb.illoꝝ tꝑum iuſtis & apte oīa
& diſtincte ſingula fuiſſe p̄cognita:quē
admodum ſuo ſunt tꝑe poſt exhibita ,
& modo cognita nob̄:adeo ut nec iuſti
fuerint nec ſalui ſint qbus ita clara oīa
& ꝑſpicua nō fuerūt. Et id qdē falſum.
Veꝝ ad refellēdum tu tanta in tua epl'a
poſuiſſe uideris,ut nil addendū penitus
putē:et penè qd addi poſſit,nō inueniā.
De hoīe tn̄ ꝗ iſta loquit̄, pace ipſius di-
co paucis qđ ſentio. Vr̄ plus nouitatis
curioſus,q̄ꝫ ſtudioſus vͥitatis, grauariqꝫ
de oī re ſentire cū alijs,& dicere qđ aut
ſolus nō dixerit,aut primus. Vn̄ fit ut in
his q̄ ſentit & loqtur,modū oīno tenere
aut ignoret aut diſſimulet. Ecce.n.& in
hac aſſertione ſua dū pares in ſcīa facit
oēs ꝗ uentura ſperabant,ijs ꝗ p̄terita le-
gūt:deū ꝓfecto aut nimis parcū prædi-
cat,aut nimis largū : oculū diſcretionis
ex nulla parte aꝑiens. Aut.n.numerum
electoꝝ illius tꝑis ſub paucitate redigit
rariſſimoꝝ ſpūalium quos pro ſuæ ſan
ctitatis ſpeciali excellētia inſignes illu-
ſtreſqꝫ illis tꝑibus extitiſſe, ac ſingulari
munere ſpūs ſingula uti uētura erāt p̄ui
dere certiſſime potuiſſe ſcriptura cōme
morat: & ſic nimis abbreuiat manum
dei:dū p̄ter paucos illos perfectiſſimos
neminem eo tꝑe putat potuiſſe ſaluari:
aut certe ſi & illa tꝑa multitudinē ſaluā
doꝝ ēt p̄ter iſtos habuiſſe nō diffitetur,
magnā ſed inauditā diuini muneris lar-
gitatē ueteri ppl'o collatā aſſerit: ſiqdē
oēm multitudinē oīa q̄ de myſterio no
ſtrę redēptionis ſupius enumerata ſunt,
liquido p̄cognouiſſe cōſtiterit. Cū.n.ex
his qppiam tunc nec ſcriptū manifeſte,
nec publice p̄dicatū fuiſſe manifeſtum
ſit:reſtat ut fateamur oīa oīb.per ſpm̄
reuelata fuiſſe; & ſic oēs ſpūales, oēs ꝑ-
fectos,oēs extitiſſe ꝓphetas,quotquot
ab aduētu dn̄i retro iuſti & ſalui fuerūt.
Fuit itaqꝫ antiqs tꝑibus aut ꝑrara ſalus,
aut nimium numeroſa ꝑfectio. Quorum
qdē qdlibet ſape,diſcretionis terminos
excedere eſt. Quòd ſi ur̄ tolerabilius,
imò & deo iuſtius iudicat̄ , repleſſe po-
tius & ditaſſe ſcl'a illa multitudine ꝑfe
ctoꝝ,q̄ꝫ ſaluādoꝝ tanta fuiſſe paucita-
te contentū,q̄tinus & ſalui nō pauci tūc
fierent , & oēs nihilominus repleti ſpū
ꝓphetico necdū reuelata myſteria iam
tūc penetrarēt:ſi inqꝫ hoc recipit̄, bn̄di-
cimus qdem deū in donis ſuis: ſed quid
tꝑi gr̄æ reſeruatum ſit,nō uidemus: niſi
ꝙ tp̄s gr̄æ illud potius iuxta ſn̄iam hāc
fuerit appellandū,in quo tot & tātę dei
ppl'o diuitiæ ſpūs affluebāt:ut illud ꝓr-
ſus incredibili felicitate cerneret̄ imple
tū qđ Moyſes optabat cū diceret. Quis
dabit ut oēs propheten? Quęſo qd ſil'e Nume.11.f
attulit euangeliū? Fruſtra gloriat̄ Paulꝰ
de primitijs ſpūs quas ſe putat cum ſuis
coapl'is accepiſſe:cum nil tale in diebus
ſuis potuerit expꝑiri. Deniqꝫ aiebat: Nū
quid oēs ꝓphetæ? Fruſtra inqꝫ gloriat̄ 1.Cor.12.d
de euāgelio ſuo qa nō ab hoīe neqꝫ per
hoīem illud accepit,ſed q̄ſi ſpāli q̄dā p̄-
rogatiua per reuelationem Ieſu Chriſti: Gal.1.d
cum & an̄ ipſum per ſpm̄ fuerit ēt ppl'is
reuelatum. Sed nec apl's Petrus ꝓfecto
debuit propheticum illud ad ſua tꝑa re
torquere:Effundam de ſpiritu meo ſup Acto.2.c
filios & filias ueſtras: & prophetabunt
filij ueſtri & filiæ:ſi abundantior iam p̄-
ceſſerat trāſactis ſeculis effuſio ſpiritus.
Aut certe propheta,uel potius in ꝓphe
ta deus,ſi uere illa tꝑa apoſtolica cum
hoc diceret intuebatur,non planè effun
dam ſed ſubtrahā magis de ſpiritu meo
paſſus ſum, nec difficultatem, unà penè
die, & ſerẽs, & metẽs, & reportãs cum
exultatione manipulos pacis. Hæc ꝗp-
pe meſſis quã meſſui. Exulibꝰ, captiuis,
cõpeditis & ĩcarceritis: euadendi atqꝫ
repatriandi lætã reportauimus ſpẽ, me-
tũ hoſtibus, cõfuſionẽ ſchiſmaticis, glo
riam eccleſiæ, orbi lætitiam. Et nũc ꝗd
reſtat chariſſimi, niſi ut admoneamini
de ꝑſeuerantia, q̃ ſola meret̃ uiris gľiam,
coronam uirtutibus? Prorſus abſqꝫ ꝑſe-
uerãtia, nec ꝗ pugnat, uictoriã, nec pal-
mam uictor cõſeꝗtur. Vigor uiriũ, uirtu
tũ conſummatio eſt, nutrix ad meritũ,
mediatrix ad p̄miũ. Soror eſt patientię,
cõſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarꝫ
nodus, unanimitatis uinculũ, ꝓpugna-
culũ ſanctitatis. Tolle ꝑſeuerantiã: nec
obſequiũ mercedẽ hẽt: nec bñficiũ gra-
tiã: nec laudẽ fortitudo. Deniqꝫ nõ qui
cœpit: ſed ꝗ ꝑſeuerauerit uſqꝫ in finẽ: hic
1.Re. 15.a ſaluus erit. Saul cũ eſſet paruulus in ocu
lis ſuis: rex eſt ſuꝑ Iſrael cõſtitutus: non
ꝑſeuerans in humilitate & regnũ amiſit
& uitã. Si cautela Sanſon, ſi Salomonis
deuotio ꝑſeuerantiã retinuiſſent, nec is
profecto priuaret̃ ſapĩa: nec ille uiribus.
Hoc ſummæ honeſtatis inſigne, hãc to-
tius ꝓbitatis unicã fidamqꝫ cuſtodem,
cuſtodiri à uob̄ firmiter hortor & precor.
Cuſtodite diligẽter ꝗđ libenter au
Mar. 6.b diſtis. Memẽtote ſcriptũ ꝗa metuebat
Luc. 11.d Herodes Ioãnẽ: & libenter eũ audiebat.
Sed btũs foret: ſi audita libẽter æqꝫ ſer-
uaſſet. Deniqꝫ non ꝗ audiunt: ſed beati,
inꝗt, ꝗ audiũt & cuſtodiunt uerbũ dei.
Seruate ꝓinde uos pacem fratribus ue-
ſtris Piſanis: fidẽ dño papæ: fidelitatẽ re
gi: uobis honorẽ. Hoc. n. expedit, hoc de
cet, hoc iuſtitia reꝗrit. Audiuimus uenis
ſe ad uos nũcios ducis Rogerij: ꝗd attu
lerint quid'ue retulerint: nos neſcimus.
Verꝫ ego iuxta illud poetæ (ut uerꝫ fa-
tear) ſꝑ timui Danaos, & dona ferẽtes.
Siqs forte in uobis (ꝗđ deus auertat) rẽ
tã fœdã cõmittere deprehendat̃, exten-
dere uidelicet manũ ad turpe lucrũ: hũc
ꝓtinus notate, & iudicate hoſtem noĩs
ur̃i: ciuiũ proditorẽ: ac uẽditorẽ cõis ho
noris & honeſtatis. Siqs item ſuſurro in
ppľo, diaboli ſibi aſſumẽs uicem, iurgia
ſeminare, & pacẽ turbare uelle reꝑiatur:
quemadmodum ille diſcordię ſemꝑ eſt
amator & author: huic rigidæ cenſuræ
remedio citius obuiet̃: eo ꝗppe peſſime:
quo intime petiſti. Hoſtilis exercitus ua
ſtat agros: domoſqꝫ ſpoliat praua autẽ
cõſilia corrũput bonos mores, & modi
cũ fermẽtũ totã maſſam corrumpit. Se
rite: plãtate, negociamini, ut antiq̃ ma-
la nõ ſolũ nõ itereris, ſed ẽt de iuſtis la-
boribus ur̃is expiare & delere poſſitis.
Scriptũ ꝗppe eſt: Redẽptio aĩę uiri, pro-
prię diuitiæ. Et rurſum: Date eleemoſy-
nã, & oĩa mũda ſunt uob̄. Qꝗđ ſi milita- *Prou. 13. b*
re placet, & ur̃ę fortitudinis ac ſtrenui- *Luc. 11. f*
tatis iterꝫ expꝑiri uires, arma ꝓbare dele
ctat: nõ eꝗdẽ id p̄ſumẽdũ aduerſus uici-
nos & amicos: cũ magis eccleſię inimi-
cos expugnare deceret, ſed & regni ur̃i
inuaſam à Siculis defenſare coronã. Su
per illos ſanè et honeſtius acꝗretis, &
iuſtius poſſidebitis acquiſita. Deꝰ pa-
cis & dilectionis maneat ſemper cũ oĩ-
bus uobis. Amen.

Ad Piſanos, *Epiſtola 130.*

P Iſanis nr̃is cõſulibus cũ conſilia
rijs & ciuibus uniuerſis: B. ab-
bas dictus de Claraualle: pacẽ
& ſalutẽ & uitã ęternã. Bñfaciat uobis
deus: & meminerit fidelis ſeruitij & piæ
compaſſionis & cõſolationis & hono
ſis, q̃ ſpõſę filij eius in tꝑe malo & ĩ die-
bus afflictionis ſuę exhibuiſtis et exhibe
tis. Et ꝗdẽ hoc iã impletur ex parte, &
or̃onis hꝰ nõnullus capit̃ fructus. Digna
planè retributio celeri iã compenſatur
effectu. Iã pro meritis tecũ actitat deus
ppľs quẽ elegit in hęreditatem ſibi: oĩno
ppľm acceptabilem: ſectatorem bono-
rum operꝫ. Aſſumit̃ Piſa in locum Ro-
mę: & de cũctis urbibus terrę ad apľicę
ſedis culmen eligitur. Nec fortuitu ſiue

humano contigit iſtud conſilio: ſed cœ-
leſti prouidentia: & dei benigno fauore
fit: q diligẽtes ſe diligit: q dixit Xp̄o ſuo
Innocẽtio: Piſam inhabita: & ego bn̄di-
cens bn̄dicã ei. Hic habitabo, qm̄ elegi
eã. Me authore tyrãni Siculi malitiæ Pi-
ſana cõſtantia non cedit, nec minis con
cutit, nec donis corrũpitur, nec circũue-
nitur dolis. O Piſani Piſani: magnifica-
uit dn̄s facere uobiſcum, facti ſumus læ
tantes. Quæ ciuitas non inuidet? Serua
depoſitũ urbs fidelis: agnoſce grãm: ſtu
de p̄rogatiuæ non iuueniri ingrata. Ho-
nora tuum & uniuerſitatis p̄rem: hono
ra mũdi principes q in te ſunt: & iudices
terræ: quoꝝ te p̄ntia reddit illuſtrẽ, glo
rioſam, famoſam. Aliogn ſi ignoras te
ô pulchra ĩter ciuitates: egredieris poſt
greges ſodaliũ tuorum paſcere hœdos
tuos. Sapiẽtibus ſat dictũ eſt: Cõmẽdo
uobis Marchionẽ Engelbertũ: qui dn̄o
papę & amicis eius miſſus eſt in adiuto
rium: iuuenis fortis & ſtrenuus, &, ſi nõ
fallor, fidelis. Habetote eũ ur̄is precibꝰ
magis cõmendatum: quia & ego ei uos
amplius commendare curaui: monuiq́
ut ueſtris potiſſimum conſilijs iunitat.

Ad Mediolanenſes. Epiſtola 131.

f Vis Mediolanenſibus, uniuerſo
uidelicet clero & ppl̄o Ber. ab-
bas dictus de Claraualle, ĩ dn̄o
ſalutem. Bn̄ uobiſcũ facit deus: bn̄ uo-
biſcum facit Romana eccleſia. Facit il-
le qđ p̄r: facit illa qđ mr̄. Et reuera quid
uobis debuit facere & non fecit? Si po-
ſtulaſtis mitti uobis de curia honorabi
les pſonas ad honorẽ dei & ueſtrum, fa
ctum eſt. Si poſtulaſtis cõfirmari quod
unanimitas ueſtra de uenerabilis patris
ur̄i electione firmauerat, factũ eſt. Si uo
luiſtis licuiſſe uobis qđ illicitũ niſi pro
magna quidem neceſſitate ſacri cano-
nes iudicãt: translationẽ epi. ſ. in archi-
ep̄m: conceſſum eſt. Si rogaſtis erui ci-
ues ur̄os de uinculis Placentinoꝝ: qđ
utiq; ego p̄termittere nec uolo nec ua-
leo: & hoc factum eſt. In quo poſtremo
quæcũque rõnabilis petitio filiæ: nõ di-
co repulſam: ſed uel morã paſſa eſt apđ
piã mr̄em? En ad complemẽtum palliũ
p̄ſto eſt, plenitudo honoris. Nũc uero
audi me inclyta plebs: gens nobilis: ci-
uitas glorioſa. Audi, inq;, me (ueritatem
dico, nõ mẽtior) dilectorẽ tui: zelatorẽ
ſalutis tuæ. Romana eccleſia ualde cle
mẽs eſt: ſed nihilominus potens. Fidele
cõſiliũ & omni acceptione dignũ: Noli
abuti clemẽtia: ne potẽtia opprimaris.
Sed dicit aliqs. Debitã ei reuerentiã ex-
hibebo: & nihil amplius. Eſto. Fac qđ
dicis: qa ſi exhibeas debitã, & omnimo
dã. Plenitudo ſiquidẽ ptãtis ſup uniuer-
ſas orbis eccleſias, ſingulari p̄rogatiua
apl̄icæ ſedi donata eſt: q igit̃ huic ptãti
reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit. Põt, ſi uti
le iudicauerit, nouos ordinare epatꝰ ubi
hactenus nõ fuerũt. Põt eos q ſunt, alios
deprimere: alios ſublimare: put rõ ſibi
dictauerit, ita ut de ep̄is creare archiepi
ſcopos liceat: & ecõuerſo ſi neceſſe ui-
ſum fuerit. Põt à finibus terræ ſublimes
quaſcunq; pſonas eccl̄iaſticas euocare:
& cogere ad ſuã p̄ſentiã: non ſemel aut
bis, ſed quoties expedire uidebit. Porrò
in p̄rõptu eſt ei oẽm ulciſci inobediẽtiã:
ſiqs forte reluctari conatus fuerit. Deni
que pbaſti & tu. Quid. n. cõtulit tibi ue
tus tua rebellio & recalcitratio male
ſuaſa à pſeudoprophetis tuis? Quẽ fru-
ctum habuiſti, in quibus nũc erubeſcis?
Agnoſce potius in qua ptãte, gloria &
honore ſuffraganeoꝝ tuoꝝ tam diu pri
uata extitiſti. Quis pro te ualuit obuiare
apoſtolicæ authoritatis iuſtiſſimæ ſeue
ritati: cum prouocata tuis exceſſib. de-
creuit te tuis illis antiquis ac p̄claris or-
namentis nudare: mutilare mẽbris? Et
hodie confuſa & trũcata iaceres: ſi non
benignius quàm potentius tecũ actum
fuiſſet. Quis eam prohibere ualebit etiã
à grauioribus: ſi rurſum (quod abſit) ad-
ieceris prouocare? Vide ne patiaris re-
cidiuum: quia pro certo (niſi fallor) non
tam facile denuo poterit inueniri reme-
dium. Siquis itaque dixerit tibi, partim
oportet obedire: partim non oportet:
cum tu in te experta ſis plenitudinẽ apo
ſtolicæ ptãtis, authoritatis integritatẽ:
non'ne

non'ne hmõi aut ſeductus eſt, aut ſedu-
cere uult? Sed fac qđ dico: nã ego te non
ſeduco. Conuertere magis ad humilita-
tem: ad manſuetudinem. Siquidem &
humilibus dat deus grãm: & manſueti
hæreditabunt terram. Eſto cauta dn̄æ
& matris tuæ recuperatam ſeruare gra
tiã. Et ſic ei placere ſtudeas de reliquo,
quatenus placeat ei non ſolum ſeruare
tibi quę reddidit, ſed etiam adijcere quę
nondum dedit.

Ad clerum Mediolanenſem, Epiſt. 132.

b Enedicti uos à dn̄o: quoꝝ ſtu-
dio & induſtria ciuitas ueſtra li
berata eſt ab errore: & relicto
ſchiſmate, ad catholicam redijt unitatẽ.
Exijt ſermo iſte inter catholicos: audiuit
& lætata eſt Sion, & eſt uobis gl̄ia corã
deo & omni ppl̄o. Quam lætis ample-
xibus mater eccleſia colligit tot & tan
toꝝ multitudinẽ filioꝝ: quos ſe amiſiſ-
ſe dolebat? Quàm læto & ſereno uultu
deus p̄r recipit hoc ſacrificium de mani
bus ur̄is? Quod aũt & paci terræ intẽdi
tis, facitis quod filij pacis. Et ego frẽs,
particeps & ſocius gaudij ueſtri fieri cu
piens: iuxta petitionem ueſtram ad uos
cum dilectis fratribus noſtris nũcijs ue
ſtris ueniebam: de quibus mihi ſcripſi-
ſtis, plenius ſcđm rationem in benepla-
cito dei ſatisfacturus. Sed quia tp̄s bre-
ue eſt quo ad concilium feſtinamus: nõ
grauet uos uſque ad reditum noſtrum
ſuſtinere.

Ad uniuerſos ciues Mediolanenſium,
Epiſtola 133.

u T ex ſcriptis ueſtris pcipio: nõ-
nullus mihi locus grę apud uos
eſt. Et qm̄ meum non inuenio
meritũ: diuinitus credo datum. Nõ recu
ſo fauorem ingentis inſigniſq; ppl̄i. Am
plector oblatam gratiam: & obuijs ma
nibus glorioſæ ciuitatis deuotionẽ de-
uotus excipio: p̄ſertim hoc tp̄e quo ab-
iecto errore ſchiſmaticoꝝ: ad ſinũ mr̄is
eccleſiæ cum gaudio totius orbis reuer
ſa eſt. Arbitror tñ non ſolum mihi glo-
riandum quòd inuitor ad pacem quæ-
rendã, & à famoſiſſima urbe, cum ſim
paup ignobiliſq; pſona, tãti boni media
tor atq; miniſter aſſumor: ſed uob̃ quo-
que per talem nihilominꝰ honor eſt fle
cti ad pacem & concordiam uicinorum
ur̄oꝝ, quos nec multarum ciuitatũ ho-
ſtilis impetus (ut bene notum eſt mun-
do) cedere aliqñ compulit. Itaque feſti-
nans ad concilium, ſpero me rediturum
per uos, & probatuꝝ de gratia quam
promittitis. Qui aũt gratiam dedit: fa-
ciat ne in me uacua ſit.

Ad nouitios apud Mediolanum conuerſos.
Epiſtola 134.

c Hariſſimis fratribus de Medio
lano nuper conuerſis ad deum
B. abbas dictus de Claraualle,
in ſpũ conſilij & fortitudinis quod bn̄
cœptum eſt, digno exitu conſummare.
Benedictus deus qui fecit uobis uileſce
re mundi gloriam, largiturus ſuam. O *Ioan. 5. g*
quàm uani filij hoĩum, quàm mẽdaces
filij hoĩum in ſtateris, qui ſcđm illud euã
gelij: gloriam ab inuicem quærũt, & glo
riam quę à ſolo deo eſt nolunt: planè in
hoc ipſi decipientes de uanitate in id-
ipſum. Vos autem non ſic. Ab hoc uos
opprobrio liberauit nunc diuina miſeri
cordia, ut eſſetis Chriſti bonꝰ odor deo *Luc. 15. d*
in omni loco, ipſi ad gloriã, angelis ad
lętitiam, hominibus ad exemplum. Si-
quidem gaudium eſt in cœlo ſuper uno
pctõre pn̄iam agente, quanto magis ſu-
per tot & talibus uiris: & de tali urbe cõ
uerſis? Et ego fratres tanta lętitia prouo
catus, ſed & uocatus à uobis, per cha-
riſſimos fratres Ottonem & Ambroſiũ
quos ad hoc ipſum direxiſtis, decreuerã
ſimul cum ipſis uenire ad uos. Cęterum
melius exiſtimans, non in articulo tp̄is
neque in tranſitu uos uidere, diſtuli uſq;
ad reditum noſtrum. Properamus
quippe ad concilium, per uos
deo auxiliante reuerſuri,
conſilium & auxi
lium quod ſe
cundũ
rõnem poterimus, ueſtro
ſancto propoſito p̄ębituri.

Ad Petrum Papienſem epiſcopum,
Epiſtola 135.

ſ I ſemen bonum iactum in terrã
bonam, fructum attuliſſe vr̃, ip
ſius eſt gloria qui dedit ſemen
ſerenti: fœcunditatem terræ: ſemini ĩcre
mentum. Quid in his nos capimus? Ego
ſanè gloriã Chriſti alteri non dabo, mul
to uerò ſcrupuloſi⁹ uſurpabo mihi. Pro
fectò lex dñi conuertit aïas, & non ego.
Pſal. 18.b Teſtimonium dñi fidele ſapiam p̃ſtat
paruulis, nõ ego. Laudatur de bona lr̃æ
Pſal. 44.a tornatura manus, non calamus. Fateor,
ut multum tribuã mihi, lingua mea ca-
lamus ſcribæ ueloci ter ſcribentis. Sibi
ergo, inquis, quid afferunt boni ſpecioſi
pedes euangelizantium bona? Multũ
per oẽm modum: primum quidem, qa
filij ſunt patris ſui qui in cœlis eſt: & glo
riam quam deferunt patri, nequaquam
à ſe ducunt alienam. Nam ſi filij, & hæ-
redes. Deinde uerò ꝙ proximoꝝ ſalutẽ,
ſuam nihilominus arbitrantur: quippe
quos tanq̃ ſeipſos diligũt. Tertio quo-
que quod labor labioꝝ ipſoꝝ ſibi peni
tus perire nõ poterit. Vnuſqſq̃. n. merce
dem accipiet ſcd̃m proprium laborem.
Ego labia mea nõ prohibui: tu aperui-
ſti & uiſcera, ideo proculdubio plus ac
cepturus q̃m plus laboraſti. Cert⁹ ſum
enim, qa non uacat tibi quod ſitienti tu-
liſti aq̃, & cum panibus occurriſti fugiẽ
tibus. Non, inq̃, uacant officia humani
tatis, non hortamenta ſalutis: quib. Xp̃i
uerè uiſcera in illis pauperibus refouiſti.
Ambo tñ collaboratores, ambo coad-
iutores dei ſumus: ambo pariter ſpere-
mus fructum in refectione aïaꝝ ſctãꝝ.
Quis mihi det nunq̃ memoriam tui de
ſerere, nunquam ab ipſa deſeri?

Ad eundem, Epiſtola 136.

ſ I triſtia ſemp̱ acciderent: quis ſu
ſtineret? Si ſemper proſpera: qs
non contemneret? Sed reꝝ tan
ta gubernatrix ſapia, hoꝝ per neceſſaria
uiciſſitudine eo moderamine electis ſuis
curſum uitę tp̱alis alternat, ut nec aduer
ſa frangant: nec læta diſſoluant, cum po
tius & iſta ex illis gratiora: & illa ex his
tolerabiliora reddantur. Bñdictus per
oïa deus: triſtitia nr̃a uerſa eſt ĩ gaudiũ:
acceperunt oleum poſt uinum uulnera
nr̃a. Raptores & p̃dones compũcti hu
miliantur. Sacerdotem dñi in quem au-
ſi ſunt mittere man⁹ cum honorẽ remit
tunt. Spolia quæ diripuerant, & ſine de
ſidia recolligũt: et ſine fraude reſtituunt.
Siqd hoꝝ eſt quod inueniri non poſſit:
Dalphinus pro eo ſatisfaciet ad bñpla
citum ur̃m. Hoc quippe manu ſua ĩ nr̃a
firmauit. Pro qua ſua promiſſione adim
plenda ſi uenerit ad pedes ur̃æ maieſta
tis, qđ & propoſuit: mitius quã meruit
ſupplicamus agi cum iuuene. Nõ ꝙ ueli
mus impunitum eſſe tã grande facinus,
ſed ut eccleſia ita (ſi fieri poteſt) debita
ſatisfactione honoretur: ut is qui ſatisfa
cit, ſupra uires patientiæ ſuę non exaſpe
retur, & pœniteat hominem noſtris ac
quieuiſſe conſilijs.

Ad imperatricem Romanorum, Epiſt. 137.

i N reconciliatione Mediolanẽ
ſium non obliti ſumus unde à ue
ſtra excellentia præmoniti fue-
ramus. Quod etſi non monuiſſetis, ni-
hilominus honori ueſtro & regni utili-
tatibus intenderemus: ſicut ubique &
ſemper fideliter, quantum poſſumus,
facimus. Non antè ſanè Mediolanen-
ſes in gratiam domini papæ & eccleſiæ
unitatem recepti ſunt: quouſque pa-
làm Conrado refutatò & abnegato, do
minum noſtrum Lotharium in ſuum re
gem & dominum receperunt: et Roma
norum imperatorem Auguſtum unà
cum toto orbe confeſſi ſunt: & de iniu-
ria tranſacta, iuxta conſilium & manda
tũ dñi papæ, digne uobis ſe ſatisfactu-
ros eſſe tacto ſacroſancto euãgelio ſpo
ponderũt. Vñ magnas agentes gr̃as di
uinæ bonitati: quæ abſq̃ belloꝝ pericu
lis, abſq̃ humani ſanguinis effuſione: ini
micos ueſtros ſic humiliauit: rogamus
ueſtram ſatis nobis expertam clemen-
tiam: ut tp̱e ſuo cum requiſierint prędi-
cti Mediolanenſes per dominum papã
utique mediatorem ſuæ reconciliatio-
nis gratiam ueſtram: benignos uos atq̃

placabiles inueniamus: q̃tenus nec eos
pœniteat ſanis paruiſſe conſilijs: & uos
de eis debitum habeatis ſeruitiũ & ho-
norem. Non. n. decet ut fideles ur̃i q ꝓ
honore ueſtro laborant: apud uos con-
fundantur. Confundentur autem ſi qui
bus de benignitate ueſtra ſpem indul-
gentiæ promiſerunt: cum pro ipſis inter
uenerint, inuenerint uos (quod abſit) in-
exorabiles.

Ad Henricum regem Anglorum, Epiſt. 138.

h Enrico illuſtriſſimo Angloꝝ re
gi B. abbas dictus de Claraual
le honorem, ſoſpitatem, & pa-
cem. Velle uos inſtruere de his p̃ſertim
quę ſpectant ad honeſtatem: aut inſipiẽ
tis eſt: aut uos penitus ignorantis. Ea p̱p̱
rem ſimpl'r intimare ſufficit: & hoc pau
cis: q̃m facilè oïa tenenti, multa ſup̱flue
ingerũtur. In ingreſſu urbis ſumus: ſalus
eſt in ianuis: iuſtitia nobiſcũ eſt: ſed Ro-
manis militib⁹ cibus iſte non ſapit. Ita-
que iuſtitia placamus deum: militia ter
remus hoſtes: ſolis neceſſarijs neceſſa-
ria non habemus. Quid opus ſit facto ut
opus ueſtrum compleatur: quod de do
mini papæ Innocentij magnifica & ho-
norifica illa ſuſceptione feciſtis: uos me
lius noſtis.

Ad Lotharium imperatorem, Epiſt. 139.

l Othario dei gr̃a Romano impe
ratori Auguſto, Bern. abbas de
Claraualle: ſiqd põt pctõris o-
ratio. Bñdictus deus q uos elegit & ere
xit cornu ſalutis nobis: ad laudẽ & glo-
riam noïs ſui: & reparandum imp̱ij de-
cus: ad ſubueniẽdum eccleſiæ ſuæ in tp̱e
malo: poſtremo ad op̱andum ẽt nunc ſa
lutem in medio terrę. Ipſius eſt. n. opus:
quod corona gloriæ ur̃æ ita indies am-
pliatur & ſublimat̃, mirabil'r creſcẽs ac
proficiẽs in omiſſi decore & magnificẽ
tia apud deum & hoïes. Ipſi⁹ profecto
nup̱ opus & uirtus fuit: qđ iter ſatis la-
borioſum & meticuloſum pro pace re-
gni, & eccleſię liberatione ſuſceptũ: in tã
ta proſperitate peregiſtis? Romæ ſiqdẽ
imperialis culminis plenitudinẽ glorio-
ſiſſime aſſecutus: idq̃, qđ maius fuit: in
manu non magna: ut animi fideiq̃ ma-
gnitudo clarius emineret. Qđ ſi añ tan-
tillum exercitũ terra tremuit & q̃euit:
quãtus putamus horror hoſtiũ corda ĩ-
uadere hẽat: cũ cœperit rex ꝓcedere in
magnitudine brachij ſui? Aïabit inſuper
honeſtas cauſæ: immo duplex prouoca
bit neceſſitas. Nõ eſt meum hortari ad
pugnã: eſt tñ (ſecurus dico) aduocati ec
cleſiæ arcere ab eccl'ię infeſtatione ſchiſ
maticoꝝ rabiem: eſt Cæſaris propriam
uẽdicare coronam ab uſurpatore Sicu-
lo. Vt. n. conſtat Iudaicã ſobolẽ ſedẽ Pe
tri in Chriſti occupaſſe iniuriam: ſic pro
culdubio oïs qui in Sicilia regem ſe fa-
cit: contradicit Cæſari. Si aũt utrunq̃ in
cumbit Cæſari: reſtituere. ſ. Cæſari quæ
ſunt Cæſaris: & quæ ſunt dei deo: cur
apud Tullum res dei minuit̃: cũ Cæſar
nihil ibi lucretur? Verendum eſt ne mi-
nimorum neglectus: impedimentum
ſit maximorum. Hoc eſt quod dico.
Eccleſia ſancti Gengulfi grauiter iniu-
ſtéque (ut dicitur) in illa ciuitate op-
primitur: & aiunt ueſtræ prudentiæ
neſcio qua fraude ſubreptum: ut do-
mino papæ per iuſtitiam ſubuenire pa-
ranti: ueſtræ interuentu precis obuia-
retis. Obſecro & conſulo conſultius
agi: noxiam reuocari precem, dari lo-
cum iuſtitiæ: antequam eccleſia illa
funditus deſtruatur. Pauper ſum ego:
fidelis tamen ueſter: & ſi uideor impor-
tunus, fortaſſis inde eſt. Dominam im-
peratricem in Chriſti charitate oppidò
ſalutamus.

Ad eundem, Epiſtola 140.

m Iror cuius inſtinctu uel conſi-
lio uigilantiæ ueſtræ ſubripi po
tuerit, ut homines digni certe
duplici honore & gratia: contraria à
uobis audirent (Piſanos dico: qui pri-
mi & ſoli interim adhuc erexere uexil
lum, aduerſus inuaſores imperij.) Quã
iuſtius in eos regia incanduiſſet indi-
gnatio, qui populum ſtrenuum & deuo
tum quacũque occaſione offendere au-
ſi ſunt: eo præcipuè tp̱e quo accincti in
multis milibus ſuis exierãt oppugnare

tyrannum:ulciſci iniuriam dñi ſui: & im
perialem defenſare coronam? Vt.n.con
gruentiſſime aſſignem huic genti quod
olim de ſancto Dauid dicebatur: quęnã,
quęſo, in oĩbus ciuitatibus ſicut Piſa: fi-
delis, egrediens, & regrediens: & per-
gens ad imperium regis? Nõne hi ſunt
qui nuper regni illum unicum ac poten
tiſſimum hoſtem ab obſidione Neapo-
lis fugauerunt? Nõne hi ſunt qui etiam,
quod pene incredibile dictu eſt: in uno
impetu ſuo expugnauerunt Amalfiam:
& Rebellem, & Scalam, atq; Atturinã,
ciuitates utiq; opulentiſſimas & muni-
tiſſimas: oĩbuſq; qui antehac tentauerẽt,
uſq; ad hoc tp̃s (ut aiunt) inexpugnabi-
les? Quàm dignum, quàm ęquum, quã
plenum rõne & iuſtitia fuerat, ut fideliũ
terra interim ſaltem dum hęc actitarẽt,
ab omni hoſte ſecura cõſiſteret: tum ꝓ
pñtia ſummi põtificis: quem iãdudum
exulem Piſani apud ſe cum ſummo ho-
nore ſeruabant & ſeruant: tum pro ſerui
tio imperatoris: pro quo & ipſi tũc tp̃is
exulabant? Factum eſt aũt per contra-
rium: ut grãm qui offenderunt, & q ſer-
uierunt iram mererentur. Sed uos fortaſ
ſis adhuc iſta neſciebatis. Oportet ergo
nunc qñ res eſt nota uobis: immo & de
cet & expedit: mutare uos & uerbum
& animum: ut uiri regijs magis fauorib.
& muneribus honorandi, à ueſtra par-
te de cętero audiant & recipiant prout
meriti ſunt. O quantum meruere Piſa-
ni, quantum adhuc mereri pñt? Sat eſt
dictum ſapienti.

Ad Humbertum abbatem Igniacenſem: qui abbatiam ſuam dimiſerat, Epiſtola 141.

P Arcat tibi omnipotens deus.
Quid uoluiſti facerẽ? Quis te cre
deret ad tm̃ ꝓrumpere malum,
hoĩem tantis prędi tum bonis? Qũo po
tuit arbor bona peſſimũ hunc ex ſe pro
ducere fructum? O quam terribilis deꝰ
in iudicijs ſuper filios hoĩum. Nõ miror
ꝙ diabolus iſtud potuit, ſed quod deus
permiſit, quippe cui iam tot annis purè,
ſicut credimus, & deuote ſeruiſti. Quid
faciet de me utiq; pigro & negligẽti ſer
uo, qui fidelem famulum ſuum ſic ulꝛ ad
tp̃s tradidit in animam inimicoꝝ eius?
Quid quęſo rõnis, immo quid non im-
pietatis hẽt hęc fuga tua, de qua filij lu-
gent, aduerſarij rident? Miror ꝙ te non
terruit Arnaldi abbatis exemplum: cu-
ius filꝛis præſumptio digno ſed pauẽdo
fine (ut bñ meminiſti) in breui eſt uindi-
cata. Et quidem ille qualemcunque (ut
bñ noui ego) habuit cãm, tu nullã. Nun
quid.n. aut monachi tuis erãt inobediẽ-
tes imperijs, aut conuerſi ſegnes in ope-
ribus, aut uicini forte tibi tuis'ue rebus
infeſti, aut certe modica & non ſufficiẽs
ſubſtantia mundi quatenus relinquere
cogereris quos uel regere uel paſcere ñ
ſufficeres? Vide ne & te tangat uox illa
dei: qa odio habuerunt me gratis. Quid
eñ debuit tibi facere: & non fecit? Vi-
neam tibi plantauit electam & ſpecio-
ſiſſimam. Sepem ei circũdedit uotiuę cõ *Ioan. 15.d*
tinentię, torcular diſtrictiſſimę diſcipli-
nę fodit in ea: & ędificauit ſanctę paupꝫ
tatis turrim ad cœlos uſque pertingen-
tem, te cultorem atq; cuſtodem conſti
tuit. Honeſtauit te in laboribus tuis: &
complebit illos ſi permittis. Sed tu, ꝓh
nefas, deſtruis maceriam eius: & race-
mis optimis plenam exponis oĩbꝰ qui
pręter grediũtur uiam. Heu, quis prohi-
bebit aprum de ſylua ut nõ exterminet,
& ſingularem ferum ne depaſcat eam?
Mirum uerò ſi in hoc morti te bene prę
parare putas, quod quidem ad me ſcri-
pſiſti, ut in tanto ſcandalo & in anathe
mate dñi papę mori uelle non timeas.
Deinde ſi ita neceſſarium erat, non po-
tuit aliud tempus conſiderari, niſi cum
neceſſitatibus uniuerſalis eccleſię deti-
neor, ut illi miſerę quam exponis non li
ceat ſubuenire? Obſecro te per eum q
pro te crucifixus eſt, ut ſatis afflictos,
amplius cruciare parcas, & triſtitiam
ſuper triſtitiam addere deſiſtas: quia, ut
uerum fatear, ſic pro hac eccleſię gñali
grauiq; ſciſſura affectus ſum, ut tędeat
animam meam uitę meę etiam te et tuis
in pace degentibus.

Ad monachos Alpenſes, Epiſt. 142.

B Onus pater ueſter atq; nr̃, au-
thore deo ad altiorẽ gradum aſ
Abac. 3.c ſumptus eſt. Faciamꝰ ergo cha
riſſimi, quod dicit propheta: Eleuatus ẽ
ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo. Sol eſt il
le per quem Alpenſis congregatio illũ
ſtris ubiq; reddiẽ, tanquam luna per ſo-
lem. Eleuato itaq; illo ſtemus nos in or
dine nr̃o, quicunque elegimus abiecti eſ
ſe in domo dei nr̃i, magis quàm habita
re in tabernaculis pc̃tõꝝ. Ordo nr̃ abie
ctio eſt, humilitas eſt, uolũtaria pauper
tas eſt, obediẽtia, pax, gaudiũ in ſpiritu
ſancto. Ordo noſter eſt eſſe ſub magr̃o,
ſub abbate, ſub rl̃a, ſub diſciplina. Or-
do noſter eſt ſtudere ſilentio, exerceri ie
iunijs, uigilijs, or̃onibus, opere manuũ,
& ſuper oĩa excellentiorem uiam tene-
re, quæ eſt charitas. Porrò in his oĩb. ꝓ-
ficere de die in diem, & in ipſis ꝑſeuera
re uſq; ad ultimum diem. Et hæc quidẽ
aſſiduè uos confidimus actitare. Cæte-
rum unum opus feciſtis, & oẽs miranẽ,
quod cum ſancti eſſetis, non reputãtes
ueſtram ſanctitatem, alienam participa
re curaſtis, ut eſſetis ſanctiores. Imple-
Luc. 17.c tum eſt qd̓ legitur in euangelio: Cum fe
ceritis oĩa quæ mandata uobis fuerint,
dicite, ſerui inutiles ſumus. Inutiles uos
reputatis, & humiles inuenti eſtis. Re-
cta facere, & inutilem ſe reputare, apud
paucos inueniẽ, & ideo multi admiran
tur. Hoc, inq̃, hoc prorſus uos de illuſtri
bus reddit illuſtriores: ſanctiores de ſan
ctis. Et ubicũque diuulgatus eſt ſermo
iſte: repleuit oĩa odore ſuauitatis. Hæc
uirtus, me iudice, ꝓfertur ẽt protractis
ieiunijs: & anticipatis uigilijs: omni de-
nique corꝑali exercitio: tanq̃ uera pie-
1. Tim. 4.c tas quæ ad oĩa ualet. Quã læto ſinu col
legit uos multitudo Ciſterciẽſis: quam
alacri uultu ſpectauit hoc angelica celſi
tudo? Nouerũt ſiquidẽ illi ſpũs omnipo
tenti deo placere ſuꝑ oĩa fraternã ſocie-
Eſa. 41 b tatem & cõfœderationem: cum dicat ꝑ
Pſal. 132.a propheram? Glutino bonum eſt. Et per
alium: Ecce quam bonum & quam iu-
cũdũ, habitare frẽs in unũ. Itẽ, fr̃ fratrem
adiuuans, ambo cõſolabunẽ. Aduertiẽ
etiã hoc factũ humilitatẽ redolere: quæ
quam accepta ſit diuinæ maieſtati, do-
cet ille q dicit: Superbis deus reſiſtit, hu *Iaco. 4.b*
milibus aũt dat grãm. Oſtendit & ipſe
humilitatis magr̃ ꝑ ſemetipſum dicens:
Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis *Matt. 11. d*
corde. Quid dicam de nr̃o puſillo gre-
ge Clarę uallis, cui ſpecialius adhęſiſtis,
quanto uos & quã ſpeciali complectaẽ
affectu? Nõ põt dici uerbo, qd̓ de mu-
tua charitate inter nos & uos ſpũalis in
fuſio mirabilꝛ operatur. Supereſt frẽs, ut
inuocato ſpiritu ſancto, maturetis uobĩ
eligere prẽm. Nam ſi me expectaretis,
uereor ne aduẽtus nr̃ differatur in lõgũ,
& illa dilatio eſſet periculoſa. Sed uoca
te ad uos frẽm nr̃m chariſſimum Gode
fridum priorẽ Clarę uallis, qui & in hoc
ſicut in alijs impleat uicẽ noſtrã, ut cõſi-
lio eius, uel forte illoꝝ quos ipſe pro ſe
miſerit, ſi uenire non poterit, necnon &
patris ur̃i Guarini, talem perſonam eli-
gatis, de qua & deus honorem hẽat, &
uos ſalutem. Memores mei eſtote frẽs.

Ad ſuos Claræuallenſes, Epiſt. 143.

C Hariſſimis fratribus Claræual-
lis, monachis, conuerſis, noui-
tijs, F.B. gaudere in dño ſemꝑ.
Ex uobis perpendite quid patiar ego.
Si uobis moleſta eſt abñtia mea, nemo
dubitet mihi eſſe moleſtiorem. Non.n.
paris iacturæ, nec eiuſdem grauaminis
eſt me uno carere uos, meq; ueſtra uni-
uerſitate deſtitui. Tot me neceſſe eſt af-
fici curis, quot uos eſtis, & ad ſingulos
quoſque ueſtrum dolere abñtiam, time
re pericula. Duplex contritio iſta nõ me
deſeret, quouſque meis uiſceribus ego
reddar. Quod quidem & uos ſentire ꝓ
me non ambigo, ſed ego unus ſum. Vo-
bis ergo una, mihi multiplex incum-
bit triſtandi ratio, utpote pro omnibus
uobis. Nec ſolum cruciat quod abſque
uobis uel ad tempus uiuere cogor, ſine
quibus & regnare miſeram mihi repu-
to ſeruitutem, ſed etiam quòd uerſari
compellor in his quæ amicam quietem
omnino perturbant, & meo propoſito

minus fortaſſe conueniunt. Hęc ſciētes,
moræ meæ, quæ meæ non eſt uolunta-
tis, ſed eccleſiaſticæ neceſſitatis, non o-
portet uos indignari, ſed compati. Spe-
ro aūt ꝙ non erit longa, uós orare ut nõ
ſit infructuoſa. Detrimenta quę interim
forte contingent, emolumenta reputen
tur, qm̄ deus in cã eſt. Qui cum ſit beni-
gnus, & oĩa poſſit, facile dãna reſarciet,
non ſolum integre, ſed ēt cumulate. Pro
pterea bono aĩo ſimus, deum hñtes no-
biſcum, in quo & uobis pñtes ſumus,
quantiſlibet terrarꝫ ſpatijs diuiſi à nobꝫ
uideamur. Quicūqꝫ in uobis bñ officio-
ſum ſeipſum exhibet, humilem, timora-
tum, ſtudioſum lectionis, orõnibus uigi
lem, fraternæ charitatis ſolicitū, non me
putet abñtem ſibi. Nam qūo ei pñs ſpi
ritu non ſum, cum quo eſt mihi cor unū
& aĩa una? Siquis aūt ſuſurro (qđ abſit)
extitit inter uos, aut bilinguis, aut mur-
murans, aut cõtumax, aut impatiēs di-
ſciplinæ, aut inqetus & uagus, & q pa-
nem ocioſus comedere non erubeſcat,
huic ēt ſi corpore pñs eſſem, longe eſſet
ab eo aĩa mea, eo ꝙ ipſe longe fecerit à
ſe deum, moꝝ non locoꝝ diſtantia. Inte
rim frēs dum uenio, ſeruite dño in timo
re, ut ſine timore qñque de manu inimi-
coꝝ uroꝝ liberati ſeruiatis illi. Seruite ĩ
ſpe, qm̄ fidelis eſt in promiſſis. Seruite
ex merito, qa multus in meritis eſt. Nã
etſi cætera taceã, hoc ſolo certe non im
merito uitam ſibi uendicat nr̄am, qđ ꝓ
ea p̄buit ſuam. Nemo igr̄ ſibi uiuat: ſed 2. Cor. 5. c
ei qui pro ſe mortuus eſt. Cui. n. iuſtius
uiuam, quàm ei qui ſi non moreret̄, ego
nõ uiuerem? Cui cõmodius, quàm pro-
mittenti uitam æternã? Cui magis ex ne
ceſſitate, quàm flammas perpetuas mi
nitanti? Sed ſeruio uoluntariè, qa chari-
tas libertatem donat. Huc ꝓuoco uiſce
ra mea. Seruite in charitate illa q̄ timo-
rem expellit, labores non ſentit, meritū
non intuet̄, p̄mium non requirit, & tamē
plus oib⁹ urget. Nullus terror ſic ſolici-
tat, nulla p̄mia ſic inuitant, nulla iuſtitia
ſic exigit. Ipſa uos mihi inſeparabil̄r iun
gat, ipſa me uobis iugiter repræſentet,
horis maxime quibus oratis, chariſſimi
& deſideratiſſimi fratres.

Ad eoſdem, *Epiſt.* 144.

TRiſtis eſt aĩa mea uſqꝫ dum re-
deam, & non uult cõſolari uſqꝫ
ad uos. Quæ. n. eſt mihi conſo-
latio in tp̱e malo, & in loco peregrina-
tionis meæ? Non'ne uos in dño? Mini-
me quidem deſerit me quocūque iero
dulcis memoria urĩ: ſed quãto memo-
ria dulcior, tãto abñtia moleſtior. Heu *Pſal. 68. f.*
mihi qa incolatus meus nõ ſolū ꝓlõga-
tus eſt: ſed ēt cumulatus. Et reuera iuxta
ꝓphetã, ſup̱ dolorē uulneꝝ meoꝝ addi
derunt, qui me à uobis aliqñ uel corpo
re ſeparant. Eſt cõe exiliū, ipſumqꝫ mo-
leſtum ſatis, qđ quandiu ſumus in hoc
corpore, peregrinamur à dño. Huic ac-
ceſſit & ſpeciale (quod penè impatiētē
me reddit) ut cogar uiuere ſine uobꝫ, lon
ga moleſtia, & tædioſa expectatio, ua-
nitati huic occupanti oĩa, tãdiu manere
ſubiectū, fęculēti corp̱is horrido circun
dari carcer̄, & mortis uiculis, funibuſqꝫ
pctõꝝ necdū abſolui, & tãto tp̱e nõ eē
cū Chriſto. Cęteꝝ aduerſus hęc oĩa unū
mihi remedium qualecunque erat, & ue
re datū deſup̱, ꝓ uultu uidelicet gloriæ
q abſcõditus eſt uſqꝫ adhuc, uidere inte
rim templū dei ſctm̄ quod eſtis uos. Ex
hoc tēplo facilis mihi uidebat̄ tranſitus
ad illud gl'ioſum, ad qđ ꝓpheta ſuſpirat
dicens: Vnã petij à dño, hãc requirã, ut *Pſal. 26. b*
inhabitem in domo dñi oib⁹ diebus ui-
tæ meæ: ut uideam uoluntatem dñi, &
uiſitē tēplū eius. Quid dicam: quoties id
ſolatiū interpolatū eſt mihi? Ecce hoc
tertio (niſi fallor) auulſa ſunt à me uiſce-
ta mea. Paruuli ablactati ſunt añ tp̄s: ip
ſos quos p̱ euãgeliū genui, nõ licet edu-
care. Propria deniqꝫ deſerere, & aliena
curare cogor, & dubito penè qd magis
ægrè feram, an ſubtrahi illis, aut ĩtricari
iſtis. Ita'ne bone Ieſu, tota deficiet in do
lore uita mea, & anni mei in gemitibus?
bonū mihi dñe magis mori quã uiuere
eſt, non tñ niſi inter frēs, inter domeſti-
cos, inter chariſſimos. Id ſiqdē dulcius,
humanius, tutiuſqꝫ eſſe conſtat. Immo

uero piū eſt, ut in hoc remittas mihi, ut
refrigerer priuſquã abeam & amplius
non ero. Si placet dño meo ut oculi pr̄is
qualiſcunque, q non ſum dignus uocari
pr̄, claudantur manibus filioꝝ, ut extre
ma uideant, exitū conſolentur, ſpm̄ ſuis
deſiderijs leuent ad cõſortiū ſi dignum
iudicas btõꝝ, cū pauperꝝ corporibus,
pauperis corpus ſepeliant: hoc prorſus,
ſi inueni gr̄am in oculis tuis, precibus et
meritis eorundē fratrū meoꝝ obtinere
toto affectu deſidero. Veruntñ nõ mea
uolūtas: ſed tua fiat. Nec mihi uiuere uo
lo, nec mori. Sed dignū eſt, ut q dolorē
meum audiſtis, ēt conſolationē nõ igno
retis: ſiqua eſt. Primum qdem de omni
labore & calamitate quã patior, ſolum
arbitror eſſe in cã eum cui oĩa uiuūt. Ve
lim nolim, neceſſe eſt me uiuere illi, qui
meam ſibi ꝓpriæ uitę poſitione acquiſi
uit, q & potens eſt ſiqd patimur pro ip
ſo, recompenſare nobis in illa die miſe-
ricors & iuſtus iudex. Quod ſi inuitus
militauero ei, diſpenſatio mihi tm̄ credi
ta eſt, & ero ſeru⁹ neqꝫ. Si aūt uolēs, glo
ria eſt mihi. In hac ergo aliquantulū cõ-
ſideratione reſpiro. Deinde ꝙ ſæpe non
meis meritis ſup̱na gr̄a honeſtauit me ĩ
laboribus meis, & gr̄a illa in me uacua
nõ fuit, ſicut in multis expertus ſum, &
uos ex parte non latuit. Sed & hac uice
q̄ꝫ neceſſaria eccleſię dei ſit uel fuerit p̄-
ſentia paruitatis nr̄ę: dicerem ad cõſola
tionē ur̄am, ſi non gloriam redoleret.
Nūc aūt melius eſt ut hoc per alios co-
gnoſcatis, inſtãtiſſima poſtulatione im
peratoris, apl'icoqꝫ mandato, necnõ ec
cleſię ac principum precibus flexi, dolē
tes & nolētes, debiles atqꝫ infirmi, &,
ut ueꝝ fatear, pauidę mortis pallidã cir
cūferentes imaginem, trahimur in Apu
liã. Rogate quę ad pacem ſunt eccleſię,
rogate quę ad ſalutem ſunt nobis, ut ite
rum uos uideamus, uobiſcum et uiuam⁹
& moriamur: et ſic uiuite ut obtineatis.
Infirmus in arcto tp̱is, certe cum lachry
mis & ſingultibus iſta dictaui teſte cha
riſſimo fratre nr̄o Balduino q ſtylo ea
excepit: quē eccleſia uocauit ad aliud of
ficium & ad aliã dignitatem. Orate &
pro ipſo tanqꝫ unico ſolatio meo, & in q̄
ſpūs meus plurimum requieſcit. Orate
pro dño papa, q me pariter & uniuerſi-
tatem ur̄am paterno fouet affectu. Ora
te & pro dño cancellario, q mihi ꝓ ma
tre eſt: & pro ipſis q cū eo ſunt dño Lu
ca, & dño Chryſogono, magr̄o Iuo-
ne: qui ſe nobis exhibent frēs uterinos.
Qui mecum ſunt frater Bruno & frater
Girardus ſalutant uos, ſupplicantes &
ipſi pro ſe orari.

Ad abbates Ciſtercij congregatos,
Epiſtola 145.

IN multa infirmitate corporis,
& cordis anxietate (deus ſcit) di
ctaui iſta ad uos, hõ miſer, hõ
natus ad laborem, frater tñ ueſter. Vti-
nã nūc ipm̄ ſpm̄ in quo cõgregati eſtis,
merear hr̄e interpellatorem ad ueſtram
unanimitatem, q imprimat pectoribus
ur̄is calamitatem quam patior: q imagi
nē mei triſtē ac ſupplicē, ſicut eſt, frater
nis affectibus rep̄ſentet. Nõ hoc oro, ut
creet in uobꝫ nouã miſericordiã, qa. n. noui
ego q̄ꝫ familiaris uniuerſitati ur̄ę ſit illa
uirtus: ſed hoc oro, ut in ĩtimo ſentiatis
quo & quãto affectu oporteat miſereri.
Cert⁹. n. ſum qa ſi id datū fuerit, cõtinuo
lachrymę de theſauro pietatis erūpent,
ſingultus & gemit⁹ & ſuſpiria hincinde
pulſabūt cœlos, & audiet de⁹, & placa-
bit̄ mihi, & [illegible]et: Reddidi te fr̄ib⁹ tuis:
nõ morieris ĩter extraneos: ſed ĩter tuos.
Tãtis ſiqdē laborib. & dolorib⁹ affect⁹
ſum, ut ſępe tędeat me ēt uiuere. Hūanū
autē dico p̱p ĩfirmitatē nr̄am. Deſidero
differri uſqꝫ dū reuertar ad uos, ut ñ mo
riar niſi ĩter uos. De cętero frēs, bõas fa-
cite uias ur̄as & ſtudia ur̄a, q̄ recta, quę
honeſta, q̄ ſalubria ſūt cõſtituētes & te
nētes, añ oĩa ſoliciti ſeruare unitatē ſpūs
ĩ uinculo pacis: et de⁹ pacis erit uobiſcū.

Ad Burchardum Balernenſem abbatem,
Epiſtola 146.

IGnitū eloquium tuū uehemen-
ter, & ignitū illo igne, quē dñs
miſit in terrã. Legi illud, & con
caluit cor meū intra me. Bñdixi illi for-

naci de qua hmõi ſcintillæ euolaſſent.
Nõne cor tuũ ardẽs erat in te cum iſta
dictabas? Bonus hõ de bono theſauro
ſuo ꝓfert bona. Si laboraui in te, uti tu
humiliter memoras, nõ me piget. Araui
in ſpem profecto percipiendi fructus, et
ſpes nõ confundit. En de fructu operum
meorꝫ ſatiãtur uiſcera mea in terra alie-
na. & ſentio ipſo meo experimẽto ſemẽ
meum non ſecus uiam, non ſup lapides,
non inter ſpinas, ſed in terram bonã &
optimam cecidiſſe. Et ſi cum parerem,
triſtitiam habui, iam non memini pſſurę
præ gaudio, quia natus eſt infans in mũ
do. Infans dixerim malitia, nõ ſenſu: quẽ
poſſet ſaluator præponere ſenibus ad
Matth. 18. a imitandũ, denuo dicens: Niſi conuerſi
fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non
intrabitis in regnũ cœlorꝫ. Infans qui di
Psal. 118. n cat: Sup ſenes intellexi, qa mandata tua
q̃ſiui. Qui dicat: Adoleſcẽtul⁹ ſum ego
& contemptus, iuſtificationes tuas nõ
ſum oblitus. Confiteor tibi pr̃ dñe cœli
& terræ, qa abſcondiſti hæc à ſapienti-
bus & prudẽtibus, & reuelaſti ea par-
uulis. Ita pr̃: qa ſic placitũ eſt añ te. Tuo
placito ſunt id qđ ſunt, non ſuo merito.
Nec. n. inuenis merita: ſed p̃uenis. Oẽs
peccauimus, & egemus p̃ueniri. Tu er-
go frater, agnoſce te p̃uentũ, & p̃uentũ
in benedictionibus dulcedinis: nõ à me
qui nihil ſum, ſed ab illo q me ut de tua
te ſalute monerẽ, aſpirãdo p̃uenit. Nam
ut multũ mihi tribuas, plãtator ſum, ri-
gator ſum: abſqꝫ illo tñ qui incrementũ
dat, qd ſum? Ipſi te in omni humilitate
ſubijcias, ipſi tota deuotione inhæreas.
Me uero utere eius ſeruo, conſeruo tuo,
comite in uia, cohærede futuro in pr̃ia,
ſi tñ ſtudioſiſſime impleuero miniſteriũ
ad qđ tibi miſſus ſum: idq́ꝫ quantum in
me eſt effecero, ut hæreditatem capias
ſalutis. Ad ea de quibus queſtus es, ita
reſpondeo: Neceſſitates tuas ut meas
portabo cum uenero.

Ad Petrum abbatem Cluniacenſem,
Epiſtola 147.

d Omino & patri reuerẽdiſſimo
Petro Cluniacenſi abbati, ſuus
Bernardus, qđ ſuus. Viſitet te oriens ex
alto, ò bone uir, quia uiſitaſti me ĩ terra
aliena, & in loco peregrinationis meæ
cõſolatus es me. Bñ feciſti, intelligẽs ſu-
per egenũ & pauperẽ. Abſ̃s eram, & ab
ſens ẽt longo tp̄e, & recordatus es noĩs
mei, hõ magnus, & occupatus ĩ magnis.
Bñdictus ſctũs angelus, qui pio pectori
tuo id ſuggeſſit. Bñdictus deus nr̃ q per
ſuaſit. En teneo, uñ glorier apud extra-
neos, lr̃as tuas, & illas lr̃as; ĩ quibus tuã
mihi animã effudiſti. Glorior ꝙ me ha-
beas nõ modo in memoria, ſed ẽt in gra
tia. Glorior priuilegio amoris tui, refe-
ctus ſum de abũdãtia ſuauitatis pecto-
ris tui. Non ſolũ aũt: ſed & glorior in tri
bulationibus, ſiq̃s dignus habitus ſum
pro eccleſia pati. Hæc planè gl'ia mea,
& exaltans caput meũ, eccleſiæ trium-
phus. Nã ſi ſocij fuimus laboris, erimus
& conſolationis. Collaborandũ fuit &
compatiendũ mr̃i, ne & de nobis q̃rere
tur dicens: Qui iuxta me erant, de lõge
ſteterunt, & uim faciebant qui q̃rebant Psa. 37. b
animã meã. Deo aũt gr̃as qui dedit ei ui
ctoriam, honeſtauit eã in laboribus: &
cõpleuit labores illius. Triſtitia nr̃a in
gaudiũ, & luctus nr̃ uerſus in citharam
eſt. Hyems trãſiit, imber abijt & receſ-
ſit, flores apparuerũt in terra nr̃a, tp̄s pu
tationis aduenit, amputatũ eſt ſarmẽtũ
inutile, putre mẽbrũ. Ille ille iniquus qui
peccare fecit Iſrael, morte abſortus ẽ, &
traductus ĩ uẽtrẽ inferi. Fecerat quippe
ſcđm ꝓphetã pactũ cũ morte, & cũ in Esa. 28. d
ferno fœdus inierit. Ideoq́ꝫ, iuxta Eze-
chielẽ, factus eſt pđitio, & nõ ſubſiſtit ĩ
æternũ. Alius quoqꝫ omniũ ſicut maxi-
mus, ita & peſſimus inimicus, abſciſſus
nihilomin⁹ ẽ. Et is erat un⁹ ex amicis ec-
cl'ię: ſed illis de qb. ſolet q̃ri & dici. Ami
ci mei & ꝓximi mei aduersũ me appro-
pinq̃uerũt & ſteterũt. Siq reſtãt, cito ſpe-
ramus de ſil'ib. idẽ iudiciũ. Propè eſt ut
reuertar ad frẽs meos: ſi uita comes fue-
rit, ꝑ uos ſicut intẽdo trãſiturus. Interim
cõmẽdo me ſctis orõnib. ur̃is. Salutam⁹
fratrẽ H. camerarium, & oẽs q circa uos
ſunt, cum reliqua ſancta multitudine.

Ad

Ad eundem, Epiſtola 148.

d Omino Petro abbati Cluniacẽ
ſi Ber. humile dilectionis obſe-
quium. Lectis lr̃is ueſtris lętat⁹
ſum in eis, ꝙ tantillum uidelicet tantus
ĩn bñdictionibus dulcedinis p̃uenire cu
raſtis. Cæterꝫ uidendi nos inuicem, &
colloquẽdi pariter, qm̃ dignum iudica-
tis, qñ ſe offeret illa opportunitas, qñ
cõueniens locus, qñ iuſta occaſio? Hæc
ĩterim paucis ueſtris pauca reddidim⁹,
ampliora libenter donaturi, cum ea uo
bis oneroſa non fore cognouerimus.
Alioquin qñ hocipſum auderet noſtra
puſillitas, niſi daret ad dignitatem ue-
ſtram acceſſum ueſtræ dignationis hu-
militas?

Ad eundem, Epiſtola 149.

q Vàm nolim fieri qđ ur̃æ putem
obuiare reuerentiæ, credo ſyn-
ceritatem ur̃am non latere. Ea
fiducia ſuggerere uobis nõ dubito, qđ
ſuggerendũ ur̃. De monaſterio ſcti Ber
tini uellem uos moderati⁹ agere, q̃ꝫ cœ-
piſtis. Nã & ſi hoc uob̃ in pace ſubijce-
re, & abſqꝫ omni contradictione poſſe-
tis, ne tunc quid ur̃a referret uideo. Ne-
que. n. crediderim uos delectari hono-
re, cum tanto onere. Nũc uero cum nec
abſqꝫ magno labore uẽdicare uobis p̃-
ſatum monaſteriũ, nec in pace, ut aiũt,
queatis poſſidere: honeſta uobis (ut mi-
hi ur̃) præbetur quieſcẽdi occaſio, timor
inquietandi.

Ad dominum papam Innocentium, *Epiſtola* 150.

f Anitas capitis redundet in mẽ-
bra. Vnguentũ qđ deſcendit in
barbã de capite, extrema quo-
que fimbria ueſtimẽti participet. Si per
cuſſo paſtore diffugerãt oues, ũalẽte &
incolumi ſecure reuertanẽ ad paſtũ. Qđ
dicimus, hoc eſt: de gloriæ ur̃æ crebris
ſucceſſibus, creber nũcius lætificat ciui
tatem dei. Iuſtũ ꝓinde eſt ut ur̃a proſpe
ratio, eccleſiæ roboratio ſit: & cũ exal-
tat deus electũ de plebe ſua, ipſa quoqꝫ
ſe ſentiat exaltari, ac de roboris incre-
mẽto fortiorẽ agnoſcat. Nã ſi cõpaſſa
eſt, & cõregnare debet. Sic dignũ uob̃,
ſic nob̃ neceſſariũ. Quid. n.? Si in timore
& anguſtia æq̃tatis uigor non languit,
nõ tepuit feruor, modo cedimus cũ ap-
propinquamus ad palmam? Quæ emi-
nuit in infirmitate, in ſublimitate uirtus
ſuccũbet? Quàm nẽpe in manu ualida
ordinatũ eſt nobile illud monaſterium
Virziliacẽſe? Nec inſanis ꝑfecto tumul
tibus armatæ plebis, nec effręni furẽtiũ
atqꝫ obſtrepentiũ ueſaniæ monachorꝫ,
nec qđ his fortius fuit, copijs mãmonæ
cedendũ putauit, uel ad modicũ apl'ica
celſitudo. Quid apud ſctm̃ Bñdictum?
Nunqd regia indignatio prohibere po-
tuit ſpm̃ libertatis accẽſum atqꝫ accin-
ctũ aduerſus carnẽ & ſanguinẽ? Sic ſan-
cti Meminij, ſic ſancti Satyri, miro mo-
do eccl'iæ immutatæ ſunt, & de ſynago
ga ſatanæ reſtitutæ ſunt in ſanctuarium
dei, uellẽt nollent oẽs iniq̃ agentes ſup-
uacue. Sed nec Leodij ceruicibus immi
nens mucro barbaricus compulit acq̃e
ſcere importunis improbisq́ꝫ poſtula-
tionibus iracundi atque iraſcẽtis regis.
Quis uerò dignis efferat laudibus, qđ
nouiſſime diebus iſtis de manu poten-
tis, eminus licet, emiſſum eſt in turbato
res eccleſiæ Aurelianenſis? Reuera nũc
ſagitta Ionathę non abijt retrorſum, &
haſta eius non eſt auerſa. In quo tamen
uerbo rex quidem turbatus eſt: ſed non
omnis Hieroſolyma cum illo. Magis
autem mitigauit omnem iram ſuam &
ipſe tãdem. Erubuit ſiquidem & timuit
fruſtra armari aduerſus dñm, & aduer-
ſus Chriſtũ eius. Hinc prorſus eleuata
eſt magnificentia tua ſuper cœlos: tãtũ
ut laudabile principium condigno exi-
ta perornetur. Quod quidem uniuerſi q
uos amant, uehementer expectant: idq́ꝫ
flagitant maturari. Sanè ſil'i zelo, & in
manu ęqꝫ potenti, eccleſię Turonenſi iã
iamq́ꝫ ſubuenire neceſſe eſt. Alioqn pro
pè interitũ eſt & ipſa, niſi cito feratis au
xilium. Reuixit (ut aiunt) Gilberti ſpũs ĩ
Philippo: ipſius planè & nepote carnis,
& hęrede ambitionis. Quanta nempe
dominandi cupiditate & iſte iuuenis
inardeſcat: indicat mr̃is ſuę eccl'ię diutur

nus & miſerabilis cruciatus: quo pene
eā euiſcerat miſer,ut ſe parturiat in hono
rē. Eſt tñ authore deo eius tergiuerſatio
nibus finis tandem impoſitus: ſi tñ qđ
dictante iuſtitia, & compellēte malitia,
& pace ꝓuocāte in eũ actum eſt: apl̄icę
authoritati ratũ hr̄e placuerit. Abſit au
tē ut cōfundat fideles ſuos benigna ma
ieſtas: qbus idem negociũ dignũ duxit
cōmittere terminandũ. Abſit, abſit ut
ſæua ambitio refugiũ hēat apud innocē
tiæ defenſorē. Hoc ipm̄ quantę audacię
eſt qđ tentat, quātæ dementiæ qđ ſpe-
rat? Semel & ſcđo iam apl̄ici cōtēptor
mādati, iuſtitiā ſubterfugit: & nunc im-
pudētiori temeritate audet denuo nihi-
lominus tantæ ęquitatis uultibus pñta-
ri? Cui obſcuꝝ eſt q̄ impie cogitet ī mā
monæ uiribus turrim fortitudinis oppu
gnare: hō q de iuſtitia penitus non p̄ſu-
mit? Sed ſecuri ſumus. Siquidē q tentat:
Innocentius eſt, & filius iniqtatis nō ap-
Pſal. 88.d ponet nocere ei. De cætero memoriam
abũdantiæ ſuauitatis tuæ dulciſſime pr̄
dũ ſuſpiramus: p̄ſentiā dulciter inuicem
eructamus: qa caremus illa, in iſta cōſo-
lamur. Hæc ſedula cordibus: hæc oribꝰ
frequens eſt. Sal eſt in omni ſermone:
aures mulcet: dulcorat ora: corda re-
creat & inflāmat. Celeberrima eſt ī cō-
uentibus ſctōꝝ: colloqa condit: impin-
gat preces: ad orandũ ſolicitat. Oramꝰ
& nũc ſoliciti pro uobis & ueſtris, ut æ-
terna memoria dignos uos ipſa æterni-
tas hēat: cui & pro qua temporal̄r labo
ratis. Amen.

Ad Philippum Turonenſis eccleſiæ electum, Epiſtola 151.

d Oleo ſuper te Philippe chariſſi
me: ſed q̄ſo te ne rideas dolorē
meum. Nā ſi tibi minime uide-
ris forſitā eſſe dolēdus: ideo magis do-
lendus. Tu uideris qd de te ſentias: ego
te arbitror omni lachrymaꝝ fonte plā-
gendum. Dolor meus non eſt dignus
ſubſannatione, ſed cōpaſſione: qa dolor
meus nō eſt de carne & ſanguine, nō de
amiſſione reꝝ perituraꝝ, ſed de te ô Phi
lippe. Nō potui expreſſius demōſtrare
magnitudinē cauſæ doloris. Philippus
eſt in cā. Cũ hoc dico, grauē eccleſię ꝓ-
nuncio luctũ: q̄ te aliqñ ſuo gremio con
fouebat, germinātē ſicut liliũ: florētē do
nis innumeris. Quis tũc tp̄is nō clama-
bat, bonæ ſpei iuuenē: bonę indolis ado
Thre. 4.a leſcētē? Sed heu mutatus eſt color opti
mus. A quanta ſpe decidit Francia: q̄ te
genuit & nutriuit. O ſi cognouiſſes &
tu. Tu, inq̄, ſi apponeres ſciam, appone
res & dolorē, & dolor tuus faceret ne
nr̄ omniũ eſſet infructuoſus. Procederē
ſi ſequerer ſpm̄ meũ: ſed nolo proferre
plurima in incertũ, & eſſe quaſi aerem
uerberās. Sed hæc ſcripſi ut nr̄m utcũq̄
erga te affectũ cognoſceres, & ut nos
ſcires eſſe in ꝓximo, ſi forte deus inſpi-
raret tibi nr̄m curare colloquiũ, et opta
tam nobis tui uelles exhibere p̄ſentiam.
Sumus. n. Viterbij, & te morari in urbe
audiuimus. Dignare reſcribere nob̄ qc-
quid illud ſit qđ de his lr̄is corde conce
peris, ut ſciamus qd faciendum ſit nob̄,
plus uidelicet minus'ue dolendũ. Qđ ſi
oīa cōtemnis: & in nullo nos audis: ego
quidem fructum non perdam literaꝝ:
quæ ex charitate procedunt: ſed tu de
contemptu ante tribunal terrificum re-
ſpondebis.

Ad dominum papam Innocentium pro Trecenſi epiſcopo: Epiſtola 152.

i Nſolētia clericorum, cuius ma
ter eſt negligentia epiſcopoꝝ,
ubique terrarum turbat & mo-
leſtat eccleſiam. Dāt epiſcopi ſanctum
canibus, & margaritam porcis: & illi
conuerſi conculcant eos. Merito qua-
les fouent, tales & ſuſtinent. Quos di-
tant eccleſiæ bonis, non corrigunt eo-
rũ mala, maloſq̄ grauati portant. Alie
nis nimirum laboribus locupletantur
clerici: comedunt fructum terrę abſque
pecunia: & prodit quaſi ex adipe iniqui
tas eoꝝ. Quos propriè hodieq̄ reſpicit Pſal. 72.a
uetus illa ſcriptura: Sedit populus mā-
ducare & bibere, & ſurrexerunt lude-
re. Mens quippe aſſueta delicijs, nec ex Exo. 32.a
culta diſciplinæ ſarculo: multas contra
hit ſordes. Porrò inueteratam rubigi-

nem ſi tentes abradere: nec ſummis ſal-
tē digitis contingi patienť, ſed ſicut ſcri-
ptum eſt: incraſſatus eſt dilectus, & re-
Deut. 32.b calcitrauit. Inſurrexerũt teſtes iniq: ho-
mines quos delectat uitā ſemꝑ alienam
rodere: negligere ſuā. Supplicat puer ue
ſter pro eo cuius in hac diſcordia (ſi nō
fallor) tota culpa ē, q̄ culpas redargue-
rit clericoꝝ. Hæc pro ep̄o. In reliquo ꝓ
me ſatisfacio. Scripta dignationis ur̄æ
quibus me uenire ad uos cũ iubere poſ
ſetis, rogare dignātiſſime maluiſtis: no-
rit paternitas ur̄a ad me ante natiuitatē
ſanctę Marię minime ꝑueniſſe. Itaq̄ nō
dico: Iuga boũ emi quinque, aut uillam
emi: aut uxorē duxi: ſed planè (qđ et uos
non ignoratis) paruulos lactare me fa-
teor: & ideo q̃uo ſine graui ſcandalo
ac periculo ipſorum uenire poſſim, non
uideo.

Ad Bernardum de portis de ordine Cartuſienſi, Epiſtola. 153.

p Etis inſtanter: & ego cōſtanter
abnuo, ſed parcens mihi, non te
ſpernens. O utinam tuo ſtudio
ingenioq̄ dignum aliqd elaborare poſ
ſem. Lumē oculoꝝ meoꝝ, & ip̄am quo
que aīam, ſi fieri poſſet, partirer tibi ami
ce chariſſime: & in Xp̄i uiſceribus mihi
potiſſimũ in omni plenitudine dilectio-
nis ſpũal̄r amplectende frater. Cęteꝝ
ubi ingeniũ: aut qñ ocium mihi ſufficiēs
ad id qđ petis? Neq̄. n. leue qd aut uile,
& quod nos poſſumus, poſtulare uide-
ris. Minime qppe pro minimis ſic inſta
res. Nā uolũtatem tuam & curā in hoc
ſatis prodũt crebrę epl̄ę tuę, & uehemē
tior ſpũs eas animās. Nimirũ ꝑinde q̄-
to id curioſius uelle te ſentio, tāto crede
mihi ſcrupuloſiꝰ acqeſco. Cur hoc? Ne
magna uidelicet expectāti, ridiculũ ꝓ-
ducā murē. Hoc uereor, & hęc cā cũcta
tionis meę. Et qd mirum ſi uereor dare:
qđ edere uerecũdor? Inuitus fateor prę
beo: qđ me exiſtimem non tā edere ꝓ-
futurum: q̄ prodnendũ. Quis ere cōtem
ſanè dare uelit, qđ dediſſe dedeceat: ac
cepiſſe nō poſſit? Libēs do, inuitus ꝑdo.
Scimus qm̄ ſperanti grādia, modica mi
nus grata uenire ſolent. Qđ aũt non ue
nit gratum: perditũ eſt: non datũ. Tibi
ſtudij eſt, utpote ocioſo & uacāti, unde
cũq̄ perqrere incētiua igni quo ardes:
ut ardeas magis, & impleas uoluntatē
dñi tui dicentis: Et quid uolo niſi ut ar-
deat? Laudo ſed ſi illic ea quęras, ubi te Luc. 12.f
fruſtratũ poſtmodũ nō queraris. Erras
ſi apud nos quęris. Ego potius illa abs
te mendicare debuerim. Scio qdē dare
q̄ accipe beatius eſſe, ſed ſi detur qđ dā
ti honeſtũ, accipienti utile ſit: quale uti-
que penes me qcq̄ eſſe penitus neſcio.
Qđ aũt habeo, uereor ſi in mediũ uene
rit: ne te quoq̄ optaſſe illud pudeat, pœ
niteat poſtulaſſe. Sed qd? Nō meliꝰ nos
apud te tuipſe excuſabis? Tui tibi certe
fidē oculi faciant. Cedo importunitati
tuę: ut uel exhibitio tollat ſuſpicionem.
Res eſt cum amico. Non parco iam ue-
recũdię, ꝓrſus dum fiat qđ tu uis: inſi-
pientię meę nō memorabor. Sermones
paucos in principio Cāticoꝝ Salomo-
nis recens dictatos, en facio tranſcribi:
& tibi cũ necdũ ediderim, quamcitius
mitto. In quo ope cũ accepo tp̄s (Xp̄o
impante curis) tētabo ꝓcedere: ſi tñ me
inde conſortes. Dñm & patrem noſtrũ
priorem ur̄m cum cęteris fratribus, per
te deuote ſaluto, & propitios hr̄e apud
deum corde humili ſupplico.

Ad eundem, Epiſtola 154.

d Iſſimulare non ualeo triſtitiam
cordis mei: nec patior ultra late
re te cruciatum quē patior Ber
narde chariſſime. Memor antiquę meæ
promiſſionis, propoſitum habui & de-
ſiderium magnum tranſire per uos: reui
ſere quos diligit aīa mea: itineri meo ſo
latium: laboribus leuamen: peccatis re-
medium poſtulare: & culpis meis exigē
tibus factũ eſt non ut nollem, ſed ut nō
poſſem. Pœnā ſiquidē hoc agnoſco cul
parũ: non culpam. Certus ſis hō dei mi
nime ꝓrſus amici fuiſſe incuriam, non pi
gritiā: nō negligentiā, ſed cauſam obſti-
tiſſe planè nō negligendam, & cauſam
dei. Nihilominꝰ tñ ꝟmis iſte cōtinue ro
dit me, & dolor meꝰ ī cōſpectu meo ſꝑ. Pſal. 37.b

Et quidẽ al's ſatis tribulor, ſed ut uerꝝ fatear, in nullo æq̃. Vincit labores itineris, caloris incõmodũ, curarꝝ anxietates. Ecce apui uulnus amico: tua frĩ iter- eſt cõpati mihi, hoc eſt portare mecum qđ patior, ut releuer ego. Tuas & ꝑ te ſctõꝝ cũ q̃bus es orõnes ſupplex flagito. Sermones ſuꝑ principia Cãticorum quos tu petiſti, & ego ꝓmiſerã, trãſmitto tibi. Quibus lectis peto ut q̃ citius opportune poteris, tuo reſcripto moneamur uel ad procedendum, uel ad ſuperſedendum.

Ad dominum papam Innocentium pro eodem quando electus eſt. Epiſt. 155.

d Ilectũ deo & hoĩb. Bernardum de portis pr̃ uenerãde, uocatione ur̃a cogi ad opus et onus ep̃ale audiuimus. Probabilis res, ac digna plane ur̃o apl'atu, ponere in lumine lumẽ abſcõditũ: ne ſibi ſoli uiuat, q̃ et alios ad uitã trahere poſſit. Vſquequo nãque latet & ardet tantummodo q̃ & lucere ualet? Leuet̃ ſi placet ſuꝑ candelabrũ, ut ſit lucerna ardẽs & lucẽs: ſed ſanè ubi ñ ꝓualeat uis uentorꝝ: ne forte (qđ abſit) extinguat̃. Siquidẽ inſolẽtia Lõbardorꝝ & inq̃etudo eorꝝ cui non eſt nota? Aut cui magis q̃ uob̃? Nob̃ meliꝰ noſtis quã ſit ille ep̃atus diſſipatus: quãque domus exaſperans. Quid putamus eſſe facturꝝ iuuenẽ uiribus corꝑis fractum, & q̃etis eremi aſſuetum: in ppl'o barbaro, tumultuoſo, ꝓcelloſo? Q̃n poterit cõuenire tãtæ ſanctitati, & tãtæ ꝑuerſitati: tãtæ ſimplicitati, & tantæ doloſitati? Reſeruet̃ ſi placet cõgruẽtiori loco: atq̃ alteri ppl'o: cui ſic ꝓſit ut ꝓſit, & feſtinatiõe nõ pereat fructus quẽ poterit dare in tꝑe ſuo.

Ad eundem pro clericis Aurelianenſibus.

Epiſtola 156.

u Vquequo miſera illa Aurelianẽſis eccleſia in caſſum uiſcera pulſat pr̃is orphanorꝝ, & iudicis uiduarꝝ? Quippe iacet iã olim in puluere uirgo nobilis Iſrael, nõ ſolũ uiduata uiro, ſed & charis orbata pignorib. Proh dolor, nõ eſt q̃ ſubleuet eã. Quouſq̃ & filios nõ dimittitis cũ mr̃e miſera clamãtes poſt uos? Illos dico q̃ amiſſis rebus & domibus, capitibus ſuis refugiũ ſolũ iuenere diffugiũ. Quid tardat intrepida manus: nullis hactenus uel negata opp̃ſſis, uel remiſſa ꝓſumptoribus? Quid tardat (inq̃) afflictos eripe de manu fortiũ, & reddere retributionem ſuꝑbis? Et ſi tardat: nõ derelinq̃t uſquequaq̃. Oportet magis dilatũ auxiliũ tãdẽ uenire ualidius, & ſubuenire perfectius. Illa ſit, ſi placet, moleſtæ tarditatis recõpẽſatio, ut & qui apl'ica patientia ſuperbe abuſi ſunt, nihil inde in fine lucrentur: & qui in uerbo ueſtro patienter paſſi ſunt, minime eos ſuæ quandoque pigeat patientiæ.

Ad Haimericam pro eiſdem. Epiſt. 157.

ſ Peciali amico ſuo Haimerico, dei gratia diacono cardinali, & apoſtolicę ſedis cancellario: frater Bernardus de Claraualle: luce ſapientiæ & uirtutis clareſcere. Niſi q̃a ueſtram noui & circa afflictos compaſſionem: & contra proteruos indignationem: opportune importune inſtarem uobis pro magr̃o Vuilhelmo Maudunenſi & ſocijs ejus: compellerem uos aduerſus oppreſſores et calumniatores eorꝝ. Nunc aũt ſufficiat memoraſſe: ueſtrum eſt opere probare cito qđ reuera ſufficiat.

Ad dominum papam Innocentium ſuper interfectione magiſtri Thomæ prioris ſancti Victoris Pariſienſis,

Epiſtola 158.

a Mantiſſimo patri & domino Innocentio ſũmo pontifici Bernardus Claręuallis abbas indiguus minimum id quod eſt: & quod poteſt in domino. Fera peſſima quę deuorauit Ioſeph, canum noſtrorum importunitatem non ferens, ad ueſtrę dicitur defenſionis auxilium confugiſſe. Ia quantam miſera deueuit amentiam: ut uaga & profuga & tremens ſuper terram, illuc potiſſimum fugam inierit: ubi plus timere oportuit. Sceleratiſſime, tu ſummæ æquitatis ſedem putas eſſe ſpeluncam latronum, aut cubile leonum?

Tu filij recentẽ adhuc cruorẽ ore rabido ac ferali ſpumans & maſticãs, fugis ad ſinũ mr̃is, pr̃is audes apparere cõſpectibus? Tñ ſi pn̄iam petit, neganda ei nõ eſt. Qđ ſi audientiã: accipiat illã ſi placet, quam uel Moyſes indulſit ppl'o añ conflatile curuãti genu: uel Phinees fornicãti Iſraelitæ: uel Mathathias dæmonibus immolanti: uel certe ut uobis de ur̃is aliquem ꝓponamus, quã à btõ Petro Ananias & Sapphira meruerũt: quã deniq̃ audientiam dedit negociantibus in templo ſaluator. An ignoramꝰ quorundã pctã pręcedere ad iudicium? Nõne uox ſanguinis fr̃is tui clamat aduerſum te de terra? Credimus & noſtri martyris ſpm̃ quẽ nouiſſime diebꝰ iſtis tua crudelitas morti dedit: cum cæteris aĩabus interfectorꝝ, uoce ualida ſub altari clamare & flagitare uindictã: eoq̃ inſtantius, quo recentius ipſius ſanguis effuſus eſt ſuꝑ terram. Sed nunq̃d ego, inq̃t, occîdi eum? Nõ utiq̃ tu: ſed tui, & ꝑꝑ te. An & per te, uideat deus & iudicet. Si excuſabilis tu es, cuius dentes, arma & ſagittæ: cuius lingua gladius acutus: ꝓinde nec Iudæi Xp̃i de morte culpandi ſunt: q̃ppe & ipſi manus cõtinuere cauti. Ob illicitas exactiones quas ſibi occaſione archidiaconatus in preſbr̃os minime iã ut cõſueuerat uſurpare liceret: beati utiq̃ Thomæ obuiãte zelo atq̃ induſtria; utpote iuſtitiæ amatoris & defenſoris: oderat illum, & mortẽ ei iam ipſo odio homicida minitari ſolebat. Multi ſe audiuiſſe nũc perhibẽt: q̃bus diſcredendũ non eſt. Poſtremo nepotes eius ut impias manus in ſctm̃ dñi mitterent: quid aliud unq̃ aduerſus eũ habuerint: ipſe certe dicat, ſi põt. Si ergo iſte q̃ cã, q̃ incentor, qui ẽt (ut omniũ penè ſuſpicio eſt) extitit & dictator facinori: ſi is, inq̃, impune ferat (quod utiq̃ mira impudentia de ur̃a apl'ica authoritate ꝓſumit) quãta putamus impunitas iſta in eccleſia parturiet puniẽda? Vnũ è duobus fore neceſſe eſt: aut nullos ex nobilibus ſiue potentibꝰ ſcđm hoc ſcl'm admitti deinceps ad honores eccleſiaſticos: aut paſſim ad omne illicitum permitti libere clericos ſacris abuti officijs: ne forte ſi quiſpiã zelo dei accẽſus ꝓhibere tentauerit, ferro illico militari reus iuſtitiæ trucidet̃. Atq̃ ita q̃d ſpũali gladio: q̃d cẽſurę eccleſiaſticæ: q̃d Chriſtianæ legi & diſciplinæ: q̃d reuerẽtiæ ſacerdotali: quid deniq̃ diuino timori relinq̃tur: ſi metu potentiæ ſcl'aris, nullus mutire iam audeat contra inſolentiam clericorꝝ? Quid. n. inſolentius, quid'ue indignius in eccleſia eſſe põt: q̃ ut ſibi q̃ſque eccleſiaſticas uendicet dignitates feritate armorꝝ, nõ morꝝ ꝓbitate? Quamobrem dñe pr̃ aliquid, ut uidetis, ꝓrſus decernendum in hoĩem qđ eccleſię proſit, ut ſalus facta hoc tꝑe per uos transfundatur in poſteros: & cognoſcat gñatio altera, non ſolum quod fuit ꝓſumptum, ſed & qualiter ultum. Alioquin ſi ſerpat uenenum: nec ſequatur pariter & antidotum: multos (quod abſit) habeat perimere.

Ad eundem in perſona Stephani Pariſienſis ep̃i: unde ſupra, Epiſt. 159.

p Iiſſimo patri Innocẽtio ſummo põtifici: Stephanus miſerandus ep̃s eccl'iæ Pariſiẽſis: miſericordiã & iudiciũ. Vir religioſus prior ſancti Victoris magr̃ Thomas ĩ obſeq̃o charitatis: in itinere qđ indixerat pietas: in oꝑe ſctõ: in ſctõꝝ comitatu: ĩ dñico die: certe ĩ ſinu meo & inter manꝰ meas crudel'r ab impijs ꝓ iuſtitia excerebratus ẽ, factꝰ obediẽs uſq̃ ad mortẽ. Nũc opus eſt ꝓce: ubi pietatẽ meliꝰ in ſilẽtio lacrymæ ꝓuocãt: & ſingultus q̃ interrumpit ꝓcẽ, exprimit affectionẽ. Hæc planè cõpaſſionẽ uerã etſi nõ poſtulãt: merentur tñ: utpote q̃ uerꝝ indicãt ꝓdũtq̃ dolorẽ, & ſimulationis fugãt ambiguũ. Puto ꝓinde ſufficere mihi ad incutiẽdã pr̃nis uiſcerib. calamitatẽ quã patior: rẽ ut eſt ſimpl'r intimaſſe. Triſtis flebiliſq̃ hiſtoria ſatis ꝑ ſe agit: ꝓſertim apud uos: & ſuaſorijs fucari nõ indiget. Exitꝰ aquarꝝ deducite oculi mei: q̃m dereliq̃t me uirtus mea: & lumẽ oculorꝝ meorꝝ, & ipm̃ non eſt mecũ. Nec. n. illũ lugeo: ſed me.

Pſal. 118.

Pſal. 37.b

Nam ille quo pacto lugeat̃,q mortis p̃cioſæ compendio tranſiuit ad uitam? Quis illum non magis laudibus q̃ꝫ fletibus proſequatur:cui uiuere xp̃s fuit,mori eſt lucrum?Ep̃i nomen ego gerebam: ille exercebat opus.Honore ſpreto: onꝰ totis uiribus ſupportabat.Idcirco ille re uera mortuus ad uitã:ego uiuus in morte.Ille mortis uincula nõ incidit:ſed euaſit:& ecce circundant me dolores mortis,& torrẽtes iniquitatis cõturbãt me.
Pſal. 17.a Ego igitur ego miſer:ego miſerandus in morte tua mi fr̃ dulciſſime Thoma:blãdo(heu)ablactatus ſolatio:cauto priuatus conſilio,&certe tuto patrocinio deſtitutus.Expediebat me magis mori ꝓ te:q̃ꝫ poſt te uiuere. Propter hoc defecit in dolore uita mea,& anni mei in gemitibus.Condolet mihi eccleſia:ſed dolet & pro ſe.Cõe damnum:cõis deſolatio eſt:mecum oĩs religio plorat:paternam pariter implorat conſolationẽ. Si Theobaldus Noterius adierit uos: ſentiat uel ipſe in ſe qm̃ exaudiuit dñs uocẽ fletus mei.Nepotes ipſius,authores extitere ſceleris:ipſe cã.Vtrũ & dictator:i q̃õne eſt.Non attendatis ad uerba eius, donec ueniat qui mittendus eſt: qui uobis plenius inſinuãs ueritatem: cautum faciat à labijs iniquis & à lingua doloſa.

Ad Haimericum cancellarium in perſona eiuſdem epiſcopi: unde ſupra, Epiſt. 160.

d Omino Haimerico chariſſimo uenerabili ſanctæ Romanæ eccleſiæ diacono cardinali &cancellario:ſuus Stephanus Pariſienſis qđ dño & amico. Amicus in neceſſitate ꝓbat̃.Qđ dico,nõ quia de ſanctitate dilectionis ur̃æ dubitem:ſed ne cõtingat ut dubitẽ. Continget aũt ꝓculdubio: ſi zelum illũ ur̃m modo (qđ abſit)diſſimulare cõperero. Porrò diſſimulationis id mihi argm̃ inexcuſabile fore noueritis, ſi Theobaldum Noterium non recipe pro meritis quacunq̃ꝫ occaſione contigerit: qui dimidium aĩæ meę nepotum ſuoꝝ manib.crudeli ambitione p̃cidit: ſoli cruciatui parte reliqua reſeruata.

Ad dominum papam Innocentium, unde ſupra: Epiſtola 161.

u Ox ſanguinis Archebaldi ſubdecani Aurelianenſis inualuit. Nã ecce(ꝓh dolor)iuxta ꝓphetã:Sanguis ſanguinẽ tangit,& fil' iuncti Oſee. 4.a fortius clamant ad uos de Frãcia. Clamat,inq̃ꝫ,et uociferat̃ uterq̃ꝫ ſanguis clamore tam ualido,ut ualeat ip̃m quoque palatiũ cœleſte concutere, tã pio ut & ſaxea pectora debeat emollire.Quid facis amice ſp̃õſi:cuſtos ſponſæ Xp̃i: paſtor ouiũ Xp̃i? Putas'ne ſufficies excogitare remediũ qđ huic obuiet peſti tã nefandæ,tã inauditę?Id ſanè neceſſe eſt inueniri,qđ de recenti, eccleſiæ uulneri imp̃ſentiaꝝ medelã afferat: & poſteris ualeat ad cautelã. Ergo accingere gladio tuo ſuper femur tuũ, potentiſſime. Si nõ ſteterit & nũc Phinees &placauerit:non ceſſabit quaſſatio. Si,inq̃ꝫ,uigor eccleſiaſticus pepcerit iſtis: Ioãni dico & Theobaldo Noterio: quoꝝ & ſi nõ manu,aſſenſu certe,forte & iſtinctu ſanguis innoxius effuſus eſt ſup terram: qs non uideat quid ſequat̃? Quãtos in clero hoꝝ impunitas contra ius &phas faciet promoueri:metu utique ſuorũ:non ſuę merito ſanctitatis?Nouis morbis:nouis obuiandum eſt medicamentis. Vtiliſſime,ut multis uidetur, iuſtiſſiméque eos apoſtolica falce ab omni ſuccideres eccleſiaſtica dignitate: ita ut habitis careant, & de cætero ad alias non aſſurgant.

Ad Haimericum cancellarium pro eodem, Epiſtola 162.

f Requentem & amicabilem recordationem qua dñm ep̃m Pariſiẽſem cõmendare ſoletis,ego poſtmodũ ipſi frequẽter teſtatus ſum. En à uobis exigitur non uerbo aut lingua,ſed opere & ueritate probare nec me fuiſſe fallacẽ:nec uos mẽdacem. Sic ur̃a intereſt,non ſolum ꝑꝑ ep̃m: ſed & propter alios amicos ueſtros: qui uob pro certo grauiter,ſi quo modo præter ſpem procedere cauſam cõtingeret:turbarentur.

Ad Ioannem Cremenſem cardinalem presbyterum, de eodem. Epiſt. 163.

d Ilectionem & dignationem,q̃ me amplecti à uobis nullius dignitatis homuncio ſenſi:in æternum non obliuiſcar.Pñiam & cõuerſionem ur̃am de qua iam angelis collætatus ſum & condelectatus:dignos facere fructus opto iugiter,& oro frequenter.Et nunc maximè ipſos nr̃a illa Gallicana eccleſia mecũ expectat:credo non intempeſtiuos. Intereſt ur̃æ pariter & meæ famæ,ut non confundar in uobis. Sic ergo clareat oĩbus zelum apud uos ueritatis iuſtitiæ & feruere contra interfectores clericorum, &inſtigatores eorum,ut non me pigeat gloriatum fuiſſe de uobis.

Actio cauſæ Lingonenſis eccleſiæ ad dominum Innocentium papam, Epiſt. 164.

d Vm adhuc Romæ eſſemus:contigit illò uenire dñm archiep̃m Lugdunenſem.Venerunt & cũ eo Robertus decanus eccl'iæ Lingonẽ. & Olricus canonicus:quærentes licere ſibi & capitulo Lingonenſi eligere ſibi ep̃m. Mandatum ſiquidem à dño papa acceperant,neq̃q̃ prẹſumere hoc niſi ad conſilium religioſorũ uirorũ. Qđ dũ ꝑ me cuperent &peterent obtinere:abſit, inq̃ꝫ,niſi ſciam & certus ſim ꝙ bonã idoneamq́ꝫ perſonam intẽdatis eligere.Reſpõderunt ꝓpoſitum ſuũ atq̃ꝫ intentionem,de nr̃o pendere arbitrio: nec aliud ſe facturos,niſi qđ ego conſulerem. Et ſpopõderũt.Verũ me nõ ſatis fidẽ accõmodante acceſſit ad perſuadendum archiep̃s,pollicẽs firmiter idipſum. Et addidit ꝙ ſi ſecus clerici agere molirentur: q̃cq̃d aliud facerent minime ſe cõfirmaturum:nec ratum habiturũ. Adductus eſt & dñs cancellarius in teſtimoniũ. Nec contenti: adiuimus ẽt p̃ſentiã dñi papæ,ut eius fauore & authoritate qđ inter nos cõuenerat confirmaret̃: prius tñ habita inter nos collatione mutua ac diuturna ſup facienda electione: & de multis pſonis quarum ibi mẽtio facta ẽ, duabus tandem noĩatis à quibus nullus nr̃m penitus diſſentiret,quamlibet illarum eligi placuiſſet.Itaq̃ꝫ qđ nobis cõplacuit,dñs papa immutabil'r obſeruari p̃cepit: & tã archiep̃s q̃ꝫ clerici firmiter ꝓmiſerunt.Illis abeũtibus,ego poſt diſceſſum eorũ dies paucos in urbe faciẽs:ubi à dño meo impetrare potui facultatem redeundi, ad frẽs iter arripuimus.Et trãſalpinantes cõperimus inſtare diem qua foret ſacrandus hõ in ep̃m Lingonẽſem: de quo utinã meliora atque honeſtiora audiuiſſemus. Nolo aũt dicere q̃ inuitus audiui. Quid plura? A religioſis uiris non paucis q nobis ſalutandi gr̃a occurrerant, pſuaſi ſumus diuertere per Lugdunũ, quatenus ſi fieri poſſet rẽ nefariã ne fieret prohiberemꝰ. Nam ego aliũde ob uiæ cõpendium ire ſtatuerã,cõſulẽs ualetudini & laſſitudini corpis,p̃ſertim ꝙ non liquido fateor, credebam rumoribus. Quis.n.crederet tm̃ uirũ tanta uti leuitate, ut poſtpoſita tã recẽte promiſſione ſua, inſup dñi ſui mandato:pſonę notabili manũ imponere non timeret?Itaque cõſilio religioſorum acquieſcentes:Lugdunum iter direximus: & peruenientes,omnino ſicut audiuimus,ſic uidimus.Parabantur illa non feſta,ſed infauſta ſolennia. Decanꝰ tñ & maxima (ni fallor) pars Lugdunenſium canonicorum conſtanter aperteq́ꝫ contradicebant. Sed & rumor pudẽdus dolendusq́ꝫ paſſim crebreſcẽs et inualeſcens,ciuitatem repleuerat.Quid facerem? Conueni archiep̃m reuerenter quidem ſuper pacto quod fecerat, & ſuper mandato quod acceperat: & nihil horum negauit.Cãm uero præuaricationis referens in filium ducis, qui à conſtituto reſilierat:ne ille turbaretur, in id ſe mutabilitatis incidiſſe dicebat: pacis uidelicet intuitu. Et intulit q̃a q̃cquid hactenus egerit:iam pro nr̃o deinceps arbitrio ſe facturũ.Tũ ego gratias agens:abſit, inq̃ꝫ:tñ non nr̃a,ſed dei potius uolũtas fiat.Quę ita forſitã cognoſcetur, ſi res ponatur in conſilio epiſcoporum aliarumq́ꝫ religioſarum perſonarum quæ hic ad ueſtram ipſius uoca

tionem conuenerunt,uel adhuc uẽturæ
ſunt. Qđ ſi inuocato ſctõ ſpũ conſenſus
oĩum uos ad ꝓcedendũ in cœpto opere
aĩauerit:ꝓcedite ut cœpiſtis. Si autem,
1.Tim.5.d acqeſcendũ Ap'lo dicenti: Nemini cito
manum imponas. Viſum eſt conſilium
placuiſſe. Interim hõ ille ueniſſe nuncia
tur:ſed in hoſpitiũ,non in palatiũ. Veſpe
re ſextæ feriæ uẽnit:ſabbato mane receſ
ſit. Nõ eſt meum dicere cur nec in curia
apparere uoluerit,ad quã ei curæ fuit lõ
go itinere ꝑuenire:niſi ꝙ uerecũdia mo-
nachalis honoriſcꝫ cõtẽptus forſan pu
tari poſſet,ſi nõ aliud alia q̃ ſecuta ſunt
indicarent. Et reuera qđ aliud tunc ſuſpi
cari debuimus: qñ archiep̃s rediens ab
illo:teſtatus eſt corã oĩbus nullo modo
eum uoluiſſe acqeſcere:ſed qcqđ de eo
factũ fuerat,penitus refutare? Denique
& mandauit mox electionẽ fieri. Hoc ꝑ
quoſdam Lingonẽſes canonicos tunc
p̃ñtes:hoc & per lr̃as quæ adhuc extãt.
Quibus in capitulo Lingonẽſi oblatis
& lectis:ꝓh pudor incontinẽti legũtur
aliæ per oĩa contrariæ illis, aſſerẽtes uti
que cõſecrationẽ dilatã,nõ dimiſſam,aſ
ſignantes diẽ & locũ ad cãm deciden-
dam,quam lr̃æ priores nunciabãt deci-
ſam. Putares in lr̃is non modo diuerſas:
ſed & aduerſas ſibi loquẽtes ꝑſonas ad
uerſum ſeinuicẽ contẽdentes:niſi ꝙ una
eademcꝫ imago impſſa ceris:unũ idẽcꝫ
nomen ꝑſignatũ in ſchedulis:manifeſte
de uno fonte dulce & amarꝝ illud mana
re cunctis q aderãt mirantibus declara
bant. Tenentẽ in manib⁹ cõtradictoriæ
lr̃æ utriſlibet obedire decreueris,inobe
diens neceſſe eſt tenearis. Aut.n.priorẽ
te recipientem ep'lam,poſterior condẽ-
nabit:aut ſi poſteriorẽ ſeq eligas, prior
murmurabit. Et utinã ſcđa ep'la ſicut po
tuit euertere primam,ita poſſet ſeſe uel
ipſa tueri aduerſus tertiã. Sed ecce lr̃æ
contra lr̃as:mandatũ aduerſus manda-
tũ:ita ut non iam quemadmodum ĩ ꝓ-
pheta,manda remãda,ſed mãda demã-
Eſa.28.c da potius inculcet. Interim nempe hõ q
& conſecrationem fugerat,& electionẽ
refutarat,feſtinauit ad regẽ,regaliũ inue
ſtiturã obtinuit,qbus meritis,ipſe uide-
rit. Mox directis ep'lis & locus qui aſſi-
gnatus fuerat,eſt mutatus,& dies anti-
cipatus,ut loci tpiſcꝫ opportunitate ſub
tracta,& copia agẽdi pariter ſubtrahat
cõtradicturis,& cõſecrationis dies ſub-
ripiatur appellaturis. Cæterꝝ nõ eſt cõ- Prou.21.d
ſiliũ cõtra cõſiliũ dñi, cuius prouidẽtia
factum eſt ut nec cõtradictores defue-
rint,nec appellatores. Appellatũ eſt à
Falcone decano Lugdunenſis eccleſiæ,
appellatũ & à Põtio archidiacono Lin
gonẽſi,appellatũ à Bono amico ſacer-
dote & canonico æcꝫ Lingonẽſi,appel
latũ & à fr̃ibus nr̃is Brunone atcꝫ Gau
frido,ignorantibus qdem oĩb⁹ his p̃pa-
rationem cordis eorꝝ,ſed caſu ſuꝑueniẽ
tibus,haud dubiũ dei ꝓuida uoluntate.
Tãta ſiqdẽ fuit breuitas termini, ut uix
ex quo reſciuimus diẽ, ſpatio q̃tuor die
rũ nuncius nr̃ cũ literis accurrere potue
rit,quatenus p̃ueniret quod parabatur
non ſacr̃m,ſed ſacrilegiũ. Et is quoque
nihilominus cõtradixit,& tã cõſecran-
dum q̃ cõſecraturos ad ſedem ap'licã
appellauit. Et ipſe erat Lingonenſis ca-
nonicus. Veritatem dico,non mentior;
nihil à me hic dictũ perſonæ odio, ſed
ſolo ueritatis amore ueraciter oĩa poſi-
ta,teſte ipſa ueritate.

Ad Falconem decanum & Guidonem theſaurariũ
Lugdunenſis eccleſiæ, *Epiſt. 165.*

P Laga,ut uidetis chariſſimi, ec-
cleſiæ nr̃æ magna eſt, & multa
eget cura. Nec modo multa,ſed
cita,ita ut aſſidue cum lacrymis medi-
co cœleſti inſtemus dicẽtes, Dñe deſcẽ- Ioan.4.g
de priuſquã moriar. Vnũ eſt qđ magis
exacerbat dolorẽ,& penè deſperat cu-
rationẽ,qa nimirꝝ inde eſt orta tribula-
tio,unñ cõſolatio ſperari debuerat. Quiſ
nã.n.ô miſera,malũ hoc qđ plãgis,idu-
xit ſuꝑ te? Profecto nõ inimicus, nõ is q
oderat te,ſed hõ unanimis, dux tuus &
metropolitanus tuus. Qũo ab Auſtro
et nõ iã ab Aqlone pandit omne malũ?
Merito proinde non eſt dolor ſicut do- Ier.1.
lor meus, quoniam de quibus potiſſi-
mum p̃ſumebamus,ab ipſis paſſi ſum⁹,
et

& non ab aliĳs. O Lugdunenſis pia mr̃
eccleſia:cuiuſmodi nõ ſpõſum, ſed mõ
ſtrum tuæ filiæ ꝓcuraſti nũc? Nõ planè
mr̃em te in hoc,ſed nouercã ſenſimus.
Gener hic tuus q̃ longe à nobili illa tua
antiqua honeſtate,grauitate,ꝓbitate,
degñat. Quid.n.? Ego'ne id dixerim ho-
norabile cõnubiũ, & thorꝝ immacula-
tum:qđ de tali & tal'r factũ eſt? Sine le
ge:ſine ordine:ſine rõne ſic confuſa ſunt
oĩa:imò ita cũcta in fraude & temerita-
te p̃repta et p̃ſumpta fuiſſe cõſtat, ut nõ
dico ep̃m,ſed ne uillicũ qdem aut telo-
niariũ quempiã in hũc modũ decuerit
ordinari. Quibus uos laudibus efferam
dulciſſimi,q ſoli cõdoluiſtis afflictæ: &
tam in prima q̃ in ſcđa ſua defenſione
oppreſſæ aſtitiſtis:aſcendẽtes ex aduer
ſo,& opponentes uos murꝝ pro domo
Iſrael? Nõ eſt inuentus fil'is uobis in illo
conuẽtu,q cõſeruaret legẽ excelſi: q ſa-
cris obtemparet canonibus:q denicꝫ ſe
Num.25.b indueret zelũ Phinees,& linguę mucro
ne cõfoderet fornicantes. Quæ cum ita
de uobis ađ dei & ur̃am ipſorꝝ gl'iam
ubicꝫ clareſcãt: reſtat ut principio tam
laudabili condignum exitũ dare, & ho
ſtiæ capiti caudam iungere ſatagatis.

Ad dominum papam Innocentium,
unde ſupra, *Epiſt. 166.*

I Terꝝ clamo,iterꝝ pulſo,& ſi nõ
clamoſis uocib⁹, certe lacrymo
ſis gemitibus. Cogit iterare cla
mores iterata in nos iniuria ꝑditorꝝ &
ꝓlongantiũ iniquitatẽ ſuã. Confortati
ſunt addentes p̃uaricationẽ. Apponunt
iniquitatẽ ſuꝑ iniquitatẽ: & ſuꝑbia eorꝝ
aſcendit ſemp. Inualuit furor,pudor eua
nuit,& timor dei. Quẽ cõtra tuã pr̃ ca-
ſtam iuſtãcꝫ diſpoſitionẽ nõ timuerunt
eligere:et poſt appellationẽ tui noĩs au
ſi ſunt execrare. Et hoc p̃ſumpſerũt Lu-
gdunenſis, Eduẽſis, Matiſconẽſis: amici
Cluniacenſes. In fraude & temeritate
iſtorꝝ,heu q̃ ingẽs multitudo ſctõrꝝ tur
babit,ſi angariati fuerint tale portare iu
gũ,taliterꝫ impoſitũ. Proh nephas:hoc
ita accepturi ſunt ac ſi cogantur genua
curuare Baal,aut certe iuxta prophetã
pactũ facere cũ morte,& cũ inferno fœ Eſai.28.d
dus inire. Rogo, ubi ius:ubi lex:ubi ſa-
crorꝝ authoritas canonũ:ubi denicꝫ re-
uerentia maieſtatis? Illa illa q̃ nulli nega
tur oppreſſo,ſoli mihi non ꝓfuit appel-
latio. Vbi nimirꝝ imperabat aurꝝ:iudica
bat argentũ:leges canoneſcꝫ ſilebãt:lo
cũ rõ & æqtas nõ hẽbant. Eiſdem telis
(qđ intolerabilius eſt) arcẽ quocꝫ ap'li
ci culminis oppugnare minant. Id uero
ridicul'ẽ. Fundata eſt.n.ſupra firmã pe-
tram. Sed qđ ago? Exceſſi fateor, nõ eſt
meũ accuſare quencꝫ aut reprehendere:
ſufficit mihi ut plangã dolorẽ meũ. Poſt
longã morã multoſcꝫ labores quos ꝓ
ſeruitio Romanæ eccl'iæ ꝑtuli:cũ tandẽ
placuit ſerenitati ur̃æ reditum annuere
ad fr̃es meos,etſi fractus uiribus corpis
tancꝫ male opans,lætus tñ ob manipu-
los pacis quos reportabã:ad monaſte-
riũ cũ ꝓſperitate ꝑueni. Credidi me de
labore euaſiſſe ad reqem:licere mihi ut-
cuncꝫ reſarcire ſpũalium damna ſtudio
rũ,ac ſanctæ qetis detrimẽta q̃ foris in
currerã: & ecce tribulatio et anguſtia in
uenerũt me. En lectulo recubantẽ plus Pſal.118.f
cordis q̃ corpis dolor excruciat. Nec.n.
ego deploro tꝑale incommodum ullũ.
Aĩa mea in manibus meis: ſalus eius in
cã eſt. Placet uobis ut illi hoĩ credã ani-
mam meam,qui perdidit ſuã? Scio qa
non placet. Quamobrem dixi aĩæ meæ
expedire magis inire fugam, q̃ & mœ-
rore cõſumere reſiduum dierꝝ meorꝝ,et
nihilominus in ꝑiculũ ſalutis incidere.
At deus uob̃ potius inſpiret, qđ potius
eſt:reducere uidelicet ad memoriã (ſi di
gnũ iudicatis) qual'r uobiſcũ egerim:et
ponere oculos pietatis ſuꝑ puerũ ur̃m,
& liberare afflictum de anguſtia. Quin
potius nõ obliuiſci quãta deus ipſe fece
rit uobis,& in quantulæcũque uicem re
compenſationis: ad ipſius gloriam qđ
tam perperam factum eſt reuocare.

Ad eundem,pro eodem negocio. *Epiſt. 167.*

C Lemẽtiſſime pr̃, non'ne p̃cipiẽ-
do p̃cepiſti in Lingonẽſi eccl'ia
ꝑſonam eligi religioſam atque
idoneã,& ad conſiliũ pueri tui? Non'ne

dñs Lugdunenſis hoc ipm mandatū ex
apl'ico ore tuo p̄ſens excepit:tam fide-
liter executuꝝ:ꝙ firmiter iniunctum,ac
frequēter inculcatū? Non'ne deniq; &
ſpopōdit? Quid ergo uiſum eſt ei muta
re uoluiſſe qd' utiliſſime & cōſultiſſime
ſtatutū fuerat, aliudq; ſua p̄ſumptione
moliri qd' nō cōueniebat: in ur̄æ ipſius
maieſtatis cōtēptū,& in nr̄æ puſillani-
mitatis ſcādalū? Qūo nō erubuit bonꝰ
ille uir apud ſe cōſtās nō iueniri: tētans
imponere tā indignū iugū ceruicibus tā
numeroſæ multitudinis religioſoꝝ ſer-
uoꝝ tuoꝝ,aduerſus ſtatutū tuū:&pro
miſſum ſuū? Ingre p̄r,ingre dilıgēter q̄le
homo ille cui feſtinat manū imponere,
teſtimonium h̄eat,& ab his q ꝑpè ſunt:
& ab his qui lōge ſunt. Mihi.n.interdi-
cit dicere pudor quid publica fama de
eo dicit:imò ifamatio celeberrima diuul
gauit. Et qd dicam? Triſtis eſt aīa mea
uſq; ad fugam. Et iam forſitā fugiſſem:
niſi me retinuiſſet cōſolationis ſpes quā
de uiſceribus ur̄is expecto. Volebā ſcri-
bere per ordinē, ꝑ lacrymabilē miſeriæ
nr̄æ hiſtoriam,ſed p̄ triſtitia lāguet ma-
nus: ſenſus hebeſcit:horret lingua eloq
malignā fraudē:ſed ſubreptionē: ſed cir
cūuentionē:ſed temeritatē:ſed ꝑfidiam.
Quid ergo? Filius tuus Pōtius archidia-
conus:q & in hac cā conſtanter fidel'rq;
ſe habuit:cūcta tibi p̄r narrabit,& quid
factū doleamus, & qd faciendū flagite
mus. Ipſi crede tanq; mihi. Ego autem
hoc unum ut parturiēs loquor. Niſi iſti
à tam ſcelerato tāque temerario auſu de
ficiant:ut meipſum nunc ſentio, deficiet
Pſal. 30.a in dolore uita mea,& anni mei in gemi
tibus.

Ad epiſcopos & cardinales Romanæ curiæ, unde ſupra, Epiſt. 168.

Uos ſcitis,ſi dignū ducitis recor
dari,qual'r uobiſcum in tp̄e ma
lo conuerſatus ſum:egrediēs &
regrediens,& ꝑgens ad imperiū regis:
ꝑſiſtens ac ꝑmanens uobiſcum in tēta-
tionibus ur̄is:ita ut cōſumptis penè uiri
bus corporis,uix poſt redditam cœlitus
pacem eccleſiæ repatriare potuerim. Et
recolo hoc nō gl'ians aut improperās,
ſed ꝓuocans & efflagitans: monens &
repoſcēs debitū ur̄æ miſerationis affe-
ctū. Vrget neceſſitas modo oēs repete-
re debitores. Ego uero ſi feci qd' facere Luc. 17.b
debui:haud aliud me ex eo quā ſeruum
inutilē reputo:iuxta ſermonē dn̄i. Verū
tamē ſi feci qd' oportuit,aut qd' facien- Pſa. 114.a
dū fuit:nunqd merui uapulare? Et ecce
rediens à uobis, tribulationē & dolorē
inueni,& nomē dn̄i inuocaui,ſed nō ꝓ-
fuit. Inuocaui & ur̄m,& nō ualuit. Siq
dē dij fortes terrę uehemēter eleuati ſūt:
Lugdunenſis.ſ.archiep̄s, & Cluniacen
ſis abbas. Hi confidentes in uirtute ſua,
& in multitudine diuitiaꝝ ſuaꝝ gloriā
tes,aduerſum me appropinquauerūt et
ſteterūt. Et nō aduerſum me tm̄,ſed ad
uerſum magnā multitudinē ſeruoꝝ dei,
aduerſum uos quoq;,aduerſum ſeipſos,
cōtra deū,cōtra oēm æquitatē & hone
ſtatē. Denique impoſuerunt hoīem ſuꝑ
capita noſtra: quem(ꝓh pudor)& bo-
ni horrent,& mali rident. Quo ordine,
imò ꝗ extraordinariè,uideat deus & iu
dicet,uideat & Romana curia. Videat
& doleat,miſereatur & accingatur ad
uindictam malefactoꝝ, laudem ỽo bo
noꝝ. Quid.n.? Placet tibi dn̄a,mūdi uni
uerſitati conſtituta uindex in iram, iu-
dex in miſericordiam:placet inq; tibi ꝙ
dum ſuperbit impius, incenditur pauꝑ,
& ille pauper qui pro tuo ſeruitio cum
non h̄ret cenſum quem effunderet, ſan-
guini non pepcit? Dignum'ne tibi ur̄ tua
perfrui pace,& nr̄am nō curare,nec reci
pere in ſortem conſolationis quos ha-
buiſti conſortes laboris? Si inueni gra-
tiam in oculis ur̄is,eripite inopē de ma-
nu fortioꝝ eius, egenum & pauperem
à diripientibus eū. Alioqn ego quidem
ut potero laborabo in gemitu meo, &
erunt mihi lacrymæ meæ panes die ac
nocte,uobis aūt legam illum uerſiculū,
Qui tollit ab amico miſericordiā,timo- Iob. 6.d
rem dn̄i dereliqt. Et illud: Oēs neceſſa- Ibidem
rij mei receſſerūt à me. Illud quoq;. Qui Pſal. 37.b
iuxta me erant,de longe ſteterūt,et uim
faciebant qui quęrebant animā meam.

Ad dominum papam Innocentium, unde ſupra: Epiſtola 169.

Dignatio ur̄a fecit me familiarē:
familiaritas p̄ſumptorem. Ad-
ſit ſolita cordi ur̄o benignitas:
ne forte p̄ſumptio pariat indignationē.
Audite tn̄ patienter, non ſolum qd ege-
rim:ſed & cur egerim:ſi forte cā factum
poſſit uel aliquatenus excuſare. Auſus
ſum retinere clericos Lingonenſes q uo
cati erant:compoſita tn̄ pace inter eos:
ipſiſq; perſuaſis ſtare deinceps de faciē
da electione in bn̄placito ur̄o,& conſi-
lio bonoꝝ,ſicut in lr̄is eoꝝ continetur.
Erat aūt perneceſſariū eos hac uice re-
manere:ꝑꝑ terras & poſſeſſiones eccle
ſiæ quæ datæ ſunt prædæ & direptioni,
dum nō eſt qui cuſtodiat aut defendat.
Itaq; ꝑſonis q̄ nō ſint ſuſpectæ: quæ nō
q̄rant q̄ ſua ſunt:ſed q̄ Ieſu Chriſti:iniū-
gat,ſi placet,cura eligēdi q deo placeat,
& finē tandē accipiat eccleſiæ iam diu-
turna & miſeranda uexatio. Reliqua ue
ro dicēda cōmiſimus dn̄o Herberto ab
bati ſancti Stephani Diuionenſis,& ar-
chidiacono Lingonēſi,ſocijſq; eorum.
Adijcimus ēt ut archidiaconum Lingo
nēſem,& Bonū amicū eiuſdē eccleſiæ
presbr̄m,qm̄ fideles in cauſa dei extite
runt: eos & res eoꝝ in defenſione ue-
Luc. 10.b ſtra recipiatis. Dignus eſt.n.operarius
mercede ſua.

Ad Ludouicum iuniorem regem Francorum, unde ſupra: Epiſt. 170.

Si totus orbis aduerſum me con
iuraret ut qppiā molirer aduer-
ſus regiā maieſtatē:ego tn̄ deū
timerē:& ordinatū ab eo regem offen-
dere temere non auderē. Nec.n.ignoro
Rom. 13.a ubi legerim: Qui ꝑtāti reſiſtit, dei ordi-
nationi reſiſtit. Sed nec me latet ꝙ omni
Xp̄iano:ꝙ meæ p̄cipue ꝓfeſſioni mētiri
contrariū ſit: Veritatē dico,nō mentior:
qd' Lingonis de priore nr̄o factū eſt: p̄-
ter ſpem:p̄ter intentionē epoꝝ & meā
factum eſt. Sed eſt q nolentiū quodam
modo extorquet aſſenſum,& ſuo arbi-
trio ēt aduerſas hoīum uoluntates ꝓut
uult ſubſeruire compellit. Qn̄.n.ego pe
riculum quod mihi timui, illi æquè non
metuerem,quem diligo tanq; meip̄m?
Qn̄ ego illoꝝ conſortium non horrerē,
qui alligant onera grauia & importabi
lia,& imponunt humeris hoīum,digito
aūt ſuo nolunt ea mouere? Factū eſt tn̄
quod factum eſt:cōtra uos nihil, cōtra
me plurimum. Mihi baculus imbecilli-
tatis meę ſubtractus eſt:mihi lumē ocu-
loꝝ meoꝝ ereptū eſt: mihi abſciſſum
dextrum brachiū meū. Oīa excelſa iſta
& fluctus iſti ſuper me tranſierūt. In me
tranſierunt irę. Mihi euadendi nulla ex
parte patet uia. Vn̄ onera fugio,idē ſub-
eo inuitus & ingratus. Durum mihi ſen
tio contra ſtimulum calcitrare. Tolera
bilius fortaſſe ſpontaneo ꝙ nolenti &
renuenti fuiſſet. Nam ſiquid uirium in
me eſt,non'ne id facilius meis ꝙ alienis
hūeris exercerē? Sed acqeſco al'r diſpo-
nēti:cū quo utiq; aut iudicio aut uiribus
cōtēdere,nec cautū mihi oīno,nec poſſe
eſt,ſed nec regi. Siqdem terribilis eſt ēt
apud reges terrę. Horrendum eſt inci- Pſal. 75.d
dere in manus dei uiuentis etiam tibi ô Heb. 10.f
rex. O ꝙ moleſtis auribus audiemus cō
traria tam bonis principijs ur̄is? O ꝙ
amarior eccleſię mœror poſt tanta præ
libata gaudia:ſi fruſtrari(qd' abſit)con-
tigerit tam iucūda ſpe ſingularis clypei
ſui ueſtrę indolis,ſicut hactenus eſt expꝫ
ta. Heu corruit uirgo Remenſis eccle-
ſia: non eſt qui ſubleuet eam. Corruit
& Lingonenſis: non eſt qui porrigat
manum. Auertat diuina clemētia à cor-
de & conſilio ueſtro ſuper dolorem no
ſtrum adijcere,cumulare triſtitiam ſuꝑ
triſtitiam. Quis mihi tribuat mori,ne ui
deam regē bonę opinionis,ſed ſpei me-
lioris,conari dei conſilio obuiare:irrita-
re aduerſus ſemetipſum ſummi iudicis
iram: pedes patris orphanorum made
facere lacrymis afflictorum:pulſare cœ
los clamoribus pauperum: ſanctorum
precibꝰ:iuſtiſq; querimonijs chariſſimę
ſponſę Chriſti:quę eſt eccleſia dei uiuē-
tis? Abſit,abſit. Meliora ſperamus: ex-
pectamus iucundiora. Non obliuiſcet
miſereri deus:nec cōtinebit in ira ſua mi

ſericordias ſuas. Non contriſtabit per il
lum & de illo eccleſiam ſuã, ꝑ quẽ & de
quo in tãtis iã lętificauit. Quẽ ſuo mune
re cõtulit, ſua lõganimitate ſeruabit: &
ſiq̃d alr̃ ſapitis, et hoc ipm̃ uobis reuela
bit: & erudiet corda in ſapia. Hoc opta
mus, hoc oramus die ac nocte. Hoc ſen
tite de nobis, hoc ſentite de nr̃is. Nõ in
fringet̃ ueritas hęc in nobis, nõ iminue-
tur honor regis, regniq́ utilitas ꝑ nos.
Gratias aũt agimus ueſtræ clemẽtiæ ꝓ
benigno rn̄ſo qđ à ueſtra dignatiõe me
ruimus. Veruntñ dilatio terret nos, qui
uidemus terrã datã prædę & direptio-
ni. Terra ueſtra eſt, & in hoc planè co-
gnoſcimus & dolemus dedecus regni
ueſtri, quód uos iure abhorrere manda
ſtis, ſi nõ fuerit q̃ defendat. Nam in quo
alio regia maieſtas, recte in eo qđ factũ
eſt, imminuta dicatur? Electio rite cele-
brata eſt: electus fidelis eſt. Non aũt eſ
ſet fidelis: ſi ueſtra & nõ per uos habere
uellet. Necdum ad ueſtra manũ exten-
dit, necdũ ciuitatem ur̃am igreſſus eſt:
necdum ꝓrſus ſe intromiſit de aliquo,
quãquam inuitatio cleri & ppl̃i, & op-
preſſoꝝ afflictio, & uota bonoꝝ id ab
eo uehementiſſime flagitarint. Quæ cũ
ita ſint, opus eſt, ut uidetis, maturatiõe
conſilij: nõ minus ueſtro honori, q̃ nr̃æ
neceſſitati. Et niſi ꝑ pñtes nuncios expe
ctanti ppl̃o qui ueſter eſt, ſerenitas ur̃a
ꝓ uoto rn̄derit: multoꝝ religioſoꝝ ad-
uerſum uos (quod non expedit) deuota
uobis nunc corda turbabitis, & regali-
bus ueſtris ipſis q̃ ad eccl̃iam ꝑtinẽt, nõ
paruũ, ut ueremur, incõmodũ acq̃retis.

Ad dominum papam Innncentium pro Fal cone Lugdunenſi archiepo, Epiſt. 171.

q Vi in alioꝝ negotijs toties exau
ditus ſum, puto in ꝓprio nõ cõ
fundar. Ego dñe mi, cãm archi-
epi mei meam duco: utpote membrum
quod nil à ſe ducat alienũ quod capitis
ſit. Quod tñ non dicerẽ ſi hõ ipſe ſibi aſ-
ſumpſiſſet honorẽ, & non magis à deo
uocatus tanquã Aaron. Nec.n. ab alio
æſtimauerim factum q̃ uota tot homi-
num tã facile conuenerunt in eũ; ut non
dico contradictio: ſed nec cũctatio ul-
la fuerit. Et merito. Eſt quippe illuſtris,
nõ minus mẽtis gn̄oſitate q̃ ſanguinis,
eſt ſcientia, eſt uitæ honeſtate. Denique
famæ eius integritas, nec inimici q̃dem
dentem ueret̃. Quod ergo de tali, & ta
li modo factum eſt: dignũ profecto eſt
ut fauor apl̃icæ gratię proſequat̃, & ho
noris plenitudine, quæ ſola deeſt, gau-
dia plebis ſuæ cõſueta benignitate imò
debita liberalitate accumulet. Hoc uni
uerſa eccleſia inſtantiſſima ſupplicatio
ne depoſcit: hoc puer ueſter ſolita præ
ſumptione efflagitat.

Ad eundem in perſona Godefridi Lingo- nenſis epiſcopi, Epiſtola 172.

i Nter crebra mala quæ his die-
bus in eccleſiis uidẽtur accide-
re occaſione electionũ: dñs de
cœlo proſpexit ſuper matrem noſtram
Lugdunenſem eccleſiam, q̃ decedenti
piæ memoriæ Petro archiepo, uiꝝ opti
mum Falconẽ decanũ in oĩ pace ſubſti
tuit. Peto domine, ut qui à ſuis concor-
diter eſt elect⁹: utiliter ꝓmotus: rite cõ
ſecratus: à uobis honoris ſui officiiq́ ple
nitudinem cõſequatur. Quod utiq́ au-
dere me facit non meriti cõſcientia, ſed
debiti. Debiti dico, nõ ſolũ quo id à me
illa eccleſia iure metropolitico exigit,
ſed quia in hoc poſitus ſum, ut teſtimo
nium perhibeam ueritati.

Ad ipſum Falconem, Epiſtola 173.

s Cripſimus ad dñm papã dñs
epiſcopus & ego pro uobis: ꝓ
ut oportere putauimus: & ha-
betis exemplar literarũ. Habemus aũt
in uolũtate in æternum non deficere uo
bis pro uiribus: propter bonum quod
de uobis confidimus. Veſtra aũt inter-
eſt facere, ut non confundamur ſic con
fidentes. Decætero ſi inueni gratiam in
oculis ueſtris: intelligite ſuper egenos
& pauperes illos, qui ſunt apud bene-
dictionem dei. Quod enim uni ex illis
feceritis: mihi, imò Chriſto, facietis.
Nam & pauperes ſunt, & habitant in-
ter pauperes. Hoc p̃cipue obſecramus,
ut Sauiniacenſes monachos prohibea-

tis ab infeſtatione eoꝝ, qm̃ calumnian
tur eos iniuſte, ut putamus. Aut ſi ſe cõ
fidunt habere iuſtitiam, iudicate inter
illos. Filius noſter abbas Albericus, etſi
ſuis meritis cõmendabilior, noſtris tñ
precibus uobis ut cõmendatior ſit obſe
cramus. Tenere quippe diligo eum: tan
quam mater unicũ filium: & diliget eũ
qui diligit me. Denique in eo experiar
ſi me curatis. Quo enim longe à me po
ſitus eſt: eo magis neceſſariã habet pa-
ternam ueſtram conſolationem.

Ad canonicos Lugdunenſes de conceptione ſanctæ Mariæ, Epiſtola 174.

i Nter eccleſias Galliæ conſtat
profecto Lugdunẽſem hacten⁹
præeminuiſſe, ſicut dignitate ſe
dis, ſic honeſtis ſtudijs & laudabilibus
inſtitutis. Vbi.n. æque uiguit diſciplinæ
cenſura, moꝝ grauitas, maturitas con-
ſilioꝝ, authoritatis pondus, antiq̃tatis
inſigne? Præſertim in officijs eccleſiaſti-
cis haud facile unquã repẽtinis uiſa eſt
nouitatibus acquieſcere, nec ſe aliq̃n iu
uenili paſſa eſt decolorari leuitate, eccle
ſia plena iudicij. Vnde miramur ſatis
q̃d uiſum fuerit hoc tp̃e quibuſdam ue-
ſtrũ uoluiſſe mutare colorem optimũ,
nouam inducẽdo celebritatẽ, quã ritus
eccleſię neſcit, nõ probat ratio, non cõ-
mendat antiqua traditio. Nunq̃d patri
bus doctiores aut deuotiores ſumus?
Periculoſe p̃ſumimus quicquid ipſorũ
in talibus prudẽtia pręteriuit. Nec uero
id tale eſt: quod niſi prætereundum fue
rit: patrũ quiuerit oĩno diligẽtiam præ-
teriſſe. At ualde honoranda eſt (inq̃s)
mater dñi. Bene admones: ſed honor re
ginæ iudicium diligit. Virgo regia falſo
non eget honore, ueris cumulata hono
rum titulis: inſulis dignitatũ. Honora ſa
nè integritatẽ carnis, uitæ ſanctitatem.
Mirare fœcũditatẽ in uirgine: prolẽ ue-
nerare diuinã. Extolle neſciẽtem uel in
concipiẽdo cõcupiſcẽtiam, uel in pariẽ
do dolorẽ. Prędica reuerẽdam angelis,
deſideratam gẽtibus, patriarchis ꝓphe
tiſq́ p̃cognitam: electam ex oĩbus: præ
latam oĩbus. Magnifica gratiæ inuẽtri-
cem: mediatricẽ ſalutis, reſtauratricem
ſeculoꝝ. Exalta deniq́ exaltatam ſuꝑ
choros angelorum: ad cœleſtia regna.
Hęc mihi de illa cantat eccl̃ia, & me ea
dem docuit decãtare. Ego uero q̃d ab
illa accepi, ſecurus & teneo & trado:
q̃d nõ, ſcrupuloſius, fateor, admiſerim.
Accepi ſanè ab eccl̃ia illũ diem cũ ſum-
ma ueneratione colendum quo aſſum-
pta de ſeculo nequã: cœlis quoq́ itulit
celeberrimoꝝ feſta gaudioꝝ. Sed &
ortum uirginis didici nihilóminus in ec-
cleſia & ab eccleſia indubitanter hr̃e fe
ſtiuum atq́ ſanctum, firmiſſime cũ ec-
cleſia ſentiẽs in utero eam accepiſſe ut
ſancta prodiret. Et de Hieremia ſiq̃dẽ *Hier. 1. a*
lego q̃ priuſquam de uentre exiret, ſan
ctificatus ſit. Et de Ioãne Baptiſta non *Luce 1. c*
ſecus ſentio, qui ex utero dñm in utero
ſenſit. Víderis etiam tu, an & de ſancto
Dauid idipſum liceat opinari: pro eo q̃
dicebat deo: In te (ait) cõfirmatus ſum *Pſal. 70. b*
ex utero: de uentre matris meæ tu es ꝓ
tector meus. Itẽ, De uẽtre matris meæ *Pſal. 21. b*
Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me. Et
Hieremiæ quidẽ ſic dictũ eſt: Priuſq̃ te
formarem in utero, noui te: & antequã
exires de uulua, ſanctificaui te. Quàm
pulchre inter figurationem in utero, &
parturitionem ex utero diuinum diſtin
xit oraculũ, ut illam tm̃ præcognitam:
iſtam & ſanctitatis munere p̃ornatam
oñderet, ne quis ꝓphetæ p̃rogatiuã de
ſola p̃ſcientia ſeu p̃deſtinatione putaue
rit æſtimãdam. Eſto tñ ut hoc de Hiere
mia cõcedamus. Quid rñdebitur de Ioã
ne Baptiſta: quem angelus p̃nunciauit
Spiritu ſancto repletũ iri adhuc in ute-
ro m̃ris ſuę? Prorſus hoc ad p̃deſtinatio
nem p̃ſcientiam ue referri poſſe nõ arbi
tror. Verba nẽpe angeli (ſicut ipſe prędi
xit) completa abſq́ dubio ſunt in tp̃e
ſuo: & quẽ p̃locutus eſt Spũ ſancto re-
plẽdũ, nõ eſt phas credere nõ repletũ:
idq́ loco & tp̃e quo p̃dixit. Certiſſime
autem ſanctus Spũs quem repleuit, ſan
ctificauit. Cæterum quatenus aduerſus
originale peccatũ hęc ipſa ſanctificatio
ualuerit, ſiue ꝑ iſto, ſiue ꝑ illo ꝓpheta:

uel ſiqs alius ſil'i ꝑuentus gr̃a fuerit, non
temere dixerim. Sãctificatos tñ nõ du-
bitauerim dicere, quos deus ſctificauit,
& cũ eãdẽ ſctificatione ꝓdiſſe ex utero
quã acceperunt in utero, nec reatũ quẽ
in cõceptione traxerũt, ualuiſſe ullate-
nus hoꝵ natali iã donatã ꝑpedire ſeu ꝑ
ripere bñdictionẽ. Attñ quis dicat Spũ
ſctõ repletũ, manere adhuc filiũ nihiló-
minus irę: & ſi mori in utero cõtigiſſet
cũ hac plenitudine ſpũs, pœnas luituꝵ
dãnationis? Duꝵ eſt. Minime tñ auſim
hinc qppiam mea ſñía diffinire. Sed qc-
qd de hoc ſit, merito eccl'ia q̃ cæterorũ
nõ natiuitatẽ, ſed mortẽ ſanctoꝵ iudi-
cat & ꝑdicat ꝑtioſam, ſingulari quadã
exceptione feſtis ꝑfert gaudijs, uenera-
turq́ illius natalẽ, de quo nũciãte ange
Luc. 1. b lo ſingul'r legit: Et multi in natiuitate
eius gaudebũt. Cur. n. nõ ſit illius exit⁹
ſanctus, ac ꝓinde feſtiuus & lætus: qui
potuit exultare et in utero? Quod itaqꝫ
uel paucis mortaliũ cõſtat fuiſſe colla-
tũ: phas certe nõ eſt ſuſpicari tãtę uirgi-
ni eſſe negatũ: ꝑ quam oĩs mortalitas
emerſit ad uitã. Fuit ꝓculdubio & mr̃
dñi añ ſancta q̃ꝫ nata. Nec fallitur oĩno
ſancta eccl'ia, ſctm̃ reputãs ip̃m natiuita
tis eius diem: & oĩ anno cũ exultatiõe
uniuerſæ terræ uotiua celebritate ſuſci-
piens. Ego puto ꝙ & copioſior ſancti
ficationis bñdictio in eã deſcẽderit, q̃ i-
pſius non ſolũ ſanctificaret ortũ, ſed &
uitã ab oĩ deinceps pctõ cuſtodiret im
munem, quod nemini alteri in natis qui
dẽ mulieꝵ credit̃ eſſe donatũ. Decuit
nimiꝵ reginã uirginũ ſingularis priuile
gio ſanctitatis, abſqꝫ oĩ peccato duce-
re uitã, quæ dum peccati mortisq́ꝫ pa-
reret peremptorẽ, munus uitæ & iuſti-
tię oĩbus obtineret. Sanctus igit̃ ortus:
qm̃ imenſa prodiens ex utero ſanctitas
ſanctũ fecit illũ. Quid adhuc addendũ
his putamus honoribus? Vt honoret̃, in
quiũt, & cõceptus q honorandũ ꝑiuit
partũ: qm̃ ſi ille nõ præceſſiſſet, nec iſte
eſſet q honorat̃. Quid ſi alius ꝑꝑ eandẽ
cãm ẽt utriqꝫ parenti eius feſtos hono-
res aſſerat deferendos? Sed de auis &
proauis idip̃m poſſet ꝓ ſil'i cã qlibet ſla
gitare: & ſic tenderet̃ in infinitum: & fe
ſtoꝵ non eſſet numerus. Priꝫ eſt, nõ exi
lij, frequentia hæc gaudioꝵ, & numero
ſitas feſtiuitatũ ciues decet, nõ exules.
Sed profert̃ ſcriptũ ſupnæ (ut aiunt) re-
uelationis, quaſi & quis non queat ſcri-
ptũ æque ꝓducere in quo uirgo uideat̃
idip̃m mãdare & de parẽtibus ſuis: iu-
xta dñi mãdatũ dicẽtis: Honora patrẽ
tuũ & matrẽ tuã. Ipſe mihi facile ꝑſua-
Exo. 20. b deo ſcriptis talibus nõ moueri: qb⁹ nec
rõ ſuppeditare, nec certa inuenit̃ fauere
authoritas. Nã quid cõſequentiæ hẽt:
ut qm̃ ſanctum ꝑceſſit natalẽ cõcept⁹:
ꝑꝑea reputet̃ & ipſe ſctũs? Nũqd qm̃ ꝑ
ceſſit eũ: fecit & ſctm̃? Quia ſi ꝑceſſit ut
eẽt, nõ tñ ut ſctũs eſſet. Vñ eteñ illa ipſi
ſctitas quã ſecuturo trãſmitteret? An nõ
potius qa ꝑceſſit abſqꝫ ſctitate cõcept⁹:
oportuit nimirũ ſanctificari conceptã,
ut ſctũs ſeq̃ret̃ iã ꝑtus? an forte mutuat⁹
ſit ſctitatẽ à poſteriori prior? Potuit ſa-
nè illa q̃ in iã cõcepta, facta eſt ſctifica-
tio, ad ip̃m'q ſeq̃bat̃ trãſire natalẽ: redi-
reuero retrorſum ad conceptũ qui præ-
ceſſerat: iam omnino non potuit. Vnde
ergo cõceptionis ſanctitas? An dicitur
ſanctificatione prꝫuenta: quatenus iam
ſancta cõciperetur, ac per hoc ſanctus
fuerit & conceptus: quẽadmodum ſan
ctificata iam in utero dicitur, ut ſanctus
conſequeretur & ortus? Sed non ualuit
ante ſancta eſſe, q̃ꝫ eſſe. Siqdẽ non erat
anteq̃ꝫ conciperet̃. An forte inter ample
xus maritales ſanctitas ſe ipſi cõceptio
ni imiſcuit: ut ſimul & ſanctificata fue-
rit & concepta? Nec hoc quidẽ admit-
tit ratio. Qũo nanqꝫ aut ſanctitas abſqꝫ
ſpiritu ſanctificante: aut ſancto ſpiritui
ſocietas cũ peccato fuit, aut certe pec-
catum qũo non fuit ubi libido non de-
fuit? Niſi forte quis dicat de ſpiritu ſan
cto eam, & nõ de uiro conceptã fuiſſe.
Sed id hactenus inauditũ. Lego deniqꝫ
Spm̃ ſanctum in eam, nõ cum ea ueniſ-
ſe: dicente angelo: Spũs ſanctus ſuper
ueniet in te. Et ſi licet loq qd' eccl'ſia ſen
tit (& ueꝵ ipſa ſentit) dico gl'ioſam de
ſpũ ſancto concepiſſe: nõ aũt & cõce-
ptã fuiſſe: dico pepiſſe uirginẽ, nõ tñ & con-

Ioan. 7. c ꝑtã à uirgine. Alioqn ubi erit ꝑrogatiua
mr̃is dñi q̃ ſingl'r credit̃ exultare & mu
nere ꝓlis: & integritate carnis: ſi tantũ-
dem dederis & mr̃i ipſius? Nõ eſt hoc
uirginẽ honorare: ſed honori detrahere.
Si igit̃ ante cõceptũ ſui ſanctificari mi-
nime potuit, qm̃ non erat: ſed nec ip ip̃o
quidem cõceptu, ꝑꝑ peccatũ quod in-
erat reſtat ut poſt conceptũ in utero iã
exñs, ſanctificationẽ accepiſſe credat̃: q̃
excluſo pctõ ſanctam fecerit natiuita-
tẽ: non tñ & cõceptionẽ. Quãobrẽ etſi
quibus uel paucis filioꝵ hoĩum datum
eſt cũ ſanctitate naſci: nõ tñ & cõcipi:
ut uni ſanè ſeruaret̃ ſancti ꝑrogatiua cõ-
ceptus: q oẽs ſanctificaret: ſolusq́ꝫ abſ-
que pctõ ueniẽs, purgationẽ faceret pec
catoꝵ. Solus itaqꝫ dñs Ieſus de ſpiritu
Pſal. 50. a ſancto cõceptus: qa ſolus & añ conce-
ptũ ſanct⁹. Quo excepto: de cętero uni-
uerſos reſpicit ex Adã natos, quod un⁹
humiliter de ſemetipſo ac ueraciter cõ-
fitetur. In iniqtatibus, ingens, cõceptus
ſum: & in pctís cõcepit me mr̃ mea. Cũ
hæc ita ſe habeant: q̃nam iã erit feſtiuæ
tõ cõceptionis? Quo pacto, inquã, aut
ſanctus aſſeret̃ cõceptus, qui de Spiritu
ſancto nõ eſt: ne dicã de pctõ eſt: aut fe
ſtus habebit̃ q minime ſanctus eſt? Li-
benter gl'ioſa hoc honore carebit, quo
uel pctm̃ honorari: uel falſa induci uide
tur ſanctitas. Alioqn nulla ei rõne place
bit contra eccl'iæ ritum ꝑſumpta noui-
tas, mr̃ temeritatis: ſoror ſupſtitionis: fi
lia leuitatis. Nam ſi ſic uidebat̃: conſulẽ
da erat prius apl'icę ſedis authoritas: et
non ita ꝑcipitanter atqꝫ incõſulte pau-
corum ſequẽda ſimplicitas imperitoꝵ.
Et añ quidem apud aliquos errorẽ cõ-
pererã: ſed diſſimimulabã, parcẽs deuo
tioni: q̃ de ſimplici corde & amore uir-
ginis ueniebat. Veꝵ apud ſapiẽtes: atqꝫ
in famoſa nobiliq́ꝫ eccleſia: & cuius ſpe
cialiter filius ſum: ſupſtitione deꝑhẽſa,
neſcio an ſine graui offenſa ẽt ueſtri o-
mnium, diſſimulare potuerim. Quæ aũt
dixi: abſqꝫ ꝑiudicio ſanè dicta ſint ſani⁹
ſapiẽtis. Romanæ ꝑſertim eccl'iæ autho
ritati atqꝫ examini totũ hoc ſicut & cæ
tera q̃ eiuſmodi ſunt uniuerſa reſeruo:
ipſius ſiquid aliter ſapio, paratus iudi-
cio emendare.

Ad patriarchã Hieroſolymorũ, Epiſt. 175.

P Atriarchalibus ſcriptis ſæpius
uiſitatus: ingratus iam uidebor
ſi non reſcripſero. At ſi ſaluto
eum qui me ſalutauit: quid amplius fe-
ci? Tu. n. me præueniſti in benedictioni
bus dulcedinis. tu me prior dignatus es
tuis tranſmarinis epiſtolis uiſitare, tu
mihi primas humilitatis charitatisq́ꝫ ꝑ
ripuiſti partes. Quid condignum iã refe
ram? Nihil mihi deniqꝫ reliquiſti quod
pari queam repẽdere uice: qui ẽt de the
ſauro ſeculoꝵ mihi impertire curaſti. i.
de ligno domini. Quid tñ? Debeo ne o-
mittere quod poſſum, qm̃ quod debeo
minime poſſum? Affectum ſaltem uolũ
tatemq́ꝫ aperio reſcribendo duntaxat,
atque reſalutando, quod ſolũ interim ꝑ
tot utique ſpatia terræ & maris licet.
Oſtendam aũt ſi unquam accepero tẽ-
pus, me nequaquã diligere uerbo ſiue
lingua, ſed opere & ueritate. Super mi-
lites tẽpli ponite quæſo oculos ueſtros,
et tãtę pietatis uiſcera, tã ſtrenuis eccl'ię
propugnatoribus aperite. Hoc ſiquidẽ
acceptum erit deo, & gratum homini-
bus, ſi foueris eos qui ſuas animas pro
fratribus poſuerunt. De loco autem ad
quem nos inuitatis, frater Andreas di-
cet uobis uoluntatem noſtram.

*Ad dominum papã Innocẽtium, ex perſona Al
beronis Treuerenſis archiep̃i, Epiſtola, 176.*

V Olũtas cordis mei et deſideriũ
ſatis inquietum adeũdi & uidẽ
di deſideratã beatitudinis ur̃æ
præſentiam: ſed & cognoſcẽdi certius
quæ circa uos ſunt, rurſumq́ꝫ qualiter ſe
habeant noſtra, uobis uiciſſim diligen-
tius intimandi, iam dudũ itineris me ad
monet, atqꝫ indeſinẽter ſolicitat. Cæte-
rũ terræ ac diei malitia, & ꝑter inſtan-
tiam meã quotidianam ẽt nonnulla ue
ſtræ neceſſitatis cã impeditus: uoto fa-
cere ſatis nõ potui uſqꝫ adhuc, ſed nec-
dũ poſſum. Sed qd? Sanũ iuſtumq́ꝫ pro
poſitũ nunqd omittẽdũ ex toto fuit: qa

ex toto adimpleri nõ potuit? Fuit ergo
cõſilij, ꝑ hũc uenerabilẽ. H. Tullẽſis ec-
cleſiæ archidiaconũ interim ſaltem ali-
quatenus conſolari conceptũ iam olim
deſiderium, curamq́ꝫ reuelare quã pa-
tior. Nec. n. fidelior, ſtudioſior, cautior
ue illo ad manũ eſſe potuit ſiue in perfe
rendo ad uos q̃ nos illi iniungimus: ſiue
in referendo ad nos ſiqua uræ dignatio
ni placuerit remandare. Itaqꝫ de bñpla
cito: de ſtatu curiæ: ac uræ ſoſpitate ꝑ-
ſonæ: & ſiquid blãdius aura ſecũdior à
diuina clemẽtia recẽs fortè ſpirauerit ec
cleſiæ, aduerſus ſchiſmaticorũ ꝓcacẽ,
ſed inefficacẽ rabiẽ deſudãti: de his oĩb⁹
plenius inſtrui cupimus & ſupplicam⁹.
Porrò nr̃am citramontanam eccleſiam
tam in nr̃o q̃ꝫ in Francorũ regno noueri
tis fortẽ in fide, pacificã in unitate, deuo
tam in ur̃a obediẽtia, promptã ad ſerui
tiũ. Neq̃q̃ꝫ nos Bñuenti: non Capuę: nõ
ipſius Romæ terret, deo ſic iudicante,
amiſſio: ſcientes eccleſię ſtatũ nõ armis
æſtimari: ſed meritis. Ipſius qppe nõ al-
Pſal. 26.a terius agnoſcimus uoces illas ĩ pſalmo:
Si conſiſtãt aduerſum me caſtra, non ti-
mebit cor meum: Si exurgat aduerſum
me p̃lium: in hoc ego ſperabo. Propter-
ea & nos qa de eccleſia ſumus, nõ time
bimus dũ turbabit̃ terra, & transferent̃
mõtes in cor maris. Gloriet̃ tyrãnus Si-
culus quantũ uult, gl'iet̃ in malitia ꝙ po
tens eſt in iniqtate: nr̃a aũt uirtus in in-
firmitate ꝑficit̃. Eccleſia qñ infirmatur,
2. Cor. 12 Pauli magiſterio didicit eſſe potentior.
Didicit ẽ regione & à Salomone ꝙ pro
Prou. 1.d ſperitas ſtultorũ occĩdit eos. Didicit &
Iob. 5.a ſtultũ firma radice cum uiderit, ſtatim
maledicere pulchritudini eius. Ideo cũ
ſctõ Dauid ſeſe in utroqꝫ conſolat̃, & ho
ſtiũ uidelicet caſu: et liberatione ſui. Ait
Pſal. 19.b ſiquidẽ: Hi in curribus & in eqs: nos aũt
in noĩe dñi dei nr̃i ĩuocabimus: Ipſi ob-
ligati ſunt, & ceciderunt: nos aũt ſurre-
ximus, & erecti ſumus. Hæc pauca uob̃
cõſolandi gr̃a de qbus certus fui, fideli
atteſtatione intimãdum eſſe putaui: ad
reuelandã uel ex aliqua parte eam quæ
ur̃a uiſcera inceſſanter affligit ſolicitu-
do oĩum eccl'iarum. Hoc quoqꝫ addo,
dñm regem, deo eum confortante, fer-
uere & accingi ad liberationẽ eccleſiæ:
& parare ſibi exercitũ multum nimis:
nos quoque ñdel'r ad hoc ipſum pro ui-
ribus laborare, exhortari, & ſolicitare
quos poſſumus: & cum tp̃s aduenerit,
non expenſis, non ꝑſonæ ꝓprię ꝑcituꝝ.

Ad eundem in perſona eiuſdem, Epiſt. 177.

Vnqd petiui ep̃atũ à dño meo?
n Et ſi forte cathedram affectaui,
ſed nõ Treuerenſem. Sciebam
quippe domum exaſperantem, ppl'mq́ꝫ
durę ceruicis. Oderam illos, ꝙ ſꝑ in fęce
diſcordię iacuiſſent, eccleſię reſiſtentes.
Pro qua ſiquos labores qñqꝫ ſuſtinui,
non me piget: ſed hunc inde fructũ nec
ſperaui, nec uolui. Laboraui ſuſtinens, li
bẽs qdẽ, ſed nõ hac ſpe p̃mij. Duram ꝓ-
uinciã nactus ſum, pctĩs meis exigentib.
Inter cętera quibus angor, ſuffraganeos
accepi iuuenes & nobiles. Adiutores eſ
ſe deberẽt: & utinã nõ aduerſarent̃. Sed
ſupꝑſedeo, ꝑ aliũ malo ut innoteſcant uo
bis mores eoꝝ & ſtudia, ſi neſcitis. Di-
co tñ, ius, fas, honeſtas, religio ĩ nr̃is ep̃a
tibus perierũt. Malũ qd' ꝓ debito offi-
cij diſſimulare nõ audeo, br̃ ſimpl'rq́ꝫ in
timaui: ut qd' ñ placet ꝓuidẽtię ur̃ę ꝑ me
corrigi, per me ſaltem uobis qui corrige
re poteſtis innoteſcat, ne oĩno uacuũ ui
dear portare nomen archiep̃i. Et mihi
melius quidem eſſet non aſcẽdiſſe, q̃ꝫ ſic
deſcẽdere cũ rubore. Sed de me q̃ cura?
Bñ quod dignus ſum patiar: tanq̃ꝫ ma-
le oꝑans. Sim certe opprobrio ẽt meis,
ſua ſpe nimiꝝ fruſtratis, quã de me ut ſi
bi me p̃eſſe uellẽt, cõceꝑant: dũ compe
riãt eccleſię ſuę ꝑ me magis imminui di
gnitatẽ, cuius ꝑ me ẽt antiqua dãna reſti
tui poſſe putauerãt. Hęc oĩa ſuſtineo: &
ſi nõ libenter, certe patiẽter, ne unq̃ꝫ ui-
deãr recalcitrare obediẽtię, ꝓ qua ẽt da
re aĩam ſi neceſſe ſit debere me fateor.
Veꝝ hoc ſolicitudinẽ ur̃am attẽdere ue
lim, creationis iniuriã reſpicere ad creã-
tẽ: & uires q̃s mihi ſubtrahitis, uob̃ mi-
nuitis: & cõtemptus meus & deiectio
mea, redũdat in uos. Multa hẽo conq̃ri
uob̃ de uob̃, ſed reſeruo ea pãdẽda nun
cio, quẽ noui ad hoc ſatis ĩduſtriũ & fi-

delem. Sigño etiam uobis ſuſtinere nos
periculum in falſis fratribus. Legati qp
pe ſchiſmaticoꝝ intrant & exeunt ad
quoſdam de noſtris liberius q̃ꝫ ſolebãt,
& uerba tyranni Siculi familiariter ad-
mittuntur.

Ad dominum papam Innocentium pro Alberone Treuerenſi archiepiſcopo, Epiſt. 178.

Mantiſſimo pr̃i & dño Innocẽ
a tio ſummo pontifici: ſuus B.
quod ſuus. Fidel'r loquor, quia
fidel'r amo. Nec. n. ſyncerus eſt amor
ubi dubietatis ſcrupulus, ſuſpicionis fę-
cẽ retinet. Querimonia dñi Treuerẽſis,
non eſt eius ſolius, ſed cõis multoꝝ, eo-
rumq́ꝫ p̃cipue qui ſynceriori affectu uos
diligunt. Vox una oĩum qui fideli apud
nos cura ppl'is p̃ſunt, iuſtitiam in eccle-
ſia depꝑire, annullari eccleſiæ claues, ep̃a
lem oĩno uileſcere authoritatẽ, dũ nemo
ep̃oꝝ in promptu hẽat ulciſci iniurias
dei, nulli liceat illicita quæuis ne in pro-
pria quidẽ parœcia caſtigare. Cãm refe
runt in uos, curiamq́ꝫ Romanam. Recte
furore ſuo auſus eſt hoc grande ſacrile-
gium attẽtare. Abſit ut uel ad momen-
tũ ſtare poſſit añ faciẽ regis popularis
manus,uulgi temeritas.Factus ſum inſi
piẽs,q cũ ſim uilis ignobiliſq; pſona:tã
quã aliqs magn⁹,cõſilijs tãtæ magnitu-
dinis tantæq; ſapiæ me ingeſſi, & de re
magna. At q̊ ignobilior atq; abiectior,
tãto liberior ſum ad loquẽdum qđ cha
ritas ſuggerit. Vñ & adhuc addo in ea-
dẽ inſipiẽtia mea: Siqs aliud,quã locu-
tus ſum uobis(quod nõ credimus)ſua-
dere conabiť,is ꝓfecto aut nõ diligit re
gẽ,aut paꝝ itelligit qd regiã deceat ma
ieſtatẽ:aut certe q̃ ſua ſũt q̃rit:& nõ ual
de q̃,uel dei,uel regis ſũt curare cõuicit.

Ad dominũ papã Eugeniũ pro Aurelianenſi
epiſcopo, Epiſtola, 244.

i Ta quæſo, ita facite. Semp cõ-
ſideretur nõ à quo,ſed quid pe-
tatur. Pro Aurelianenſi epiſco-
po non eſt exauditus rex, minime tñ of
fenſus,quia cor eius in manu dei ẽ. Qđ
& ſi contigiſſet,ſuſtinendum fuerat,ne
deus offenderetur,q utiq; ex hoc magis
propitiabiť, & citius reſpirare faciet à
tribulatiõe maloꝝ & dolore, ſi iuſtitia
teneať,ſi nõ relinquať ueritas. Hæc &
his ſil'ia quæ de uobis p orbẽ celebri in
dies iucũditate crebreſcunt, quãta cor
meũ ſuauitate repleãt, non eſt facile di-
ctu. Hæc ꝓ his. De cętero ſi ſuggeſtum
uobis à quopiam fuerit de me amplius
onerãdo,ſcitote mihi uires nõ ſuppete-
re ad ea q̃ porto. Quãtum mihi,tm̃ par-
cetis & uobis. Propoſitũ meũ monaſte
rium non egrediendi, credo non latere
uos. De fratre Balditio quamuis dile-
cto, quamuis neceſſario obeditum eſt
ſine mora. De abbate mittendo ad ſan
ctum Anaſtaſium, ſi factum nõ eſt, fiet
ſtatim ut factum non eſſe ſciemus. Por-
rò de alia mittenda perſona quia in ulti
mis literis ueſtris nihil ſcripſiſtis: nihil
præſumpſimus. Cæterum & hoc tã ce-
leriter fiet: quàm uobis accelerare pla-
cuerit. Plenius uobis & manifeſtius de
his omnibus reſpõdebunt dñs Altiſſio-
dorenſis & frater Balditius. Quod ſan-
ctæ memorię Balduinus Piſanus archi-
epiſcopus

ep̃s fecit in Sardinia de excõicatione A-
uorenſis iudicis: quia non,niſi iuſte,hoc
uirum bonum feciſſe credimus, ueſtra
authoritate ratum & inconcuſſum ma-
nere rogamus. Porrò Turritanus iudex
quia bonus dicitur eſſe princeps,ſit uo-
bis commendatus, & à uobis manute-
neatur.

Ad eundem pro eodem, quando prædictus
Aurelianenſis depoſitus eſt,
Epiſtola 245.

t Empus eſt ut & ego ſcribã non
iam pro ep̃o,ſed pro paupere et
humili monacho,idq; qđ miſe
rabilius eſt, facto de diuite & ſublimi.
Hic iam non hẽt adulatio locum,hẽt mi
ſeratio. Multi ꝓ eo ſcripſerunt ut rema-
neret ep̃s,ſed multũ hoc erat:non potui
adduci ego ut id auderem. Nunc uerò
ſi res humanius æſtimeť, ipſa nunc exi-
git quod añ uitabam. Spes erat hoĩ ad-
huc,nam ſperandi rõ ſuberat talis. Dice
bat:Valde immutatus eſt reꝝ ſtatus ex
quo mihi ſñia purgatiõis impoſita fuit.
Et quidẽ grauẽ illã ſatis accepi, & q̃ ab
innocentiſſimo difficile impleri poſſet.
Quid nunc cũ cũcta penè in impol'e uer
ſa ſunt? Niuernis non eſt ep̃s,ſed ne Tre
cis quidem. Altiſſiodorenſis tranſalpi-
nauit. Comprouincialium ſanè ep̃oꝝ p
quos me purgari oportuit, pars multa
hæc eſt. Non certe purgatores deficiũt
mihi,ſed ep̃i uel deſunt uel abſunt. Quid
ergo? Recte'ne à me exigi põt,qđ inue-
niri nõ põt? Si res ita iudicij compta fue
rit,miꝝ ſi de ipol'i ſñiam ferat. Aut ſi nõ
ex toto impol'e,minimũ quod forte mi-
nus eſt,leuiter effugiet ultro negligẽtius
perſcrutantem. Nempe miſericordiam
uult,non ſacrificium. Quæ.n.utilitas in
ſanguine meo,ut quærat iniqtatẽ meã,
et pctm̃ meum ſcrutetur? Maius aũt qa
benignus et miſericors eſt, aliqd obliui
ſceť, aliqd diſſimulabit, aliqd & de ſuo
addet. Dñs eſt. An non licet ei qđ uult
facere? Etiam ſi non quantum ſat eſt,rõ
nem mihi ſuppeditare aduerterit: qdni
tota tñ libertate utetur, prompteq; mi
ſericordiam ſuperexaltabit iudicio, uir
apl'icæ mãſuetudinis & authoritatis? Er
go cũ ſic liceret ſperare timenti,nec fru-
ſtra,ut ſibi ſuiſq; uidebať: ceſſit tñ, & no
ſtro ſe totũ cõmiſit arbitrio. Ac ne oc-
caſione ipſius diutius eccleſia fatigareť,
conſulẽte me anticipans terminũ & ſe-
curis ictum,ultro ep̃m exuit. Vnũ eſt cle
mentiſſime pr̃,uñ hoĩ gñoſo ac uerecũ-
do in tam miſeranda fortuna poſſet nõ
paꝝ cõſolationis afferri. Quęritis quid?
ꝓfecto non ambulat in magnis: nec in
mirabilibus ſup ſe. Sufficit ſi ur̃a indul-
gentia poſſit retinere ſacerdotẽ: qui ep̃s
fuit,tm̃ à nota infamiæ, & ppetuæ inu-
ſtionis cauterio,ſcuto bonæ uoluntatis
ur̃ę obumbreť ſibi. O dignam omni ex-
auditu p̃cem. Non rogat ut glorioſus,
ſed ne inglorius ſit,qui extitit glorioſus.
Quicqd illud ſit qđ medium eſt,eo con
tentus eſt. Liceat cadẽti à gloria:hone-
ſto quo poterit mediocritatis ſeſe exci-
pere gradu:ſolamq; non deuenire in ex
tremitatem opprobrij. Iuuenis eſt:nobi
lis gñe eſt:in ſublimitate poſitus fuit:nec
tñ humilem refugit locũ,ſed probrum.
Nihil'ne merebiť uel iſta humilitas? Hu *3.Re.21.g*
miliatus eſt impius Achab,et profuit ei:
& in uiro fideli ac nobili humilitas pre-
cium non habebit? Abſit à ſumma ſe-
de,abſit à ſancta mente ueſtra,cor con-
tritum & humiliatum deſpicere. Si dixe
rimus,humiliauit ſe, exaltetur: nihil in
hoc temere à nobis præſumptum:poſ-
ſemus forſitan excuſare: nimirum ex re
gula quam optime noſtis. Nunc autẽ
non dicimus exaltetur:ſed ne conculce
tur, & confundamur ab expectatione
noſtra. Imo uerò ſi mala ſuſcepimus
de manu domini: bona quare non ſu-
ſcipiamus? Nunquid enim poteſtatem
habetis deponere potentes de ſede, &
exaltare humiles non habetis? Porrò
poteſtate accepta male in malo, quàm
in bono uti, abuti eſt. Præterea angiť
debitis multis,cum ſit pauper et inops.
Iubeat authoritas ueſtra de rebus epi-
ſcopalibus ea ſolui. Durum eſt enim ſi-
mul & honore priuari, & onere premi
debitorum.

Ad eundem pro Remenſi archiepiſcopo, Epiſtola 246.

a Mantiſſimo patri & dño Euge
nio dei grã ſummo põtifici Ber.
Clareuallẽſis abbas, modicum
id quod eſt. Parcat uobis deus. Quid fe
ciſtis? Faciem hoís uerecundiſſimi con-
fudiſtis: & cuius laus eſt in eccleſia, ipm̃
in facie eccleſię humiliaſtis. Lętificaſtis
oẽs inimicos eius, ſed quantos uos con
triſtaſſe putatis? Non eſt modus condo
lendi, quia amicorum non eſt numerus.
Dilectus à deo & hominibus, grandis
criminis luit pœnas: nullius conuictus:
nullius confeſſus. Tenemus: Phinees
ſentimus zelũ: Iſraelites perfoditur, ſed
non cũ Madianitide. Imponit̃ ei ꝙ regẽ
coronauit: ſed in hoc nõ exiſtimat exceſ
ſiſſe ſe tenorẽ priuilegioꝝ ſuoꝝ. Obĳcit̃
ꝙ ſcienter diuina p̃ſumpſerit celebrare
in eccleſia interdicta. Negat. Suo tpe ꝓ-
babit̃ illud purgabit̃ iſtud. Eſto tñ. Pute
mus oĩa cõſtare quæcũque in abñtem
aduerſarĳs eius licuit aut libuit loq̃. De-
buit'ne hoc ſolo exceſſu cuiꝰ cætera lau
dabilia extiterunt: tam durè feriri: tã ſe-
uere aĩaduerti? Semel exceſſiſſe, ẽt uirtꝰ
poterat reputari, ſi de uño non de uultu
inimicoꝝ eius iudiciũ prodĳſſet. Dein-
de qd in arcto illo fieri oportebat? Dies
celebris, ſolẽnis curia, iuuenis rex: & qđ
his maius eſt, dei negocium, de Ieroſoly
mitana .ſ. expeditione: ꝑꝑ qđ oẽs cõue-
nerant. Prorſus hæc oĩa miſſaꝝ & coro
næ regiæ ſolennis debitiq́ʒ honoris fru-
ſtrationem nullatenus admittebãt. Sed
nec ipſi Byturicẽſi archiep̃o oĩno expe-
diebat ut honor regis ꝑ eum impedire-
tur. Quæ cum ita ſe habuerint, æſtima-
mus locum miſericordię non deeſſe ubi
tãta neceſſitas typũ excuſat contuma-
ciæ. Nunquid p̃tãtem hẽtis tm̃ ꝑcutere:
& neq̃q̃ʒ ſanare? Noſtis qui dixerit: Per
Deut. 32. f cutiam, & ego ſanabo. Abſit ut cuius
teneris uicem, non uſurpetis & uocem:
uocem pręcipuè pietatis: Ergo ſola hac
uice redeat ſagitta Ionathæ retrorſum:
et ſi neceſſe fuerit in me magis mittatur.
Tolerabilius, fateor, habuiſſem interdi
ci mihi miſſaꝝ celebrationem: quàm ar
chiep̃o pallĳ uſum. Eſt ẽt qđ nõ medio-
criter uño pio rigori obuiat ĩ hac parte,
quod filio uño regi Ludouico poſſit hîc
non paruę offenſionis & iritationis oc
caſio dari: cum ipſe ſibi tota mali huius
uideatur eſſe occaſio. Quod planè tpe
iſto non expedit: ne bonum qđ uño hor
tatu bono & magno aĩo cœpit, dignũ
(qđ abſit) non hẽat exitum, ſi in ſcanda
lo & animi ꝑturbatione hoc egerit. De
cætero mandaſtis: & obediui: & fœcũ-
dauit obedientiam p̃cipientis authori-
Pſal. 39. b tas. Siq̃dem annunciaui et locutus ſum:
multiplicati ſunt ſuꝑ numeꝝ. Vacuan-
tur urbes & caſtella: & penè iam non in
ueniunt quem apprehendant ſeptẽ mu
lieres uirum unum: adeo ubiq́ʒ uiduæ
uiuis remanent uiris.

Ad eundem, Epiſtola 247.

n On ẽ mihi more multoꝝ proœ
mĳs uti ad uos ambitu uerboꝝ:
à re ipſa incipio. Hõ fallax ue-
nit ad uos: credo ut fallat, ſed abſit ut
uos. Hoc .n. non niſi in multoꝝ diſcrimẽ
idq́ʒ maximum poſſet accidere. Sempꝑ
quidem ſicut fallere malũ: ita falli à ma-
lo eſt plerũque, & malum. Sed intereſt
quis, & in quo fallit̃. Quanto uña p̃tãs
& dignitas maior, tãto ea q̃ uobis forte
ſubreptio fit, non modo ꝑiculoſior ſed
& turpior eſt: p̃ſertim in eccleſiaſticis
cauſis. Si uerbi grã, Sagiẽſis hæc uulpe-
cula fraudulẽta cõcinnans dolos uobis
(ſicut callide cogitat illudere) poterit
ad uineã dñi ſabaoth, quã breui tpe par
te nõ modica demolita eſt, uña authori
tate redire: quanta putatis malignitate
de cætero ſęuituram? Heu, qđ reliquum
eſt deuorabit. Nempe q̃ uenit uulpecu-
la, redibit leæna: & in quoſq́ʒ tam cleri,
quam pp̃li non iam calliditate utet̃: ſed
crudelitate. Vigilandum utiq́ʒ aduerſus
aſtutiam: ne ad tantam ſæuitiam denuo
ꝓrumpere poſſit. Nõ ergo uos moueat
hoís facies miſeranda: uilis habitus, uul-
tus ſupplex, demiſſa ſupercilia: uerboꝝ
humilitas: ſed nec ipſę q̃dem lacrymu-
læ: currẽtes, ut aiunt, ad nutum eius: do-

Ioan. 7. c cte mentiri. Hæc oĩa in facie ſunt: & ſci-
tis q̃ dixerit: Nolite ſcđm faciẽ iudicare.
In his atq́ʒ ſil'ibus forma pietatis exiſtit:
ſed non ſꝑ & uirtus. Veſtimẽta ouiũ ſunt
hęc, frequẽter (ſicut deſignauit dñs) uſur
pata à lupis ĩ ſtragem maximam ouiũ:
dum non ſe abſcondunt, q̃m̃ illi abſcon
ditè ueniunt. Inde eſt ꝙ aliqui ẽt ex nr̃is
pro eo ſcripſerunt, talibus circumuenti
mendacĳs: paꝝ aduertentes quod à ſa-
Eccl. 19. d piente ſapienter ac ueraciter dr̃: Eſt qui
ſe humiliat neq̃ter, & interiora eius ple
na ſunt dolo. Vos ergo non attendatis
ad uerba eius: neq́ʒ ad corporis geſtus:
opera interrogate. A fructibus eius co-
Matt. 7. c gnoſcetis eum. Multa & grauia dñr de
eo, dicentur & in eum ſi eſt qui quærat
& iudicet. Nolo dicere oĩa quæ audiui.
Nec .n. oĩbus credendum eſt: ſed nec o-
mnibus decredendum. Vnam pono br̃
meam coniecturam, certi'ne aliquid ha
beat, uos iudicabitis. Cur datos ſibi iu-
dices declinauit? Si perſonas cauſat̃, nõ
erant ſuſpecti. Si loci importunitatem,
erat hoc ĩ terra ſua, et in cognatione ſua,
ubi & expenſis paucis, & itinere non lõ
go facile & abſq́ʒ labore totũ negociũ
poterat explicari. Reſtat proinde nihil
aliud ſuſpicandum, quàm fuiſſe hominẽ
ſubdolum accuſantium multitudinẽ, q̃
extra patriam eum minime præ inopia
ſequi poſſent. Grãs agimus dño Lexo-
uienſi: qui zelo domus dñi tactus nec
marſupio pepercit, nec corpori. Bonus
frater, cui ſtudium eſt ſemẽ defuncti fra
tris ſuſcitare. Grãs & uos agite illi: q̃a
ueſtro quoque noĩ hæc eius cura nõ pa
rum conferre ur̃: qua fit ut conuincatur
malignus, & ſic deĳciatur, quæ eſt glo-
ria ueſtra.

Ad eundem, Epiſtola 248.

f I rebus raritas precium facit: nil
in eccleſia precioſius, nil optabi
lius bono utili'que paſtore. Nẽ
pe rara auis eſt iſta. Proinde ſicubi talis
interdum reperiatur: & occaſio detur:
confeſtim inĳciendæ ſunt manus, & to-
tis niſibus ſatagendũ, ne qua ui, ne qua
arte malitię fructuoſa promotio ualeat
præpediri. Audiuimus in eccleſia Valen
tina pari uoto cleri & pp̃li electum eſſe
priorẽ Caſę dei. Miꝝ ſi bonus non fue-
rit ad opus ad quod aſſumitur. Scire uul
tis uñ id ſperem? Boni hoc uolunt, nec
põt bonus non eſſe q̃ bonis placet. Nec
minus ualidum argm̃ mihi ur̃ quòd bo-
nus ſit, ſi malis è regione diſpliceat. De-
cet ſanctitatem uñam uotis aſſentire bo
noꝝ, ne ſi ab iſto forte reſilire cõtingat,
alium quem nolletis, ſtudio et conſenſu
prauoꝝ contingat recipere.

Ad Bernardum priorem Portarum, Epiſtola 249.

r Euerẽdiſſimis patribus & dñis
amantiſſimis Bernardo priori
Portaꝝ, & ſanctis qui cum eo
ſunt B. Clareuallis uocatus abbas ſalu-
tem ĩ dño. Ex quodam beatitudinis ur̃ę
reſcripto comperi ſcripſiſſe me aliquid
qđ me indicaret cõmotum: uo'ſq́ʒ iſtud
non paꝝ metuere. Veꝝ id fruſtra. Non
eſt quod à puero uño timendum ſit uo-
bis reuerendiſſimi p̃res, qui uos in ueri-
tate diligo ut amicos: & ſuſpicio ut ſan
ctos. Niſi forte nõ me, ſed mihi pr̃no ti-
muiſtis affectu, qđ motus uobis uiderer
nõ ex rõne: aut ſi ex rõne, forte plus quã
oporteret. Motus fateor fui, ſed pro uo
bis, non contra uos, atq́ʒ id tenuiter ſa-
tis. Si & hoc temere, ſed non temere cõ
fiteor aduerſum me iniuſtitiam meã, &
uos remittetis temeritatẽ peccati mei.
Ignoſcite mihi, ſic ſum, zelus domus ue
ſtræ comedit me. Non patior planè qđ
in me eſt decolorari tantę ſpecimen ſan
ctitatis, nam corrumpi poſſe, abſit ut ue
rear. Prorſus aũt diſplicet ĩ pulcherrimo
corpꝰe nõ ſolũ morbus, ſed & neuus. Nõ
planè bonus color, ſi ſctõꝝ quiſpiã an-
xiè ferre abiectionem ſuã uideat̃: de qua
ẽt & non gaudere, & non gl'iari, minus
eſt à ꝑfecto. Porrò in ꝓpoſito perfectio
nis apparere impꝑfectũ neuus ẽ. Ergo hic
color mihi in fratre Natali diſplicuit.
Quid enim & ſi caſtum id fuerit coràm
deo? Nempe oportet prouidere bona
etiam corã hominibus. Sed dicitis: Nõ
ipſe grauiter tulit, ſed nos. Ad idem re-

uertitur, Iterum dico quod ſentio. Cur uobis graue fuerit, non uideo: niſi quia ipſi graue eſſe ſenſiſtis. Vos iudicate an hoc eum decuerit, præſertim in nouitate uitę. Nam añ hanc (ut ſalua eius pace dixerim) non caruit hac nota, an uero nec culpa, ſuæ ipſius conſciæ relinquendũ eſt. Et qd ſi forte hoc cogitauit dñs papa: cum ſicut dicitis, electioni eius aſſentire renuerit? Veritus qppe, ut ęſtimo, linguas obtrectatorꝶ, uetuit feſtinatam noui eremitę promotionem, ne, ut dixi, lingua maliloqua dicere poſſet hũc eſſe quem ſp optauerat eremi fructũ. Verũtamen quicquid dñs papa intenderit, ſiue hoc ſiue aliud, me ignoraſſe ſciatis illud eius conſilium, nequis dicat qđ meo inſtinctu id fecerit. Nam quod ad me pertinet, mihi decretum eſt, ubi opportune poſſem, non ſolum non impedire, ſed ẽt totis uirib⁹, & ambabus, ut dicit̃, trahere manibus, ubi de gr̃a quę in eo ẽ, deo fructificare ualeret. Quis dabit mihi hoĩes lr̃atos et ſc̄tõs in eccleſiis dei p̃eſſe paſtores: ſi non in oĩbus, certe ĩ pluribus, certe in aliquibus ſaltem? Quid em̃ ſi iuuenis aliqua olim iuuenil̃r egiſſe

2.Cor.5.d memoratur? Vetera tranſierũt: noua facta ſunt oĩa. Cõſepultus eſt iterꝶ Chr̃o p eremi baptiſmum, ego olim ſepulta uitia retractabo? Iam quod abbas Caziacenſis ſiue Trecenſis dure dñr ſcripſiſſe uobis, oĩno cum audiui, dure accepi, & cum accepo tp̃s, non diſſimulabo, quantũ qdem charitas poſtulabit, & familiaritas q̃ mihi pro eorꝶ religioſitate ad ipſos eſt. Deo aũt gr̃as, qui dedit uobis non uinci a malo, ſed uincere in bono malum, quia non r̃ndiſtis eis malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Porro illas quas ad me aduerſus p̃fatos abbates ante ſcripſeratis lr̃as, nec ſtudio, nec uoluntate mea ad ipſorꝶ notitiam perueniſſe ſciatis. Et de his ſatis. Tp̃s eſt ut non obliuiſcar mei. Clamat ad uos mea monſtruoſa uita, mea ærumnoſa conſcia. Ego.n. quædã chimæra mei ſcl̃i, nec clericum gero, nec laicum. Nam monachi iãdudum exui conuerſationem, non habitum. Nolo ſcribere de me quod uos per alios audiſſe exiſtimo, quid actitem, quid ſtudeam, per quę diſcrimina uerſer in mundo, imo per quę iacter pręcipitia. Si quominus audiſtis, p̃cor ut inquiratis, & ſecundum quod audieritis, & conſilium impendatis, & orationum ſuffragia.

Ad dominum papam Eugenium, Epiſtola, 250.

a Mantiſſimo patri & dño Eugenio dei gr̃a ſummo pontifici B. Claræuallis dictus abbas, modicum id quod eſt. Beluienſes monachi grauiter deliquerunt, ſed non impune. Vobis pro hoc ipſo laus & gr̃arꝶ actio ab uniuerſa debet̃ eccleſia, qa non ſiluiſtis, non diſſimulaſtis, non quieuiſtis. Ef ferbuiſtis ut debuiſtis, percuſſiſtis, ſed ut ſanaretis. Quod ſi obliuiſcatur miſereri dñs, & contineat in ira ſua miſericordias ſuas, unde ſanitas? Fiducialiter proinde poſt iudicium miſericordiã præſtolamur, ut miſericordiam & iudicium cantemus dño. Scimus ſcimus, non deuiabit uicarius a ueſtigiis eius cu- Ioan.12.d ius uicarius eſt, nimirꝶ cũ ille dicat: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Dicit autẽ Iohe.2.d de illo propheta: Quis ſcit ſi conuertat̃ & ignoſcat deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? Hanc de ueſtris quoq; poſterioribus audacter exigimus. Alioquin non decet ut perdatis innocentem cum impio. Etenim qui malum fecerũt, facti de medio ſunt. Quid reſtat niſi ut reliquiæ ſalue fiant? Quidni ſaluentur q obedierunt uobis, qui obedierunt p̃deceſſori ũro? Paulum loquor qui aiebat: 1.Cor.5.d Auferte malum ex uobis. Itaque miſeremini illis, & non præiudicet iniquitas ſceleratorum, iuſtitię innocentium. Hęc dico quia cauſa eſt eis cum Eduenſibus in præſentia ueſtræ maieſtatis, & timẽt ne noceat ſibi iniquitas aliorum. Sane id præcipue obſecramus, ut concordiæ & paci ipſorum operam detis, utriſque ſiquidem bene uolumus, atq; ita utriſq; credimus expedire.

Ad eundem pro Eboracenſi, Epiſt. 251.

ſ Aeuit fruſtrata ambitio: imo deſperata furit. Currit ad laqueũ hõ perditionis: & debitam iam olim in ſe ſñiam dãnationis accelerat. Vel nunc manifeſta ſunt pc̄tã eius pręcedentia ad iudicium. Anticipat manum ſucciſoris arbor maledicta & ſpinoſa, & cunctantem ſecurim in ſemet prouocat. Heu, quam iuſtius illa iãdudum excidiſſet, quam ſancti illi quos contra ius & fas male ſtando deiecit? Etem̃ ſi non ſtaret, ſtantes minime deieciſſet. Et illi quidem in innocentia ſua, & pro innocentia corruerunt, multo melius ſtãtes: ſed ſanguis innoxius de manu illorꝶ ꝓculdubio requiretur, qui uires furtiuas tã noxię arbori ne ſtatim corrueret miniſtrauerunt. Clamat cõtra eorꝶ capita ſanguis ſc̄tõrꝶ de terra: quorꝶ aĩę ĩ manu dei ſunt, & iam non tanget eos tormentum malitię. Veruntñ uiſcera mea erãt: effuſa ſunt: nõ recipio de uerbis conſolationem. Et ſi poſſent eſſe qualicũque ſolatio ſiue remedio, deficiũt tñ p̃ dolore: mœrore p̃cluduntur: interrumpunt̃ ſingultibus. Vnum tñ ipmq; extremũ qđ utiq; magis ſcribere, quam proloq poſſum: adhuc audite, uel potius legite: Si adhuc ſteterit: prohdolor uerẽdum ne

Mat.7.c ipſius ſtatus ſit ueſter caſus: dum qcqd adiecerit, utpote mala arbor, quæ non põt niſi malos fructus facere: non illi iã, ſed uobis merito imputetur.

Ad abbatem de Præmonſtrato, Epiſt. 252.

a Vdiui auditionem ũram, & timui. Scribitis.n. cõtra me amaritudines: abſit aũt ut tam rõnabil̃r, quam terribil̃r. Quid peccaui? an q ũram perſonam ſemper amaui, ũrm ordinem foui, & promoui ſemper qđ in me fuit? Fidem, ſi uerbis non habet̃: opera facient. Vt quidem mea mihi conſcia r̃ndet: ego a uobis debui cõmẽdari. Sed quia contraria potius loqui & ſcribere libet: dabo ego uoci meę uocem uirtutis ex factorꝶ teſtimonio. Id quidẽ graue. Videar improparé bñficia: qđ utiq; non decuerat. Vt minus ſapiens faciã: uos me cogitis. Cui unq; ũrm ſiue ũrorꝶ nr̃a opera opus fuit, & defuit? Primo qdem locus ipſe Præmonſtrati in quo degitis, nr̃ fuit, & nr̃o munere habuiſtis. Nam nobis frater Vuido (hoc nomen primi incolæ loci) per manum ep̃i añ donauerat. Deinde q hi de Belloloco uobis ſe aſſociauerunt: nr̃i potiſſimum ſtudii fuit. Apud Ieroſolymam rex Balduinus dum adhuc uiueret, locũ ſancti Samuelis donauit nobis, et mille aureos ſil' de quibus ędificaretur: uos dono nr̃o et locum hẽtis, & aureos habuiſtis. Apud Virdunum ꝓ eccleſia beati Pauli ut eã uos hr̃etis quantum laborauerim, multi norunt: quantum profecerim, ipſi ſentitis. Si quominus recognoſcitis uos: extant epl̃æ nr̃æ ad beatæ memorię papã Innocẽtium huius rei ueri iudices: & q̃ſi uiui teſtes. Illis de Septem fontibus locum quem primũ inhabitauerũt: Frãceuals nomen ei nos contulimus. Propter qđ horꝶ uultis recedere ab amicis? Nũquid reddit̃ pro bono malum: qa minamini uiolare pactum: ualedicere paci: ſocietatem deſerere: ſcindere unitatẽ? Sed eſto. De bono ope nõ me lapidatis, ſed de iniuria: qđ frẽm Robertũ cũ eſſet de ũra profeſſione, ſuſcepim, habitũ ei monachicũ tradẽs. Nõ inficior: apud nos ẽ. Putauerã aũt me ſup hoc ſatisfeciſſe uobis cũ ſuſceptionis illius rõnem, ordinẽ, neceſſitatem, uiua & ueridica uoce expoſui, idq; nõ ſemel. Quia uero necdũ qeſcitis, nõ erit mihi pigrũ reſcribere qđ r̃nderam: qñ uobis durꝶ non eſt repetere quod excuſaueram. Minime ego p̃dictum frẽm Robertum aliqñ ut a uobis exiret ſolicitaui: magis aũt a multis annis id cupientẽ: nõ ſemel, ſed ſæpe compreſſi. Quonam deniq; modo ſuſpect⁹ hr̃i poſſum qđ frẽm Robertum ſubduxerim uobis: cuius cõſilio et hortatu magiſtrum Ottonem habetis? Si neſcitis: ipſum interrogate. Si bene noui hoĩem: non negabit. Poſſem & alios forſitã nõ paucos noĩare ſiue cõuerſos ad uos, ſiue reuerſos: quos hodie nõ hr̃etis niſi a nob ſuaſi fuiſſẽt, ul' coacti. Parco aũt nõ

inops materiæ:ſed uerecūdię ſatisfaciēs
diues. Inueni ego in clauſtris ur̄is q ad
ṽbū p̄dicationis nr̄æ cōpūcti & cōuer
ſi ad nos uenire diſpoſuerāt:cū ecce ſo-
licitātibus ur̄is retrahētes pedē recepti
& retenti ſunt in ordine & habitu ur̄o.
Poſtmodū uerò remordēte eos conſcia
exire uoluerūt:&,ni fallor,exiuiſſent,ni
ſi nr̄o firmarent̄ nō aſſenſu tantū,ſed &
hortatu. Sed iam audite:qa iteꝝ uultis
audire:qūo tandē fratrē Robertum re-
ceperim. Dn̄s papa pręcepit:nempe ro
gatus ab illo & eius amicis. Dicebat ue
ſtrū ſeſe & abbatis eius aſſenſum prece
ſua obtinuiſſe:neqꝫ dicat qđ p̄cepto ex
torſit. Negatis:qd ad nos? Ipſe uiderit.
Si uobis ſummū & ſctm̄ pōtificē falſita
tis arguere libet,ignoſcite nobis: quia
nos tātæ ſc̄titati nō credere, & tātæ ma
ieſtati nō obedire:nefas ducimus. Quā-
quā & uenerabilis abbas Godeſcalc⁹,
q de ur̄is eſt, (nā is à dn̄o pp̄ ad uos h⁹
rei gr̄a fuerat deſtinatus:) nō planè ne-
gauerat reportaſſe ſe à uobis & liberā
fr̄is emācipationē,& ur̄am ipſius ſpon-
taneā cōfeſſionē. Iā de fr̄e Fromūdo nō
eſt qđ nos laceſſatis: cū neq̄qꝫ eū ſine
uolūtaria abbatis ſui cōceſſione recepe
rim. Qđ qdē nec uos latuiſſe, amara il-
la ep̄la demōſtrat,in q̄ nobis de ſola ca
pituli nō expectata cōniuctria calūniam
ſtruitis. Quaſi uerò uel in mutua nr̄a cō
uētione id prohibitū fuerit:uel emanci-
patio filij ad cap̄lm,& nō potius ad ſo-
lū ſpectet abbatē. Adijcitis & de domo
q̄dā fr̄ūm ur̄oꝝ de Baſſofonte:qđ eam
nos de medio tulimus,licet extra ſtatu-
tos terminos cōſtitutā. Atqꝫ utinā prius
quā nos argueretis,eoſdē interrogaſſe-
tis fr̄es:non ſolū qs eā de medio tulerit:
ſed ēt qua de cā. Neqꝫ.n. celaſſent uob̄
(ut confidimus)huius rei ueritatē. Cęte
rum audite eam nunc uel à nobis:ac de-
inde ſi ita placet,eos interrogate. Cœpe
rant ædificare locū,ubi aliquas ē ſorori
bus ſuis cōſtituerent: lōge quidē ab ab-
batia ſua:in cōfinio aūt duaꝝ grangiaꝝ
domus nr̄ę & propè paſcua ouiū nr̄aꝝ,
rogauimus eos tanquam amicos; & q-
bus forte non inutiles fuiſſemus:ne ſemi
narium ſcandali, & diſſenſionū fomitē
ſuis pariter & nr̄is parerēt, poſteris re-
linquendum. At illi nihilóminus ędifica
bant. Hęc fuit tota uiolentia nr̄a:ſic nos
de medio tulimus domum illā. Inexcu-
ſabiles ſumus:ſi rogare, uim irrogare ē.
Reuera ep̄s (quod negandum non eſt)
indignatus non modo quod oratorium
in ſuo ep̄atu, ſed & ꝙ domum in fundo
eccleſiæ & terra feudi ſui ædificare ſe in
cōſulto p̄ſumpſiſſent, cœpto interuenit
opi:quanuis fruſtra. Nam nec uetiti ab
eo deſtiterunt. Exinde trāſeūti mihi per
terrā illā,is qui tūc erat abbas Baſſiſon
tis occurrēs:indicauit ꝙ ab ędificatione
ceſſaſſent. Veruntn̄ non tam pp nos, ſi-
cut ex eius relatione cognoui,quam pp
militē illū q terrā eis uiſus dediſſe graua
bat eos in multis:ita ut de eo plurimum
quererent̄. Quanq̄ꝫ etſi ꝓ ſola charitate
nr̄a id uolūtariè dimiſiſſent,nec religio-
nem eoꝝ dedecuiſſet,nec immeritis for
ſitā p̄ſtitiſſe bn̄ficiū uiderent̄. Miror ſa-
nè un̄ hæc tandem querela emerſerit,cū
& abbas in bona(niſi fallor)& deuota
erga nos uolūtate pn̄tem finierit uitā:et
qui ſubſtitutus eſt ei,frequēter & fami-
liariter cōueniēs nos in neceſſitatib. ſuis,
nullam nobis querimoniæ h⁹ aliqn̄ fe-
cerit mentionē. Deniqꝫ & poſtea in ea-
dem domo humaniſſimè ſuſceptus ho-
ſpitio, nihil hinc uel ab ipſo abbate uel
alio quoqꝫ audiui. Sed & uobiſcū ī Cla
raualle poſtmodū pn̄s fuit abbas:& nu
perrime Barri iā inſtāte cap̄lo ur̄o,unde
lr̄æ illæ q̄rulæ,ne dicā calūnioſæ, uene-
rūt:et nec hic nec ibi ſup hoc,ſiue ab eo
ſiue à uob̄ uel tenuiter qdē memini me
fuiſſe cōuētū. Pręterea cauſamini qđ do
mūculā fr̄ūm ur̄oꝝ de Brena, cōuerſus
Igniacenſis cōbuſſit. O domūculā. Nē-
pe umbraculū quoddā ramoꝝ erat:ubi
ſederet fr̄ q ſtātes adhuc in agro ſegetes
cuſtodiret. Neqꝫ hoc cōbuſtū malitia:
ſicut fideli relatione cognouimus:ſed ꝙ
poſitū in agro quodā fr̄ūm Igniacenſiū
terrā occuparet,quā excoli oportebat.
Deniqꝫ uix uno taxata ē numulo domū

cula hæc: & abbati de Brena ita iā, niſi
fallimur,ſup hoc ſatisfactū,ut oīno nec
querat̄,nec hēat un̄ q̄rat̄. Si quominus:
ubi id nos reſcire feceritis,parati ſumus
ad oēm ſatisfactionē. Sic & de abbate
Lōgipōtis,ubi primo querelā ur̄am ac
cepimus,qđ inter terminos ur̄os domū
uellet ædificare,ꝓhibuimus eū: & iā cre
dimus deſtitiſſe. Sin autē:et id fiet:ubi fa
ctū nō eſſe nouerimus. Sup oīa plāgitis
qđ eccleſiam ſancti Foillani: q̄ de ordi
ne ur̄o eſt:abbas nr̄ de Villari fecerit im
banniri. At forte iuſtius uobis fr̄is et co-
abbatis ur̄i de p̄dicta domo ſancti Foil
lani incredibilis obſtinatio,quā ſummi
pōtificis reprehēſibilis aīaduerſio diſpli
ceret. Noui ſiquidē qđ multis ur̄oꝝ i-
pſius abbatis aīoſitas diſpliceat graui-
ter:miꝝ ualde ſi nō ēt uobis. Ita ergo di
co uobis hinc indignamini. Siqdē ipſe ē
cuius aut cupiditas aut cōtumacia fr̄i-
bus ur̄is diuina fecerit officia interdici.
Et qdē prolixū eſt hoc negociū: & diffi
cile eſſet uniuerſa eius ſubterfugia ep̄la
ri breuitate cōcludi. Cām tn̄ interdicti,
quam br̄ intimabo. Poſt duas aut plu-
res cōuētiones pacis, poſt diffinitiuam
ſn̄iam iudicij,iuxta mādatū capituli ur̄i
p ur̄os & nr̄os abbates promulgatā,ac
citus demū ep̄s Cameracenſis:ad cuius
parœciā locus ſancti Foillani ptinere co
gnoſcitur:cum uideret abbatem obſti-
nato aīo oīa uiolare:ēt ſn̄ia eū eccleſia-
ſtica cogere uoluit ut dicebat. Ille ṽò ut
redimeret tp̄s:ſummi pontificis audien
tiam appellauit. Ventum eſt ante eum.
Qui poſtq̄ꝫ teſtimonio tā ur̄oꝝ abba-
tum,quā alioꝝ religioſoꝝ indubitāter
agnouit abbatē ſancti Foillani,nō ſolū
reſilire à cōpoſitionibus, ſed & iudicio
cōtraire,eccleſiā eius imbāniri iuſſit do-
nec ſatisfeciſſet. Demū rogaſtis tā uos,
quā ipſe dn̄m Ciſterciēſem & nos, mul
tiſq́ꝫ tam ur̄is,quàm ur̄oꝝ precibus ex-
torſiſtis pn̄te & ipſo ep̄o qui promulgā
dæ ſn̄iæ interdicti mandatum accepat,
ut prouideretur adhuc forma aliqua pa
cis. Abſente abbate de Villari tractata
compoſitio:dictumq́ꝫ eſt ep̄o, ut ſi uel
ipſam obſeruaret abbas ſancti Foillani,
abſtineret ab interdicto. Diſcedens aūt
nec illam tenuit:ſed domum quā & iu-
dicij ſn̄ia,& compoſitiones oēs diruen-
dam eſſe diffinierant:ita ut ſemel ēt di-
ruta iam fuiſſet:atque interim cōtra cō-
uentionem & iudicium reędificata:hāc,
inquam,& tenuit & tenet:et alterā quo
que ſuperædificauit. Quidni exequeret̄
ep̄s mandatū ap̄licum,qđ acceperat de
promulganda ſn̄ia interdicti,præſertim
addita præuaricatione? Ego tn̄ ſperans
tandem aliqn̄ uincere in bono malum,
eandem ſn̄iam differri feci uſqꝫ ad octa
uas Epiphanię,ſi forte interim uir ille co
gitaret,ut uel formam iudicij exequere
tur,uel compoſitionē aliq̄ꝫ obſeruaret.
Atqꝫ utinā ſic cōtingat: faciat deus pa-
cis,ut requeſcat ſup eū pax nr̄a. Cū hæc
ita ſe habeāt:non eſt qđ de nobis q̄ri de
beatis:cū iuſtius nos de uobis,ut appa-
ret,queri poſſimus. Reliquū eſt, ut dili-
gētes uos diligatis,p̄ſertim ſoliciti ſerua Ephe. 4. a
re unitatē ſpūs ī uinculo pacis. Illo,inq̄ꝫ,
uinculo qđ inter nos & uos cauſa pacis
charitatiſq́ꝫ firmatū eſt: util̄r quidē: &
nō minus forſitā uobis quā nobis. Si rn̄-
dendū decernitis:non expedit quidem.
Sed nec licere ullatenus puto. Nēpe ubi
cōis eſt cā,perſonæ reatus p̄iudicare nō
deberet,etſi uera eſſent q̄ in nos dicitis.
Ego aūt fr̄es,quicqd faciatis:decreui ſp
diligere uos etiam non dilectus. Occa-
ſiones quærat q uult recedere ab ami-
co,mihi ſtudij eſt & erit, nec cuiq̄ꝫ ami-
coꝝ iuſtā in me diſceſſionis cām dare:
nec ſcrutari in alio:qđ hoc qdē fictæ,il-
lud ṽò neglectę amicitię ſit. Et qa ſcđm
ꝓphetā glutino bonū eſt:ſoluere uel po Eſa. 42. b
tius abrumpe uos poteritis, ſed nō me.
Adhærebo uob̄ etſi nolitis:adhęrebo et
ſi nolim ipſe. Olim me alligaui forti uin
culo:charitate nō ficta,illa q̄ nūq̄ꝫ exci-
dit. Cū turbatis ero pacific⁹,cōturban-
tib. quoqꝫ dabo locū irę,ne diabolo dē.
Vincar iurgijs,uincar obſeqis. Inuitis p̄-
ſtabo,īgratis adijciā,honorabo & cōte
mnētes me. Et nūc triſtis ē aīa mea, qđ
quacunqꝫ occaſione offenderim uos,e-

ritq́ꝫ triſtis uſq; dũ ueſtra indulgẽtia re-
leuet̃. Si tardaueritis, ibo & excuſabo,
præ foribus ꝑſeuerabo pulſans, inſtabo
opportune importune, donec uel me-
rear, uel extorqueã bñdictionẽ. Pluſq́ꝫ
medium hyemis tranſiit iam, & tunicã
noſtrã uſq; adhuc fruſtratus expecto.

Ad abbatem Garinum Alpenſem, Epiſt. 253.

REuerẽdo prĩ & oĩ ueneratione
digno dño abbati Alpenſi Ga-
rino, & uniuerſis eiuſdem loci
fratribus, frater Bernardus ueſtræ ſan-
ctitatis ſeruus, de bono in melius ſemꝑ
ꝓficere. Reuera nunc in te pater expꝛior
Eccl. 18. a qđ in ſacris lr̃is legiſſe me memini. Cũ
conſummatus fuerit hõ, tunc incipit. Iã
ſeni requies, iam corona debebat̃ emeri-
to, & ecce tanquã nouus in xp̃o miles,
noua iterũ tibi excitas bella, prouocas
aduerſariũ, & rẽ fortiũ præſumis feſſus
ſenex, dũ ad iterãdum certñ, antiquum
hoſtem, & iã quodãmodo inuitũ com-
pellis. Enimuero dũ præter morẽ tuum
tuorumq́ꝫ ꝑ̃deceſſorũ traditiones diui-
nitus inſpiratus, eccl'ias & eccl'iaſtica
bñficia relinqs, ſynagogas ſatanæ. i. cel
lulas extra cœnobiũ in qbus tres uel q̃-
tuor frẽs ſine ordine ſine diſciplina ha-
bitare ſolẽt, deſtruis, fœminas à mona-
ſterio arces, cæteriſq́ꝫ pietatis ac diſci-
plinæ bonis ſtudioſius inuigilas ſolito,
quid aliud primus & maximus ille pec
Pſal. 111. b cator niſi uidebit & iraſcetur, dentibus
ſuis fremet & tabeſcet? Sed quæ cura?
Econtra tu in eius cõfuſione & tua con
Pſal. 118. k ſolatione cantabis deo tuo: Qui timẽt
te, uidebũt me, & lętabunt̃, quia in uer-
bo tuo ſupſperaui. Nec timẽdum quòd
ſuccũbat hoſti, qui nec cedit ætati. Vin
cit annos aĩus, & frigente iã corꝑe fer-
uet ſanctũ in corde deſideriũ, artubuſq́ꝫ
fatiſcentibus, durat tñ incolumis ꝓpo-
ſiti uigor, nec ſentit rugoſæ carnis infir-
2. Cor. 5. a ma ſpũs prõptus. Nec mirũ. Vt qđ enĩ
metuat ueterani domicilij ruinas, q fa-
bricam ſpũalem uidet indies ĩ ſublime
conſurgere, proficere in æternitatem?
Certus nãq; eſt, ſi terreſtris domus iſta
diſſoluit̃, quod ædificationẽ hẽt ex deo
domũ non manufactã æternã in cœlis.
Sed dicet aliquis: Quid ſi morte ꝑuen-
tus fuerit hõ, necdũ uidelicet ſpũali ædi
ficio cõſummato? Perfectus qppe, non
habet quo ꝓficiat. Et q proficit, eoipſo
quo ꝓficit, ꝑfectus nõ eſſe cõuincit̃. Eſt
quod ſecuri de illo plena fide rñdeam⁹.
Dicemus nempe. Cõſummatus in bre- Sap. 4. c
ui, expleuit tꝑa multa. Bñ multa, qa &
uniuerſa cõplectit̃. Qũo. n. nõ expleuit
oĩa tꝑa, q trãſit ad ęternitatẽ? Quãta ſa
nè tꝑa nõ lõgęuitate, ſed lõganimitate,
hoc eſt non annorũ ſerie uel dierũ nũero,
ſed mentis deuotione & inextinguibili
ſemꝑ proficiendi deſiderio percurrere
potuit, tanta ſibi in meritis non ĩmerito
uendicauit. Retinet quippe uirtute, qđ
amiſit in tempore. Porrò uera uirtus fi-
nem neſcit, tꝑe non claudit̃. Vnde eſt il-
lud: Charitas nunquã excidit. Et item: 1. Cor. 13. d
Patientia pauperũ non peribit in finem. Pſal. 9. d
Et, Timor dñi ſanctus ꝑmanet in ſecu- Pſal. 18. c
lum ſeculi. Nũquam iuſtus arbitratur ſe Phil. 3. c
comprehẽdiſſe, nũquam dicit, ſatis eſt,
ſed ſemꝑ eſurit ſititq́ꝫ iuſtitiam, ita ut ſi
ſemper uiueret, ſemꝑ quantum in ſe eſt
iuſtitior eſſe contẽderet, ſemꝑ de bono
in melius proficere totis uiribus cona-
retur. Non. n. ad annum uel ad tp̃s in-
ſtar mercenarij, ſed in æternũ diuino ſe
mancipat famulatui. Audi deniq; uocẽ Pſa. 118.
iuſti: In æternũ non obliuiſcar iuſtifica Ibidem
tiones tuas, quia in ipſis uiuificaſti me.
Et rurſum. Inclinaui cor meũ ad facien
das iuſtificationes tuas in æternũ. Non
igitur ad tp̃s. Proinde iuſtitia eius ma- Pſal. 111.
net nõ aliquanto tꝑe, ſed in ſeculũ ſecu-
li. Sempiterna itaq; iuſti eſuries, ſempi-
ternã meretur refectionẽ. Et licet in bre
ui conſummet̃ pro tꝑe, iudicatur tñ ex-
pleſſe tꝑa multa pro uirtutis ꝑpetuita-
te. Quo deniq; pacto tꝑis breuitas bo-
norũ præiudicet ꝑpetuæ deuotioni, quę
pertinacem reproborũ malitiã excuſare
non ſufficit? Ob hoc. n. ꝓculdubio infle
xibilis & obſtinatæ mẽtis punitur æter
naliter malum, licet tꝑaliter ꝑpetratũ,
quia quod breue fuit tꝑe uel opere, lon-
gum eſſe conſtat in ꝑtinaci uoluntate:

ita ut ſi nunquam moreret̃, nunquã uel-
le peccare deſineret: imò ſemper uiuere
uellet: ut ſemper peccare poſſet. Proin
de põt & de iſto ꝑ contrarium itidem
dici: Conſummatus in breui, expleuit tẽ
pora multa, quod merito multorũ, imò
oĩum temporũ receperit uicem, qui nul
lo tꝑe uoluerit mutare intentionẽ. Itaq;
indefeſſum proficiendi ſtudiũ, & iugis
conatus ad ꝑfectionem, ꝑfectio reputa
tur. Quòd ſi ſtudere perfectioni eſſe per
fectũ eſt, ꝓfecto nolle ꝓficere, deficere
eſt. Vbi ergo ſunt q dicere ſolẽt, ſufficit
nobis, nolumus eſſe meliores quã pr̃es
nr̃i? O monache, nõ uis ꝓficere? Non.
Vis ergo deficere? Neq́ꝫ. Quid ergo?
Sic mihi, inquis, uiuere uolo, & manere
in quo ꝑueni, nec peior fieri patior, nec
melior cupio. Hoc ergo uis, quod eſſe
non põt. Quid. n. ſtat in hoc ſcl'o? Et cer
Iob. 14. a te de hoĩe ſpãliter dictũ eſt: Fugit uelut
umbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu ꝑmanet.
Ipſe deniq; hoĩs ſeculiq́ꝫ author quãdiu
in terris uiſus eſt, & cũ hoĩbus cõuerſa
Act. 10. f tus ẽ, nunqđ ſtetit? Et qđẽ teſte ſcriptu-
ra, pertranſiit bñfaciendo & ſanando
oẽs. Pertranſiit ergo ſicut non ĩfructuo-
ſe, ita non remiſſe: nõ pigre, nõ lẽto greſ
ſu, ſed queadmodum itẽ de eo ſcriptum
Pſal. 18. a eſt: Exultauit ut gigas ad currendã uiã.
Porrò currẽtem nõ apprehẽdit q & ipe
pariter nõ currit. Et qđ ꝓdeſt xp̃m ſeq:
ſi non cõtingat conſeq? Ideo Paulus aie
1. Cor. 9. d bat: Sic currite ut cõprehendatis. Ibi tu
xp̃iane fige tui curſus ꝓfectuſq́ꝫ metã,
Phil. 2. b ubi xp̃s poſuit ſuam. Factus eſt, inquit,
obediens uſq; ad mortẽ. Quãtumlibet
ergo cucurreris: ſi uſq; ad mortẽ nõ per
ueneris, brauiũ non apphẽdis. Brauium
xp̃s eſt. Quòd ſi illo currente tu gradũ
ſiſtis: non xp̃o appropias, ſed te magis
elongas: timendumq́ꝫ tibi eſt quod ait
Pſal. 72. d Dauid: Ecce q elongant ſe à te dñe: per-
ibunt. Itaq; ſi ꝓficere currere eſt: ubi ꝓ-
ficere, ibi et currere deſinis. Vbi uerò nõ
currere, ibi & deficere incipis Hinc pla
nè colligit̃ quia nolle ꝓficere, nõ niſi de
Gen. 28. c ficere eſt. Vidit ſcalã Iacob: & in ſcala
angelos, ubi nullus reſidens, nullus ſub
ſiſtens apparuit, ſed uel aſcẽdere uel de
ſcẽdere uidebant̃ uniuerſi: quatenus pa
làm daret̃ intelligi inter ꝓfectũ & defe
ctũ in hoc ſtatu mortalis uitę nihil me-
dium inueniri: ſed q̃uo ip̃m corpus nr̃m
continue aut creſcere cõſtat aut decre-
ſcere, ſic neceſſe ſit & ſp̃m aut ꝓficere
ſemꝑ aut deficere. Intereſt tñ quod ne-
quaquam iuxta ordinẽ corporaliũ uiciſ
ſitudinum ẽt ſpũs ſua uel incrementa ca
pit, uel patitur detrimenta. Nam ſemꝑ
in robuſto & uegeto corpore aĩus mol
lior atq; tepidior iacet, et rurſum in cor
pore debili & infirmo fortior uiget prõ
ptiorq́ꝫ ſpũs. Quod ſe utiq; in ſe exper
tum cõteſtans Apl's: Qñ infirmor, inqt, 2. Cor. 12. c
tunc fortior ſum. Sed & libẽter gloriat̃
in infirmitatibus ſuis, ut inhabitet ĩ me,
ait, uirtus xp̃i. Quod qdem ſic aſtruim⁹ 2. Cor. 4. d
exemplis, ut probemus & oculis: dum
in te pr̃ manifeſtũ ſit nobis quod dicit̃.
Cuius quippe etſi hõ exterior corrũpi-
tur: ſed interior renouatur de die in diẽ.
Vnde. n. tãtus ardor innouandi ordinis:
niſi ex renouatiõe mẽtis? Sic bonus hõ Matt. 12. c
de bono theſauro cordis ſui ꝓfert bo-
na, ſic arbor bona fructus bonos facit.
Primi & puriſſimi fructus tui. Sed quæ-
nam arbor hos ꝓtulit niſi puritas cor-
dis? Aliôquin qñ impurus aĩus tãto ſtu
dio, regulę inqreret eligeretq́ꝫ puritatẽ?
Nec de turbido fonte lympidus ema-
nat riuus, nec de ſordida mente munda
cogitatio. Intus eſt ꝓculdubio: ĩtus eſt
quod delectat: & ex illa plenitudine in-
trinſeca erumpit totũ quod foris exube
rat, atq; in mente fulget quod ſic placet
in opere. Sequimini filij pr̃em: imitatores
eius eſtote ſicut & ipſe xp̃i. Dicite: In o- Cant. 1. a
dore unguẽtorũ tuorũ curremus. Siqui- 2. Cor. 2. d
dẽ bon⁹ odor xp̃i eſt ĩ oĩ loco. Nã ut ta-
ceã de uobis q pñtes cominus ꝑcipitis
fragrãtiã, tãta ad nos uſq; q longe abſu
mus ex ſtudijs eius bonis ꝑuenit h⁹ ſua
uiſſimæ reſpõſionis ubertas: ut nobis cer
tiſſimæ fiat odor uitę ad uitã. Puto q̄ et
in cœleſtib⁹ id iã ꝑſenſerint in odorem
ſuauitatis, & q̃dã ſolito feſtiuiori exul-
tatione decãtent: Quæ eſt iſta q̃ aſcẽdit Cant. 3. c

per deſertũ ſicut uirgula fumi ex aroma
tibus myrrhæ & thuris, & uniuerſi pul
Ibid.4. d ueris pigmẽtarĳ? Et illud: Emiſſiones
tuæ paradiſus maloꝝ punicoꝝ cũ po-
moꝝ fructibus. Quicũqꝫ inter uos hũc
in cœlis iubilũ non audit:inuidet. Quiſ-
quis hunc non ſentit odorẽ:ut omnium
pace dixerim, putet.

Ad Ludouicum regem Francorũ, Epiſt.255.

Vdouico dei gr̃a excellentiſſ.re
l gi Francoꝝ B.Claræuallis uo-
catus abbas fidelis ſuus ſalutẽ
a rege regum, & dño dñantium,ipſi &
dilectæ eius, & filiis eius. Regna terræ
& iura regnoꝝ tunc ſanè ſana ſuis dñis
atqꝫ illæſa pſiſtunt:ſi diuinis ordinatio-
nibus ac diſpõnibus non reſiſtunt. Cur
dñe iraſcit̃ furor tuus contra dei electũ,
quem tua quoqꝫ ſublimitas ſuſcepit &
p̃elegit,tibi qdem in p̃rem,filio aũt tuo
in Samuelẽ? Armatur regia indignatio
nõ planè in extraneos,ſed i ſemetipſam
Iaco.1.c & ſuos. Non miꝝ ſi iuxta ſcripturã ira
uiri iuſtitiã dei nõ operat̃,q̃ ꝓpriæ quo-
que utilitatis, ſed indignitatis, ſed ſalu-
tis facit ſæpe ut nec manifeſtũ oĩbus ad
uertas periculũ,ſentias dãnũ. Colligit̃
concilium. Quid in hoc detrahit̃ regiæ
gl'iæ,regni utilitatibus? Ibi uniuerſæ ec-
cleſiæ cõmendabitur ac rememorabit̃
excellentiæ ueſtræ prõpta & ſpãlis de-
uotio: quod regũ primus aut certe in-
ter primos rabiei pſequentium eãdem
matrem ueſtrã ſtrenuiſſime et Chriſtia
niſſime defendẽdo obuiaſtis. Ibi gl'ioſe
ab ingenti illa multitudine debitæ gra-
tiæ referentur uobis: ibi a milibus ſan-
ctoꝝ orabitur pro uobis et ueſtris Al's
aũt quam ſit hoc tempore neceſſarius
conuentus ep̃oꝝ,nullus ignorat: niſi q
durus corde m̃ris eccl'iæ anguſtias nõ
attendit. At calor,inquiunt,nimius eſt:
quaſi nos glacialia corpa habeamus.
Amos.6.b An corda nobis magis congelata ſunt,
& nemo eſt q iuxta ꝓphetam cõpatiat̃
ſuper contritione Ioſeph? Sed hæc al's.
Nunc autem ego minimus in regno ue-
ſtro,ſed dignitate, non fidelitate, dico
uobis,non expedit uelle impedire tãtũ
& tã neceſſarium bonũ. Nec deſunt eui
dentes cauſæ,qbus id manifeſtum face
re poſſem,quas & nunc proferre in me
dium ad manũ mihi eſt,niſi quod ſat ar
bitror dictũ ſapienti. Tñ ſiquid ex apo
ſtolicę authoritatis rigore ꝓceſſit,unñ ſe
merito eſſe turbatam celſitudinis ueſtrę
ſerenitas arbitrat̃,qualiter hoc ipſum re
uocetur aut tẽperet̃ ꝑut oportet ad ho
norẽ ur̃m,fideles ueſtri q adhærẽt;totis
uiribus enitentur. Interim nos quoque,
ſiquid poſſumus, non diſſimulabimus.

Ad dominum papã Eugenium, Epiſt.256.

Non eſt leue uerbum quod ſo-
n nuit:triſte ſatis & graue eſt. Et
cui triſte? Imò cui nõ triſte? So-
li filĳ iræ iram non ſentiunt,nec triſtan-
tur triſtibus,ſed lętantur & exultant in Prou.2.c
rebus peſſimis. Decæteto communis
triſtitia eſt,quia cõmunis eſt cauſa. Be-
ne feciſtis iuſtiſſimum zelũ noſtrę Gal
licanæ eccleſiæ collaudando & corro-
borando authoritate literarum ueſtra-
rum. Non eſt(dico uobis) in cauſa tam
generali & tam graui tepide agendum,
ſed ne timide quidem. Legi apud quẽ-
dam ſapientem: Non eſt uir fortis cui
non creſcit animus in ipſa reꝝ difficul-
tate. Ego aũt dico: fideli homini magis
& inter flagella fidendum. Intrauerunt
aquæ uſqꝫ ad animam Chriſti,tacta eſt
pupilla oculi eius. Exerendus eſt nunc
uterque gladius in paſſione dñi, Chri-
ſto denuo patiente, ubi & altera uice
paſſus eſt. Per quem autẽ niſi per uos?
Petri uterqꝫ eſt:alter ſuo nutu, alter ſua
manu quoties neceſſe eſt euaginandus.
Et quidem de quo minus uidebatur,de
ipſo ad Petrum dictum eſt: Conuerte Ioan.18.b
gladium tuum in uaginam. Ergo ſuus
erat & ille,ſed non ſua manu utiqꝫ edu-
cendus. Tempus & opus eſſe exiſtimo
ambos educi in defenſionem Oriẽtalis
eccleſię. Cuius locum tenetis:zelum ne
gligere nõ debetis. Quale eſt hoc,prin
cipatum tenere,& miniſteriũ declina-
re? Vox clamantis: Venio Ieroſolymam
iterum crucifigi. Ad quam uocẽ etſi alĳ
tepidi,alĳ & ſurdi ſint: ſucceſſori Petri

Matt.26.c diſſimulare non licet. Loquetur & ipſe:
Etſi oẽs ſcãdalizati fuerint,ſed nõ ego.
Nec terrebitur dãnis prioris exercitus:
quibus magis reſarciendis operã dabit.
Nunquid ideo non debet facere hõ qđ
debet,quia deus facit quod uult? Ego
uerò pro tantis malis,tanqꝫ xp̃ianus &
fidelis meliora ſperabo,& oẽ gaudium
æſtimabo,quod in uarias tẽtationes in-
Iaco.1.a cidimus. Reuera panẽ doloris comedi-
mus, & potati ſumus uino cõpunctio-
nis. Quid diffidis amice ſpõſi:quaſi nõ
more ſuo uinum bonũ ſeruauerit uſque
adhuc benignus & ſapiens ſponſus?
Quis ſcit,ſi conuertat̃ & ignoſcat deus,
Ioel.2.d & relinquat poſt ſe bñdictionẽ? Et cer-
te ſic operari:ſic iudicare ſuperna diuini
tas ſolet:ſcienti loquor. Qñ aũt magna
bona mortalibus ꝓuenerunt, quæ non
magna præuenerint mala? Nam,ut cæ-
tera taceã: non'ne illud unicũ & ſingu-
lare bñficium noſtræ ſalutis præceſſit
mors ſaluatoris? Tu ergo amice ſpõſi:
amicum te in neceſſitate ꝓbato. Si tri-
plici illo amore de quo tuus interroga-
tus eſt p̃deceſſor, tu quoqꝫ toto corde,
Ioan.21.e tota aĩa, tota uirtute xp̃m diligis ut o-
portet,nihil reſeruabis: nihil diſſimula-
bis in tãto periculo ſponſæ eius:ſed qc-
quid habes uirium:quicqd zeli,quicqd
ſolicitudinis,quicqd authoritatis:quic-
quid p̃tãtis,impendes. Singulare peri-
culum,ſingularem exigit operam. Fun-
damentum cõcutitur: & tanquam ĩmi
nenti ruinæ,totis eſt niſib⁹ occurrendũ.
Et hæc ꝑꝑ uos: fidenter quidem,ſed fi-
deliter dicta. Decętero uerbum illud
quod iam,ni fallor,audiſtis: q̃uo uideli
cet in Carnotenſi conuẽtu(quonã iudi-
cio ſatis miror) me quaſi in ducẽ & pri-
cipem militiæ elegerũt: certũ ſit uobis
nec cõſilĳ mei nec uolũtatis meæ fuiſſe
uel eſſe: ſed nec poſſibilitatis meę(quã-
tum metior uires meas) peruenire uſqꝫ
illuc. Quis ſum ego ut diſponã caſtroꝝ
acies,ut egrediar ante facies armatoꝝ?
aut quid tam remotũ a ꝓfeſſione mea,
ẽt ſi uires ſuppeterẽt, ẽt ſi peritia nõ de-
eſſet? Sed neqꝫ hoc meũ eſt ueſtram do
cere ſapiẽtiam:noſtis hæc oĩa. Tñ ob-
ſecro ꝑ illam charitatem qua mihi ſpãli
ter debitor eſtis,ne me humanis uolun
tatibus exponatis,ſed ſicut ſingulariter
uobis incumbit,diuinum conſilium per
quiratis: & operam detis, ut ſicut fuerit
uoluntas in cœlo,ſic fiat.

Ad eundem pro fratre Philippo, Epiſt.257.

Si negotium quod cæteris non
e miſcemus: qm̃ cęteris amplius
tangit & angit nos: & eget ſin-
gulari propriæ precis inſtantia. Philip-
pus nr̃ cum ſe exaltauit,humiliatus eſt,
ſed cum ſe humiliauit, non eſt exalta-
tus:quaſi utrũqꝫ pariter dñs non dixiſ-
ſet. Rigor eſt,ſed ſine diſpenſatione. Iu-
dicium:ſed ſine miſericordia. Multi(qđ
negãdum nõ eſt) ſic menſurauerũt: ſed
nullus ita ſibi uoluit menſurari. Si aũt in Matt.7.a
qua mẽſura mẽſi fuerimus,remetiet̃ no-
bis: erit profecto iudiciũ ſine miſericor-
dia ei,q nõ fecerit miſericordiã. Capax
eſt ueſter apl'atus rei utriuſqꝫ: & zeli.ſ.
& miſerationis. Et honor qdẽ maieſta
tis iudiciũ diligit: ſed abſit ut ad p̃iudi-
cium mãſuetudinis. Quãquam diſpẽſa-
tor ille cuius laus eſt in euangelio, ele-
git potius fraudẽ facere ſuo dño, quàm Luc.16.a
proximo non miſereri. Deniqꝫ pro cen-
tũ nunc qdem octoginta: nũc uerò qn-
quaginta redhibuit. Iuſte laudatus eſt,
qui dño ſuo reꝝ maluit, quã perſonarũ
iacturã facere. Et quia dignus eſt qui ſic
operat̃,mercede ſua: uno tali ope quos
ille retinuit ſeruos,iſte ſibi fecit amicos.
Quid facimus? Videmur intraſſe cãm,
nõ porrigere precẽ. Nõ expedit ita. Si ꝑ
gimus iſta dicere:iudicium ꝓuocamus:
nõ miſericordiã. Nulla mihi fiducia in
argumẽtationibus iſtis, nõ plus quã in
telis araneaꝝ. Fruſtra iacit̃ rete añ ocu- Prou.1.b
los p̃enatoꝝ. Noui quam ualidiora ua-
leãt mihi rñderi, p̃ſertim a tali ingenio.
Quamobrem arma mea preces paupe
rum ſunt: & abũdamus in gñe iſto. His
cedat neceſſe eſt machinis turris forti-
tudinis,etſi al's inexpugnabilis. Nõ re-
pellet paupeꝝ preces paupeꝝ pr̃, pau
pertatis amator. Quinam iſti? Non

ſum ſolus: & ſi ſolus, fortaſſe pręſumere poſſem. Oēs filij ueſtri qui mecum ſunt, & qui mecum non ſunt: mecum tñ ſunt in hac ſupplicatiõe. Quis numeret eos? Solus ſanè fr̄ Philippus excipitur, q nec poſtulat, nec petit poſtulari, & an uelit, ignoro: magis ꝙ in ſe eſt elegit abiectus eſſe in domo dei ſui. Sed nec nos quidē pro hoīe, ſed pro ordine poſtulamꝰ: cui diſpenſationem in eo factam nõ parum profuturam confidimus.

Ad eundem pro fratre Rualeno,
Epiſtola 258.

iN ueritate comperimus Rualenum nr̄m nedum requieſcere in quo poſitus eſt, ſed nec aliqñ re quieturꝫ confidimus. Quamobrē opus eſt maturato remedio, nõ ſolum illi, ſed & mihi. Vror dico uobis, quandiu ille ī ſcandalo eſt. Nolite mirari hoc, una aīa ſumus: niſi ꝙ ego mr̄, ille filius: nam pr̄is in eo ceſſi uobis & nomen & authoritatem. Solus qui transfundi nõ potuit, mihi remanſit affectus, qui me excruciat.
Eſa. 49.d Mr̄ aũt non põt obliuiſci filij uteri ſui. Id me fuiſſe quis dixerit, ego adhuc eſſe ſentio. Clamat mr̄em pectus triſte, & cõtinuus dolor cordis mei pro eo. Quæritis de quo querar? De me. De uob̄ mihi q̄ror, ſed uobis. Ego ego ſæua & pia mr̄ proprijs uiſceribus nõ pepci, ut caſtificarem cor meum in obedientia charitatis. Immolaui de ſinu meo chari pignoris hoſtiam: et nõ in angaria fateor, ſed in uoluntate mea parui uoluntati, q̄ quos uult angariat. At ille non ita. Renitebatur quanuis fruſtra planè angariatus tam à me, quàm à uobis. Nunquid ego timere potui tanta obſtinatione ſprenifurꝫ? Pij cordis eſt cedere importunitati, q̄ ad id qđ oportet adduci nõ patitur. Alioq̄n inuitum tenere ad qđ inuitus tractus eſt, durꝫ ꝓ illo, fructuoſum nemini eſt. Porrò occupare locũ, & nõ facere fructũ, nec loco expedit, nec uos decet nec nos. Nemo (ut ait btũs Ambroſius) inuitus bñfacit ēt ſi bonum eſt qđ facit: qa nihil ꝓdeſt ſpũs timoris, ubi nõ eſt ſpũs charitatis. Obſecramus itaque per uiſcera miſericordię dei nr̄i, exhibete uiſcera patris, & infantem, dũ adhuc uiuit, remittite ad uerbera matris, cuius fortaſſis hic totus languor eſt, qđ ſit præpropere ablactatus. Melius em̄ uiuere ſinitur, quàm diuiditur. Quæ utilitas in ſangnine eius? Vnum ſcio, non patris non mr̄is illa uox erit: Nec mihi nec 3. Reg.3 tibi ſit, ſed diuidat̄. Hoc uos forte nõ timetis, quia nõ creditis prouenturꝫ. Sed ſcriptitationes & muſitationes frequētiſſime uenientes in manus noſtras, plenæ ſunt timore iſto, minitantes hominis fugam, & diuiſionem uel potius diruptionem non modo à uobis, ſed & à nobis.

Ad eundem pro eodem, Epiſtola 259.

eT ſiquid aliqñ uolui quod uelle me noluiſtis, manſuetudinis ueſtræ dignatio eò me prouocat: ut quod uultis, nõ modo uelim, ſed & auide uelim. Placet uobis ut frater Rualenus abbas ſit apud ſanctum Anaſtaſium, & mihi. Placuerat & ante, ſed quia nimis ille nolebat, placitum in non placitum uenit. Porrò ueſtro beneplacito non conniuente rurſum ut iuſtum eſt, non placitum in placitum redit? Expiri licet. Factum eſt qđ p̄cepiſtis, non quia p̄cepiſtis, ſed quia uoluiſtis. Ex uoluntate ergo, & non q̄ſi ex triſtitia, uel ex neceſſitate executio maturata mādati obedientiam probat, de uolũtate ſtylus interrogetur. Si cõtentus non forem man Luc.17.c datũ facere, non'ne iuxta uerbũ dñi ſeruus inutilis eſſem, ſoluēs debitũ? Nunc aũt qa adieci uelle, iā nõ ſeruus, ſed filiꝰ.

Ad abbatem Rualenum, Epiſt 260.

ſAtis ſuperq; afflixit nos abñtia tua Rualene chariſſime, ſed longe magis comperta tua triſtitia turbati ſumus. Etenim iuſtius te quā noſtram de te deſolationem ſeu deſtitutionem plangere nobis uidemur, & deſolatio quidem non parꝫ damnoſa, & nõ parꝫ moleſta, nēpe tā dulci filio, tā utili fr̄e, tā neceſſario adiutore. Verum q̄ ueriꝰ iſta de tua amabilitate memoramus: eo affectuoſius cõpatimur mœrori tuo, pluris

pluris multo hñtes tuum incõmodum: & longe ægrius ferentes, quā noſtrum damnũ. Deniq; nõ diſſimulauimus, nõ quieuimus, nõ ſiluimus, tētātes ſuꝑ hoc deum penè uſq; ad iritandum ſummũ & ſanctũ pontificem: ut q̃uocunq; uel cum noſtro periculo te reuocaremus. Sed qa adhuc fruſtrati ſumus in cũctis molitionibus & conatibus nr̄is, ſuꝑnis tādem iudicijs uel fatigati cedentes: & dātes potētiæ manus, qm̄ quod uolumus non ualemus, id uelle cogimur qđ poſſumus. Tu igit̄ frater chariſſime & deſiderātiſſime, cõfortare in dño, & noli iā contra ſtimulũ calcitrare, ne dũ pũgeris tu, plurimi q te in dño plurimum amāt: pariter cõpungant̄. Parce tibi & nobis: qui tuo amore nec ipſi nobis pepcimus. Magis aũt īduere fortitudine: confidēs & ſciēs quia gaudium dñi fortitudo tua. Induere lætitia ſalutari, ut & nos de tua iucunditate lętātes, hilarem datorem diligēti deo, tũ pro tua pace, tum pro noſtra conſolatione laudes & gratias referamus.

Ad dominum papam Eugeniũ pro quodam paupere abbate, Epiſtola. 261.

uNus de militibus templi uoluit monachari ī ordine noſtro, nec defuerũt de noſtris qui ei in tali uolũtate aſſentirent. Sed cũ nõ auderent eũ in ſuis clauſtris recipere, qm̄ nõ licebat: occultò eum duxerunt ad quādam abbatiā quæ dicit̄ Vallis, mādātes & ſuggerentes abbati, ut nigrũ habitũ de alio ordine monachorꝫ faceret ei tradi, & ſic eũ reciperent, nr̄mq; illi darēt. Et factum eſt ita. Res nobis īnotuit, & per nos delata ad capl'm eſt. capl'i decreto frater ille foras miſſus eſt. At frēs de templo minime hoc contenti, lr̄as nihilòminus à ueſtra maieſtate ep̄o Cathalaunenſi attulerũt, quibus abbatē ſancti Vrbani (nam is eſt qui militi habitum tradiderat) ab introitu eccleſiæ ſuſpenderet, donec ſe ueſtro cõſpectui pręſentaret. Inde eſt quod abbas de Vallibus quo rogante ille hoc fecit, nil mali ſuſpicatus, cõpulſus eſt in magna anxietate animi frēm latorem pñtium mittere ad pedes miſericordiæ ueſtræ, ut qui per eũ intricatus eſt, per eum expediat̄, ſi tñ hoc tā ipſe quàm ēt nos alij filij ueſtri, à ueſtra ſancta paternitate potuerimus promereri.

Ad eundem pro monachis Moſomenſibus,
Epiſtola 262.

nOn poſſum deeſſe denuo domino Remenſi in petitione ſua: præſertim cũ digna ſit exauditu. Rogamus proinde & omni inſtantia ſupplicamus p̄ro pauperibus monachis Moſomenſibus, ut ab oppreſſione quam ſuſtinent, ſicut ꝑ latorem pñtiũ noſſe poteritis, citius liberent̄, & ab eis iniuriæ ſiue calũniæ malignantiũ in manu ueſtra ualida propulſent̄. Hoc.n. eſt pro quo pauperes de lõge miſerunt clamātes ad uos. Iam quale rñſum à uobis oporteat reportari, doceat uos amātiũ tam iuſtitia quā pauꝑtas, & p̄ſati uiri qui pro eis interuenit, & uos non parũ diligit, reuerentia.

Ad eundem pro abbate Caziacenſi,
Epiſtola 263.

pOrrexerā preces, cum poſſem forte iubere, & me putaueram exauditum. Sed quia comperi nõ ita eſſe, mihi uideor non iam ſimpl'r fore cõmuniterq; petendum, ſed clamādum in nociferatione. Neq;.n. tenuiter ſeu æquanimiter fero repulſam, quam hactenus exꝑtus non ſum. Facite itaq; quod debetis, facite qđ ſoletis. nā conſuętudo debitorem uos fecit. facite, inquam, etſi nõ quia rogamini, certe quia iubemini. Itaq; reuertimini ad iudiciũ, nec.n. iuſtitiæ uidet̄ eſſe, ut uir religioſus & amicus nr̄ & filius ueſter abbas Caziacenſis quod iuris eſt monaſterij ſui perdatis ꝑꝑ uerbum incaute à ſe inconſulteq; prolatum, & abſq; eccleſiæ ſuæ aſſenſu. Quāquam & ſi illi uerbo omnino pertinaciter adhæreat aduerſarius, utpote iuſtitiæ non confidens, iuſto, ut putamus, iudicio prædicto abbati non debebit obeſſe: cum uiri illi in quorum conniuentia res poſita eſt, non concor-

daſſe,ſed potius diſſenſiſſe ſciantur. Ex
hoc credimus qa non cõtriſtabitis nos,
neq; cõturbabitis.Sic deus lætificet ani
mã ueſtram, ſicuos ab oĩ pturbatione
conſeruet,pr̃ amande & honorande ſi
oĩbus ſeruis Chriſti, ſed nobis ſpãliter.

Petrus Cluniacenſis abbas ad Bernardũ ab batem Claræuallenſem, Epiſt. 264.

Orti ac ſplendidę monaſtici or
f dinis imò totius eccleſię dei co
lumnæ, dño B.Claræuallis ab
bati:Petrus humilis Cluniacẽſis abbas
ſalutem quam repromiſit deus diligen-
tib9 ſe.Si liceret,ſi dei diſpoſitio nõ ob-
ſtaret,ſi in hoĩs ptãte eſſet uia eius, ma-
luiſſem chariſſimæ beatitudini tuæ ne-
xu indiſſolubili adhęrere,quã uel princi
pari inter mortales alicubi uel regnare.
Quid.n?Non'ne regnis oĩbus terrenis
pferri à me deberet grata nõ ſolum hoĩ-
b9,ſed & angelis ipſis cohabitatio tua?
Conciuem te illorũ ſi dixero,licet non-
dum ſpes in rẽ tranſierit, per miſericor-
diæ dei grãm mẽdax non ero. Si planè
mihi datũ fuiſſet uſque ad ultimũ ſpm̃
tecũ hic eſſe, daretur fortaſſis poſthac
& ubi eſſes ẽt ppetuo eſſe. Quò.n.curre
rem niſi poſt te,tractus odore unguẽto
rum tuorũ à te?Quod qa ſemp non da-
tur,utinam ſæpe daret. Et quia nec illđ
eſt, utinã ſaltem frequẽter uideã miſſos
à te.Et hoc quoq; qa raro cõtingit, uo-
lo ut uel in proximo ſanctitas tua amã-
tem ſe per ſuũ nunciũ uſq; ad octauas
dñi mecum mãſurum uiſitet,in quo tu9,
ut mihi uidet̃ ex parte,& meus ex toto
ſpũs requieſcit.Videbo te ſancte frater ĩ
illo,audiam te p illũ,& q̃dam q̃ ſecretò
nota fieri uolo ſapientię tuæ,mãdabo p
ipſum. Sanctæ animæ tuæ ſanctiſq; ſub
regimine tuo oĩpotẽti dño ſeruientib9,
me noſtroſq; quantis poſſum precibus
quanta poſſum deuotione cõmendo.

Ad Petrũ Cluniacẽſem abbatẽ, Epiſt. 265.

Vid facis ô bone uir? Laudas
q pctõrem,miſerũ beatificas. Re
ſtat ut ores ne inducar in erro-
rem.Inducor aũt ſi tantis delectatus p̃-
conijs,ignorare me cœpero.Propemo-
dum id mihi contigerat uiſis literis bea
titudinis tuæ, & beatificationis meæ.
Quã beatus nunc eſſem ſi uerbis beari
poſſem?Beatum tñ me dixerim, ſed fa-
uore tuo,nõ meis laudibus. Beatum q
diligor à te, quod diligo te. Quãquam
& hanc mihi dulcem licet buccellam li
quandam arbitror, nec oĩno plenis, ut
aiunt,buccis admittẽdam. Miraris cur
hoc? Nempe nõ uideo in me uñ tm̃ dili
gi meruerim,pſertim à tanto. Scio autẽ
quia plus iuſto uelle diligi: minus eſt à
iuſto. Quis mihi det tãtæ humilitatis in
ſigne tã imitari poſſe, quàm admirari?
Quis mihi tribuat ſancta & deſiderata
pñtia tuá,nõ dico ſemp,non dico ſępe,
ſed uel ſemel in ãno frui?Puto quia nul-
la uice reuerterer uacuus. Nõ,inquam,
fruſtra conſpicerẽ uirtutis exemplar,di
ſciplinæ ſummam, ſpeculũ ſanctitatis.
Quodq; minus uſque adhuc à Chriſto
didiciſſe me fateor, non incaſſum fide
oculata perciperem q̃ ſis & tu mitis &
humilis corde. Verũ ſi tibi pergo facere
quod à te mihi factum queror: & ſi ue-
ritatem dicam,ueritatis tñ legi nõ con-
cordabo in qua legit̃: Quod tibi nõ uis Tho.4.c
fieri,alijs ne feceris. Itaq; iam rñdeam9
petitiunculę ueſtræ,qua epl'am conclu
ſiſtis. Is quem mitti uobis iubetis,mo-
do mecũ non eſt,ſed cum dño Altiſſio-
dorenſi,& ita infirmus, ut ſine nimio in
cõmodo, nec ad nos uſq; poſſe adhuc
uenire dicatur.

Ad Sugeriũ abbatem ſancti Dionyſii in obitu eius conſolatoria, Epiſt. 266.

Hariſſimo & intimo amico Su
c gerio dei gratia abbati ſancti
Dionyſii:frater Bernardus glo
riam quæ ab intus eſt: & gratiam quæ
deſuper uenit. Homo dei ne trepides
exuere hominem illum qui de terra eſt:
illum qui te deprimit uſque ad terrã: &
conatur deprimere uſq; ad inferos. Iſte
eſt q uexat:q onerat,q oppugnat.Quid
tibi & terrenis exuuijs:qui ad cœlũ itu-
rus ſtola glĩæ mox indui habes? Pręſto
eſt,ſed ueſtito non dabitur.Veſtire no-
uit illa:nõ ſuperueſtire.Suſtine ergo pa-

tienter, imò libenter accipe nudus &
non ueſtitus inueniri.Denique & Deus
ipſe uult ueſtiri: ſed cum nudus eſt,non
cum ueſtitus. Homo dei nõ reuertetur
ad deum:niſi is qui de terra eſt, & terra
eſt,in terrã ierit. Hi enim duo homines
ſibi inuicem aduerſantur: nec erit pax
donec ab inuicem ſeparentur. Et ſi pax
fuerit,non erit pax domini,non erit pax
Ezec.13.b cum domino.Nõ es tu de illis qui dicũt
pax,& non eſt pax. Te expectat pax il
la quæ exuperat omnem ſenſum:te ex-
pectant iuſti donec retribuatur tibi: te
expectat gaudium domini tui.Et ego q
dem chariſſime,uehementer afficior an
te uidere te: ut benedictio morituri ue-
niat ſuper me.Et quoniam nõ eſt in ho-
mine uia eius: non audeo unde certus
non ſum pro certo polliceri: ſed quod
nondum uideo quomodo poſſum,ſati-
ſago ut poſſim. Forte ueniam: forte nõ
ueniam. Sed quodlibet horum ſit: dile-
xi à principio, diligam ſine fine. Fiden-
ter dico, nõ poſſum perdere ſic dilectũ
uſque in finem. Non mihi perit,ſed p̃it:
cuius animæ mea adhęſit glutino q nõ
diſſipabitur,et uinculo quod nõ dirum
petur. Tanto memento noſtri cum per-
ueneris quo nos præuenis: ut & nobis
cito detur uenire poſt te, & ad te perue
nire. Interim tñ nullatenus putes quia
tua dulcis memoria recedat à noſtra,
& ſi præſentia dolentibus ſubtrahatur.
Quãquam potens eſt deus te adhuc no
bis donare rogantibus, ſeruare indigen
tibus:quod utiq; non eſt diffidendum.

Abbati Cluniacenſi, Epiſt. 267.

Ilius ueſter frater Galtherus,fa
f ctus eſt & noſter: ſecundum re
Ioan.17.b gulam illam: Omnia mea tua
ſunt: & tua mea. Non ſit minus familia
ris quia communis: ſed ſi eſt quod poſ
ſit alia gratia,ſit familiarior atque acce
ptior ut mihi quia ueſter eſt: ſic uob qa
noſter eſt.

Ad dominum papam Eugenium pro fratribus de corona, Epiſt. 268.

Lij uereãtur maieſtatem in uo-
a bis; & tremulis labijs ac digitis
quod ad rem pertinet, uix ad id unquã
longis ambagibus anfractibuſq; perue
niant. Ego certe utilitatem ueſtram, &
honorem ueſtrum tantummodo atten
dens,rẽ ut eſt nude & aperte illico ape
rio,& ſine cunctatione & obuolutione
tãquam uni noſtrum apoſtolico quod
opus eſt intimare nõ uereor. Subreptũ
eſt uobis,& grauiter: quod non dubius
affirmauerim. Quis uobis ſuggeſſit ho-
minem de ambitione notatum, conui-
ctum,cõdemnatum: ad eccleſiaſticam
cogere dignitatem? Quaſi nõ ſatis per
ſe, ipſe ſe ingerere uoluiſſet. Non'ne is
eſt,quem ſanctę memoriæ Lambertus
epiſcopus deprehenſum in maleficijs
deteſtandis, quæ ipſe ſtimulante ambi
tione perpetrarat, nõ ſolum à gradu in
quo erat, ſed à ſpe totius promotionis
ſolenniter,ut debuit, degradauit? Non
eſt niſi reuocare ſentẽtiam. At propter
anxietatem ſanctorũ fratrum de coro-
na qui pro hoc clamant ad uos, & ob
reuerẽtiam epiſcopi ſancti & docti qui
in hac re author extitit: ſed & propter
conſciẽtiam (conſcientiam dico ueſtrã:
non alterius) unum reſtat ut hoc & pro
mea conſcientia inferam, iraſcimini & Pſal.4.a
nolite peccare. Peccatis enim, ſi non ira
ſcimini tanti ſuggeſtori mendacij: tam
indignæ ſententiæ ſubreptori.

Ad eundem, Epiſtola 269.

Erpẽs decepit me. Hõ uerſipel
ſ lis & uerſut9: iuſtitię inops: au-
diẽtiã fugitãs: ppriæ cõſciæ ini-
micus: frnę ĩcubãs iniuriæ: neſciẽti mihi
lr̃as pro ſe p dñm Beluacenſem elicuit.
Quid.n.ille à me nõ obtineret? Si non
uultis ultra modũ onerare cõſciam me-
am: nil lucret̃ ſubreptione doloſus: nec
de literis noſtris opprimat innocentes.
Quanq; ne hoc qdẽ mihi ſatis fuerit: niſi
& pœnã portet quã meruit ſubreptor
maligniſſimus: & auariſſimus exactor.

Ad eundem, Epiſtola 270.

Vi tentant nos: nõ dormitant,
q neq; dormiũt. Qũo nũc de no-
uo pſecuti ſunt in mõtib. inſidia
ti ſunt in deſerto? Cartuſienſes turba-

ti ſunt. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut
ebrius, & ꝓpemodū oīs ſapīa eoꝝ de-
uorata eſt. Scias dñe mi: inimicꝰ homo
Matt. 13. d hoc fecit. Quid dico, fecit? Et adhuc fa-
cit. Adhuc fiduciam hēt ut & illa ſancti
tas influat in os eius. Eſca eiꝰ electa: no-
ſti optime. Quoſdā iam prǫuaricatores
cōſtituit: alios quos ꝑ ſe expugnare nō
poterat, per illos īpugnat bello dome-
ſtico & inteſtino. Ab ipſa fundatione
loci et ordinis nō eſt auditū ut qs exiēs,
ſine ſatisfactione reciperetur. Qui male
exierāt, peius reintrauerūt: addētes p̄ua
ricationē. Quid putas pr̄ ſancte, illi fa-
cturi ſunt, quoꝝ egreſſio in trāſgreſſio-
ne: regreſſio in ſupbia eſt? Et nūc ſupbia
Pſal. 73. d eoꝝ aſcēdit ſemp. Exultāt ī re peſſima
quā egerunt: inſultant iniuriā patiētibꝰ.
Vicêre, triūphant: prior iā nō eſt prior.
Pſal. 9. d Dum ſupbit impius, incēdit paup. Ex-
ire ēt uult: nō pōt uidere deſtructionem
ordinis ſui. Et iā exiſſet: ſi ſolus exire po
tuiſſet. Qui prior, neceſſe eſt ut bonꝰ ſit,
nā quoꝝ innitit̄ cōſilio: audiuimus à bo
nis bonos eē. Vides'ne clemētiſſime pr̄,
quātū ſubreptū ſit tibi? Nihil'ne dignū
recipiat ſubreptionis author? Si bn̄ te
noui, portabit iudiciū qcunqȝ ē ille. Ve-
nerunt ad te in ueſtimētis ouiū: in habi-
tu ſctō: ſpēs decepit te. Quid miꝝ? Et
tu hō es. Sed iā ꝓdita in lucē fraude: ex-
urgat zelus, & partes ſuas uiril'r exeq̄-
tur aduerſus malignantes. Non ueniat
aīa tua in cōſilium eoꝝ: diſſipet̄ cōſiliū
2 Re. 15. g Achitófel. Teipſum cuſtodi. Nō eſt pa
& 17. c ris periculi ſciæ ſubripi, & zelū dormi
re. illud excuſat ignorātia: hoc negligē
tia inexcuſabile facit. Forte aſcēdat ex
aduerſo, & aliud ꝑſuadere conet̄. Men-
tiat̄ iniquitas ſibi & nō dño meo. Nā et
Pſal. 7. d ueritas & res ſic ſe hēt. Nil uerò iucundi
us, nil iuſtius ī iudicijs ueſtris, quā cum
ſe iſtiuſmodi occaſio p̄ꝛbet, ſi, q nocer̄
uoluit, cadat ipſe in foueā quam fecit,
& cōuertat̄ dolor eius in caput eius, &
ī uerticem ipſius iniqtas eius deſcēdat.
Zelus dñi mei faciet hoc. Et priorabit̄
iteꝝ (ut confido) q prior fuit: ut nō glo-
rietur oīs iniqtas. Alióqn (qđ nō fruſtra

timemus) niſi prior reſtituatur in gradu
ſuo: ordo nō diu erit in ſtatu ſuo. Inſpi-
ret deus uobis pr̄ne accipere iſta, & rn̄
dere bona ad nr̄am oīum cōſolationē:
qui ualde deſolati ſumus & afflicti ſup
uires. Dn̄s Ciſterciēſis deſeruit nos pla
ga magna in ordine. Mihi uerò duplex
incumbit mœroris rō: q in uno hoīe &
pr̄em amiſi & filiū. Et nunc habemus ꝓ
eo dn̄m Gozuinū Boneuallis abbatē.
Sit bn̄placiti ueſtri cōfortare eum lr̄is
apl'icis: & quod de eo factū eſt, ueſtro
roborare fauore. Noſtis eū: & nō eſt ei
apud uos opus cōmendatore, quē ſatis
cōmendat uita ſua, & ſapīa ſibi data à
deo. Dn̄s Valētinus cōualet: & ubi ua-
let opatur bona. Propterea amatores
boni diligūt eū: & ipſe diligit bonos. In
hoc apparet quia bonus eſt. Veſtrū eſt
tales diligere & fouere. Puer ueſter plꝰ
ſolito infirmatur: guttatim defluit: forte
minime dignus qui occidatur ſemel, &
cito ingrediatur ad uitam.

Ad comitem Theobaldum, *Epiſt.* 271.

Scitis quia diligo uos: ſed quan
tum, nouit deus meliꝰ, quā uos.
Me quoqȝ diligi à uobis nō du-
bito: ſed pp deum. Quē ſi offendero, nō
erit ꝙ me diligere debeatis: cū iam nō
fuerit in cā deus. Quis. n. ego ſum, ut de
me tantillo tātus princeps curetis: niſi
quādiu deū in me eſſe credetis? Ergo ut
offendam eū, fortaſſis nec uobis expe-
dit. Offēdo āt ꝓculdubio ſi facio qđ re
qritis. Nā honores & dignitates eccl'ia
ſticas nō ignoro deberi his q eas digne
ac ſecūdum deū adminiſtrare & uelint
& poſſint. Porrò eas acqri puulo filio
ueſtro precibus meis uel ueſtris: nec uo
bis iuſtum: nec mihi tutū eſſe noueritis.
Nam nec cuiquā uel adulto plures in
pluribus eccleſiis habere licet: niſi diſpē
ſatorie quidem ob magnā uel eccleſiæ
neceſſitatem, uel perſonaꝝ utilitatem.
Quamobrem ſi uobis uidet̄ hic durus
ſermo: & placet quod cogitaſtis imple
re: parcite mihi in hoc: nā uos ſatis (ni fal
lor) per uos & ꝑ alios amicos ueſtros
iſtud obtinere poteſtis. Ita nec uos mi-
nus

nus quod uultis efficitis: nec ego pecca
ui. Sanè Vuillelmulo nr̄o cupio bene ꝑ
oīa: ſed an̄ oīa deum. Hinc eſt ꝙ contra
deum nolo aliquid habeat, ne non hēat
deum. Quòd ſi alius ſecus uoluerit: no-
lo per me habeat: ne perdā & ego deū.
Vbi uerò emerſerit quod ſcđm deū hr̄e
poſſit, probabo me amicum: & operā
meam ſi opus fuerit non negabo. Apud
amatorem iuſtitiæ in excuſando eo qđ
pro iuſtitia eſt, non multum mihi labo-
randum. Vos autem apud comitiſſam
per ea quæ uobis reſcripſi: habete me
excuſatum.

Epiſcopo Laudunenſi, *Epiſt.* 272.

Veſtri ſumus. Si hoc ſcitis: imò
quia non ignoratis: lator pręſen
tium per nos uobis, & per uos
alijs oībus quos offendiſſe ur̄, efficaciter
firmiterq́ȝ reconciliet̄. Aliôquin offendi
tis, quem ur̄m non negatis: qđ oīno fa-
cere nō audetis. Ex quo ep̄ari cœpiſtis:
nullam à uobis adhuc bn̄dictionem ac
cepimus: neqȝ ſacculum, neqȝ peram, nè
que calceamenta in pedibus.

Ad dominum papam Eugenium,
Epiſtola, 273.

Amantiſſimo patri & dño Euge
nio dei gr̄a ſummo pōtifici F. B.
Claręuallis uocatus abbas: mo
dicum id quod eſt. Vox turturis audita
eſt in capl'o nr̄o: exultauimus, & dele-
ctati ſumus. Planè eloquium caſtū: fer-
uidum zelo: cautum ſcīa. Spūs uitæ ſpi-
rabat in lr̄is: ſpūs uehemens: intonās &
increpans, & æmulans nos dei æmula-
tione. Fateor non facile dixerim qd me
amplius delectarit in illis: ur̄a benigni-
tas, an nr̄a utilitas: inclinata maieſtas,
an erecta humilitas: mordens ſeueritas,
an mulcens pr̄nitas. Qui in nobis quan
tulūcunqȝ eſuriebant iuſtitiam, refecti
ſunt: qui minus cōpuncti ſunt: qui mini-
me confuſi ſunt. Ita, quæſo: ita iugiter fa
ciatis. Solicitudo quæ oībus debet̄ nul-
lo modo his qbus ſpecialius debet̄, ſub
trahenda eſt: ſed propenſius exhibēda
1. Cor. 13. a eſt. charitas benigna eſt: dilatare ſe, nō
minorare nouit. Colligat ſanè & alios:

ſed nobiſcū. Nec alienū à ur̄o apl'atu: fo
uere eiuſmodi q cū apl'is loqui pn̄t: Ec-
ce nos reliquimus oīa, & ſecuti ſumꝰ te.
Nō ſunt relinquēdi q ipſi ſe reliquerunt. Matt. 19. d
Puſilli dn̄i ſunt, in ipm̄ credētes: nō deſe
ret eos fidelis ſeruus & prudēs: is p̄ſer-
tim cui credita uniuerſitas eſt. Nempe
uniuerſitatis portio hi: & qdem puſillus
grex, ſed q (ni fallor) meruerunt patrem
hr̄e deū: accepturi coronam gl'ię de ma
nu dñi, & diadema regni de manu dei
ſui. Nec. n. rapinam arbitrātur eſſe ſe hę
redes dei: cohęredes aūt Xp̄i. Denique
audierunt: Nolite timere puſillus grex:
quia complacuit pr̄i ur̄o dare uobis re-
gnum. De his interim ſatis. Abbas triū
fontium bn̄ plantatus erat: utpote ſecus
decurſus aquaꝝ. Vereor ergo ne arbor
bona faciens fructum bonum: explāta-
ta faciat nullū. Vidimus interdum uitē ī
prima plantatione fœcundam: in ſcđa
ſterilem. Vidimus lignum bn̄ plantatū
uireſcere, tranſplantatum areſcere. Gra
uiter proinde uulneraſtis cor meū, ſi nō
remittitis eū: quia ſumus cor unum &
aīa una. Quandiu diuiſum erit: neceſſe
erit ut utraqȝ pars ſuo ſanguine cruente
tur. Heu, onus quod ambo uix portaba
mus: qūo portabo ſolus ſubducto bacu
lo ſenectutis meæ? Si de me paꝝ eſt: mo
ueat uos totius ordinis plaga non par-
ua: & ne ſpe incerti boni, tam certa inte
rim mala fieri uelitis. Quod ſi omni-
no uobis in eo complacuit ut retineatis
eum: placeat, obſecro, commendatum
habere ipſum, ac deinceps ad deum
leuare manus ut dignetur idoneum pro
eo uirum prouidere domui illi. Decæ-
tero ſuper his quæ pro communi utili-
tate totius ordinis: & pro alijs quoque
negocijs eidem abbati dignum (imò &
neceſſarium) iudicauimus ad uos perfe-
renda committere, feſtinatum expoſci
mus benignitatis ueſtræ rn̄ſum: ſed rn̄-
ſum facti, non uerbi.

Abbati trium fontium contra nepotem epiſcopi Altiſſiodorenſis, *Epiſt.* 274.

Poenitet me ſcripſiſſe pro iuuene il
lo: & uelim ſi fieri poſſit reuocari

precem, per quam uideor approbaſſe
iudicium amici ſuper collata & male
collocata ab eo præpoſitura. Quod uti
que non facio, nec feci unquam. Sed ui
cit me, fateor, ut ſic ſcriberem, dilectio,
qua tenebar uehementer aſtrictus auũ-
culo adoleſcentis, affectu grandi nimis,
ſed minus ſpirituali in hac parte. Vrge-
bat maxime plaga recens de morte il-
lius. Videbar leuitate uſus, ſed malo peri
clitari apud dñm meum præcipitatione
ſcribendi: quàm apud deum ſuſpicione
mendacij. Quanquam caute ac ꝓuide
de præpoſitura ſcripſi, nihil ad ipſum,
quod indubitanter ſcirem duos (ut me-
mini) prędeceſſores eius ipſam aliter or
dinaſſe atq; aliàs: & ſuo confirmaſſe pri
uilegio. Tu autem ſi efficere potueris
apud ipſum ut eccleſiæ priuilegium, &
priuilegio efficaciam reddat: bonum o-
pus operatus es. Vtinam à ńguo ſangui
nis huius ſctm̃ purgaret ep̃m, & adole-
ſcenti in alijs prouideret.

Ad dominum papam Eugenium pro Altiſsiodorenſi electione,
Epiſtola 275.

C Vm primum uobis pro Altiſſio
dorenſi eccleſia ſcripſi: de prima
audieram electione: de ſcd̃a ni
hil. Et ecce me ueluti prophetante, op-
probrium quod ſuſpicatus ſum, ſecutũ
eſt: & timor quem timebam, euenit. Me
mentote qũo actum ſit Niuernis, & ui-
dete ſi non ſiſ'i arte, imò fraude non diſ-
ſimili, eodemq́; authore, ut aiunt, et nũc
ſcd̃a electio præſumpta eſt: ut. ſ. uno
nominato duos eijciant, & ſic demum
tertium quem uolunt ſubinducant. Mi
ſerunt & iſti ad me ut pro ſua parte ſcri
berem: & uiſum eſt mihi mittere fratrẽ
à latere meo, qui de utraq; certius actio
ne cognoſceret: noſq́; certificaret. Qui
intrans eccleſiam, & de omnibus diligẽ
ter explorans: teſtimonio omnium qui
conuenerant, inuenit nullum presbr̃oꝝ
præter unũ, fratrem. ſ. ipſius fratris Gau
fridi Hugonem: nullum de diaconis p̃-
ter Stephanum ſolum, ex parte illa eſſe:
exceptis his qui authores extiterant ꝑ-
ſonis eccleſię, cantore, archidiacono, et,
ut dicebatur, theſaurario (neque. n. ipſe
præſens tunc affuit. Porrò in parte alte-
ra præter alios inferioris ordinis diaco
nos nouem & presbr̃os undecim con-
ſentire. Duodecimus, qui & archipre-
sbyter eſt, pro neutra parte uelle ſe ſub
ſcribere, ꝓ neutra ſcripſiſſe teſtabatur:
quanquam priorem plus uellet. Sigillũ
eccleſiæ præfatus Hugo tenebat, homo
non pacis, ſed partis alienæ, nec conſide
rauit in tradendo quod debuit, ſed qđ
uoluit. Sic ſe res habet. Et ego ſolita
præſumptione unum infero: Nec mali-
tiam gloriari oportet: nec ſapientiam
decipi decet, nec eccleſiam ſuſpendi diu
tius expedit.

Ad eundem pro obitu epiſcopi Altiſsiodorenſis,
Epiſtola 276.

A Dhuc ſuggero aliqd, quod an-
tè non tacuiſſem ſi antè mihi cõ
pertum fuiſſet, ſicut nũc eſt. Ad-
eſt homo qui peccare fecit Iſrael: ſctm̃
loquor epiſcopum: qui cum in morte ali
quãtum ſtupidus eſſet & turbatus, iſte
eum fecit mori penè inteſtatum. Cum
enim pauperibus & eccleſiis, aut nihil
aut parum daret, nepoti ſuo carnali ado
leſcentulo ſeculari inutili totum penè
quod acquiſierat menſæ epiſcopali: Ste
phano ſuggerente & ſolicitante dimiſit.
Aiunt ſeptẽ eccleſias & decimas & pra
ta in propria ſylua ep̃i: inſuper, quod
pudor eſt, omni religioni, de mobilibus
aureos ſuos & proprias equitaturas: &
cum minus illę ſufficerent ad conficien
dum iter, ut pro his firmandis ad uos ue
niret: iuſſiſſe tradi etiam monaſterij eq
taturas. Quanquam quidam exiſtimãt
ep̃m donationes iſtas neſciſſe: ſed Ste
phanum feciſſe & ſigillaſſe quæ uoluit:
& credendum. Nempe & anno ptõ in
articulo, ut putabatur, mortis poſitum,
eccleſiam quãdam eidem nepoti dona
re fecerunt: quod donum poſtea conua
leſcens, ſicut certiſſimè comperimus, fe
ciſſe ſe minime recognouit. Quis deni-
que credat uirum ſanctum ſpũalem ſi ſa
puit, ſi cõpos ſui fuit, teſtm̃ tale feciſſe?
Quis uel ſcl'ariſſimus hoc dixerit teſtm̃
ſacerdotis? Hæccinc diſpoſitio homi-
nis ſobrij & ſpiritualis illius qui omnia
dijudicat, & ipſe à nemine iudicatur? A
quo. n. ſi ita remanſerit: ſiue in cœlo ſiue
in terra iſte nòn iudicabitur? Tu ergo
ſerue dei qui tenes gladium Petri: ampu
ta confuſionem opprobrij à religione:
ſcandalum ab eccleſia: crimen à perſo-
na, à ſpiritualium omnium qui eum in
ſpiritu & non carnal'r diligebant, & tuo
ipſius corde amaritudinem & dolorẽ.
Exurge Phinees: ſta & placa: ut ſanet̃ q̃ſ
ſatio. Sta, inquam, inflexibilis aduerſus
carnem & ſanguinem: quo ariete muꝝ
tuæ conſtantiæ filij huius ſeculi procul-
dubio concutere conabuntur. Vera pie
tas eſt in auunculum, ſi ſuper hm̃oi exti
teris impius in nepotem. Et hoc ſcitote
quod uiros religioſos decanum ſancti
Petri Altiſſiodorenſis, et priorem ſancti
Euſebij tam pro ſe quàm ꝓ abbate ſan-
cti Laurentij, ob primam Altiſſiodoren
ſis eccleſiæ electionem paratos uenire
ad uos: pars aduerſa per comitem Niuer
nenſem detinuit, et deterruit, ne uenirẽt.
Siquidem comes ipſe uocatis ad ſe de-
nunciauit, ne ſe intromitterent: & minis
grauiſſimis ac manifeſtis prohibuit eos:
ſicut prior ipſe à prædicto abbate ſuo
& fratre ſuo carnali & à decano miſſus
ad nos ꝑꝑ hoc ipſum, confeſſus & con
queſtus eſt nobis: rogans etiam per nos
hoc ipſum innoteſcere uobis. Dixi & ite
rum dico: mementote quod factum eſt
Niuernis. Ordinatiſſimum eſt, minus in
terdum ordinate aliquid fieri. Claues
ueſtras qui ſanum ſapiunt: alteram in
diſcretione: alteram in poteſtate con-
ſtituunt.

Ad eundem pro abbate Cluniacenſi,
Epiſtola 277.

M Ultum ur̃ ſcribere ad uos pro
dño Cluniacenſi, & ei quaſi
uelle patrocinium ferre, quem
oẽs ſibi patronũ hr̃e deſiderãt. Sed ſcri-
bo etſi nõ neceſſariè illi, ſatisfaciẽs tñ af
fectui. Affectui dico meo, non alterius.
Ipſo. n. quia corpore non poſſum, proſe
quor amicum peregrinantem. Quis nos
ſeparabit? Nec altitudo Alpium, nec ni
uium frigora, nec longitudo itineris. Et
nunc pñs ſum, in lr̃is his aſſiſtens illi. Si-
ne me poterit eſſe nuſq;. Debitor ſum di
gnationi eius, ꝑ quam dignus habitus
ſum aſſumi in id gr̃æ. Sed debito ipſa
abſoluit gr̃a, quia neceſſitas in uolunta
tem tranſiit. Honorate uiꝝ, ut uerè ho-
norabile membrum in Xp̃i corꝑe. Vas
eſt in honorẽ (ni fallor) plenum gr̃æ &
ueritatis, refertũ plurimis bonis. Remit
tite eũ cũ lętitia, quamplurimos de ſuo
reditu lætificatuꝝ. Dignemini eum am
pliori, ut dignũ eſt, gr̃a, & ita ut de ple-
nitudine eius oẽs cum redierit accipia-
mus. Sanè ſiqd petierit in noĩe dñi Ieſu,
non debet apud uos pati difficultatẽ.
Nam ſi neſcitis, iſte eſt q manus ſuas ex
tendit ad pauꝑes ordinis nr̃i: iſte eſt qui
poſſeſſionibus eccleſię ſuę quantũ cum
pace põt ſuoꝝ, libenter frequẽterq́; lar
gitur ad uictũ. In noĩe Ieſu, cur dixerim,
audite. Si. n. petierit (quod ſuſpicor ue-
reorq́;) dimitti à regimine monaſterij,
qs illũ noſcẽs in noĩe Ieſu petere putet?
Fallor ſi non ſolito timoratior, ſi nõ ſe-
ipſo melior factus ſit ex quo uidiſtis eũ.
Quanquã penè ab introitu ſuo in mul-
tis ordinẽ illũ melioraſſe cognoſcit: uer
bi gr̃a, in obſeruantia ieiunioꝝ, ſilentij,
indumentoꝝ precioſoꝝ & curioſoꝝ.

Ad eundem pro epiſcopo Beluacenſi, Epiſtola 278.

P Etitiones filij ur̃i ep̃i Beluacẽſis
quàm dignę ſint exauditu, non
eſt qđ uos doceamus, ipſe ſatis
per ſe paternis uiſceribus ur̃is quod di-
gnum et iuſtum eſt, facile perſuadebũt.
Agimus tñ. Fouendus eſt deuotus iuue
nis fauore paterno: & zelus bonus quẽ
ꝓ ſua eccleſia gerit, non modo approbã
dus, ſed & iuuãdus. Sic ſeipſo ĩdies deuo
tior, feruẽtior, fortior fiet, cũ uexationes
& tribulatiões q̃ nũq; deſunt illi eccl'ię à
malis hoĩbus, manu indeficientis auxilij
ur̃i ſibi ſenſerit è regione leuari. Petitio-
nẽ fr̃is Arnulphi de Maiole petim⁹ ex-
audiri. Magr̃ G. (hoc nomẽ nũcio) dicet
eã uob. Sed & qđ petit abbatiſſa đ Para

clito, per ipſum, ſi dignamini, ſcire poteſtis, & facere ſi dignum iudicatis.

Ad Henricum comitem, *Epiſt.* 279.

a Bbas de Caſtellione uir religioſus Romam proficiſcens, in dei & nr̄i cuſtodia ſua oĩa reliq̄t: & ecce miniſteriales Simonis hoĩes de Bellefort abſtulerũt porcos eorꝫ. Maluiſſem dico uobis, ut nr̄os proprios rapuiſſent. A uobis requirimus illos. Ad hoc te conſtituit principem ſuper terrã princeps regum terræ, ut ſub eo & ꝓ eo bonos foueas, malos coerceas, pauperes defendas, facias iudicium iniuriã patientibus. Si hæc facis, opus principis facis: & ſpes eſt ut tuum deus dilatare & roborare debeat principatum. Si non, timẽdum tibi, ne hoc ipſum, quod uideris habere honoris & poteſtatis, auferatur (quod abſit) à te.

Ad dominum papam Eugenium pro Altiſsiodorenſi uegocio, *Epiſt.* 280.

b Ene facitis frequenti et benigno exauditu tp̄s breue quo hic ſũ: ſolando tędentem, puſillanimẽ erigendo. Facitis etſi nõ qđ mereor ip̄e, certè quod uos decet. Non ꝙ ad uſum propriæ uoluntatis tanta abuti benignitate delecter, paratus, teſte conſcĩa, tam æquo accipere aĩo quod negari, quam quod præſtare placuerit. Volo mihi geri morem ſicut & oĩs hõ, ſed non quod iuſtitię obuiet, quod ueritati pręiudicet, quod ur̄æ deniq; diſpliceat uoluntati. Hoc pro eo, ne me ſuſpicemini aut nõ aduertere bñficium, aut ingratum eſſe. Nunc qđ res poſtulat audiat ſanctitas ur̄a. Cum in me itur, leuis iactura eſt, & quę leuari facili queat reſarcitu. Ego plagis conſcĩæ meæ nullum iudico accommodatius medicamentum, probris & contumelijs. Non eſt ꝓinde quod pro me mouear, homũcio omni opprobrio dignus et deſpectione. At ſi uſq; in xp̄m dñi malignatio forte peruenerit, nutat fateor patiẽtia, & oĩs penè cedit manſuetudo. Nunqd petiui à dño meo ordinari per me eccl'ias, diſponi ep̄atus, creari ep̄os? Aptum uidelicet inſtr̄m, formica plauſtrum trahens. Voluiſtis hoĩem promoueri digne ſanè (ni fallor) in quẽ nimirꝫ quid dicant non inueniunt, ne hi quidẽ qui contra uolunt. Innotuit q̄bus oportuit myſteriũ bonæ uoluntatis. Et myſterium quidem publicatum eſt, fructu uerò uſq; adhuc & utilitate fraudamur. Quæritis qui fecit hoc? Hõ pacis ur̄æ, in quo ſperabitis. Hõ cui odio religio, cui oneri ſapĩa, cui terrori iuſtitia ẽ: qui dñi ſui non eſt ueritus ſecretũ prodere, euacuare decretum. Nec mirꝫ qui ſe talem ap̄ire non eſt cõfuſus. Qui dum proprio concedit liuori, ẽt ur̄æ reuerentiæ non pepercit. Cõfuſus ſum ego, ſed q̄ cura? Non recuſo confuſionẽ quã mihi obedientiæ zelus inuexit. A me q̄dẽ non tranſiit calix iſte, ſed per me planè uſq; ad uos pertrãſiit. In ſuggillatione, ne dicam deprauatione datæ ſñiæ, cui clarꝫ non ſit authorem tãgi potius quã denunciatorem? Cuius non potuit infamari perſona, debuit'ne infirmari ꝓmotio? Vnum eſt è duobus, aut ſtabit ſermo quẽ à uobis egreſſum teſtati ſumꝰ, aut nos mendaces reputabimur, ſicut iã reputamur. Sed melius ueſtroq́; digniꝰ app'atu, non gloriabitur in malitia q̄ potens fuit in iniquitate. Obeditum tñ mãdatum ex parte eſt, & parte maiori. Tribus commiſſum erat uno contemnente, duobus conſentientibus, quid reſtat niſi ut uox ueſtra ſuppleat quod minus eſt? Et q̄dem tutè hoc. Non eſt quod timeatis à ſcandalo illorꝫ de quibus dñs dicit: Sinite illos, cęci ſunt, & duces cæcorꝫ. *Matt. 15.d* Quod reliquum eſt, lætabitur populus, lætabitur ſanior pars cleri, etiam ipſe lætabitur rex, lætabitur deniq; oĩs eccl'iæ ſctõrꝫ. Multa bona op̄a oñdiſtis ſcl'o nr̄o ex gr̄a q̄ data eſt uobis. At nullum (ut arbitror) quod magis pro gloria ueſtra faciat, quàm ſi ſic feceritis. Teſtimonium perhibeo eis, ꝙ multos de religione noĩauerint, non religione delectati, ſed impotentia, qui non poſſint malignitatem eorꝫ coercere, qui ui uim repellere non ſufficiant: ut quorꝫ ſanctitatem non amant, non ſit ꝙ timeant poteſtatem.

teſtatem. Comes Niuernenſis uias pr̄is non ambulat: aduerſatur tum huic, tum omni bono. Incubat terris boniſq́; eccleſiarꝫ, ſicut leo paratus ad prædam. Paratus eſt recip̄e ẽt Saracenum, aut quẽpiam ex Iudæis ut iſto careat, qđ ſolus ſibi uideatur qui malitiæ & calliditati eius reſiſtere & norit & poſſit. Inde eſt quod nonnullis clericorꝫ minis & manifeſtis grauaminibus (ut nobis ipſi cõfeſſi ſunt) ſilentium impoſuit, ne pars aduerſa de multitudine glorieẽ. Et ut br̄ quod ſentio exprimam, ſi iudicaẽ operęp̄cium in illo ep̄atu monaſteria paup̄ari, eccleſias cõculcari, religioni illudi, ipſam ep̄alem ſedem, cuius p̄cipue facultatibus et poſſeſſionibus inhiat, in ſeruitutem redigi: Regniacenſis regnare nullatenus ꝑmittatur. Vbi eſt ẽt nunc ſp̄ũs ille, quẽ habuiſtis in negocio Eboracenſi? Non ſentiet illum, qui ſil'e opus tẽtauerit? Ecce is (ſicut accepimus) in ſpiritu illius uenit, qui curiam aduerſum uos concitauit, ſi licuerit moliturus idipſum. De negocio dñi Lundenſis, reducimus uobis ad memoriã. Cã dilationis ſublata de medio, nõ eſt niſi ut fiat quod faciendũ erat. Et hoc addiderim, Hr̄e bonũ, iuſtũ, & bonæ famæ cancellarium, ap'l'icæ dignitatis non modica pars eſt, ap'l'icæ adminiſtrationis nõ paruum adminiculũ eſt, ap'l'icæ conſcĩę non mediôcris cuſtodia eſt. Semper quidem notabilis conſtitutio pernicioſa, at poſt longam deliberationem etiam turpis.

Abbati Brunoni de Claravalle, *Epiſt.* 281.

r Ecté ne iraſceris tu modo? Nõ, ut opinor. Cõuincunt te ſermones tui, non diſpoſiti in iudicio, ſed p̄cipitati in perturbatione. Nam iudicium quidem tale eſt: Meliora ſunt ũbera amici, quàm oſcula inimici. At ego ſine cã uapulo, inquis. Eſto: Nihilóminꝰ tñ uerbera uerborꝫ nr̄orꝫ amicabilẽ curam ſonant. Parꝫ dixi, paternam loquũtur ſolicitudinem. Itaq; ſi culpam nõ habes, nihil te lęſimus, propria excuſatum conſcĩa. Si hẽs, tibi potius iraſcendum quàm mihi fuerat. Quereris ꝙ tibi non credidi, quaſi tu mihi inde aliquid locutus fueris. Eſto: Credidi querenti de te. Tibi qũo credere aut decredere potui, qui dixeras nihil? Fac quod locutus es. Solue quod debes, quàm añ poteris, ne forte non modo inter nos, ſed & de nobis ſcandalũ oriatur. De nobis aũt bene ſenti, bñ de te ſentientibus, & non decredentibus tibi, ſicut perturbate loqueris, neſciens quid loquaris. Mea ſunt ũba, meum loquuntur affectum.

Ad Ludouicum regem Francorum pro electo Altiſsiodorenſi, *Epiſtola* 282.

u Olui ego unq̃ in aliquo imminui honorem regis, dignitatẽ regni? Deus ſcit, nec ur̄a, ut confido, conſcĩa id uobis r̄ndet. Videte ne illi magis cõtra uos faciant, qui electiones diſturbant, ne ſint in eccleſiis q̄ ſeruiant regi, ſed ipſis de eccl'iarꝫ reditibus ſeruiatur. Ego, ego electioni Altiſſiodorẽſi interfui. Cõcors fuit, q̄a clerici qui antehac in partes diſſilierant, ſine contradictione nunc tandem deo miſerante conuenerũt. Electum bñ nouimus, tèſtimoniũ ei perhibemus, q̄m̄ bonus eſt. Neminẽ ꝓrſus arbitror affuiſſe illi celebritati, qui de aſſenſu ur̄o dubitaret, cum iam idem aſſenſus ur̄is lr̄is tenereẽ. Quis em̄ hoc uel cogitare poſſet repetendũ alterum aſſenſum, nec ſufficere unũ, p̄ſertim ubi nulla ex tunc interuenit altera electio? Nunquid quoties diſſenſerint clerici, toties erit requirendus fauor regis? Nec rõ, nec cõſuetudo hoc hẽt. Deniq; nuꝑ, ſi recordamini, in Sueſſionẽſi eccleſia quoties ad eligendũ clerici conuenerunt, quoties diſſenſerũt, & infecto negotio diſceſſerũt: nec tñ exiſtimo toties repetiſſe aſſenſum ur̄m, quẽ ſemel ꝓmeruerant. Ita eſt dñe mi rex: nõ eſt qđ debeatis reprobare factas electiones, quibus, ut fiereẽ, ſemel uos aſſenſiſſe cõſtiterit. Sed ſunt aliq̄ q̄ uos cõturbant, & cõturbare nituñẽ eccleſias, ſua lucra ſectãtes: qđq; grauiꝰ eſt, ſũmi põtificis & ſereniſſimi regis mutuã gr̄am et amorẽ dia-

bolico ſtudio dirumpere molientes. Ab
ſit hoc, iudicium portabunt quicunque
ſunt illi, & rex ſemper faciet quod bo-
nus rex, ſicut hactenus fecit. Itaq; cito
mandentur iucũdiora, ne diutius ſedeat
in triſtitia eccleſia tãdiu iam uexata &
afflicta. De perſona nulla ſubeat ſuſpi-
cio, aut ego nimiũ fallor, aut fidelis erit,
& regi bñplacitum ſuper ea. Confido
in dño quia non contriſtabitis multitu-
dinem ſctõꝶ qui ſunt in illo ẽpatu, nec
me ſeruum ueſtrum: qui, ut ueꝶ fatear,
nihil æquè unquam à uobis moleſtum
pertuli, quàm ſi in hoc conſilio (qđ non
eueniat) perſtiteritis.

Ad dominum papam Eugenium pro Gigniacenſibus, Epiſtola 283.

a Pud Cluniacũ occurrimus Gi-
gniacenſibus ſpe pacis. Pro qua
laboratum multum, elaboratũ
nihil. Nam totum quadriduanum labo
rem nr̃m, ſola demum ſecuta eſt ruina
ſpei. Repetita eſt iuxta tenorem lr̃arum
ur̃aꝶ damnoꝶ reſarcitio, reſtitutio ab-
latoꝶ, ſed incaſſum. Multum uiſum eſt
ad eos, quia nocuerant multum, quippe
ultra triginta milia ſolidoꝶ cõputatio
facta eſt amiſſoꝶ. Siquidẽ abbatia una
(ne per ſingula euagemur) tota deſtru-
cta eſt. Cæteꝶ de tantis amiſſis, multa
dimittere parati fuimus, cum illi tã mini
mum obtulerunt, ut uenerabilis abbas
Cluniacenſis qui affectuoſius quàm ef-
ficacius pro reformanda pace labora-
bat, nec dignum relatu iudicaret. Itaque
non prouenit cõpoſitio, quia reparatio
tam ridicula offerebatur. Dicebãt aũt:
Quidam maligni de nr̃is totum malum
fecerũt. Quid ad nos? Ipſi uiderint. Atq;
id quoq; ridiculum. Claꝶ erat in tota
regione, per hoĩes eccleſiæ hoc grande
facinus perpetratum, monachos quo-
que affuiſſe quoſdam, cõſenſiſſe oẽs. Nã
qui contradiceret malefactorib. ne unũ
quidem fuiſſe uſq; ad hoc tp̃s audiuimꝰ.
Deniq; ipſe dñs abbas iſtiuſmodi tergi
uerſatores palã refellebat & conuince-
bat, affirmãs iuſtè ab eccleſia repeti, qđ
per eccleſiam amiſſum eſſe conſtabat.
Vltima expectatur manus ur̃a in eo, qđ
non niſi manu ualida poſſe emendari ſa
tis ſuperq; probatum eſt.

Ad dominum papam Eugenium pro Remenſi archiepiſcopo & alijs perſonis, Epiſtola 284.

d Ominus Sãpſon Remenſis ar-
chiep̃s uerſatur in domo magni
patrisfamiliâs tanquam uas in
honorem. Si hoc ſcitis, ſeruate honorẽ
eius, honorem eccleſiæ eius. Si bñ noui
uirum, quo magis honorabitis eum, eo
plus honorabitur deus per illum & in il
lo. Dominus Atrebatenſis homo ſim-
plex & rectus, & adhuc permanens in
humilitate ſua, non eſt opus ut per aliũ
plus humilietur, ne perdat authoritatẽ,
ac per hoc & utilitatem. Hanc, ſi dignũ
ducitis, date ei uos, quia ſuo ſtudio nun
quam habebit: utpote ſui magis, quod ĩ
ſe eſt, mediocritate contentus. Eſt q ad
uerſatur & extollitur: is planè ut humi-
lietur, epiſcopo opus eſt: & eidem ipſi
non minus. Superbis reſiſtere, & humi- *Iacob. 4. c*
libus dare gratiam, familiare eſt domi-
no ueſtro, & audiſtis eum dicentẽ: Qui
mihi miniſtrat, me ſequatur. Abbas *Ioan. 12. d*
de Auuecurt bonus homo eſt, ſecun-
dum bonitatem ſuam reſpondeatur ei.
Exaudiatur pro neceſſitatibus ſuis, &
contra eum non audiatur apoſtata.
Betunienſis decanus uoluntate epiſco-
pi & aſſenſu aduocati bonam rem pro
eccleſia ſua in eccleſia eadem conſti-
tuit, bonum eſt ut ueſtra authoritate fir
metur. Sil'r & pro decanis Sueſſionen-
ſi & Cameracenſi rogamus, ut dignæ
preces eoꝶ exaudiantur. Periclitati ſu-
mus in falſis fratribus, & multæ lr̃æ fal-
ſatę ſub falſato ſigillo nr̃o in manus mul
toꝶ exierunt: & quod magis uereor, ẽt
uſq; ad uos dr̃ falſitas peruolaſſe. Hac
neceſſitate abiecto illo, nouello qđ cer-
nitis de nouo utimur, continente & ima
ginem noſtram et nomen. Figuram aliã
tanquam ex nr̃a parte iam non recipia-
tis, niſi forte pro ẽpo Clarimontis, cui
ſub altero ſigillo literas dedi, cum nec-
dum iſtud haberem.

Ad eundem pro Odone abbate ſancti Dionyſij, Epiſtola 285.

p Ro eccleſia ſancti Dionyſii et ꝓ
perſona Odonis abbatis, etſi ne
mo alius ſcriberet, ego ſcribere
non dubitarem. Cauſa bona eſt, & neu
tra ex parte nutans: eccleſia nobilis, &
abbas boni teſtimonij eſt. Illud orbi,
hoc nobis qui uicini ſumus notiſſimum
eſt. Ad hæc & is & illa ſpecialis res ur̃a
eſt. Pro his omnibus uel ſolus (ut dixi) ſi
opus ſit, ſcribere non confundor. Nunc
uerò tales mecum ſcribunt, quibus mi-
nime decrederetur, etiam me non ſcri-
bẽte. Ipſi ſunt quoꝶ manus ſatis ſupq;
tractauerunt de uerbo hoc. Ecce hi ſciũt
quid fecerit abbas, & qđ ſciunt loquun
tur. Securè prodeunt porrectæ à nobis
preces pro eo tam indubitatis fultæ te-
ſtimonijs. Securus ueſtram ſolicitudinẽ
pro ueſtra ipſius proprietate ſolicito et
compello, nempe inuaſa nequiter, uexa
ta atrociter. Rogo, obſecro, leuate ma-
num, extendite brachium, opponite ſcu
tum. Gladius Petri defendat patrimo-
nium Petri. Fruſtra quidam inſurrexe-
runt in hoĩem, quem fama publica ſatis
excuſat, imò celebris commendat opi-
nio. Boni uidelicet filij, qui patris uere-
cunda tam curioſè ſcrutati ſunt, neſcio
quæ incomperta omnibus crimina ſo-
mniantes. Stupent qui audiunt ad ſubi
tam et inopinatam criminationem. Eru
beſcunt, quia nunq; dictus fuerat ſermo
huiuſcemodi de Odone. Sancti Diony-
ſii abbas neq̃q; ſub modio latet. Super
candelâbrum ſtatut, etſi uelit, non poſ
ſit diſſimulare qđ eſt. Et lumen eius, ut
fumus eius, ab oĩbus uideatur neceſſe ẽ.
Nunquid iſti lynceos in eũ oculos intẽ-
derunt, uidentes q̃ nemo adhuc uidere
alius potuit? Suſpecta, fateor, mihi hoꝶ
delatio eſt. Magis aũt incredibilem red
dit unus illoꝶ noĩe Raymundus, qui (ut
aiunt) caput eſt huius attentatæ mali-
tiæ: hõ (ut comperi) palã loquax, clã ſu-
ſurro, anxiè ambitioſus, adulatoriè blan
dus, totus compoſitus ad fallẽdum, ad
perturbandum non minus. Notaui ſub
pelle ouina lupum, ac certis deſignaui
indicijs, quod iam aut mordere non au
deat, aut nocere non ualeat.

Item ad eundem pro eodem, Epiſtola 286.

ſ I ſuſurrationes & ſubreptiones
præualuerint aduerſus abbatẽ
ſancti Dionyſii, mundus ego
ſum à ſanguine eius, qui ſcripſi en alia ui
ce aduerſus malignantes: ueruntamen
quam accuſationem afferunt aduerſus
hominem illum? An quòd non inueniũt
quod accuſent? Et q̃uo ſi rectè iſti eum
accuſant, excuſatur à uicinis omnibus
qui recto ſunt corde? Accuſatur ꝙ debi
ta multa fecerit, impignorauerit terras,
dilapidauerit bona, quaſi hæc, uel neceſ
ſarijs, uel iuſtis ex cauſis non potuerint
contigiſſe. Mandauit nobis de his uni-
uerſis conuentus illius eccleſiæ, & per
fidelem perſonam teſtatus eſt al'r quàm
uobis dicta ſunt, ſe hr̃e. Veruntamen in
quiratur, nam certius de his oculus, quã
iur̃m fidem faciet: & ſi inuenta fuerint
quemadmodum iſti malitioſè compo-
nunt, quoquo modo acciderint, abbas
non excuſetur. Si non fuerint: delato-
res nihil de falſitate lucrentur. Inſimu-
lant eum de morte hominis: ſi ſe purga-
re non poteſt, moriatur. Quanquam
quis non uideat nec ueriſimile eſſe, ut
quem pauloante de morte eripuerat: in
mortem tradiderit? Qua fronte hęc au-
dent inſuſurrare uobis: qui uiderunt &
cognouerũt zelum abbatis in liberatio
ne illoꝶ qui prius homicidium perpe-
trauerant: & in ultione eoꝶ, qui ſangui
nem proximi ulti erant. Poſtremo ſi be
ne noſſetis iſtos: poſſet profecto ſuffice-
re ad decredendum quicquid non acci-
pitis niſi per eos. Adſit deus ſanctæ mẽ-
ti ueſtrę: nequid illi lingua doloſa aduer
ſus innocentiam ſubripere poſſit.

Domino Hoſtienſi pro eodem abbate, Epiſtola 287.

d Ominus abbas ſancti Dionyſii
accuſaẽ ab iniqs hoĩb. ſed à bo-
nis oĩb. q in eccl'ia & ĩ circuitu
eius ſunt, excuſatur. Pro quo tanto affe
ctuoſius rogamus charitatẽ ur̃am quã-

to meliorem de eo & habuimus & ha-
bemus æſtimationẽ. Stet ꝓ eo ur̃a beni
gnitas, & ſi non qa amicus nr̄ eſt: certe
qa nec uera ſunt, nec ueriſil'ia q̃ imponũ
tur ei. Si grauatus eſt debitis cã euidens
fuit tp̃is ipſius: q̃ꝗ fere nulla ſint debi-
ta, ad id qđ impoſitũ eſt. De terraꝝ di-
ſtractione euidens falſitas cõprobatur.
Nã de morte G. ne ipſos quoq; aduer-
ſarios reor eũ potuiſſe hr̃e ſuſpectũ: qp-
pe qui eundem G. & ſuos oẽs cõcluſos
ab hoſtibus, ab ipſo mortis articulo,
multo qdem labore eripuit. Pro his oĩ-
bus maximeq; ꝓ Raymũdi nõ incogni
ta nobis uerſutia attentius rogamus, ut
abbatis innocentiam ueſtra ſolicitudo
tueatur.

Ad Andream auunculum ſuum militem templi, Epiſtola 288.

Iteræ tuæ, quas nouiſſime tranſ
l miſiſti: inuenerunt me in lectu-
lo decũbẽtẽ. Accepi eas obuijs
manibus: libenter legi: libẽter relegi, ſed
libẽtius te uidiſſem. Legi in illis deſide-
rium tuum uidẽdi me, legi & metũ tuũ
pro periculo terræ quam dñs ſua pñtia
honorauit: pꝉiculo ciuitatis quã ſuo ſan-
guine dedicauit. Væ principibus nr̃is.
In terra dñi, nihil boni fecerũt: in ſuis ad
quas uelociter redierũt, incredibilẽ exer
cẽt malitiã: & nõ cõpatiunť ſup contri-
tione Ioſeph. Potẽtes ſunt ut faciant ma
Iere. 4. f la: bonũ aũt facere nequeũt. Cõfidim⁹
Pſal. 93. a aũt quia nõ repellet dñs plebẽ ſuam: et
hr̃ditatẽ ſuã nõ derelinquet. Porrò de-
xtera dñi faciet uirtutẽ: & brachiũ ſuũ
auxiliabiť ei: ut cognoſcãt oẽs, qa bonũ
eſt ſperare in dño, quã ſperare in princi
Pſal. 117. b bus. Bñ facis formicę te cõparãs. Quid
.n. aliud quã formicæ qꝫ terrigenæ &
filij hoĩum ſumus: rebus inutilibus atq;
inanibus inſudantes? Quæ aũt abũdan
tia hoĩ de uniuerſo labore, quo ipſe la-
borat ſub ſole? Ergo aſcẽdamus ſup ſo-
lem, & cõuerſatio nr̃a in cœlis ſit: iã mẽ
te p̃cedẽtes quo ſumus & corpe ſecutu
ri. Ibi mi Andrea: ibi fructus laboris tui:
ibi retributio tua. Sub ſole militas, ſed
ſedenti ſup ſolẽ. Hic militantes, inde do
natiua expectemus. Merces militię nr̃ę
non de terra: nõ de deorſum eſt: procul
& ab ultimis finibus pretium eius. Sub
ſole penuria eſt: ſuper ſolẽ abũdãtia eſt.
Menſuram bonã & confertã & coagi- Luca. 6. f
tatã & ſupefluentẽ dabunt in ſinus ue-
ſtros. Deſideras me uidere: & de meo,
ut ſcribis, arbitrio deſiderij tui pẽdet ef-
fectus. Nã mãdatum ſup hoc meũ te in
dicas expectare. Et qd dicã tibi? Et cu-
pio ut uenias: & timeo ne uenias. Ita in-
ter uelle & nolle poſit⁹: coarctor è duo-
bus: & quid eligã ignoro. Vnũ ne uideli
cet tuo ſatiſfaciã deſiderio & meo pari
ter, an credã magis celebri de te opinio
ni, qua terræ ita pneceſſarius p̃dicaris,
ut de tua abſẽtia non mediócris illi deſo
latio iminere credať. Itaq; quod mãda-
re non audeo, opto tñ ut te uideã ante-
quã moriar. Tu melius id uidere & co-
gnoſcere potes, ſiquo mõ ſine dãno &
ſine ſcandalo illius gentis uenire poſſis.
Et fieri poſſet quod aduentus tuus oĩ-
no nõ eſſet inutilis. Forte fauẽte deo nõ
deeſſent q te ſequerẽtur reuertẽtem ad
ſubueniẽdum eccl'iæ dei, qm̃ oĩbus no-
tus es & dilectus. Põt facere deus ut &
tu cum ſancto patriarcha Iacob loqua-
ris, In baculo meo tranſiui Iordanẽ iſtũ,
& ecce cum tribus turmis regredior.
Vnum dico, ſi uenturus es, ne tardaue-
ris, ne forte uenias & non inuenias. Ego
enim iam delibor, nec puto me lõgum
facere ſuper terram. Quis mihi tribuat
tua in uoluntate dñi, amabili & dulci p̃
ſentia uel paululũ refrigerari priuſquã
abeam? Reginæ ſcripſi ſicut uoluiſti, &
gaudeo de bono teſtimonio quod ei
perhibes. Magiſtrũ & fratres ueſtros
omnes de templo, necnon & eos de ho
ſpitali, per te in dño ſalutamus. Inclu-
ſos quoque & ſanctos oẽs ad quos op-
portune loq poteris, per te in dño ſalu-
tantes, eoꝝ nos orationibus cõmenda-
mus. Eſto pro me ad eos. Girardũ no-
ſtrum qui in domo noſtra aliquãdo cõ
uerſatus eſt, & nunc, ut audiuimus, ep̃s
factus eſt, & ipſum affectu magno de-
uotiſſime ſalutamus.

Ad reginam Ieroſolymorum, Epiſt. 289.

Ilectæ in Chriſto filiæ M. regi-
d næ Ieroſolymitánæ B. Claræ-
uallis uocatus abbas: miſericor
diã à deo ſalutari ſuo. Miror ꝙ à multo
iam tp̃e nõ uidimus lr̃as tuas: non ſoli-
tas ſalutationes habuimus. Quaſi nos
obliti ſimus antiq̃ tuę erga nos deuotio
nis: quam in multis ꝓbauimus. Audiui-
mus, fateor, neſcio q̃ ſiniſtra: q̃ etſi non
ꝓ certo credimus, doluimus tñ ſiue ue-
ritate ſiue mẽdacio tuã aliquatenus de-
colorari opinionẽ. Sanè interuenit An-
dreas chariſſimus auũculus meus: cui in
nullo decredere poſſumus: ſcripto ſuo
nobis ſigñans meliora: quod. ſ. pacifice
& manſuete te hẽas: ſapiẽter & cõſilio
ſapiẽtium te & tua regas, frẽs de tẽplo
diligas: & familiares hẽas: periculis imi
nentibus terræ ſecundum ſapiam tibi à
deo datã ſalutaribus cõſilijs & auxilijs
ꝓuide & ſapiẽter occurras. Talia pror-
ſus talia decẽt opa mulierẽ fortẽ, humi-
lem uiduam, ſublimẽ reginã. Neq; n. qa
regina es: indignũ tibi uiduã eſſe: quod
ſi uoluiſſes, non eſſes. Puto ꝙ & gl'ia ti-
bi eſt p̃cipue inter xp̃ianos: nõ minus ui
uere uiduam quàm reginã. Illud ſucceſ-
ſionis eſt, hoc uirtutis. Illud tibi ex gñe,
iſtud ex munere dei. Illud feliciter nata
es, hoc uiril'r nacta es. Duplex honor: al
ter ſecũdum ſcl'm, alter ſecundum deũ:
uterq; à deo. Nec puus tibi uideať ho-
nor uiduitatis, de quo ap'ſ: Honora, in-
1. Tim. 5. a quit, uiduas: q̃ ueræ uiduæ ſunt. Habes
2. Cor. 8. d certe penes teipſam familiare cõmoni-
toriũ ap'licæ iteꝝ ſalutaris ſnĩæ: qua do
ceris ab eo ꝓuidere bona non tm̃ corã
deo, ſed ẽt corâm hoĩbus. Corã deo, ut
uidua: corã hoĩbus, ut regina. Attende
reginã, cuius digna indigna ue non pñt
latêre ſub modio. Sup cãdelâbrum ſũt:
ut appareãt oĩbus. Memento uiduã cui
iam non eſt quod uelit placêre uiro: ut
ſoli poſſit placêre deo. Beata es ſi ſalua
torem ponas tibi muꝝ ad ꝓtectionem
conſcię: & antemurale ad repulſionem
infamiæ. Beatã, inquam, ſi ueluti deſola
tam & uiduã totã te deo regẽdam cõ-
miſeris. Aliòquin bñ non regis ſi bene
non regeris. Regina Auſtri uenit audire Matt. 12. d
ſapiam Salomonis: ut regi diſceret, &
ſic regeret. Et ecce pluſq̃ Salomon hic:
Ieſum loquor & hũc crucifixum. Huic
te committe regendam: huic docẽdam
qũo regere debeas. Diſce tanquã uidua Matt. 11. d
quód ſit mitis & humilis corde, diſce Eſa. 11. a
tãquam regina, quod iudicet in iuſtitia
pauperes: & arguat in æquitate ꝓ man
ſuetis terræ. Ergo cum cogitas dignita-
tem, attende & uiduitatẽ: quia ut pure
apud te quod ſentio proferam: non po-
tes eſſe regina bona, ſi bona non fueris
uidua. Quæris unde bona uidua æſtime
tur? Ex hoc ꝓfecto quod apoſtolus di- 1. Tim. 5. d
cit: Si filios educauit: ſi hoſpitio recepit:
ſi ſanctorum pedes lauit: ſi tribulationẽ
patiẽtibus ſubminiſtrauit: ſi oẽ opus bo
num ſubſecuta eſt. Si hæc facis, beata
es: et bene tibi erit. Benedicat te dñs ex
Sion: eximia in dño filia, & oĩ ueneratio
ne digna. Admonitio p̃miſſa eſt, proſe-
cutio iam à ueſtra dignatione expecta
tur. Occaſio data eſt: excuſatio iam nõ
admittitur ſi non renouata à noſtra per
te familiaritas, familiaribus deinceps à
uobis uerbis & literis frequentetur.

De Iordano cardinali, domino Hoſtiẽſi, Epiſt. 290.

Ertranſiit legatus ueſter de gẽ-
p te in gẽtem, & de regno ad po-
pulum alteꝝ: fœda & horrẽda
ueſtigia apud nos ubiq; relinquens. À
radice Alpium & regno Theutonicoꝝ
per omnes penè eccleſias Franciæ &
Normaniæ et circũquaque circumiens
uſq; Rothomagum uir apoſtolicus re-
pleuit, non euãgelio, ſed ſacrilegio. Tur
pia fertur ubiq; cõmiſiſſe: ſpolia eccle-
ſiarum aſportaſſe: formoſulos pueros
in eccleſiaſticis honoribus ubi potuit
promouiſſe, ubi non potuit uoluiſſe.
Multi ſe redemerunt ne ueniret ad eos.
Ad quos peruenire non potuit: exegit
& extorſit per nuncios. In ſcholis, in
curijs, in triuijs, fabulam ſeipſum fecit.
Seculares: religioſi omnes male loquũ
tur de eo. Pauperes & monachi & cle-
rici conquerunť de eo. Homines quoq;

ſuæ profeſſionis: ipſi ſunt qui magis exhorrent & famam eius & uitam. Hoc teſtimonium habet & ab his qui intus, & ab his qui foris ſunt. Non ſic dominus Ioãnes Paperons, non ſic: cuius laus eſt in eccleſia: quippe honorificantis ubique miniſterium ſuum. Legite literas has domino meo. Ipſe uiderit quid de tali homine faciendum ſit: ego liberaui animam meam. Dico tamen præcipitatiõe qua ſoleo: Bonum eſt ei ſi purget ipſe curiam ſuam: & ſi liberet conſcientiam ſuam. Decreueram iſta tacere, ſed uenerabilis prior Montisdei ad hoc me impulit & animauit ut ſcriberem. Et ſcitote minus me dixiſſe, quã publice prædicatur.

Ad dominum papam Eugenium pro eccleſia ſancti Eugendi Iurenſis, Epiſt. 291.

ſ Ancti Eugendi nobile monaſterium: olim diuitŋs & religione famoſum: ſi uera ſunt q̃ dñr, propè interitum eſt. Nec decredenda omnia. Domos uicinas nobis: uobis notas, pertinẽtes ad ipſum, partim iam deſtructas, partim indies deſtrui cernim⁹ & dolemus. Quæ in membris uidem⁹: hæc & his grauiora de capite fama nũciante percepimus. Sed nũquid debeo ego nunc malorum uobis quorum nõ eſt numerus, retexere narrationem? Lator præſentium monachus præfati monaſterŋ, & Archegaudus prior, homo nobis ab antiquo pro ſua honeſtate & religione dilectus: poterunt uobis intimare quę plenius norunt: & ſi non oĩa. Quis enim hoc poſſet? Tot & tanta ꝑ certo, quę apoſtolicam ſecurim etſi diſſimulantem, & ſi dormitantem: mirum ſi non ſurgere & ferire compellãt. Ego liberaui animam meam, ſed nõ ſufficit, niſi & monaſterium liberetur. In manibus ueſtris mors & uita illius.

Ad quendam, qui auſus eſt nouitium dehortari à propoſito, Epiſt. 292.

e Tſi ignotus nobis facie, ſed nõ fama: Ipſa referente didicimus quod ſis homo ſapiens, & ſecũdum ſeculum honoratus. Voluit autem dilectus filius meus Petrus: cui & notior & familiarior ſanguinis affinitate uideris: ut tibi ſcriberem: imò reſcriberem. Tu enim ſcripſeras illi: & utinam ut te decuiſſet, & illi expediret. Non ſic feciſti. Nouum Chriſti militem auſus es dehortari à ſeruitio domini ſui. Dico tibi, eſt qui quęrat & iudicet. Nõ ſufficiebant tibi peccata tua: niſi te & alienis inuolueres: & rurſum ad peccata quod in te fuit pœnitentem iuuenem reuocares: & ſic ſecũdum duritiam tuã & cor impœnitens theſaurizares tibi iram in die iræ? Quaſi non ſatis eum ꝑ ſe tentet diabolus: niſi tu iuueris illum: homo Chriſtianus, dux eius, & notus eius. Tu quidem illi ſerpẽtem alterum, ſed nõ tibi ille alteram Euam exhibuit. Tuis impulſus eſt manibus, ſed nõ euerſus: fundatus eſt enim ſupra firmam petram. Veruntamen non reddimus tibi uicem, ſed uincimus in bono malum: orantes pro te, optantes tibi meliora, & meliora ſcribẽtes. Primo q̲dem q̲a ſapiẽs diceris, ut qđ diceris, uerius ſis, mitto te ad uerꝫ ſapiẽtẽ q̲ ait: Noli ꝓhibere Prou.3.d eum q̲ põt bñfacere, ſi uales & ipſe bñ fac. Habes tp̃s faciendi. Sed q̃diu habiturus? Quantulũ ſupeſt uitæ tibi pręſertim iam ſeneſcenti? Vapor eſt ad modicum parẽs, et deinceps exterminabit. Si ſapis, non ueniet ſup te illa maledictio? Vidi ſtultũ firma radice, & ſtatĩ male- Iob.5.a dixi pulchritudini eius. Pulchre ſtultũ pſeudoſapientẽ uerus ſapiẽs appellauit, ſciẽs ſapiam huius mũdi ſtultitiã eẽ apđ deum. O' utinam ſaperes, et ĩtelligeres, 1.Cor.3.d ac nouiſſima ꝓuideres. Saperes q̃ Dei Deu.32.d ſunt, ĩtelligeres q̃ mundi ſunt, ꝓuideres quæ inferni ſunt. Profecto inferna horreres, ſuperna appeteres, q̃ ſunt ad malũ contemneres. Multa ſuggerit aĩus imò ſpiritus loqui tibi de ſalute aĩæ tuæ, ſed donec reſcripto nouerim tuo qualr iſta acceperis, nõ adŋciam ultra, ne fiã oneroſus cui de cætero uolo eſſe amicus, & adiutor (ſi uolueris) ad ſalutẽ. Dilectã nobis in Chriſto uxorem tuam per te licet immeritam ſalutamus.

Petro abbati de Cella pro monacho Caziacenſi qui tranſierat apud Claramuallem, Epiſtola 293.

u Nde mihi ſcripſiſtis: ita reſpondeo uobis. Moleſtiam domini Caziacenſis nulli arbitror moleſtiorem eẽ quàm mihi. Sed puto uos non latêre: uoluntate & præcepto ipſius iam ex longo illum monachum factum noſtrum: & mihi ipſum obedientiam promiſiſſe: & me curam illius ſuſcepiſſe. Quoties extunc uolentem uenire repuli: uenientem remiſi, recordari facile non eſt. Tandem modo ueniens me nolente remanſit: & nullo modo ei perſuadere reditum potui. Dicebat autem quia ſi nos eum proŋceremus, iturum ſe longius, & nullatenus redditurũ. Sed nec ſic aſſenſum meum habẽs, imò & contra conſilium meum intrauit. A' quo utique introitu ſalua conſcientia eum prohibere non potui, nec proŋcere poſſum, utpote, ut dixi, iam olim in meã receptum curam: & de quo redditurus ſum rationem. Diu, fateor, periculum hoc conſcientiæ meæ diſſimulaueram ꝓpter moleſtiam boni illius hominis: & adhuc diſſimulaſſem, ſi meo iſte conſilio quoquo modo acquieſcere uoluiſſet. Quæ cum ita ſint: ueſtrum eſt conſolari hominẽ, delinire triſtitiam eius: excuſatum me habere de tam rationabili cauſa. Poſtremo ipſe quoque (ut ſcitis) in pendulo eſt, & ſæpe cogitauit relinquere domum ſuam. Quod ſi uellet nũc effectui mancipare, ego non prohiberẽ: pro eo quòd in ea non ſine magna anxietate uerſetur.

Ad dominum papam Eugenium pro ẽpo Cenomanenſi, Epiſtola 294.

a Deſt epiſcopus Cenomanẽſis. Ipſe eſt (ſi neſcitis) de cuius ueritate & honeſtate nullus dubitat: niſi qui bene non nouit hominem. Mihi quidem ab ineunte iuuentute ſua notus & dilectus eſt: tam pro memoratis uirtutibus: quàm pro alŋs bonis moribus ſuis. Siquid aliud paternitati ueſtrę deo inſuſurratum eſt, aut ego fallor, aut ille mentitus eſt in caput ſuum. Audite eum: & cum plenitudine gratiæ ueſtræ remittite. Deceptus ſum enim, ſi bene non fuerit collocata. Abbas Vindocinenſis qui ſpecialiter ueſter eſt, rogamus ut & ipſe ſpecialem ĩueniat gratiam: & rationabilis eius petitio haud difficilem aſſequi mereatur effectũ. Dominus Andegauenſis mittit nuncium ſuum: & per ſe & per nos aliquid petens. Exaudiatur et ipſe pro iuſtitia ſua: & non exaudiatur contra eum ſuſurro mendax. Dignum eſt enim ut qui omnibus uiuitis: omnib. pro meritis ualeatis.

Domino Henrico cardinali pro eodem epiſcopo, Epiſtola 295.

ſ Ic tibi quaſi mihi ſcribo: & hoc quoties tibi ſcribo. Vbi enim tu es, me eſſe confido: quippe quẽ tanquam meipſum diligo. Si me tu æq̃ diligis (imò quia diligis) uide ne dñs Cenomanenſis ex te (quod in te eſt) in aliquo redeat contriſtatus. Aliôquin ego contriſtarer in homine quem ſatis pro ſua honeſtate diligo, & à te diligi uolo.

Domino Hoſtienſi pro eodem, Epiſtola 296.

q Vidam clericus dicitur aures domini mei circumueniſſe, aliquid contra epiſcopum ſuum & noſtrum amicum pro ſua cupiditate molitus. Si mei cura eſt uobis, imò iuſtitiæ dei, date operam ut nihil lucretur de ſuo mendacio ſuſurro malignus, nec lædatur in aliquo innocens epiſcopus & fidelis amicus.

Abbati Arremarenſi pro fugitiuo monacho, Epiſtola 297.

l Ator præſentium ad petitionẽ noſtram dudum ſuſceptus in cõſortium ueſtrum ſtultitia & leuitate ſua reiecto habitu ſancto à uobis exŋt. Sed quia ductus pœnitentia (ut uidetur) redire cupit: & ſe iterum recipi humiliter petit: petimus & nos ut iterum recipiatur: pœnitentiq̨ amore dei & noſtro introitus & habitus non negetur.

Ad dominum papam Eugenium de Nicolao, Epiſtola 298.

n Icolaus ille exijt à nobis: qa non erat ex nobis. Exijt autem fœda poſt ſe relinquens ueſtigia. Et ego longe añ hoĩem noueram: ſed expectabam ut aut deus eum conuerteret, aut inſtar Iudæ ipſe ſe proderet. Quod & factum eſt. Præter libros, denarios, & aureos multos: in ipſo exitu eius inuenta ſunt ſuper eum ſigilla tria: unum eius proprium: alterꝝ prioris: tertiũ noſtrum: ipſumq́ non antiquum, ſed nouellum: quod & ob ipſius dolos & furtiuas ſubreptiones mutare nuꝑ coact⁹ fueram. Hoc.n.eſt qđ uobis tacito noĩe ſcripſiſſe me memini: quia uidelicet periclitati ſumus in falſis fratrib⁹. Quis poſſit dicere ad q̃ multas ꝑſonas ſub noĩe meo me ignorãte, q̃ uoluit ſcripſit? Quis mihi det ut ipſa curia ũra ad purꝝ purgetur fęce mẽdaciorꝝ eius? Quis mihi det ut uel eorꝝ innocẽtia qui mecũ ſunt, ſatis ualeat excuſari apud circũuentos & ꝑuentos impudẽtiſſimis eius mẽdacijs? Vobis quoq; aliquoties in eadem falſitate ſcripſiſſe, & nõ ſemel, partim cõuictus, partim & confeſſus eſt. De turpitudinibus eius qbus terra ſordet, & factæ ſunt oĩbus in parabolam: ſupſedeo polluere labia mea & ueſtras aures. Si ad uos uenerit (nam hoc gloriatur: & amicos ſe hr̃e confidit in curia) memento te Arnaldi de Brixia, quia ecce pluſquam Arnaldus hic. Nullus perpetua dignior incluſione: nihil ei perpetuo ſilentio iuſtius.

Comiti Engoliſmenſi pro fratribus de Brixia, Epiſtola 299.

n Olite mirari ſi grauis nobis ur̃ tam grandis reditus, q de terra illa Brixiæ à fratribus nr̃is exigitur: qa tale aliquid non conſueuimus. Nã multas fecimus abbatias: & nulla illarũ tali ſubiacet exactioni. Sed qa uos ita uultis, & deus plus acceptat uolũtarium bonum q̃ coactum: ſuſtinemus iuxta conuentionem quam frẽs nr̃i uobiſcũ fecerunt: donec deus meliorẽ uobis inſpiret uoluntatẽ: qđ non diffidimus. De cætero diligite eos, fouete, defendite, manutenete: qa tunc ſecurius ſtabitis añ tribunal xp̃i, ſi paupes eius habueritis ur̃i dilectores, & ꝓ uob̃ itercessores.

Bleſenſi comitiſſæ, Epiſt. 300.

f I qñ in uos filius ueſter uiſus eſt exceſſiſſe, doluimus & dolem⁹ non minus exceſſum filij, quàm matris iniuriam. Quod tñ & ipſum excuſabile eſt in adoleſcente filio. Nempe delicta iuuentutis, ipſa quæ commiſit excuſat ætas procliuior. An neſcitis quia proni ſunt ſenſus hominis & cogitationes in malum ab adoleſcentia? *Gene. 8.d* Cõfidendum mutatum iri in melius, patris meritis & eleemoſynis. Propterea inſiſtendum magis magiſq́ uotis & precibus ad deum pro eo: quia etſi ille minus interdum q̃ debuit filialem affectũ exhibuit: mr̃ tñ pro ſuis uiſceribus maternum deſerere non debet, ſed nec ualet affectum. Nunquid põt mater obliuiſci filij uteri ſui? *Eſa. 49.d* Et ſi illa, inquit, oblita fuerit: ego tñ non obliuiſcar tui. Orem⁹ & ploremus coràm dño, ut deus tantæ indolis iuuenẽ, probitatis paternæ imitatorem (quod non diffimus) ſua faciat pietate. Agendum cum eo in ſpiritu lenitatis, blandiſq́ obſequijs: quia ſic melius ad bona opera prouocabitur: q̃ ſi iritationibus et increpationibus exaſperetur. Ita ſanè de eius cita lætaq́ mutatione poſſe lætificari cõfidimus cor ueſtrum & nr̃m pariter. Quidni ego totis cupiã uiſceribus quotidie ſeipſo fieri meliorem? Vtinam qualem inueni in me: talem ſemper in oẽs inueniam. Quid em̃ quantum ad nos unq̃ uolui, & non fecit? Retribuat illi dñs. Cæterum pro uobis, ſicut ſæpe petiſtis, ſæpe prout oportuit, & monui & monebo.

Santiæ ſorori imperatoris Hiſpaniæ, Epiſtola 301.

q Vod factũ ẽ de receptiõe Tholdanos mõaſterij, ſciatis ꝑ me ñ eſſe factũ: utpote abſ̃tẽ & ignorantẽ quid fieret. Factum aũt per nr̃os non nego: conſilio tñ multorum religioſorum

gioſorꝝ, ep̃i cõniuentia & aſſenſu: nobilis quoq; dñæ quæ locũ illum in ꝓpria poſſeſſione fundauit, petitione & uolũtate publice, ut accepimus, & nihil ĩ abſcõdito factũ. Exiſtimabant aũt ſe libere poſſe ſuſcipere locũ, quẽ in dei libertate & ſine alterius eccleſiæ ſubiectiõe fundatum ipſa q̃ fundauerat, aſſerebat: & priuilegia (ut aiũt) prę manibus erãt. Cæterum quia Carracenſes fratres factam ſibi in hoc iniuriam (ut ſcribitis) conquerunt: nec audiẽtes Salomonem *Prou. 3. d* qui ait: Noli prohibere eũ qui bñ uult *2.Ti.2. d* facere: ſi potes & ipſe benefac: nobis in tam ſancto opere contradicunt: & qm̃ ſeruos dei nõ oportet litigare: cõſilij nobis fuit ad ueſtrum potiſſimũ cõſilium cãm remittere: ut ueſtra authoritate & opa oĩs inepta & iniuſta (ut aiunt) calumnia cõquieſcat: & ordo in domo dei receptus ad eius gl'iam & ueſtrã ipſius ſalutem deinceps ĩ pace ꝑmaneat. Nã & frater Niuardus qui multũ gratulat̃ de uobis, ſatis in hoc de uobis cõfidere monuit: tum ꝑꝑ ueſtram erga nos ſpãlẽ deuotionem: tum etiã ꝑꝑ bonam quam audiuit à uobis de hoc ipſo promiſſionem. Si aũt ueſtris (quod nõ credimus) ſalutaribus monitis aut cõſilijs cõtradictores illi acqeſcere nolunt: tunc duorum iudicio ep̃orꝝ, ad quos duo illa loca iure parœciali ꝑtinere noſcuntur, oĩs inter eos cõtrouerſia terminet̃. Quodq́ ab eis iudicatum ſiue cõſtitutũ concorditer fuerit: ueſtrũ erit ratum hr̃e, & de cætero firmiter manutenere. Si timetis deum, nõ patiemini impediri tm̃ bonũ, nec bonam illã mulierem fruſtrari à deſiderio ſuo: nec frẽs illos ſuæ deuotiõis priuari fructu, nec deũ deniq; tam accepto ſibi reformati ordinis ſacrificio defraudari. Obſecramus uos & ꝓ nouella ueſtra plãtatione (illos loquor de ſpina) ut eis uiſcera miſericordiæ exhibeatis: quatenus ueſtro beneficio ſuſtentati, in ſeruitio Dei & ſuo ordine perſeuerent.

Legatis apoſtolicis pro archiepiſcopo Moguntino, Epiſtola 302.

d Ominis & pr̃ibus reuerendis apl'icę ſedis legatis, puer ſanctitatis eorꝝ B. Claræuallis uocatus abbas, ꝑ oĩa deo placere, & gratos fructuoſæ ſuæ legationis manipulos reportare. Etſi corꝑe remoti, ſed affectu et bona uolũtate uobis appropiauim⁹: optãtes & orãtes dirigi actus & ſtudia ueſtra ad oẽ quod decet & expedit. Inde eſt ꝙ audiẽtes miſerandũ illũ archiep̃m Moguntinẽſem uocatũ ad ueſtrã p̃ſ̃tiam, ibiq́ rñſurum aduerſarijs ſuis: auſi ſumus ueſtrã pro eo ĩterpellare bonitatem. In hoc.n. credimus honorificari miniſterium ueſtrum ſi quatenus ſalua iuſtitia licet, parieti inclinato & maceriæ depulſę humeros ueſtræ authoritatis ſupponitis, nec calamum quaſſatũ conteri, nec linũ fumigans (quod in uobis eſt) extingui nõ permittitis. *Eſa. 42. a* Sentiat obſecramus, ſibi profuiſſe & precẽ noſtram, & ſuã ſimplicitatẽ, ob quã fert̃ à falſis fratribus circũuentus potius q̃ inuentus in aliquo dignus depoſitionis.

Ludouico iuniori regi Frãcorũ, Epiſt. 303.

f Ihõ ille de Britania dimittere uellet adulterã, ut poſſet ſolui anathématis uinculo quo tenetur, ut illa pr̃nam hr̃ditatẽ ſuam ſecũdũ diuiſionẽ ſuã quam fecit cũ fratre ſuo à uobis regreret, & ſi hoc ipſo ĩdigna: nõ eſſet forſitã recuſandum, ut ꝓinde potẽtis uiri ſeruitiũ & auxiliũ hr̃etis. Aliôqn non eſt conſilium humilis fidelis ueſtri cõcedi ullatenus, aut terram extraneo, aut ueſtri fauorem dominij excõmunicato & inceſtuoſo: ne (quod deus auertat) qñq; & uos audiatis: Si uidebas furẽ, currebas cum eo: & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas. *Pſal. 49. c* Nec tñ uerbũ p̃cipitanter & q̃ſi ex abrupto rũpere cõſuluerim. Agẽdũ aũt ꝑ fidelẽ & prudẽtẽ nũcium, quatenus ſi fieri p̃t, ĩduciet̃, & tp̃s redimat̃. Quod ſi & hoc ille renuerit, & malignari maluerit: fidẽdũ in dño, quia nõ p̃ualebit: qm̃ qdem iuſtitia q̃ cũ rege eſt, erit ꝓ rege. Neſcio aũt an ep̃s ad hoc conueniens ſatiſq́ idoneus ſit: non quia fidelis non ſit, & quidem fideliſſi-

mus:ſed q̃a odit illũ,nec ſuũ, ut uereor, cõſilium credet ei. Ipſe tñ paratus eſt ꝑ ueſtra uolũtate ad oẽ quod cum dei uolũtate facere poterit. Si quid eſt qđ q̃ſi ex parte mea uobis ſecreti ſuggerat, à me hoc illud accepiſſe ſciatis, & tanq̃ ex ore meo id accipiatis. Homo eſt em̃ quem multum diligo, & ſatis credo ei, uoſq; illi,ni fallor, credere quod uolueritis ſecure poteſtis.

Eidem pro ipſius infirmitate ſolicito, Epiſtola 304.

IN literis quas miſit dignatio ueſtra, lætificaſtis aĩam meam, lætificet uos ipſe q̃ in cã ẽ deus. Quis ſum ego,aut q̃ domus pr̃is mei:ut de morte uel uita mea maieſtas regia cogitet? Et nũc q̃a tãti habitꝰ ſum ut de meo eſſe ſcire curetis:ſciatis me aliquãtulũ cõualuiſſe, & ut me ſentio, mortis ĩterim ereptũ periculo: debilẽ tñ,& debilem ualde. De cætero ſcire uos uolo dñm Robertũ germanũ ueſtrũ dignanter nos & deuote ſatis uiſitaſſe in infirmitate noſtra. Sed & ſic locutũ in auribus noſtris, ut gaudiũ nobis & ſpẽ de ſe meliorem reliquerit. Diligite eum,q̃a ſi dictis facta cõpenſet, cõplacebit uobis in illo:& ſi dignũ iudicatis,ſciat uobis placere ꝙ noſtro & bonoꝝ cõſiljs de cætero ſe acq̃etuꝝ promiſit. Sigillũ non erat ad manum,ſed qui legit,agnoſcat ſtylum,quia ipſe dictaui.

Ad dominum papam Eugenium pro epiſcopo Beluacenſi, Epiſtola 305.

FIlius ueſter ille Beluacẽſis (quẽ dicerẽ & nr̃m,niſi ĩſolẽtiam redoleret) appellatus ad ueſtram pñtiã ueniebat: & libẽs, utpote de ſua iuſtitia ſecurus,& de ueſtro paterno fauore nõ dubius. Sed obſtiti ego, & uix eum potui retinere,quippe cupidũ uidẽdi faciem ueſtrã. Quod aũt retinere uolui,cũ multæ occurrerẽt cauſæ,illud p̃cipuũ fuit,ꝙ de ueſtra dubitauimus uolũtate. Deinde p̃ter alias incõmoditates non paucas q̃ obuiare uiderent, ipſe & fr̃ ſuus rex non ambulant in uno ſpũ,& nõ erat ſatis tutum diu abſentari à ſuis. Nolo à me q̃ratis cuius ſit culpa,nõ eſt meum ĩculpare quẽquam. Sufficit mihi excuſare epm̃. Quicquid humilitatis, quicquid obſequij pro ſua perſona potuit,uidimus exhibẽtem,& nihil ꝓficiẽtem. Scitote tñ quicquid timeat,quicquid accidere debeat,ſine mora uenturum, ubi uobis placituꝝ cognouerit. Perſona eius & cauſa eius in manu ur̃a. Nec.n.in ſibi credito ita agit, uel ita cõ conuerſatur,ut ſe tali indignũ putet prę rogatiua. Itaque pro ſe direxit iſtum, ſciens ꝙ ad patrem dirigeret. Scire placet q̃d iniũctum ſit ei? Nihil ex iniuncto agere,ſed totum cõmittere ueſtro conſilio,de quo totus pendet ipſe. Nempe fiduciam habet non modo iudicari cauſam ſuam à uobis:ſed iuuari, ſed foueri, ſed manuteneri. Si placet eã cõmittere domino Remenſi archiepiſcopo: maturum poſſe ſortiri finem domino auxiliãte confidimus:ſi tamẽ appellandi ſuffugium parti utrique ſubtrahatur.

Domini Hoſtienſi pro electione abbati Turoldi de tribus fontibus Epiſtola 306.

VAe mundo à ſcãdalis. Ego uos Matt.18.a
ſcandalizo? Ego uobis ſcandalo ſum? Quis hoc crederet poſſe contingere,niſi cui nota non eſſet noſtra unanimitas,noſtra mutua charitas & q̃uo in domo dei ambulauimꝰ cum conſenſu? Subita & dolenda mihi mutatio. Qui me portabat,nunc parat opprimere,qui me defenſabat,nunc terret minis,blaſphemijs impetit,arguit prævaricationis. Protoplaſti ſuper graui & Gene.3.b
ſingulari pc̃tõ cõfeſſionem req̃ſiti ſunt: Ionæ 3.c
Niniuitæ ad pñiam expectati ſunt: So- Gen.19.e
domitæ non de auditu, ſed magis de uiſu puniti ſunt. Mecũ eo differẽtius, quo contemptibilius actum eſt. Nõ ſum reputatus q̃ ponerer ad rõnẽ, q̃ inuitarer ad ſatiſfactionẽ, q̃ cãm req̃rerer,q̃ ꝑ me rñdendi facultatẽ acciperẽ. Nõ cõuentꝰ iudicatus ſum,nõ cõuictus, condẽnatꝰ ſum. Et nunc audite ſi dignamini excuſationem nr̃am:& ſi forte minime ſufficientẽ uobis,uerã tñ. Voluiſtis loco ur̃i ſubſtitui frẽm Nicolaũ:& ego memini, non diffiteor. Ita cõuenit uobis ꝑiter & mihi fore:credidi ꝑꝑ q̃đ locutꝰ ſum. Qđ ita nõ eſt fcm̃,neceſſitas fecit,nõ duplicitas. Res ĩ diſcordiã uerſa eſt. Quid dico ĩ diſcordiã? Cõcordia magis fuit. Tã cõcorditer diſcordes ab hac nr̃a cõniuẽtia oẽs inuẽti ſunt,ut nec unus q̃dẽ mõachus ſiue conuerſus p̃ter duos aut tres q̃ ur̃ates erãt,acq̃euerit aſſentire. Tẽtauimus nihilominus tñ in multis argumẽtis,nũc blãdiẽdo, nunc terrẽdo q̃uo res effectũ ſortiret̃,ſed ut unanimiter,ita & ꝑtinaciter obſtiterũt. Poſſemꝰ uim facere: ſed ſic mihi parcat deus q̃uo ꝑcẽdo illi omiſimus:ne hõ uerecũdꝰ & puſillꝰ corde(ut noſtis)& fugitãs onus,in hoc tãto turbine remaneret. Nã p̃ter ea q̃ extrinſecus ſunt,q̃ ꝓbaſtis & uos,ſupra uires eius eſſe oĩa uidebant̃. Itaq; tollẽtes eum cũ ſuis,impoſuimus onus q̃đ eo leuiꝰ ferret,quo à nr̃is ꝑiter portaret̃. Eſt .n. locus nouiter ordinatus de fr̃ibꝰ nr̃is, & uicinior nobis:ut poſſit à nobis facilius freq̃ntari. De abbatibus ad locũ ꝑtinẽtibus: q̃a aſſenſum ur̃m nõ tenebamus:nihil auſi,frẽm Robertum, quo nemo magis idoneus ad manũ eſſe tũc uiſus eſt,dare uoluimus: cũ rñſum eſt nobis,à ur̃a diſcretione fuiſſe ꝓhibitum. Quid plura? Accepunt hoĩem q̃ ur̃æ,ſicut accepimꝰ, diſplicet ſc̃titati. Nec latet cã. Inhoneſtũ,ut aiũt,publice p̃dicatis,& ob turpitudinis notã ẽ priori monaſterio truſum cui añ p̃fuerat. Põt ita extitiſſe:me (q̃tũ recordari ualeo) uſq; ad hoc tp̃s nõ audiſſe huiuſcemodi uerbũ de illo,deum teſtor & angelos eius. Sed neq; ipſe archiep̃s cũ eũ amouere oĩmodis niteret̃:tale aliquid uel ſcripto uel nũcio nobis aliq̃ñ ſignauit. Ego'ne turpitudinis aſſentator, fotor ĩhoneſti? Si ita de me ſentitis:uidete ne ueſtram q̃q; excellẽtiã ꝑiter inuoluat hoc nubilũ. Quippe q̃ cũ eiuſmodi tã notã oĩbus familiaritatẽ atq; amicitiã ſeľ initã,tãto ſtudio hucuſq; fouiſtis. Et de archiep̃o q̃d dicitis:q̃d ſentitis? an & ipſe quẽ talẽ ſciret(nec.n. poterat neſcire: cũ notus eſſet ex lõgo)prior ꝓmoueret, & in loco cui ipſe p̃fuerat? Minime ego uel tenuiter ſuſpicer illud de tali uiro & tãto amatore honeſtatis. Et q̃dẽ q̃ ꝓmouit, ipſe & amouit:non negaueri. Qua rõne hoc fecerit,uiderit ipſe. Nã mľtis diſplicuiſſe fcm̃ cognoſcit,nẽpe nec rõnẽ nec ordinẽ nec cõſuetudinẽ in eius amotiõe cernẽtibꝰ. Tm̃ archiep̃s ſic uoluit,& ne cõtriſtaremus eũ nr̃o hortatu,iſte ĩ pace ceſſit,& dedit locũ irę. Vnũ dico,ex q̊ ad nos ĩtrauit(ſicut teſtimoniũ hẽt ab oĩbus)nihil in eo qđ ꝓmotioni huic obuiaret,cõpertũ eſt. Sine q̃rela cõuerſatꝰ ẽ. Adhuc nõ deeſt hoĩ lr̃atura cõgruẽs, nõ doctrina,nõ affabilitas,nõ gr̃a ĩ uultu & ſermone. Sed ſuſpecta eſt uobis breuitas tp̃is q̃đ nobiſcũ fuit: fateor & mihi. Fortaſſis bñ faciet: fortaſſis male. Vereor oĩa op̃a mea, & q̃đ opor nõ in- Iob.9.d
telligo. Vñ certꝰ nõ ſum, certũ uos facere minime poſſum. Factũ eſt, & q̃đ fcm̃ eſt,nõ p̃t nõ fieri. Si ꝓpr̃a fuiſſẽ, ñ ꝑfecto feciſſẽ uñ amicũ offẽderẽ: ſc̃tm̃ turbarem:ep̃m ſcãdalizarem. Quid uultis ut faciã? Sic fcm̃ ẽ tali neceſſitate: taliq; ordĩe. Hæc excuſatio mea. Si ſufficit:tollat̃ de medio ſcãdalũ. Sin minꝰ,ego iudiciũ portẽ,q̃đ & q̃le decreueritis. Nã ſi q̃đ ędificaui,tã cito iteꝝ deſtruã,graue: niſi forte cã cõueniẽs ſuꝑuenerit,q̃đ fortaſſe ꝓceſſu tp̃is accidere põt. Si uultis uos amouer̃ eũ:ptãtẽ hẽtis. Nõ obſiſto, ñ me oppono torrẽti. Iniq; ñ egi,ſi ĩſipiẽter uideor:in prõptu ẽ uobis inſipientiã meã corrigere,aut ſi hoc dignius iudicatis,ẽt & punire. Dico tñ,ſi pie, ſi xp̃iane
mecũ agitur,corripiet me iuſtus in miſe Pſa.140.b
ricordia,et increpabit me:nõ in ira apđ alios diffamabit. Habetis formã meam hic,niſi & hoc indignamini p̃ñtibus literis. Nempe cõperta ꝑ alios & nõ ꝑ uos ueſtra indignatione,cautũ habui nõ rependere uicẽ:ſed mox uobis de uobis ꝑ p̃ñtia ſcripta cõqueri. De cætero benedictus deus qui & hoc quod dederat, & de quo mihi forte ĩmoderatius blandiebar,ſolatiũ ante exitũ tulit: ur̃am.ſ. et dñi mei gr̃am,ut uel ꝓprio exꝑimẽto diſcã nõ ponere ſpem meã in homine.

Ad eundem, Epiſtola 307.

Eſtine iſta dicto, & ob hoc mi-
f nus feſtiue: ſiqdē uiator tranſire
feſtinās urget. Res mira, ſed ma
gis læta. Frater G. Fulcherius cũ literis
dñi mei pariter & uřis, ſimulq; pñtium la-
tor pegrinus uno penè momēto affue-
rũt: deo ita ſine dubio ꝓuidente, ut ha-
berem p quē feſtinãter reſcriberem: qđ
utiq; cupienti mihi nō poterat ſatis eſſe
feſtinum. Inde eſt ꝙ hæc in infirmitate
mea ipſe dictaui: ꝙ nō eſſet tũc alter ad
manũ. De dño Beluacēſi qđ primũ po
ſuiſtis: primũ ita rñdeo. Sui iuris eſt. Iã
non eſt in mea ptãte, ſed in ciuitate uita
eius & cōuerſatio. Si ſecus ꝗ debet uel
decet interdũ agit, dolere poſſum: ſed
emēdare, ꝓut uolo, nō ualeo. Verũtamē
quod uobis ſuggeſtũ eſt de uagatione
eius, nimiũ extitiſſe ī ea uſq; adhuc nos
non cōperimus: nec inde notatũ apud
nos qñq; audiuimus. Ex quo ad eũ ue-
nit fr̃ Robertus qui cum eo eſt, turpe &
graue aliqd ppetraſſe, aut epo pſuaſiſſe
ad aures nr̃as nondum oĩno puenit: &
mirꝫ ſi ad uos potuit puenire, qđ latere
nos potuit. Dabo tñ operam facere qđ
uultis de reuocatione eius, ſi qñ hone-
ſte & opportune potuero. Iamq; feciſ-
ſem ſi cum pace epi potuiſſem, & nō ti-
muiſſem inutiliorē huic ſubrogãdũ. In q̃
drageſima uenit ad nos ipſe eps paratꝰ
ire ad curiã cã cuiuſdam appellõnis, &
ueniſſet niſi nos diſſuaſiſſemus. Porrò
diſſuaſionis intētio fuit, ꝙ nō ita uideret̃
eē paratꝰ, ſiue in cōſilio, ſiue ī comitatu,
ut iuuenis epi pſonã decuiſſet. Propoſi-
tum tñ eius eſt ꝓficiſci tpe opportuno.
Frater ueſter eſt, facite cũ illo miſericor
diã, ut aduerſarij eius nō p̄ualeãt aduer-
ſus eũ. Vellē uos ad ipm potius q̃ ad nos
ſcripſiſſe, & fr̃ne monuiſſe ſup his q̃ de
eo audiſtis. Deinde ſup ſtatu corporis
mei cognoui uos eſſe ſolicitũ. Verꝫ eſt
qđ audiſtis, īfirmatꝰ ſum uſq; ad mortē,
ſed iterim reuocatꝰ ad mortē: atq; hoc
(ut me ſentio) nō diu. Lōge. n. ſum debi
lior ꝗ credi poſſit. Qđ tñ dixeri abſque
p̄iudicio diuinę ꝓuidētiæ, q̃ et mortuos
ſuſcitare pōt. Et in hoc ſit rñſum nō mō
uobis, ſed et dño meo. Cui uolo & oro
ut in quantacunq; deuotione poteritis
accito uobis pariter dño Tuſculano,
pleniſſimas grates referatis ꝓ tanta di-
gnatione & ſolicitudine tam pia. Iã de
dño Lugdunēſi audite quod uerꝫ eſt, et
quod certũ ſit uobis. Vir ille aggreſſus
eſt iter cũ multa pecunia, & honorabi-
li comitatu, ꝓut decebat tm̃ archiepm:
& ecce undiq; in ipſo penè ꝓcinctu inſi
diæ inimicorꝫ. Quid faceret uir deſide-
rij? Progredi nō licebat, & deſiſtere à ꝓ
poſito ſibi grauius oĩ captiuitate iudi-
cabat. Comites ſuos ptim remiſit, par-
tim diſperſit, maſſa pecuniæ ſe exonera
uit, modicũ retinēs uñ cum paucis poſ-
ſet pficere uiã. Quid plura? Venit cũ tri
bus aut quatuor miniſtris, ipſe nihilò-
minus in habitu miniſtrãtis, ſicq; ſtrata
publica cũ turba promiſcua peregrino
rum tanq; unus ex illis, peruenit ad ſan
ctũ Egidiũ. Cumq; infirmaret̃, pertrãſ-
ijt uſq; ad Mōtem Peſſulanum. Ibi ali-
quandiu commoratus cum medicis ex
pendit & quod habebat, & quod non
habebat.

Ad tres epiſcopos curiæ Romanæ, Epiſt. 308.

D hoc uos deus in ſublimitate
a poſuit, ut tanto maiori eccleſiæ
ſuæ utilitate uiuatis, quanto in
ea eminentiori authoritate præeſtis.
Aliòquin deponet ille paterfamiliâs Luc. 1. c
potentes de ſede, qui pro accepta pote
ſtate inuenti fuerint ſuis utilitatibus de-
fuiſſe. Quanta ſuſtineat ſponſa Chriſti
damna in epiſcopatu Metēſi, & ſi nos
amplius horremus, qa uiciniores ſumꝰ:
tñ & uos arbitror nō latere. En ꝗtus lu
pus illđ ouile xpi tũ īſidijs, tũ manifeſtis
aſſultibꝰ q̊tidie molit̃ irrũpere, & diſpde
re oues xp̃i ſanguine cōgregatas? Idq;
nō ab heri & nudiuſtertius, ſed ex quo
adhuc fuerat lupicellus, nō ceſſat illum
dñicũ gregē qbus p̄t uiribꝰ infeſtare, et
uaſtare rapinis, īcēdijs, homicidijs. Ego
itaq; qđ in me ē, demōſtro lupũ, inſtigo
canes: iã quid interſit uřa, uos uideritis:
meum non eſt docere doctores.

Ad

Ad Petrum abbatem Cluniacenſem,
Epiſtola 309.

Omino & patri reuerendiſſ. Pe-
d tro Cluniacenſi abbati ſuus B.
quod ſuus. Viſitet te oriens ex
alto ô bone uir, quia uiſitaſti me in ter-
ra aliena, & ī loco peregrinationis meæ
conſolatus es me. Bñ feciſti, intelligens
ſuper egenum & pauperem. Abñs erã,
etiam longo tpe abñs, & recordatus es
noĩs mei, hō magnus, occupatus in ma-
gnis. Bñdictus ſctũs angelus tuus, q pio
pectori tuo id ſuggeſſit. Bñdictus deus
noſter, qui perſuaſit. En teneo uñ glĩer
apud extraneos, lr̃as tuas, & illas lr̃as in
quibus tuam mihi animam effudiſti.
Glorior ꝙ me habeas non modo in me
moria, ſed & in gr̃a. Glorior priuilegio
amoris tui, refectus ſum de abundantia
ſuauitatis pectoris tui. Non ſolum aũt,
ſed & glorior in tribulationibus, ſiquas
dignus habitus ſum pro eccleſia pati.
Hæc planè gloria mea, & exaltans ca-
put meum, eccleſiæ triumphus. Nam ſi
ſocij ſumus laboris, erimus & conſola-
tionis. Collaborandũ fuit & compatiē
dum mr̃i, ne & de nobis quereretur di-
Pſal. 37. c cens: Qui iuxta me erant, de longe ſtete
runt: & uim faciebant qui quærebant
animam meam. Deo aũt gr̃as q dedit
ei uictoriam. Honeſtauit eam in labori-
Heſt. 9. c bus: & cōpleuit labores illius: Triſtitia
Cant. 2. c nr̃a in gaudium, & luctus nr̃ uerſus eſt ī
citharam. Hyems tranſijt: imber abijt
& receſſit, flores apparuerunt in terra
nr̃a, tp̃s putationis aduenit. Amputatũ
eſt ſarmētum inutile, putre membrũ. Il-
le ille iniquus qui peccare fecit Iſrael,
morte abſorptus eſt, & traductus in uē
Eſa. 28. d trem inferi. Fecerat quippe, ſcđm pro-
phetam, pactum cum morte, & cum ī-
ferno fœdus inierat. Ideoq; iuxta Eze-
chielem factus eſt perditio, & non ſubſi
ſtet in æternum. Alius quoq; omnium
ſicut maximus, ita & peſſimus inimicꝰ,
abſciſſus nihilòminus eſt. Et is erat unꝰ
ex amicis eccleſię, ſed illis de quibus ſo
Pſal. 37. b let queri & dicere: Amici mei & proxi-
mi mei aduerſum me appropinquaue-
runt & ſteterunt. Sed q reſtant, cito ſpe
ramus de ſilĩbus idem iudicium. Propè
eſt ut reuertar ad frẽs meos, ſi uita co-
mes fuerit, per uos ſicut intendo trãſitu-
rus. Interim commendo me ſanctis orõ
nibus uřis. Salutamus fratrem H. came
rarium, & oẽs qui circa uos ſunt, cum re
liqua ſancta multitudine.

Ad Arnoldum Carnotenſem abbatem Bonæ-
uallis, Epiſt. 310.

Vſcepimus charitatem ueſtram
ſ ī charitate, & nō in uoluptate.
Quæ enim uoluptas ubi totum
ſibi uendicat amaritudo? Niſi quòd ſo
lum nihil comedere utcunque delecta-
bile eſt. Somnus receſſit à me, ne uel be
neficio ſopiti ſenſus, dolor unquam re-
cedat. Defectus ſtomachi, ferè totum
quod patior eſt. Frequenter & in die &
in nocte exigit confortari modico ad-
modum qualicunque liquore. Nam ad
ſolidum omne inexorabiliter indigna-
tur. Hoc parum quod dignatur admit-
tere, non ſine graui moleſtia ſumit; ſed ti
met grauiorem ſi ſe uacuum omnino di
miſerit. Quod ſi pluſculum quid inter-
dum admittere acquieſcat, id grauiſſi-
mũ. Pedes & crura intumuerunt, quē-
admodum hydropicis contingere ſo-
let. Et in his oĩbus nequid lateat amicũ
de ſtatu amici ſolicitum, ſcđm interiorē
hoĩem (ut minus ſapiens dico) ſpiritus
promptus eſt in carne infirma. Orate
ſaluatorem qui non uult mortem pctō
ris, ut tempeſtiuum iam exitum nō dif- Eze. 18. et
ferat, ſed cuſtodiat. Curate munire uo- 33. c
tis calcaneum nudum meritis: ut is qui
inſidiatur, inuenire non poſſit uñ figat
dentem, & uulnus infligat. Hæc ipſe di-
ctaui, ſic me habēs, ut per notam uobis
manum, agnoſcatis affectum. Veruntñ
reſcripſiſſe quàm ſcripſiſſe maluerim.

Hanc ſupradictam epiſtolam ſanctus abbas
Bernardus iam in extremis po-
ſitus, ultimam dictauit.

Ad fratres Hybernienſes in obitu ſancti Ma
lachiæ epiſcopi, Epiſtola 311. *quæ in*
cipit, Religioſis fratribus, *quã*
uide ſupra inter Sermones.

Ad Guidonem ab'atem & fratres Arremarenſes, Epiſtola 312.

Enerabili Guidoni abbati Arre
u marenſi, & ſanctis qui cum eo
ſunt fratribus, Bernardus ſeru⁹
ſanctitatis eoꝝ, ſeruire dño in ſanctita-
te. Petis chariſſime mihi Guido abbas,
& tecum pariter qui tecum ſunt frẽs, di
ctare me aliqua uobis legenda ſolẽniter
uel canenda in feſtiuitate ſancti Victo-
ris, cuius apud uos corpus ſacratiſſimũ
requieſcit. Cunctanti inſtas, diſſimulã
tem urges, meam etſi iuſtam uerecun-
diam diſſimulans ipſe: Adhibes mihi &
alios precatores, quaſi ſit aliqd ad incli
nandum me tuę uoluntati, tua ipſa uolũ
tate conuenientius. Veꝝ tu uel proprio
iudicio cõſulens, cogitare debueras nõ
affectum tuum erga me, ſed meum in ec
cleſia locum. Sanè altitudo negocij non
amicum deſiderat, ſed eruditum, ſed di-
gnum: cuius authoritas potior, uita ſan
ctior, ſtylus maturior & opus illuſtret,
& conſonet ſanctitati. Quantulus ego
in pp̃lo Chriſtiano, cuius lr̃ę in eccleſiis
lectitentur? Aut quantula mihi ingenij
eloquij'ue facultas, ut à me potiſſimum
feſtiua & plauſibilia requirant? Quid?
Quem cœli hñt laudabilẽ et laudatum,
ego de nouo laudare incipio ſup terrã?
Supnis uelle addere laudibus, detrahere
eſt. Non ꝙ glorificatos ab angelis, ho-
mines iam laudare non audeãt: ſed quia
in ſolẽnitate celebri, non nouella audiri
decet uel leuia, ſed certe authentica &
antiqua, quæ & eccleſiã ædificent, & ec
cleſiaſticã redoleãt grauitatem. Quòd ſi
noua audire libet, & cã requirit: ea, ut di
xi, recipiẽda cẽſuerim, quæ cordibus au
dientiũ quo gratiora, eo utiliora reddat
& eloquij dignitas & authoris. Porrò
ſenſa indubitata reſplẽdeãt ueritatem:
ſonent iuſtitiam: humilitatem ſuadeãt:
doceant æquitatẽ: quæ ẽt lumen uerita
tis mentibus pariant, formã moribus,
crucem uitijs, affectibus deuotionẽ, ſen
ſibus diſciplinam. Cantus ipſe ſi fuerit,
plen⁹ ſit grauitate, nec laſciuiã reſonet,
nec ruſticitatẽ. Sic ſuauis, ut nõ ſit leuis;
Sic mulceat aures, ut moueat corda. Tri
ſtitiã leuet: iram mitiget: ſenſum lr̃æ nõ
euacuet, ſed fœcũdet. Nõ eſt leuis iactu
ra gr̃æ ſpũalis, leuitate cantus abduci à
ſenſuum utilitate: & plus ſinuandis intẽ
dere uocibus ꝗ inſinuãdis rebus. En q̃-
lia oportet eſſe q̃ in audientiã eccleſiæ
ueniunt, qualem'ue hoꝝ authorẽ. Nun-
quid talis ego, aut talia q̃ paraui? Et tñ
de paupertate mea te pulſante, te inge-
tante, etſi non quia amicus es, certe ob
tuam importunitatẽ ſurgẽs, iuxta uerbũ
dñi, præſtiti quod petiſti. Præſtiti dico,
non quod tibi ad uotum, ſed qđ mihi
ad manum uenire potuit, pro poſſe uti-
quę meo, nõ pro uelle tuo. Seruata tñ an
tiquoꝝ ueritate ſcriptoꝝ q̃ tu mihi trãſ
miſeras, de uita ſancti duos ſermões di-
ctaui qualicunq; ſermone meo: illud ꝗ-
tum potui cauẽs, ut nec breuitas obſcu
ros, nec prolixitas redderet oneroſos.
Deinde quod ad cantũ ſpectat, hymnũ
compoſui, metri negligens, ut ſenſui nõ
deeſſem. Rñſoria xij. cum antiphónis
xxvij. ſuis in locis diſpoſui, addito rñſo-
rio uno qđ prioribus ueſperis aſſignaui,
itemq; duobus alijs breuibus, ipſo die
feſto pro ur̃a rl̃ari conſuetudine uno ad
laudes, altero ad ueſperas decantandis.
Et pro his omnibus mercedem flagito,
ſequor retributionẽ. Quidni ſeq̃r? Siue
placeãt, ſiue nõ, mea nõ refert, qcqd ha
bui, dedi. Ergo merces mea, or̃o ueſtra.

Habetur ſupra inter ſermones, quorũ primus incipit: Victoris uita, ſecundus uero: Gaudete in domino dilectiſſimi.

Epiſtola beati Bernardi reſponſiua ad dubium ſibi propoſitum, cur feſta Machabæorum ab eccleſia habentur celebria in ordine aliorum, Epiſt. 313.

Væris itaque qdnã uiſum patri
q bus fuerit, ut ſolis ex oĩb. antiqs
iuſtis, ſingulari quodã priuile-
gio Machabæis annuam celebritatẽ pa
ri cum nr̃is martyribus ueneratione de
cernerent in eccleſia ſolẽniter exhiben-
dã. Si dixero dignos merito martyꝝ glo
ria iudicatos, qbus nõ impar fuit in mar
tyrio uirtus: erit forſitã ſolutũ cur ipſos,
ſed necdũ planè cur ſolos, cũ et alios nõ
nullos ex ueterib. pari cõſtet zelo pieta
tis occubuiſſe, nõ tñ & pari tripudio re
coli meruiſſe. Cõſtat tñ utroſque qdem
in morte cõem habuiſſe cũ martyribus
nr̃is pietatis cãm, ſed non utroſq; pari-
ter eãdem cum illis adeptos fuiſſe mar-
tyrij formam uniuerſis nẽpe tam ueteris
ꝗ noui teſtamẽti martyribus æq; cõue
nit pro iuſtitia occubuiſſe: ſed ĩtereſt ꝙ
iſti paſſi ſunt, quia illã tenebant, illi qa
non tenentes reprehendebãt. Et ut br̃
totum in quo differũt proferamus, hos
cultus, illos zelus iuſtitiæ martyres fe-
cit. Soli ex ueteribus Machabæi: qa nõ
ſolum cãm: ſed & formam, ut dixi, mar
tyrij noui teſtamenti tenuerunt, iure for
taſſe in eccleſia cũ nouis eccleſiæ marty
ribus eandẽ celebritatis gloriam aſſecu
ti ſunt. Itaq; martyrium facit cã, tp̃s ge-
nuſq; diſcernunt. Tp̃s quippe Macha-
bæos à nouis martyribus disiungit, cõ
iungit antiquis. Genus uero nouis ag-
gregat, qa libare & ipſi dijs alienis co-
gebantur, & ſegregat à ueteribus.

Ad dominum ac Venerabilem EſKilum Lundẽſem archiepiſcopum, ſedis apoſtolicæ in Dacia & Suetia legatum, cuius corpus glorioſum in Clarauallæ requieſcit iuxta matrem eiuſdem diui Bernardi, Epiſtola 314.

Mantiſſimo pr̃i & dño Eskilo
a dei gr̃a Lũdenſi archiep̃o, F. B.
Claræuallis uocatus abbas, in
uero ſalutari ſalutem. Scripta & ſaluta-
tiones ur̃as, imò affectiones cordis ur̃i
tam libenter ſuſcepi, ꝗ ſpecial'r & dili-
go uos, & diligor à uobis. Inde eſt qđ
auditis tribulationibus ur̃is, eas nõ ſolũ
meas feci, ſed & inueni qa non poſſum
te dolẽte non dolere dulciſſime pr̃, nec
niſi moleſtus & anxius tuas moleſtias
& anxietates audire. Tãgit et angit cor
meũ qcqd tuum exaſperat: & qcqd il-
lud ſit quod te perſequitur, non ſolũ te
perſequit̃, ſed me tecum. Quicqd. n. gr̃æ
& dilectionis impendere ſibi pñt abñ-
tes amici, puto & me debere tibi, & mi
hi deberi à te. Audax ſum, ſed non men
dax, & in hãc audaciam me compulit
tuæ ſublimitatis dignatio. Qñ. n. id p̃ſu-
merem ego? qñ tantã tãtillus, & à tãto
gr̃am ſperare auderẽ? Et ſi ego retribue
re non potero, non eſt mortuus retribu
tor meus, quia dñs retribuet pro me.
Dñs, inq̃, in quo & pro quo tanta nos
deuotione cõplecteris, tanta ſtringis af *Pſa. 137. b*
fectione. Bñdictus ſctũs angelus tuus,
qui pio pectori tuo id ſuggeſſit. Bñdi-
ctus deus noſter, qui perſuaſit. Glorior
priuilegio amoris tui. Refectus ſum per
chariſſimum frẽm nr̃m filium tuũ Guil-
lelmum de abũdantia ſuauitatis pecto-
ris tui. Refectus ſum p̃ nunciũ tuũ, refe-
ctus ſum p lr̃as tuas, refectus ſum p oẽs
q à te uſq; ad nos ul' p nos euadere pñt.
Vtinam mihi datũ eſſet deſuper hæc di-
cere non dictare, ut me potius loquẽs ꝗ
ſcribens aperire ualerem. Pro certo ac-
ceptior eſſet ſermo uiuus ꝗ ſcriptus, effi
cacior lingua ꝗ lr̃a. Oculi qppe loquẽ
tis fidem facerẽt dictis, & melius affe-
ctum uultus exprimeret ꝗ digitus. Sed
quia illud abñs per me non poſſum, per
lr̃as q̃ ſcđm in hmõi locum obtinent, ſa
tisfacio quantũ poſſum. Nunciũ tuũ cũ
magna exultatione uidimus, & nego-
ciũ tuũ quantuncũque potuimus muni
uimus ad dñm papã. De ſecreto aũt ṽ-
bo illo qđ tã ardẽter aſcẽdit in cor tuũ,
rñdebit tibi ex parte noſtra Guillelmus
tuus: tuus, inq̃, & ſpecial'r tuus in uiſce-
ribus Ieſu Xp̃i. Poſui. n. uerba mea in o-
re eius, & ip̃m audies tanq̃ me in nego
cio iſto. Heu auellor, abripior, non licet
ultra. Auocat diei malitia, reuocat turba
ſupuenientiũ, & epl'am potius rumpũt
ꝗ finiũt. Sed nunqd quia faciũt ut pau-
cis ſcribã, facere poterũt ut paꝝ diligã?
Actũ excludunt à me non affectum: ille
ſemper tecum eſt, qui ſui iuris eſt: & te-
cum erit quãdiu fuerit, oĩ mihi amicitiæ
iure colẽde pie ac reuerendiſſime pater.

Ad ſanctum Malachiam Hyberniæ archiepiſcopũ, Epiſtola 315.

Enerabili dño & beatiſſimo pa
u tri Malachiæ dei gratia Hyber
nienſium archiep̃o apoſtolicæ
ſedis legato, frater B. Claræuallis uoca-
tus abbas, iuenire gr̃am apud dñm. In-

ter multiplices æſtus & curas pectoris
mei,præ multitudine quarum aīa mea
turbata eſt ualde,fratres de terra lōgin
qua uenientes ut ſeruiant dn̄o,ep̄la tua
& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.
Ep̄la in oſtenſione bonę uoluntatis,ba
culus ad ſuſtentandum corpus infirmi-
tatis, fratres qui deo ſeruiunt in ſpiritu
humilitatis.Oīa ſuſcepimus,oīa placēt,
oīa pariter cooperantur in bonum.Qđ
aūt uoluiſtis duos de fratribus mitti uo
bis ad pręuidendum locum:cōicato cū
fratribus conſilio dignum duximus nō
eos ſeparandos ab inuicem donec ple-
nius in eis formetur Chriſtus, donec ad
integrum doceantur præliari prælia do
mini. Cum igitur fuerint ī ſchola ſancti
ſpiritus eruditi,cum induti uirtute ex al
to,tunc demum ad p̄rem filij reuertent̄,
ut cantent canticum dn̄i, non iam īter-
ra aliena,ſed in ſua. Vos aūt interim iu-
xta ſapientiam uobis datam à dn̄o,ſecū
dum habitudinem locoꝝ quæ uidiſtis
apud nos,præuidete & præparate eis lo
cum à tumultibus ſcl'i ſeparatum. Tp̄s
enim propè eſt in quo uobis operante
dei gr̄a nouos de ueteribus hoīes produ
cemus. Sit nomen dn̄i benedictum in ſe
cula,de cuius munere uenit ut cōes ha-
beam filios uobiſcum,quos ur̄a prædi-
catio plantauit,nr̄a exhortatio rigauit,
deus aūt incrementum dedit.Sanctita-
tem ur̄am rogamus ut uerbum dn̄i præ
dicetis, ad dandam ſcīam ſalutis plebi
eius. Duplex.n.uobis incumbit neceſſi-
tas,& ex offō legationis, & ep̄ali nego
Iacob. 3.a cio.De cætero qm̄ in multis offendimꝰ
oēs:& inter hoīes ſeculi frequenter po-
ſiti multum de puluere mūdi contrahi-
mus,ur̄is & ur̄oꝝ or̄onibus me cōmen
do,ut in fonte miſericordiæ ſuæ nos la-
uare & emaculare dignetur ipſe fons
pietatis Ieſus Chriſtus,qui dixit Petro:
Ioan. 13.a Niſi lauero te,non habebis partem me
cum. Sed et hoc ipſum,non ſolum preci
bus,uerumetiam quaſi ex debito requi
ro, cum ego clamē ad dn̄m pro uobis
ſiquid poſſit peccatoris oratio.In domi
no ualete.

Ad eundem, Epiſtola 316.

m Alachiæ dei gratia ep̄o ſedis a-
poſtolicæ legato F.B. Claræ-
uallis uocatus abbas,ſiquid p̄t
peccatoris oratio, & ſiquid pauperis
deuotio prodeſt. Fecimus quod præ-
cepit ſanctitas ueſtra:etſi non ut dignū:
profecto ut poſſibile pro tp̄e fuit. Tan-
ta apud nos ubiq; malitia graſſatur, ut
uix id tantillum quod factum eſt fieri li
cuerit. Miſimus tam exiguū ſeminis qđ
uidetis, ad ſeminandum uel modicam
partem agri illius, in quem uerus Iſaac
quondam exierat ad meditandum, cū
primum adducta eſt ei Rebecca ꝑ pue-
rum Abraham perēni coniugio fœlici- *Gen. 24.c*
ter copulanda.Nec cōtēnendum ſemē:
de quo illud in partibus ueſtris experi-
mur impletū hoc tp̄e:Niſi dn̄s ſabaoth
reliquiſſet nobis ſemen: quaſi Sodoma
fuiſſemus, & ſicut Gomorra ſil'es eſſe- *Rom. 9.c*
mus. Itaq; ego ſeminaui:rigate uos, &
deus incrementum dabit.Sctōs oēs qui
apud uos ſunt,per uos ſalutamus:humi
liter ipſoꝝ nos & ueſtris ſanctis or̄oni
bus commendantes. Valete.

Ad eundem, Epiſtola 317.

Mantiſſimo patri & dn̄o reue-
a rendiſſ. Malachiæ dei gr̄a ep̄o,
ſanctæ & ap̄l'icæ ſedis legato:
ſuus ſanctitatis F.B.Claræuallis uoca-
tus abbas,ſalutem & qualeſcunque no
ſtras or̄ones. Quàm dulcia faucibus
meis eloquia tua dn̄e p̄r,q̄ iucunda tuę
memoria ſanctitatis. Siquid affectiōis,
ſiquid deuotionis,ſiquid animi in nobis
eſt:totum ſine dubio ſibi uendicat tuæ
dilectionis charitas. Nec opus eſt uer-
boꝝ multitudine,ubi multū uiget affe-
ctus.Cōfido.n.ꝙ teſtimoniū perhibeat
ſpūi tuo ſpūs quem hēs à deo:tuum eſſe
modicum id qđ ſumus. Tu quoque p̄r
amātiſſime et deſiderātiſſime,ne tradas
obliuioni animam pauperis, charitatis
nexibus adhærentem tibi, & animam
pauperis tui ne obliuiſcaris in finem. Ne
que.n.q̄ſi de nouo commendamus nos
tibi,cum in multo iam tp̄e gloriemur in
domino quòd inuenire meruit paruitas
nostra

noſtra gratiam in oculis ſanctitatis tuę.
Sed oramus ut dilectio iam non noua,
nouis quotidie proficiat incrementis. Fi
lios nr̄os imò et ur̄os tanto obnixius cō
mendamus uobis, quanto amplius re-
moti ſunt à uobis. Vos ſcitis qm̄ tota
poſt deum fiducia nr̄a fuit ut mittere-
mus eos:qm̄ ſanctitatis ur̄ę precibus nō
acquiſcere illicitum uidebatur. Facite
qđ uos decet,ut totis uiſceribus chari-
tatis amplectamini eos & foueatis. Ne
quaq̄ occaſione aliqua circa eos ſolici-
tudo & diligētia tepeſcat, & ꝑeat qđ
plantauit dextera tua. Iam quidem q̄a
bn̄ proficit domus: & ex ur̄is lr̄is, & ex
frūm nr̄oꝝ relatione didicimus: multi-
plicat̄ tam in tp̄alibus q̄ in ſpūalibus.
Vn̄ & congratulamur plurimum: & to
to aīo gr̄as agimus deo & paternæ ſoli
citudini ur̄æ. Et qm̄ multa adhuc opus
eſt uigilantia, tanq̄ in loco nouo, & in
terra tam inſueta,imò & inexꝑta mona
ſticę religionis:obſecramus in dn̄o ne re
trahatis manum ur̄am,ſed qđ bn̄ ince-
piſtis,optime ꝑficiatis. De fratribus no
ſtris q̄ redierūt à loco illo:nobis bn̄ pla
cuiſſet,ſi remanſiſſent. Et fortaſſe non-
nullam occaſionē præbuerunt eis,frūm
qui de terra ſunt minus diſciplinati mo-
res, in eo maxime ꝙ minus facile eoꝝ
conſilijs acquieſcere vn̄r in his rebus q̄-
rum prius fuerāt inexperti. Chariſſimū
filium nr̄m Xp̄ianum & ur̄m remiſimꝰ
ad uos,quantum potuimus inſtructum
plenius in his quę ad ordinem pertinēt,
& de cætero circa obſeruātias eius ſoli
citiorem futuꝝ,ut ſperamus. Nec mire
mini ꝙ non plures cum eo miſimus fra-
tres:qm̄ nec idoneos inuenimus fr̄es qui
facile acquieſcerent,nec inuitos cogere
cōſilium fuit. Dilectiſſimꝰ frater nr̄ Ro-
bertus p̄cibus nr̄is acq̄euit ēt hac uice:
tanq̄ filius obedientiæ. Vr̄m erit iuuare
eum:ut poſſit iam & in ædificijs & in cę
teris neceſſarijs ꝓmoueri domus ur̄a. Il-
lud quoq; paternitati ur̄æ ſuggerimꝰ,ut
uiris religioſis & quos ſperatis utiles fo
re mōaſterio, perſuadetis quatenus ad
coꝝ ordinem ueniant,qm̄ hæc erit ſum
ma utilitas domus: & uobis facilius ac-
quieſcēt. Valeat ſanctitas ueſtra noſtri
ſemper memor in Chriſto.

Ad dominum papam Innocentium,
Epiſtola 318.

Mantiſſimo p̄ri & dn̄o Innocē
a tio ſummo pontifici F.B. modi
cum id quod eſt. Cremonenſes
induruerunt: & proſperitas eoꝝ perdit *Prou. 1.d*
eos. Mediolanenſes cōtemnunt: & cōfi
dentia ipſoꝝ ſeducit eos. Hi in curribus
& in equis ſpem ſuam ponentes,meam
fruſtrauerunt, & laborem meum exina
nierunt? Abibam triſtis: cū ecce nō me-
diocris à ur̄a parte cōſolatio,ut etſi abū
dant tribulationes pro Xp̄o, abundent
et conſolationes ꝑ ip̄m. Accepi optatas
lr̄as ferētes delicias cordis mei, certitu-
dinē de ur̄a incolumitate,hoſtiū infortu
nijs,ſucceſſibus amicoꝝ. Cæteꝝ perle-
genti rurſum triſtior finis lætitiam tem
perauit. Quē.n.non terreat ur̄a indigna
tio? Fateor iuſtā: & eo plus terreor. Di-
co tn̄,qđ factū nōdum eſt,faciendū eſt,
ſed tp̄e quo præuiderit deus. Si quomi-
nus: erit uobis æq; in promptu quicq̄d
intentatis inferre, & non æq; forſan pe
riculoſum. Alioq̄n quod tantis dei miſe
rationibus,tantis ur̄is & ur̄oꝝ laborib.
in ppl'o iſto nouiter ædificatū eſt: heu,
q̄ leuiter deſtrui pōt. Miꝝ ſi ei qui miſe
ricordiam legitur ſuꝑexaltare iudicio,
placere pōt. Sed ô infœlicem illum ep̄m
qui in urbe Chaldæoꝝ de quodam q̄ſi
paradiſo trāſlatus, fr̄ factus eſt draco-
nū, & ſocius ſtruthionum. Quid faciet?
Obedire uult, & ecce beſtiæ Epheſi frē
dēt in eū dētibus. Diſſimulare uult pru-
dēter pro tp̄e, & oī feritate formidolo-
ſiorē ur̄am indignationē incurrit. Angu
ſtię ſunt ei undiq;:niſi ꝙ tolerabilius iu-
dicat ſibi eſſe ſine ppl'o,q̄ ſine dn̄o. Plu-
ris hn̄s,ut dignū eſt, ap̄l'icam gr̄am q̄
Mediolanēſem cathedrā. An uos de eiꝰ
fidelitate dubitatis? Siq̄s uobis aliud de
eo maligna ꝑſuadere ſuggeſtione tenta-
uit,ſe magis ꝑdidit infidelē,q̄ uiꝝ tā bo
ni teſtimonij lingua ꝑfida in ſuo liuore
ꝑſequit̄. Parce p̄r benigne, parce fideli

tuo,parce adhuc recẽti ſtructuræ: parce nouellæ plãtationi,parce deniq; populo acqſitionis tuæ:hiſq; ipſis bñficijs tuis q̃ te eidẽ ueraciſſime cõtuliſſe commemoras. Memento pie dñe ſermonis
Luc.13,b dñi tui quem dixit: Ecce anni tres ſunt, inqt,ex quo uenio quærẽs fructũ in ficulnea hac,& nõ inuenio. Tu uero uix tres expectaſti mẽſes,& iam ſecurim paras. Si tres annos ſuſtinuiſſes: quartum adhuc à fideli ſeruo dñici iure exigeremus exempli. Dicimus ergo & nos: Dimitte & hoc anno,ſi quo modo forte circũ foſſa humo ligone pnĩæ adhibitoq; fimo lacrymarũ ſuarũ ſterilitati Mediolanenſium is cui ẽt credidiſti,conſulere,& fructum elicere queat.

Ad Lelbertum abbatem ſancti Michaelis,
Epiſtola 319.

PAtri & amico ſuo Lelberto ſancti Michaelis abbati:F.B.eorũ q in Claraualle ſunt ſeruorũ dei inutilis ſeruus:debitum dilectionis affectum. Hic filius ueſter peregrinationẽ quã etſi urã licentia ſuſcepat,nr̃o conſilio deſerens ad uos reuerſus eſt. Cũ eñ cognouiſſemus uiã illã & eum requiſiſſe p leuitatem,& uos ob illius improbitatẽ annuiſſe:dure(ut dignus erat) increpatum reuerti perſuaſimus, ſuæ ſiquidẽ (quantum cõijcere potuimus) leuitatis & improbitatis pœnitentem, ac de cætero emendationem pollicentem,rectiꝰ iudicantes quantũlibet reũ in ſuo monaſterio monachum pnĩam agere,q̃ foris uagãdo prouincias circumire. Neq;.n. terrenam, ſed cœleſtẽ reqrere Ieroſolymam,monachorũ ꝓpoſitum eſt:& hoc nõ pedibus ꝓficiſcendo, ſed affectibus
Luc.15.c proficiendo. Vos aũt pr̃ non moleſtam habeatis eius reuerſionem, etſi ſuſpectam habeatis eius conuerſationem:qn potius gaudete:qa hic filius ueſter mortuus fuerat,& reuixit:perierat,& inuẽtus eſt.

Ad priorem ſuum Godefridum,poſtea Lingonenſem epiſcopum, Epiſt. 320.

FRatri Godefrido, fr̃ Bernardus ſalutem. In octauis Pentecoſtes ipa die compleuit deus deſiderium nr̃m ecclesiæ unitatem,& urbi dando pacem. Nam illa die filij Petri Leonis oẽs ſil' humiliauerunt ſe ad pedes dñi papæ,& facti hoĩes eius ligij,iurauerũt ei ligiam fidelitatem. Clerici quoq; qui in ſchiſmate erant,ſil' cũ idolo quod erexerant,humiliantes ſe ad pedes dñi papę, obediẽtiam ei iuxta morẽ ꝓmiſerunt: & facta eſt lætitia magna in pplo. Hanc pacem niſi cũ quadã ſecuritate,occultata tamẽ diu à nobis expectauiſſemus,iam dudũ ueniſſemus. De cætero iã nihil eſt quod nos hic detineat. Facio quod impaſtis: ueniã,uertimus in,uenio. Ecce.n.uenio cito,ẽt & merces mea mecum eſt,uictoria Chriſti,& pax eccleſiæ. Sexta feria poſt diem illum egreſſus eſt noſter de ciuitate. Itaq; uenientes ueniemus cum exultatione portãtes manipulos pacis. Et hæc quidẽ uerba pulcra ſunt,ſed pulcriora ſunt facta. Etem̃ tam pulcra ſunt, ut quiſquis non lętatur in eis aut ſtultus ſit,aut nequam. Vale.

Ad fratres de ſancto Anaſtaſio,
Epiſtola 321.

DIlectiſſimis in Chriſto filijs nr̃is de ſancto Anaſtaſio, F.B. Claræuallis uocatus abbas, ſalutẽ & deuotas orõnes. Teſtem habeo in cœlis quam multum oẽs uos cupiam ĩ uiſceribꝰ Ieſu Chriſti,quãto ſi fieri poſſet deſiderio deſiderarẽ uidere uos,nõ pp uos tm̃,ſed pp me:cui magnum certe ſolatium & prægrandis eſſet lætitia amplecti uiſcera mea,gaudiũ meum,et coronam meam,qd' eſtis uos. At qm̃ id nondum conceditur: concedetur.n.ſicut bene confido de miſericordia dei:et erit qñ uidebimus uos,& gaudebit cor nr̃m:& gaudium nr̃m nemo tollet à nobis. Interim certe magna mihi eſt conſolatio & lætitia multa in his quæ de uobis audiui per dilectiſſimum frẽm et coabbatem nr̃m uenerabilem Bernardũ ur̃m. Multam.n.uobis habeo grãm ꝙ tam bene ſibi complacet in uobis pro diſciplina ueſtra & ordinis zelo: ꝓ obedientia & uoluntaria paupertate: pro quibus ſine dubio merces ueſtra multa eſt in cœlis. Vñ rogo uos frẽs & multũ obſecro,ſic agite & ſic ſtate in dño dilectiſſimi,ſoliciti ſemper circa cuſtodiam ordinis, ut ordo cuſtodiat uos: ſoliciti
Ephe. 4.a ſeruare unitatem ſpũs in uinculo pacis: mutuam ĩ uobiſmetipſis,maximeq; ad prælatos charitatẽ humilem hñtes,quę eſt uinculum perfectionis. Humilitatem ante oĩa,ſuper oĩa pacem ſectamini: pp inhabitantem ſpm̃ dei in uobis: qui nõ niſi ſuper quietum et humilẽ requieſcit.
Eſa.66.a Cæterũ unum quidem à me petijt uenerabilis abbas ueſter,quod mihi minime bonum ṽr. Credo aũt ꝙ & ego ſpm̃ dei hẽam,& conſilium dei in hoc. Scio equidem ꝙ in regione habitatis infirma, & multis aliqui ex uobis laborant infirmi
2. Cor.12.c tatibus,ſed mementote quis dixerit: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet ĩn me uirtus Xp̃i. Et,cũ infirmor,inquit,tũc fortior ſum. Compatior utiq; & multũ ego compatior infirmitati corporũ,ſed timenda multo magis,ampliuſq; cauẽda infirmitas aĩarũ. Propterea minime competit religioni urӕ,medicinas quęrere corporales,ſed nec expedit ſaluti. Nam de uilibus qdẽ herbis,& quę pauperes deceãt,interdũ aliquid ſumere,tolerabile eſt,& hoc aliquando ſolet fieri. At uero ſpẽs emere: quærere medicos,accipere potiones:religioni indecens eſt,& contrarium puritati:maximeq; ordinis nr̃i nec honeſtati congruit nec puritati. Hæc.n.oĩa gen
Matt. 6.c tes inquirunt. Scimus aũt quia qui ĩ car
Rom. 8.b ne uiuunt,deo placere non pñt. Spũalia
1. Cor.2.d proinde ſpũalibus comparanda, & q̃-
Pſal. 40.a renda potio humilitatis, & clamandũ in toto corde: Sana animam meam domine: quia peccaui tibi. Huic ſanitati fratres dilectiſſimi operam date: hanc ſectamini:hanc ſeruate, quia uana ſalus
Pſal. 59.c hominum.

Eiuſdem ad epiſcopum,clerum & populum Spirenſem,hortans ad arma contra infideles ſuſcipienda,Epiſt. 322.

DOmino & patri chariſſimo uenerabili ep̃o Spirenſi & uniuerſo clero & pplo B. Claræuallenſis uocatus abbas in ſpũ fortitudinis abũdare. Sermo mihi ad uos de negocio Xp̃i,in quo eſt utiq; ſalus nr̃a. Hæc dico ut excuſet indignitatẽ pſonę loquentis,authoritas dñi:excuſet & cõſideratio ꝓprię utilitatis. Modicus quidẽ ſum, ſed non modicũ cupio uos oẽs in uiſceribus Ieſu Xp̃i. Ea nũc mihi rõ ſcribẽdi ad uos: ea cã ut uniuerſitatẽ urãm lr̃is audeam conuenire. Agerem id libentius uiua uoce, ſi ut uolũtas non deeſt,ſuppeteret & facultas. Ecce nũc frẽs acceptabile tp̃s: ecce nũc dies copioſę ſalutis. Cõmota eſt ſi- 2. Cor. 6.a
populos ciuitatis:aut regionis:aut certi

regni?Oues meas,inq̃t.Cui nõ planum
non deſignaſſe aliq̃s,ſed aſſignaſſe oẽs'.
Nihil excipit̃ ubi diſtinguit̃ nihil. Et for
te pñtes cæteri cõdiſcipuli erant, cũ cõ
mittẽs uni unitatẽ oĩb.cõmẽdaret,ĩ uno
Cant. 6.c grege & uno paſtore,ſcđm illud: Vna
eſt colũba mea,formoſa mea, perfecta
mea.Vbi unitas,ibi pfectio. Reliq nũeri
pfectionẽ nõ hñt,ſed diuiſionẽ,receden
tes ab unitate.Inde eſt ꝙ aliȷ́ ſinguli ſin
gulas ſortiti ſunt plebes,ſciẽtes ſacr̃m.
Deniq; Iacobus q idebat̃ colũna eccle
ſiæ,una cõtentus eſt Ieroſolyma: Petro
Gala.1.c uniuerſitatẽ cedes.Pulcrè uero ibi poſi-
tus eſt ſuſcitare ſemen defuncti fr̃is, ubi
occiſus eſt ille.Nã dictus eſt fr̃ dñi. Por
rò cedẽte dñi fr̃e,qs ſe alter ingerat Pe-
tri p̃rogatiuæ?Ergo iuxta canonas tuos
aliȷ́ in partẽ ſolicitudinis,tu in plenitudi
nẽ ptãtis uocatus es. Alioꝝ ptãs certis
arctat̃ limitibus, tua extẽdit̃ & in ipſos
q ptãtem ſup alios accepunt. Non'ne ſi
cã extiterit,tu ep̃o cœlũ claudere,tu ip̃m
ab ep̃atu deponere, ẽt & tradere ſata-
næ potes?Stat ergo incõcuſſum priuile
giũ tuũ tibi tã in datis clauibus,q̃ in oui
bus cõmẽdatis.Accipe aliud qđ nihilo'
Ioan. 21.b minus p̃rogatiuã cõfirmat tibi. Diſcipu
li nauigabãt,& dñs apparebat in litto
re:quodq; iucũdius erat, in corpe redi-
uiuo.Sciẽs Petrus qa dñs eſt, in mare ſe
Ibidem miſit:et ſic uenit ad ip̃m,aliȷ́s nauigio p-
ueniẽtibus.Quid iſtud?Nẽpe ſignũ ſin-
gularis põtificiȷ́ Petri,p qđ non nauem
unã,ut cæteri quiq; ſuã,ſed ſcl'm ip̃m ſu
ſceperit gubernãdũ.Mare.n.ſcl'm ẽ:na-
ues eccl'ię.Inde eſt ꝙ altera uice ĩſtar dñi
gradiẽs ſup aquas,unicũ ſe xp̃i uicarium
deſignauit,q nõ uni ppl'o ſed cũctis p̃eẽ
ſe deberet.Siqdẽ aq̃ multæ,ppl'i multi.
Ita cũ qſq; cæteroꝝ hẽat ſuam,tibi una
commiſſa eſt grãdiſſima nauis facta ex
oĩb.ipſa vl'is eccleſia toto orbe diffuſa.
En qs es.Sed noli obliuiſci ẽt qd. Nã &
ego nõ ſum oblitus id me ꝓmiſiſſe repe
tituꝝ in opportunitate. Quàm oppor-
tune cũ eo qs es,ẽt qđ añ eras,conſide-
ras?Quid dico eras?Et nũc es. Quid de
ſinas intueri,qđ nõ deſiſti eſſe?Vna ſanè
conſideratio,qd fueris,& qd ſis.Nã qs
ſis factus,altera. Nõ oportet ut iſta ex-
tũdat illã in ſcrutinio tui.Es.n. (ut dixi)
adhuc qđ eras:& nõ minus hoc es, q̃
qđ factus es poſt,forte & magis.Deni-
que illud natus es,mutatus hoc, non in
hoc mutatus.Nõ reiectũ illud,ſed iſtud
adiectũ.Tractemus utrũq; ſil', nã ut p̃-
fatũ me memini, collatæ ex inuicẽ am-
bæ res utiliores fiẽt.Dixi ſupra cõſiderã
ti qd ſis,naturã occurrere q̃ es hõ:nã hõ
natus es.Porrò pcũctãti qs,pſonæ rñde
bit̃ nomẽ,qđ eſt ep̃s,qđ qdẽ factus,nõ
natus es. Quid tibi hoꝝ vr̃ ad puꝝ eſſe
tui,& ad te principali⁹ ptinere,ꝙ fact⁹,
an ꝙ natus?Nõne qđ natus?Hoc ergo
cõſulo cõſideres maxime, qđ maxime
es,hoĩem uidelicet,qđ & natus es.Nec
modo qd natus,ſed & q̃lis natus opor
tet attẽdas,ſi nõ uis tuæ cõſiderationis
fructu & utilitate fraudari.Tolle ꝓinde
nunc hr̃ditaria hæc pizomata ab initio
maledicta,Dirũpe uelamẽ folioꝝ celã-
tiũ ignominiã,nõ plagã curãtiũ.Dele fu
cũ fugacis honoris huius,& malè colo-
ratæ nitorẽ gloriæ:ut nudè nudũ conſi-
deres:qa nudus egreſſus es de utèro ma
tris tuæ.Nunqd infulatus,nũ qd micãs Iob.1.d
gẽmis,aut floridus ſericis: aut coronat⁹
pẽnis:aut ſuffarcinatus metallis?Si cun
cta hæc ueluti nubes q̃ſdã matutinales
uelociter tranſeũtes,et cito ptranſituras
diſſipes & exuffles à facie cõſideratio-
nis tuæ,occurret tibi hõ nudus, & pau-
per,& miſer,& miſerabilis, hõ dolens
qđ hõ ſit,erubeſcẽs ꝙ nudus ſit, plorãs
ꝙ natus ſit,murmurãs ꝙ ſit. Homo na- Iob.5.b
tus ad laborẽ:nõ ad honorẽ.Hõ nat⁹ de Iob.14.a
muliere,& ob hoc cũ reatu,breui uiuẽs
tpe,ideoq; cũ metu:repletus multis mi-
ſeriȷ́s,et ppea cũ fletu.Et uere multis,qa
corporis & aĩæ ſil'. Quid.n. calamitate
uacat naſcenti in pc̃tõ,fragili corpe, &
mente ſterili?Vere ergo repletus,cui in
firmitas corpis,& fatuitas cordis cumu
lat̃,traduce ſordis,mortis addictione.
Salubris copula,ut cogitãs te ſummum
põtificẽ,attẽdas pariter uiliſſimũ cinerẽ
nõ fuiſſe,ſed eſſe. Imitetur cogitatio na

turã,imitet̃ & qđ dignius eſt authorem
naturæ:ſumma imaq́ȝ cõſociãs.Non'ne
natura in pſona hoĩs uili limo uitæ ſpira
culũ colligauit?Nõne author naturæ in
ſui pſona uerbũ limũq́ȝ cõtẽperauit?Ita
tibi ſume formã tã de nr̃æ cõcretione o-
riginis,q̃ȝ de ſacro redẽptionis ,ut altus
ſedẽs,non alta ſapiẽs ſis, ſed humilia de
te ſentiẽs,humilibusq́ȝ cõſentiẽs.Proin-
de ſi cõſideras quãtus es,cogita ẽt qua-
lis,& maxime.Hæc te ſanè cõſideratio
tenet in te,nec à te auolare ſinit, nec am
bulare in magnis neq́ȝ in mirabilibus ſu
Pſal.130.a per te.In te cõſiſtito.Nõ infra deijci, nõ
attolli ſupra,nõ euadere in lõgius ,non
extẽdi in latius.Tene mediũ,ſi nõ uis p-
dere modũ.Locus medi⁹ tutus eſt.Me
diũ,ſedes modi:& modus,uirtus.Oẽm
extra modũ habitationẽ,ſapiẽs exilium
reputat. Propterea nõ eſt illi habitare ĩ
longo qđ ultra modũ ſit,ſed nec in lato
qdem qđ extra ſit:porrò nec in alto uel
imò,q̃ alteꝶ ſupra,alteꝶ infra ſit.Deni
que & longitudo exterminiũ hr̃e ſolet,
& dilatatio ſciſſurã,& altitudo ruinã,et
pfundũ abſorptionẽ. Dico hæc plani⁹,
ne me putes ea loq q̃ apl's comphẽdere
Ephef.3.d hortat̃ cũ oĩbus ſanctis,lõgitudinẽ, lati
tudinẽ,ſublimitatẽ,& pfundũ: qđ alte
rius erit & diſputationis & tp̃is. Nunc
aũt lõgũ dico, cũ ſibi hõ lõgiorẽ pmit-
tit uitã.Latũ,cũ in ſupfluas aĩus diſtẽdit̃
curas.Altũ,cũ de ſe plus p̃ſumit.Profun
dũ,cũ ſe plus deijcit. Qui ergo lõga ſibi
metit̃ tp̃a,nõne uere ingredit̃ iter exter-
minij,trãſiens uitæ terminos pductiori
ſolicitudine?Inde eſt q̃ hoĩes in p̃ntia ſe
ſe exules p obliuionẽ,in alia p inanẽ ſoli
citudinem migrãt ſcl'a,nõ pfutura,imò
nec futura. Sil'r aĩus diſtentus in multa ,
multis laceret̃ curis neceſſe eſt. Nempe
immoderata extenſio extenuationẽ,&
extenuatio nimia ſciſſionẽ facit. Iã uero
alta p̃ſumptio , qd niſi ruinoſa p̃cipita-
Prou.16.a tio eſt?Legiſti nãque: Añ ruinã exaltat̃
cor. Quid è regione nimię puſillanimi-
tatis deiectio,niſi deſperata q̃dã abſor-
ptio eſt?In hãc fortis nõ deijcietur. Pru-
dẽs,lõgioris uitæ non abducet̃ incerto.

Modeſtus moderabit̃ curas, temp̃abit
à ſupfluis,nõ deerit neceſſarijs. Porrò iu
ſtus altiora ſe nõ p̃ſumet, ſed loquet̃ cũ
iuſto:Si iuſtus fuero,non leuabo caput.
Tu ergo in hac cõſideratione tui caute Iob.10.e
ambules,& tota æqtate uerſeris:ut nec
plus ṽo tibi tribuas,nec plus iuſto par-
cas.Porrò plus uero tribuis , non modo
arrogãdo tibi qđ non hẽs bonũ,ſed &
qđ hẽs aſſcribẽdo. Vigilanter diſcerne
q̃lis ex te,& q̃lis ſis dono dei,et nõ ſit in
ſpũ tuo dolus.Erit aũt ubi fidel'r partiẽs
tua tibi, & q̃ ſũt dei,deo ſine fraude reſi
gnes.Ex te mala,bona à dño eſſe, pſua-
ſum tibi nõ ambigo. Sanè inter conſide
rãdũ q̃lis ſis:ẽt qualis fueris, ad memo-
riã reuocãdũ. Cõferẽda poſteriora prio
ribus.Profeceris'ne in uirtute,in ſapia, ĩ
intellectu, in ſuauitate moꝶ: an ab his
forte(qđ abſit)defeceris. Patientior ſis
an ĩpatiẽtior ſolito,iracũdior lenior'ue,
inſolẽtior an humilior, affabilior an au-
ſterior,exorabilior an difficilior , puſil-
lior aĩo an magnanimior,ſeri⁹ magis an
pluſculũ diſſolutus,timoratior an forte
fidentior q̃ȝ oportet. Q̃z latus tibi patet
cãpus in hoc gñe cõſiderãdi?Memoror
ego pauca,ueluti q̃dã ſeminaria pferẽs:
nõ tñ ipſe ſerẽs,ſed dãs ſemẽ ſerẽti. Opor
tet innoteſcat tibi zelus tuus, clemẽtia
tua,diſcretio quoq́ȝ moderatrix earũdẽ
uirtutũ,qualis uidelicet in donãdis iniu
rijs,qualis ſis in ulciſcẽdis,q̃ȝ in utroque
puid⁹ modi,loci,tp̃is obſeruator.Pror-
ſus cõſiderãda tria hęc in uſu uirtutũ ha
rũ,ne nõ ſint uirtutes ſi p̃ter hęc repiant̃.
Nẽpe eiuſmodi nõ natura uirtutes , ſed
uſus facit.Nã ex ſe indifferẽtes eẽ noſcũ
tur. Tuũ eſt aut abutẽdo & cõfundẽdo
facere uitia,aut bñ ordinateq́ȝ utendo ,
uirtutes. Solẽt diſcretionis oculo caligã
te,alterutrum ſibi p̃ripe loca, terminos
occupare.Porrò caliginis duæ ſunt cau
ſæ:ira,& mollior affectus. Is iudicij cen
ſurã eneruat:illa p̃cipitat. Qũo.n.ab al-
tero nõ p̃clitet̃ aut pietas clemẽtiæ,aut
zeli rectitudo?Turbatus p̃ ira oculus ,
clemẽter nil intuet̃:ſuffuſus fluxa q̃dã et
muliebri mollitie aĩus,rectũ nõ uidet.

Nõ eris innocẽs,ſi aut punias eũ cui for
te parcendũ eſſet,aut parcas ei q fuerat
puniẽdus.In tribulationib. quoq́ȝ qualẽ
te inueneris,nolo diſſimules. Si cõſtãtẽ
in tuis,cõdolẽtẽ in alienis,gaude. Recti
cordis hoc.E' regione puerſiſſimi,ſi cũ ĩ
pprijs dep̃hendaris fortaſſe impatiens,
minime in alienis tñ cõpatiẽs ſentiaris.
Quid in proſperis,nihil'nè eſt qđ conſi
deratione ſolicitet?Eſt utiq́ȝ: ſi diligẽter
attẽdas q̃ȝ rarus ſp extiterit,q nõ uel mo
dice in pſperitate aĩum relaxauerit à ſui
cuſtodia & diſciplina. Qñ hoc incautis
nõ fuit ad diſciplinã qđ ignis ad ceram:
qđ ſolis radi⁹ ad niuẽ uel glaciẽ?Sapiẽs
Dauid,ſapiẽs Salomõ fuit:ſed blãdienti
b⁹ nimis ſcđis reb. alter ex pte : alter ex
toto deſipuit. Magn⁹ q ĩcidẽs ĩ aduerſa
ñ excidit ul' paꝶ à ſapia. Nec minor cui
p̃ñs fœlicitas ſi arriſit,nõ irriſit. Quanq̃ȝ
facilius inueneris q ſapiam retinuerunt
cõtraria ſibi fortuna , q̃ȝ q ppitia nõ p-
diderũt.Præferẽdus ille & magnus eſt ,
cui inter pſpera ſaltẽ riſus indecentior ,
aut ſermo inſolẽtior, aut immoderatior
Eccl.38.c cura ueſtis uel corpis nõ irrepſit.Et ſi re
cte ſapiẽs hortat̃ ſapiam ſcribi ĩ ocio: ca
uendũ & in ocio ociũ eſt.Fugiẽda pin-
de ocioſitas,mr̃ nugaꝶ, nouerca uirtu-
tũ. Inter ſcl'ares nugæ,nugæ ſunt : in ore
ſacerdotis,blaſphemiæ. Interdũ tñ ſi in
cidãt,ferendæ fortaſſis:referẽdæ nunq̃ȝ.
Magis interueniẽdũ caute & prudẽter
nugacitati.Prorũpendũ ſanè in ſeriũ qd:
qđ non modo util'r ſed libẽter audiant,
et ſupſedeant ocioſis. Cõſecraſti os tuũ
euangelio:talibus iã apire illicitũ: aſſue
Mala.2.b ſcere ſacrilegũ eſt.Labia ſacerdotis,ait,
cuſtodiunt ſciam,& legẽ reqrũt de ore
eius,nõ nugas pfecto uel fabulas. Ver-
bũ ſcurrile qđ faceti urbani'ue noĩe co-
lorãt,nõ ſufficit pegrinari ab ore : pcul
& ab aure relegandũ. Fœde ad cachin-
uos moueris,fœdius moues . Porrò de-
trahere aut detrahẽtẽ audire: quid hoꝶ
dãnabilius ſit,nõ facile dixerim. De aua
ritia nõ eſt qđ tuũ fatigẽ intuitũ,cũ pe-
cuniã tanq̃ȝ paleã dicaris hr̃e. Nõ pror-
ſus,non eſt qđ pro illa timeat̃ à iudicijs

tuis. Sed eſt qđ nõ minus ſæpe, nec no-
xiè minus,inſidiari iudicãtibus ſolet, de
quo maxime qd in tua lateat conſcia,la
tere te nolim. Quid illud ſit q̃ris? Acce-
ptio pſonaꝶ. Nõ parui te reũ pcti exiſti
mes ſi facies pctõꝶ ſumis: & nõ potius
cãs iudicas meritoꝶ. Eſt itẽ uitiũ cuius
ſi te immunẽ ſentis, inter oẽs quos noui
ex his qui cathedras aſcẽderũt, ſedebis
me iudice ſolitari⁹:qa ueraciter ſingl'rq́ȝ Thre.3.d
leuaſti te ſupra te,iuxta pphetã. Facili-
tas credulitatis hæc eſt:cuius callidiſſi-
mæ uulpeculę,magnoꝶ neminẽ cõperi
ſatis cauiſſe uerſutias.Inde eis ipſis pro
nihilo irę multę,inde innocẽtiũ frequẽs
addictio,inde p̃iudicia in abſentes.Gra
tulor aũt tibi(nec.n.aſſentationis apud
te uereor incurrere notã) gratulor,inq̃ȝ,
p̃ſidere te uſq́ȝ adhuc abſq́ȝ hoꝶ omniũ
q̃rela multa,an & ſine culpa,tu uideris.
Nũc ad ea q̃ ſub te ſunt,conſideratio in-
tendenda. At alterius principij hoc:ſiq-
dem tuis occupationib⁹ ſermo breuior
competentior eſt.

De conſideratione, Liber tertius.

f Inis ſuperioris libri,huic princi-
pium ponit. Itaq́ȝ iuxta pmiſsũ
illius cõſideranda q̃ ſub te ſunt.
Quęnam ſint illa,non eſt quod à me q̃-
rendum putes,ſacerdotum optime Eu-
geni,rectius fortaſſe quę non ſint q̃ras.
Orbe exeũdũ ei q forte uolet explorare
quæ nõ ad tuã pertinent curã.Parentes
tui deſtinati ſunt non aliquas regiones ,
ſed ip̃ni debellaturi orbem. Ite in orbẽ Mar.16.d
uniuerſum, dictũ eſt illis.Ipſi uero uẽdẽ
tes tunicas:emere gladios,ignitum elo-
quiũ:& ſpm̃ uehementẽ,arma potentia
deo. Quò nõ puenerũt uictores inclyti,
filij excuſſoꝶ?Quò nõ ſagittę potentiũ Pſal.119.a
acutę cũ carbonibus deſolatorijs?Et q-
dẽ in oẽm terrã exiuit ſonus eoꝶ:& in fi
nes orbis terrę uerba eoꝶ. Penetrabant Pſal.18.a
& incendebãt uerba illa incẽſa igni,quẽ Luc.12.f
dñs miſit ĩ terrã. Occũbebãt ſtrenuiſſi-
mi bellatores,ſed nõ ſuccũbebãt,trium
phabãt & mortui. Nimis cõfortat⁹ eſt Pſal.138.d
pricipat⁹ eoꝶ:cõſtituti ſũt pricipes ſup Pſal.44.d
oẽm terrã. Eis tu ſucceſſiſti in hęredita-

tẽ.Ita tu hęres,& orbis hr̃ditas. At q̃te
nus hæc portio te cõtingit, aut cõtige-
rit illos,id ſobria cõſideratione penſan-
dũ.Nõ.n.ꝑ oẽm reor modũ,ſed ſanè q̃-
dãtenus(ut mihi ur̃)diſpẽſatio tibi ſuper
illũ credita eſt,nõ data poſſeſſio. Si ꝑgis
uſurpare et hãc,cõtradicit tibi qui dicit:
Meus eſt orbis terræ,& plenitudo ei⁹.
Pſal. 49. b Nõ tu ille de quo ꝓpheta:Et erit oĩs ter
ra poſſeſſio eius.xp̃s hic eſt,q poſſeſſio
nẽ ſibi uẽdicat & iure creationis,& me
rito redẽptionis,& dono pr̃is.Cui.n.al
Pſal. 2. b teri dictũ eſt:Poſtula à me,& dabo tibi
gẽtes hr̃ditatẽ tuã,& poſſeſſionẽ tuã ter
minos terræ?Poſſeſſionẽ & dñiũ cede
huic,tu curã illi⁹ habe.Pars tua hæc,ul-
tra ne extẽdas manũ.Quid inqs?Nõ ne
gas p̃eſſe,& dñari uetas?Planè ſic.Qua
ſi nõ bñ p̃ſit,q p̃eſt in ſolicitudine. Nun
quid non & uilla uillico,& paruus dñs
ſubiectus eſt pædagogo?Nec tñ uillę il
læ,nec is ſui dñi dñs eſt.Ita & tu p̃ſis ut
ꝓuideas,ut cõſulas,ut ꝓcures,ut ſerues.
Præſis ut ꝓſis,pręſis ut fidelis ſeruus &
Matt. 24. d prudẽs,quẽ cõſtituit dñs ſuꝑ familiam
ſuã.Ad qd?Vt des illis eſcã in tꝑe. Hoc
eſt,ut diſpẽſes,nõ imperes.Hoc fac, &
Pſal. 118. r dñari ne affectes hoĩum hõ, ut nõ dñẽt
tui oĩs iniuſtitia. At ſatis ſuperq; id inti-
matũ ſupra,cũ qs ſis diſputaret. Addo
tñ & hoc:nã nullũ tibi uenenũ, nullum
gladiũ plus formido, q̃ libidinẽ dñan-
di.Certe ut multũ tibi tribuas, ſi multũ
deceptus nõ es,nil te exiſtimes plus ac-
Rom. 1. a cepiſſe à magnis ap̃lis. Recordare nũc
uocis illi⁹:Sapiẽtibus & iſipiẽtib⁹ debi-
tor ſum.Et ſi nõ indebitã tibi ipſam cen
ſes,hoc quoq; ſimul memẽto,debitoris
moleſtũ nomẽ ſeruiẽti potius q̃ dñanti
Luc. 16. b cõgruere. Seruus ĩ euãgelio audit: Quã
tũ debes dño meo? Ergo ſi te agnoſcis
ſapiẽtibus & inſipiẽtibus nõ dñatorem
ſed debitorẽ,curãdũ ſummoꝑe tibi, &
tota uigilãtia cõſiderãdũ qũo & q non
ſapiunt ſapiãt,& q ſapiũt nõ deſipiant,
& q deſipuere reſipiſcãt. At nullũ gen⁹
inſipiẽtiæ,infidelitate(ut ſic loquar)inſi
piẽtius.Ergo & infidelibus debitor es:
Rom. 1. b Iudęis,Gręcis,& Gẽtibus.Intereſt ꝑin-
de tua dare operã quã poſſis,ut incredu
li cõuertant̃ ad fidẽ,cõuerſi nõ auertan-
tur,auerſi reuertant̃.Porrò ꝑuerſi ordinẽ
tur ad rectitudinẽ,ſubuerſi ad ueritatem
reuocent̃.Subuerſores inuictis rõnibus
cõuincant̃,ut uel emẽdent̃ ipſi,ſi fieri p̃t:
uel ſi non,ꝑdãt authoritatẽ facultatẽq;
alios ſubuertendi.Nõ oĩno & ab hoc in
ſipientiũ gñe peſſimo,tibi diſſimulãdũ.
Dico aũt hr̃ticos ſchimaticoſq;: nam hi
ſunt ſubuerſi & ſubuerſores, canes ad
ſciſſionẽ,uulpes ad fraudẽ.Erunt,inquã,
hmõi maxime tuo ſtudio aut corrigen
di ne ꝑeant,aut ne ꝑimãt coercẽdi.Eſto Rom. 11. c
de Iudęis excuſat te ap̃ls, hñt terminũ
ſuũ,q p̃ueniri nõ poterit. Plenitudinẽ gẽ
tiũ p̃ire oportet.Sed de ipſis gẽtibus qd
rñdes?Imò qd tua cõſideratio rñdet ti-
bi ꝑcunctãti ſic?Quid uiſum eſt patrib⁹
ponere metã euangelio,uerbũ ſuſpẽdę-
re fidei donec infidelitas durat?Qua rõ
ne putamus ſubſiſtit uelociter currens
ſermo?Quis primus inhibuit hũc ſaluta pſal. 147
rem curſum?Et illis cã forte quam neſci
mus,aut neceſſitas potuit obſtitiſſe.No
bis q̃ diſſimulãdi rõ eſt? Qua fiducia,q̃
conſciã Xp̃m nõ uel offerimus eis q nõ
hñt?An ueritatẽ dei in iniuſtitia detine-
mus?Et qdẽ qñq; p̃ueniat gentiũ pleni Rom. 11. c
tudo neceſſe eſt. Expectamus ut in eas
incidat fides.Cui credere caſu cõtigit?
Qũo credẽt ſine p̃dicãte? Petr⁹ ad Cor Rom. 10. c
neliũ,Philippus ad Eunuchũ,miſſi ſunt, Acto. 8. &
& ſi exẽplum recẽtius quærimus:Augu 10. e
ſtinus à btõ Gregorio deſtinatus ẽ for-
mam fidei tradere Anglis. Et de his tu
ita tecũ.Ego addo & de ꝑtinacia Gręco-
rũ qui nobiſcum ſunt & non ſunt, iun
cti fide,pace diuiſi. Quanq; & ĩ fide ip̃a
claudicauerint à ſemitis rectis. Et itẽ de
hęreſi,quę clã pene ubique ſerpit apud
aliquos,ſęuit palàm. Nam paruulos ec
cleſię paſſim & publice deglutire feſti-
nat. Quęris ubi ſit hoc? Veſtri qui ter-
ram Auſtri tã ſępe uiſitant,ecce hi ſciũt,
& poſſunt dicere tibi. Eunt & redeunt
per medium illorum, aut tranſeunt ſe-
cus: ſed quid boni adhuc cum illis ege
rint, necdum audiuimus. Et forſitan
audiuiſ-

audiuiſſemus niſi p̃ auro Hiſpaniæ ſalus
pp̃li uiluiſſet. Tuũ eſt & plagæ huic re-
mediũ ꝓuidere.Sed eſt inſipiẽtia, quę i-
pſam quoq; iã ꝓpemodũ ſtultã fecit ſa
piam fidei. Qũo & eccleſiã catholicam
penè totã hoc uirus infecit?Nã dũ & in
ipſa quique q̃ nr̃a ſunt q̃rimus,fit ut inui
cẽ inuidẽtes, inuicẽ ꝓuocãtes exercea-
mur ad odia,aĩemur ad iniurias, arme-
mur ad lites,cauillemus ad dolos,fera-
mur ad detractiones, ꝓrumpamus ad
maledicta,opprimamur à fortioribus,
opprimamus infirmiores.Quàm digne
& laudabil̃r occupat̃ meditatio cordis
tui aduerſus tã peſtilẽs inſipiẽtiæ gen⁹,
qd corpus Xp̃i(q̃ eſt multitudo creden
tiũ)occupaſſe cõſideras.O ambitio am
biẽtiũ crux,qũo oẽs torquẽs oĩbus pla
ces? Nil acerbius cruciat,nil moleſtius
inquietat,nil tñ apud miſeros mortales
celebrius negocijs eius. An non limina
ap̃lorũ plus iã ambitio q̃ deuotio terit?
An nõ uocibus eius ur̃m tota die reſul-
tat palatiũ?An nõ q̃ſtibus eius tota le-
gũ canonũq; diſciplina inſudat?An nõ
ſpolijs eius oĩs Italica iuhiat inexplebili
auiditate rapacitas? Quid ita tua ipſius
ſp̃ualia ſtudia nõ ſaltẽ interdicit, ſed ab
ſcidit?Quoties ſctã ac fœcũda tua ab-
ortiri ocia fecit inq̃etũ & inq̃etans ma-
lũ? Aliud eſt qd ab oppreſſis appellat̃
ad te, aliud aũt qd ambitio in eccleſia
ꝑ te regnare molit̃.Nec deeſſe illis, nec
huic aliq̃tenus aſſentire oportet. Quàm
uero inique fouet̃ illa,ſpernunt̃ illi?Vtriſ
que tñ debitor es,illis ut erigas, iſtis ut
reprimas.Et qm̃ incidit de appellationi
bus,ꝑſeq aliquatenus nõ erit ab re. Ma
gno in his & pio opus intuitu eſt,ne qd
magna fuit neceſſitate ꝓuiſum,male utẽ
do reddat̃ inutile. Mihi ur̃ & in multã
poſſe eas deuenire ꝑniciẽ, ſi nõ ſummo
moderamine actitent̃.Appellat̃ de to-
to mũdo ad te,id qdẽ in teſtimoniũ ſin
gularis primatus tui. At tu ſi ſapis, non
Luc. 10. a primatu gaudebis,ſed fructu. Ap̃lis di-
ctũ eſt:In hoc nolite gaudere q̃ ſpiritus
ſubijciunt̃ uobis. Appellat̃ ad te,ut di-
xi,& utinam tã fructuoſe q̃ neceſſarie.
Vtinã cũ oppreſſus clamat,ſentiat opp̃ſ
ſor,& nõ ſuꝑbiat impius uñ incẽdit̃ pau
per. Quid tã decorũ,ut ad inuocationẽ
tui noĩs oppreſſi effugiãt,uerſuti nõ refu
giãt?Quid è regione tã ꝑuerſum,tã recti
alienũ,uel lætet̃ q malũ fecit,& qui tulit
inaniter fatiget̃?Inhumaniſſime nõ mo-
ueris erga hoĩem cui illatæ iniuriæ cumu
lauere dolorẽ, & labor itineris,& dãna
expẽſarũ. Sed nihilominus ignauiſſime
in illũ nõ moueris,q huic tot calamita-
tũ partim author,partim extitit cã. Eui
gila hõ dei,cũ hæc cõtingũt, moueatur
miſeratio, moueat̃ & indignatio tua.
Alterã læſo,alterã lædẽti debes.Cõſole
tur ille dãnorũ reſarcitu ſuorũ,ſatisfactio
ne iniuriarũ,fine calũniarũ.Cum iſto ita
agat̃ ut pœniteat feciſſe,qd nõ timuit fa
cere,& nõ de pœnis innocentis rideat.
Arbitror idẽ debere pati illũ q ſine cã
forte appellauit.Formulã hanc iuſtitiæ
p̃figit tibi & diuinę incõmutabilis rõ æ-
quitatis,& ni fallor ipſa appellationum
lex, ut illicite uſurpata appellatio nec
proſit appellãti,nec appellato obſit. Vt
qd.n.fruſtra fatigatus ſit hõ?Quàm ple
nũ iuſtitiæ ut ſeſe potius læſerit q uoluit
ꝓximũ?Appellaſſe iniq̃,iniquũ eſt:iniq̃
& ĩpune,iniquarũ appellationũ fomes.
Iniq̃ aut oĩs appellatio, ad quã iuſtitiæ
inopia nõ coegit. Appellare non ut gra-
ues:ſed ſi graueris,licet. Appellãdum à
ſnĩa añ ſnĩam improbe oĩno,niſi ob ma-
nifeſtũ grauamẽ,præſumit̃ appellatio.
Qui igit̃ non grauatus appellat,liq̃t qa
aut grauare intendit:aut tp̃s redimere.
Nõ eſt aũt ſuffugiũ appellatio:ſed refu-
giũ.Quãtos nouimus appellaſſe pulſa-
tos,quo interim liceret,qd nunq̃ licet?
Nõnullis ẽt quoad uixerunt licuiſſe ap-
pellationis ſuffragio nefaria ſcimus:uer
bi gr̃a,inceſtũ,adulteriũ.Quale eſt hoc,
turpitudini patrocinari,qd uel maxime
formidari à turpibus oportebat? Quo-
uſq; murmur uniuerſæ terrę aut diſſimu
las,aut ñ aduertis? Quouſq; dormitas?
quouſq; nõ euigilat cõſideratio tua ad
tãtã appellationũ cõfuſionẽ atq; abuſio
nẽ?Præter ius & fas,p̃ter morẽ & ordi-

nē ſiūt. Nō locus, nō modus, nō tp̄s, nō
cā diſcernit aut ꝑſona. Præſumunt leui-
ter paſſim, plerūque & neq̄ter. Volētes
malignari nōne his potiſſimū terreri ſo-
lebāt? Nūc terrori ipi ex his magis ſiūt,
atq; id bonis. Antidotū vſum ī uenenū,
nō mutatio dexteræ excelſi hæc. Appel
lant boni à malis, ut nō faciāt bona: &
ſupſedēt à uoce tonitrui tui formidātes.
Deniq; appellant ep̄i, ne illicita audeāt
matrimonia ſoluere uel ꝓhibere. Appel
lant ne rapinas, ne furta, ne ſacrilegia et
q̄ eiuſmodi ſunt, punire ullatenꝰ uel cohi
bere p̄ſumāt. Appellant ne indignas &
infames ꝑſonas à ſacris officijs benefi-
cijs'ue repellere ſeu amore q̄ant. Qd̄ tu
inuenis remediū morbo huic, ne qd̄ re-
pertū ad remediū fuit, repiat ad mortē?
Zelatus ē dn̄s domū or̄onis factā ſpelū
Mat. 21 cā latronū. Tu eius miniſter diſſimulas
miſeroꝝ refugiū, datū arma iniq̄tati. Vi
deas p̄ripi paſſim ꝑtes opp̄ſſoꝝ, & ꝓrū
pere ad appellādū nō tā grauatos q̄ gra
uare uolētes. Quid hoc myſterij? Tuū ē
cōſiderare, nō meū cōmentari iſtud. Et
cur, inq̄s, male appellati nō ueniūt oſtē
ſuri ſuā innocētiā, malitiā cōuicturi? Di-
co qd̄ dicere ad hoc ſolēt. Nolumꝰ uexa
ri fruſtra. In curia eſſe q ꝓcliuius faueāt
appellātibꝰ, foueāt appellationes. Ceſ-
ſuris Romæ, domi ſedere ſatius. Fateor
me nō oīno decredere his. Quē das mi-
hi ī tā crebris appellationibus q̄ hodie
ſiūt, q ꝓ expēſis itineris uel numū reſti-
tuerit illi quē forte appellarit? Miꝝ vo
ſi ita oēs & appellātes iuſti, & appella-
Sap. 1. a ti rei uro examine inuēti ſunt. Diligite,
inq̄t, iuſtitiā, qui iudicatis terrā. Paꝝ eſt
iuſtitiā tenere, niſi & diligas. Qui tenēt,
tenēt: q diligūt, zelant. Amator iuſtitiæ
inq̄rit iuſtitiā: & ꝓſeq̄tur eā. Porrò oēm
iniuſtitiā ꝑſeq̄tur. Nihil tibi & illis q ap
pellationes uenationes putāt. Pudet elo
q̄j qd̄ apud ethnicos iā uertit in parabo
lā: Duos nouimꝰ ſeruos pingues. Vt mi-
tius loq̄r, plus facetiæ q̄ iuſtitię hic. Tu
ſi amas iuſtitiā, appellationes non affe-
ctas, ſed ſuſtines. Verūtn̄ qd emolumē-
ti affert eccleſiis dei tua unīꝰ hois iuſtitia,

ubi ſn̄ia ꝑualet alr̄ affectoꝝ? At iſtud lo
ci illius erit cū cœꝑint uerſari q̄ circa te
ſunt. Nūc uero nō te exiſtimes ocioſe ua
care cōſiderationi huic q̄ appellationes
ad legitimū, ſi fieri p̄t, reuoces uſum. Et
ſi hinc mea q̄rat̄ uel potius curet ſn̄ia: di
co appellationes ut nō cōtēnendas, ſic
nec uſurpādas oīno. Porrò hoꝝ qd in-
ſolētius cēſeā, haud facile dixerim, niſi ꝙ
uſurpatio quādā vr̄ inducere cōtēptus
neceſſitatē, ac ꝑ hoc forte acrius inſectā
da, q̄ amplius nocet. Aut nō uere nocen
tior eſt mala in ſe, in partu peior? Nōne
ipſa eſt q̄ ipm̄ ius quoq; naturæ aut ex-
tenuat aut exterminat? Nā ſæpe rebꝰ ēt
p̄cioſiſſimis, p̄cij gr̄am nō modo demit,
ſed adimit. Quid ſacris acceptiꝰ? Vſur-
pata tn̄ ab īdignis, indigne'ue tractata,
minime acceptant. Magis hn̄t dānatio
nē: q̄a debitā uenerationē non hn̄t. Fa-
teor grāde & gn̄ale mūdo bonum eſſe
appellationes: idq; tā neceſſariū q̄ ſolē
ipm̄ mortalib. Reuera q̄dē ſol iuſtitię ē:
ꝓdēs ac redarguēs oꝑa tenebraꝝ. Pror
ſus fouēdæ & manutenēdæ ſunt, ſed q̄s
extorſit neceſſitas, nō calliditas adinue
nit. Vſurpatorię ſunt hmōi oēs, nō ſubue
niētes ī neceſſitate, ſed opitulātes iniq̄ta
ti. Quidni ueniāt ī cōtēptū? Quāti ut ta-
libus quoq; deferrēt, ēt de ꝓprio ceſſere
iure, ne lōgo & caſſo itinere fatigarent?
plures tn̄ ſua amittere nō ferētes, appel
lationes minꝰ opportunas, & celſa noīa
importuniꝰ contēpſerūt. Dico aliq̄d qd̄
ad rē ꝑtinet exēpli cā: Quidā ſibi publi
ce deſpōſauerat uxorē: adeſt dies cele-
bris nuptiaꝝ. Parata oīa, īuitati multi.
Et ecce hō cōcupiſcēs uxorē ꝓximi ſui, ī
uocē appellationis inopinatę ꝓrūpit: af
firmās ſibi traditā prius, ſuā potius eſſe
debere. Stupet ſpōſus, hærēt oēs, ſacer-
dos nō audet ꝓgredi, fruſtrat oīs appa-
ratus ille, deſcēdit q̄ſq; ī domū ſuā, ſuā
cœnā mādúcaturus: ſpōſa à mēſa & tha
lamo ſpōſi ſuſpēdit quouſq; Roma redi
tū eſt. Pariſiꝰ cōtigit hoc nobili Galliaꝝ
ciuitate ſede Regia. Rurſum ī ciuitate ea
dē q̄dā ſibi deſpōſata uxore diē cōſtituit
nuptiaꝝ. Interi emergit calūnia: dicēti-

bus q̄buſdā nō debere cōiūgi. Ad iudi-
ciū eccleſiæ cā delata eſt, ſed nō expe-
ctata ſn̄ia: appellatū eſt ſine cā, ſine gra
uamine, ſolo fruſtratoriæ dilationis in-
tuitu. At ille ſiue ꝑdere q̄ pararat, ſiue di
lectæ tādiu fruſtrari cōſortio nolēs, nihi
lóminus qd̄ ꝓpoſuerat, cōtēpta ſiue diſ
ſimulata appellatione ꝑegit. Quid illud
qd̄ in Altiſſiodorēſi eccleſia nuꝑ à quo
dā adoleſcētulo p̄ſumptū eſt? Nēpe de-
functo ſctō ep̄o, uolētibꝰ clericis aliū, ut
moris eſt, eligere ſibi, interuenit ille ap-
pellās & uetās ne fieret quouſq; iſſet et
rediſſet ab urbe. Cui tn̄ appellationi nec
ipſe detulit. Nā cū uideret ſe cōtēni, tā-
quā q irrationabilr̄ appellaſſet: accitis
quos potuit ſibi, tertia die poſt factam
ab alijs electionē, fecit ſuā. Cū itaq; ex
his & innumeris talib. liq̄at nō ex cōtē
ptu gigni uſurpationē, ſed ex uſurpatiōe
cōtēptū: uideris tu q̄d ſibi uelit, ꝙ zelꝰ
ueſter aſſidue penè uindicat illū: iſtā diſ
ſimulat. Vis ꝑfectiꝰ coercere cōtēptū?
Cura in ipſo utero peſſimæ mr̄is p̄ſoca
ri germē neq;: qd̄ ita fiet, ſi uſurpatio di
gna aīaduerſione mulctet. Tolle uſur-
pationē, & cōtēptus excuſationē nō ha
bet. Porrò inexcuſabilitas auſum explo
det. Nō ſit ꝓinde uſurpator: & contem
ptor nullꝰ erit, aut admodū rarꝰ. Bn̄fa-
cis tu ꝙ appellationū negato ſuffragio
imò ſuffugio, multa remittis negocia ad
cognoſcētes, uel q noſcere citiꝰ pn̄t. Vbi
.n. certior ac facilior notio, ibi deciſio tu
tior expeditiorq; eſſe pōt. Quàm plenū
gr̄æ, ꝙ multoꝝ quoq; ꝑ hoc & labori-
bus ꝑcis & ſumptib. At q̄bꝰ ſic credas:
id tibi oīmodis attēdēdū. Poterā multa
de eodē utilr̄ addere his: ſed memor ꝓ-
poſiti mei, cōtētus īterim occaſionē de-
diſſe: ad alia trāſeo. Et primū qd̄ occur-
rit, minime trāſeundū reor. Præes, & ſin
gulr̄. At qd̄? Eget tibi dico cōſideratio-
ne. Nūq̄d ut de ſubditis creſcas? Neq̄q̄:
ſed ut ipſi de te. Principē te cōſtituerūt:
ſed ſibi, nō tibi. Alióq̄n quo pacto te re-
putas ſuꝑiorē his à q̄bꝰ bn̄ficiū mendi-
Luc. 22. c cas? Audi dn̄m: Qui ꝑtātem hn̄t ſuper
eos: bn̄fici uocant. At iſtd̄ de his q foris

ſūt. Quid ad nos? Tu id mēdaciter dice
ris, ſi nō tā bn̄ficꝰ eſſe, q̄ bn̄ficis p̄eſſe in
tēdas. Parui deiectiq; aī eſt de ſubditis
nō ꝓfectū q̄rere ſubditoꝝ, ſed q̄ſtū pro
priū. In ſūmo p̄ſertim oīum nihil turpiꝰ.
Quàm pulcre magr̄ gentiū parentes fi- 2. Cor. 12. e
lijs, nō filios debere cēſuit theſaurizare
parētibus. Nō mediocris gl̄iæ uox illa Phil. 4. d
idētidē ipſiꝰ: Nō q̄ro datū, ſed fructū.
At iā trāſeamus & hinc: ne quis moram
in his meā, auaritiæ in te notā interp̄tet.
Quæ q̄ lōgè à te ſit, in libro ſcd̄o teſtatꝰ
ſum: ſciens quanta & in quanta tua ne-
ceſſitate reſpueris. Ad te ꝓinde ſcripſeri
iſta: non ꝑꝑ te. Nēpe qd̄ tibi ſcribit, ſoli
ꝓdeſſe nō decet. Hic locus auaritiā car
pit: à quo uitio immunis ſatis tua opinio
eſt: an & opus, tu uideris. Vidimꝰ tn̄ (ut
oblata pauꝑibꝰ taceā, q̄ tāgere nō acq̄e
ſcis) Germanicos detinuiſſe ſaccos, ſed
p̄cio, nō maſſa. Argētū reputatū eſt fœ-
nū: ſūmarij nō leuati ſarcinis, onꝰ nihiló-
minus repatriant uel inuiti. Noua res.
Qn̄ hactenꝰ auꝝ Roma refudit? Et nūc
Romanoꝝ cōſilio id uſurpatū nō credi
mus. Duo uenerūt: ambo locupletes: et
ambo rei. Siq̄dē unus Magūtinus, Co-
loniēſis alter, alteri gr̄a gratis reddita ē:
alter indignꝰ credo cui gr̄a redderet, au-
diuit: Cū q̄li ueſte ītraſti, cū tali egredie
ris. O uocē magnificā: uocē ꝓrſus apl̄i- Acto. 8. d
cæ libertatis. Quid minus ab illa hęc ha
buit: Pecunia tua tecū ſit in perditionē?
Niſi ꝙ in illa plus zeli, in iſta plus mo-
deſtiæ ſonuit. Quid ille de tranſmarinis
partib. penè à finib. terræ, terra & mari
currēs ꝓ ep̄atu: ſuis & alienis facultati-
bus rurſus emēdo? Iā .n. emerat priꝰ. Tu
lit multa, ſed retulit, non oīa tn̄. Incidit
miſer ī manꝰ al̄s, accipe q̄ dare potētio
res. Bn̄feciſti tuas in utroq; ſeruās inno
xias: nec imponere .ſ. ambitioſo: nec ſup
ponere iniquo māmonæ acq̄eſcēs. Nō
ſic à paupere ep̄o cōtinuiſti: dās qd̄ da-
ret, ne immunificus notaretur. Accepit
clā, quod palā dedit. Sic de tuo ſacculo
conſultū eſt uerecundiæ uiri. Sic quoq;
curię morem gerens, tuo bn̄ficio inuidiā
declinauit eorum qui diligunt mune-

ra. Nõ potes abſcõdere: & factũ noui-
m⁹ & pſonã. Audire grauat? Et ego eo
libentius pdico, quo tu id moleſtius au
dis. Si tibi ſic expedit: & mihi ſic. Tam
non oportet xpi gl'iam me ſilere, ꝗ nec
te q̃rere tuam. Et ſi pgis murmurare ad
Matt.7.d huc, rñdebit tibi ex euãgelio: Quãto eis
pcipiebat: tãto magis plus pdicabant,
dicẽtes: Bñ oĩa fecit. Audi aliud, ſi tamẽ
aliud. Ad idẽ.n. fortaſſis ptinere quis di
cat: Tua cõſideratio uiderit hoc. Mihi
uř nõ lõge a' uero diſſentire qid forte ĩ-
ter auaritiæ ſpẽs locandum putauerit.
Ego uero illi⁹ aut ſpẽm eẽ, aut ſpẽm hře
nõ negauerim. Sanè ĩtereſt tuæ pfectio
nis: & malas res: & malas pariter ſpẽs
deuitare. In altero cõſcię, ĩ altero famæ
conſulis. Puta tibi nõ licere (etſi al's for
taſſe liceat) qcqd male fuerit coloratũ.
Deut.12.a Deniꝗ ĩterroga maiores tuos, & dicẽt
1.Theſ.5.d tibi. Ab oĩ ſpẽ mala abſtinete uos. Sanè
miniſter dñi dñm imiteť, quia ipſe ait:
Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: Et hẽs
Ioan 12.d de illo: Dñs regnauit, decorẽ induit: in-
Pſal.92.a duit dñs fortitudinẽ. Tu quoꝗ eſto for
tis in fide, decorus in gl'ia: & probaſti te
imitatorem dei. Fortitudo tua, fiducia
fidelis conſcię: decor tuus, ſplẽdor bonę
opinionis. Ita, q̃ſo, induere fortitudinẽ:
etenim gaudiũ dñi fortitudo tua. Por-
rò ſpẽ tua & pulcritudine tua nihilómi-
nus tanꝗ propria ſil'itudine delectatur.
Prou.31.b Induere ueſtimẽtis gl'ię tuæ: ueſtire du-
plicibus qbus domeſticos ſuos fortis il
la mulier induere conſueuit. Non ſit in
cõſcia nutãs infirmitas modicę fidei: nõ
ſit in fama neuus malæ ſpẽi: & ueſtiris
duplicibus: & gaudebit ſpõſus ſup ſpõ
ſam aĩam tuã: & gaudebit ſuper te deus
tuus. Miraris quorſum hæc: ignar⁹ uſꝗ
adhuc quid dicere uelim. Non te tollo
diutius. Murmur loquor & q̃rimoniã
eccl'iaꝝ. Truncari ſe clamitãt ac demẽ
brari. Vel nullæ uel paucę admodũ ſũt,
quæ plagã iſtã aut nõ doleãt, aut nõ ti-
meant. Quęris quã? Subtrahũtur abba-
tes epĩs: epĩ archiepĩs, archiepĩ patriar-
chis, ſiue primatibus. Bona'ne ſpẽs hęc?
Miꝝ ſi excuſari queat uel opus. Sic fa-
ctitãdo pbatis uos hře plenitudinẽ ptã
tis: ſed iuſtitiæ forte nõ ita. Facitis hoc
qa poteſtis: ſed utrũ et debeatis, qõ eſt.
Honoꝝ ac dignitatũ gradus & ordies
qbuſꝗ ſuos ſeruare poſiti eſtis: no inui-
dere: ut qdam ueſtroꝝ ait: Cui honorẽ, Rom.13.b
honorẽ. Spũalis hõ ille q oĩa dijudicat, 1.Cor.2.d
ut ipſe à nemine dijudiceť: oẽ opus ſuũ
trina quadã cõſideratione pueniet. Pri-
mum qdem an liceat: deide an deceat:
poſtremo an expediat. Nã etſi conſtet
in xpiana utiꝗ philoſophia non decere
niſi quod licet: nõ expedire niſi quod de
cet & licet: non cõtinuo tñ oẽ qđ licet,
decere aut expedire cõſequẽs erit. Age
aptemus, ſi poſſumus, tria ipſa opi huic.
At qũo nõ indecens tibi, uolũtate p le-
ge uti: & quia non eſt ad quẽ appellẽ-
ris, ptãtem exercere, negligere rõnem?
Tu'ne maior dño tuo q ait: Nõ ueni fa- Ioan.6.d
cere uolũtatẽ meam? Quanꝗ nõ min⁹
deiecti ꝗ elati aĩ eſt ueluti rõnis exptẽ
non p rõne, ſed p libitu agere: nec iudi-
cio agi, ſed appetitu. Quid tã beſtiale?
Et ſi indignũ cuiuis utẽti rõne uiuere ut
pecus: quis in te rectore oĩum tantã cõ-
tumeliã naturę, honoris iniuriam ferat?
Sic degñando (qđ abſit) gñale oppro-
brium feciſti ppriũ tibi: Homo cũ ĩ ho- Pſal.48.c
nore eſſet, nõ intellexit: cõparatus eſt iu
mẽtis ĩſipiẽtibus, & ſil'is factus eſt illis.
Quid item tã indignum tibi ꝗ ut totũ
tenens, non ſis contẽtus toto: niſi minu-
tias quaſdã atꝗ exiguas portiões ipſi⁹
tibi creditæ uniuerſitatis: tanꝗ non ſint
tuæ, ſatagas neſcio qũo adhuc facere
tuas? Vbi ẽt meminiſſe te uolo parabo-
læ Nathan de hoĩe qui multas oues ha- 2.Re.12.a
bens, unã q̃ erat paupis cõcupiuit. Huc
quoꝗ ueniat factum, imò facinus regis
Achab, q reꝝ ſummã tenebat, & unã ui 3.Reg.21.
neam affectauit. Auertat de⁹ à te quod
ille audiuit: occidiſti, & poſſediſti. No- Ibidem.
lo aũt ptẽdas mihi fructũ emãcipatiõis
ipſius: nullus eſt.n. niſi ꝙ inde epĩ inſolẽ
tiores: monachi etiã diſſolutiores fiunt.
Quid, quòd & paupiores? Inſpice dili-
gẽtius taliũ ubiꝗ libertoꝝ & faculta-
tes & uitas, ſi non pudẽda admodũ &

tenuitas in his, & in illis ſecularitas ĩue
nitur. Matris noxiæ libertatis gemina
ſoboles hęc. Quidni peccet licẽtius ua-
gum & malę liberꝝ uulgus, cũ nõ ſit q
arguat? Quidni licentius quoꝗ ſpolieť
ac depẽdeť inermis religio: cũ nõ ſit q de
fendat? Quo.n. refugiũ illis? Nunqd ad
epõs dolẽtes iniuriã? Ridẽtibus pfecto
aſpiciũt oculis, ſiue q̃ faciũt mala, ſiue q̃
patiunť. Quæ demũ utilitas in ſanguine
Ezec.3.e iſto? Vereor ne illa, quã in ppheta cõmi
nat⁹ eſt deus: ille, inqens, in iniqtate ſua
morieť: ſanguinẽ aũt eius de manu tua
requirã. Si.n. extollit q ſubtrahit: & cui
ſubtrahit ũrit, q ſubtrahit qũo innocẽs?
Parum eſt, inuoluimus ignẽ. Audi aper-
ti⁹: Si is q murmurat, ſecũdũ aĩam mor-
tuus eſt: q inſtigat, qũo uiuit? Qũo non
reus mortis amboꝝ, & ſuæ pariter, qui
gladiũ dedit, uñ ambo morerent? Hoc
eſt qđ dixeram, occidiſti, & poſſediſti.
3.Reg.21. Adde ꝙ q audiunt ſcãdalizant, indignã
tur, detrahunt, & blaſphemãt: hoc eſt,
uulneranť ad mortẽ. Nõ eſt bona arbor
faciẽs fructus tales, inſolẽtias, diſſolutio
nes, dilapidatiões, ſimultates, ſcãdala,
odia: quodꝗ magis dolẽdũ, iter eccl'ias
inimicitias graues, ppeteſꝗ diſcordias.
1.Cor.10.c Vides ꝗ uerus ſit ſermo ille: Oĩa mihi
licent, ſed nõ oĩa expediũt? Quid ſi for-
te nec licet? Ignoſce mihi: non facile ad-
ducor licitũ cõſentire quod tot illicita
parturit. Tu'ne deniꝗ tibi licitũ cẽſeas,
ſuis eccl'ias mutilare mẽbris, cõfundere
ordinẽ, pturbare terminos quos poſue-
runt pr̃es tui? Si iuſtitiæ eſt, ius cuiꝗ ſer
uare ſuũ, auferre cuiꝗ ſua, iuſto qũo po-
terit cõuenire? Erras, ſi ut ſummã, ita &
ſolã inſtitutã à deo ueſtrã ap'licã ptãtẽ
exiſtimas. Si hoc ſentis, diſſentis ab eo
Rom.13.a q ait: Nõ eſt ptãs niſi à deo. Proinde qđ
ſequiť: Qui ptãti reſiſtit, dei ordinationi
reſiſtit, etſi principal'r p te facit, non tñ
Ibidem ſingul'r. Deniꝗ idẽ ait: Oĩs aĩa ptãtibus
ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ ait, ſubli-
miori, tanꝗ in uno: ſed ſublimioribus,
tanꝗ in multis. Nõ ergo tua ſola ptãs à
dño, ſunt & mediócres, ſũt & ĩferiores.
Matt.19.a Et qũo quos deus cõiunxit, nõ ſunt ſe-
parandi: ſic nec quos ſubiũxit, cõparan
di. Mõſtrum facis, ſi manu ſubmouens
digitũ, facis pẽdere de capite, ſupiorem
manui, brachio collateralẽ. Tale eſt ſi ĩ
xpi corpe mẽbra al'r locas, ꝗ diſpoſuit
ipſe. Niſi tu putas aliũ eſſe q poſuit in ec 1.Cor.12.d
cleſia quoſdã quidẽ ap'los: quoſdã autẽ
prophetas, alios uero euãgeliſtas, alios
doctores & paſtores, ad cõſummatio-
nem ſanctoꝝ, in opus miniſterij, in ædi-
ficationẽ corpis xpi. Atꝗ hoc corpus,
quod tibi ipſe Paulus ſuo uerè ap'lico fi-
gurãs elogo, & capiti cõuenientiſſime
aptans, totũ ex eo cõpactũ phibet, &
cõnexũ p oẽm iũcturã ſubminiſtratio-
nis, ſecundũ opationẽ in mẽſuram uni-
uſcuiuſꝗ mẽbri, augmentum corpis fa-
ciẽs in ędificationẽ ſui, in charitate. Nec
uilem reputes formã hãc quia ĩ terra ẽ,
exemplar hẽt è cœlo. Neꝗ.n. filius põt Ioan.5.e
facere quicꝗ niſi q̃ uiderit pr̃em facien-
tem, pſertim cũ ei ſub Moyſi noie dcm̃ Exod.25.d
ſit: Vide oĩa facias ſecũdum exẽplar, qđ
tibi in mõte monſtratũ eſt. Viderat hoc Apo.21.a
qui dicebat: Vidi ciuitatẽ ſanctã Ieruſa-
lem nouã deſcẽdentẽ de cœlo, à deo pa
ratã. Ego.n. pp ſil'itudinẽ dictum reor,
ꝙ ſicut illic ſeraphim et cherubim ac cę
teri quiꝗ uſꝗ ad angelos & archãge-
los ordinanť ſub uno capite deo: ita hic
quoꝗ ſub uno ſummo põtifice prima-
tes uel pr̃iarchæ, archiepĩ, epĩ, pſbyteri,
uel abbates, & reliq in hunc modum.
Nõ eſt paruipẽdendũ ꝙ & deũ hẽt au-
thorẽ, & de cœlo ducit originẽ. Quòd
ſi dicat epſ, nolo eſſe ſub archiepõ, aut
abbas, nolo obedire epõ, hoc de cœlo
nõ eſt. Niſi tu forte angeloꝝ quempiã
dicentẽ audiſti, nolo ſub archãgelis eẽ,
aut ex alto quolibet inferioꝝ ordinum
aliquẽ nõ ferentẽ ſubeſſe cuiꝗ niſi deo.
Quid inqs? Prohibes diſpẽſare? Nõ, ſed
diſſipare. Nõ ſum tã rudis ut ignorẽ po-
ſitos uos diſpẽſatores, ſed in ædificatio
nẽ, non in deſtructionẽ. Deniꝗ q̃riť in- 1.Cor.4.a
ter diſpẽſatores, ut fidelis qs ĩueniatur.
Vbi neceſſitas urget, excuſabilis diſpen
ſatio eſt. Vbi utilitas puocat, diſpẽſatio
laudabilis eſt. Vtilitas dico cõis, nõ pro

pria. Nã cũ nihil hoꝝ eſt,nõ planè fide
lis diſpẽſatio,ſed crudelis diſſipatio eſt.
Nõnulla tñ monaſteria ſita in diuerſis
ep̃atib⁹:q̃ ſpãlius ꝑtinuerint ab ipſa ſui
fundatione ad ſedẽ apl'icam ꝓ uolũtate
fundatoꝝ,q̃s neſciat? Sed aliud eſt qđ
largit̃ deuotio , aliud qđ molit̃ ambitio
ĩpatiẽs ſubiectionis.Et hęc dicta de his.
Supeſt ut gñal'r ſuper uniuerſum eccl'iæ
ſtatũ intẽdat cõſideratio tua, ſi plebes
clericis,ſi clerici ſacerdotib⁹, ſi ſacerdo
tes deo in ea q̃ oportet humilitate ſub-
iecti ſint,ſi in mõaſterijs & religioſis lo
cis ſeruet̃ ordo , uigilet diſciplina , ſi ſup
praua opa & dogmata cẽſura eccl'iaſti
ca uigeat, ſi floreãt uineæ honeſtate &
ſanctimonia ſacerdotũ,ſi flores fructus
parturiãt obediẽtia fideliũ ppl'oꝝ, ſi de
mũ ur̃a ipſoꝝ apl'ica mãdata, & iſtitu-
ta ea qua dignũ eſt,ſolicitudĩe obſeruẽ-
tur,ne qd in agro dñi tui,aut neglectu ĩ-
cultũ,aut fraude ſurreptũ inueniat̃.Poſ-
ſe inueniri ne dubites. Mihi in prõptu ẽ
(ut multa & innumera p̃termittã, q̃ paſ
ſim neglecta iacẽt)nõnulla etiã ex his q̃
plãtauit dextera tua,cõuulſa mõſtrare.
Nõ'ne os tuũ ĩ Remẽſi cõcilio ſubiecta
capl'a ꝓmulgauit ? Quis ea tenet? Quis
tenuit?Falleris ſi teneri putas. Si nõ pu-
tas,ipſe peccaſti,aut ſtatuẽs q̃ nõ tene-
rent̃,aut q̃ nõ tenent̃ diſſimulãs.Præci-
pim⁹,aiſti,ut tã ep̃i q̃ clerici,neq̃ in ſu-
ꝑfluitate,ſeu inhoneſta uarietate colo-
rũ,aut fiſſura ueſtiũ,neq̃ in tõſura,ĩtuẽ-
tium(quoꝝ forma & exẽplũ eẽ debẽt)
offendant aſpectũ,ſed potius ita in ſuis
actibus errata cõdẽnẽt,& amorẽ inno-
cẽtiæ cõuerſatione demõſtrẽt, ſicut di-
gnitas exigit ordinis clericoꝝ. Quod ſi
moniti ab ep̃is ſuis ĩtra q̃draginta dies
nõ obtẽꝑauerint,eccl'iaſticis bñficijs eo
rundẽ põtificũ authoritate priuent̃.Ep̃i
uero ſi p̃fixã pœnã irrogare neglexerit:
q̃a inferioꝝ culpę ad nullos magis refe
rẽdę ſunt,q̃ ad deſides negligẽteſq́ re-
ctores,tãdiu ab officio põtificali abſti-
neãt,donec pœnã à nobis cõſtitutã cle-
ricis ſibi ſubiectis ĩponant. Illud ẽt duxi
mus annectẽdũ,ut nullus in archidiaco
nũ uel decanũ,niſi diaconus & p̃sbr̃ or
dinet̃. Archidiaconi uero,decani, & p̃-
poſiti q̃ infra ordines p̃noĩatos ſunt, ſi
inobediẽtes ordinari cõtẽpſerint, hono
re ſuſcepto priuent̃.Prohibemus aũt ne
adoleſcẽtibus,uel ĩfra ſacros ordines cõ
ſtitutis,ſed q̃ prudẽtia et uitę merito cla
reſcunt,p̃dicti cõcedant̃ honores. Ver-
ba tua hæc tu ſanxiſti, qđ effectui mãci
patũ? Adhuc adoleſcẽtes,adhuc q̃ ĩfra
ſacros ordines ſunt,in eccl'ia ꝓmouent̃.
Quod ad primũ capl'm ꝑtinet,luxus ue
ſtiũ interdictus,ſed nõ reſtrictus,pœna
dictata, ſed minime ſecuta eſt.Iã quar-
tus annus eſt,ex quo datũ mãdatũ audi
uimus,et neminẽ adhuc clericoꝝ priua
tũ bñficio,neminẽ epoꝝ ſuſpenſum ab
offõ luximus. At luctu amariſſimo di-
gnũ qđ ſecutũ eſt.Quid hoc?Impunitas
incuriæ ſoboles,inſolẽtiæ mr̃,radix ĩpu-
dẽtiæ,trãſgreſſionũ nutrix. Et btũs ſi oĩ
ſatagas cura maloꝝ oĩum primã paren
tẽ cauere incuriã. Sed ad hoc tu operam
dabis.Et nũc leua oculos tuos, & uide
ſi nõ æque,ut prius,pellicula diſcolor ſa
crũ ordinẽ decolorat,ſi nõ,ut prius, fiſ-
ſura enormis penè inguina nudat.Solẽt
dicere : Nũ de ueſtibus cura eſt deo, &
nõ magis de moribus?At forma hęc ue
ſtiũ,deformitatis mentiũ,& moꝝ indi-
ciũ eſt. Quid ſibi uult q̃ clerici aliud eẽ,
aliud uideri uolũt?Id q̃dẽ caſtũ,mĩuſq̃
ſynceꝝ. Nẽpe hitu milites , q̃ſtu cl'icos,
actu neutꝝ exhibẽt. Nã neq̃ ut milites
pugnãt,neq̃ ut clerici euãgelizãt. Cui⁹
ordinis ſũt?Cũ utriuſq̃ eẽ cupiũt, utrũ-
q̃ deſerũt,utrũq̃ cõfundunt. Vnuſq̃ſq̃,
inq̃t,ĩ ſuo ordĩe reſurget.Iſti in quo? An
q̃ ſine ordĩe peccauerũt,ſine ordine per-
ibũt? Aut ſi ſũmu ſapiẽs,deus ueraciter
credit̃ à ſũmo uſq̃ deorſũ nihil inordĩa-
tũ relinq̃re: uereor nõ alibi ordinãdos,
q̃ ubi nullus ordo ſed ſempiternus hor
ror inhabitat.O' miſerãdã ſpõſam tali-
b⁹ creditã paranymphis:q̃ aſſignata cul
tui ei⁹,ꝓprio retinere q̃ſtui nõ uerentur.
Nõ amici ꝓfecto ſpõſi,ſed ęmuli ſũt. Et
de his ſatis q̃ ſb te ſũt,etſi ñ ad materiæ
copiã,q̃ eſt multa nimis: certe ad id,qđ

ꝓpoſui ego. Viſenda iã q̃ circa te ſũt,ſed
ad ea oſtiũ nobis quartus liber aperiet.

De Conſideratione, Liber quartus.

SI mihi pleni⁹ ĩnotuiſſet ãmãtiſſi
me Eugeni, priora qual'r acce-
ptaris,ſecũdũ hoc,uel fidẽtius ĩ
reliquũ ꝓceſſiſſem,uel cautius: aut cer-
te ſubſtitiſſem oĩno. Nũc uero q̃a ob lo
coꝝ diſtãtiã id minime dat̃, nõ mireris
ſi ꝓdit exilior ſermo ãceps:uerecũde,fa
teor,ad mediũ ueniẽs. Primis itaq̃ cõſi
derationis ꝑtib⁹ libris priorib.ꝑtracta-
tis:in manib⁹ eſt đ his addere, q̃ circa te
ſunt.Et ipſa q̃dẽ ſub te: ſed quo ꝓpiora,
eo ĩportuniora tibi. Nẽpe corã poſita ĩ-
curiã nõ admittũt, nõ diſſimulationẽ,ñ
obliuionẽ. Vehemẽtius urgẽt:turbulen-
tius irruũt,uerẽdũ ne obruãt. Circa eiuſ
modi q̃ ſobria & intẽta cõſideratione
opus ſit : ꝓprio te expimẽto edoctũ ſa-
tis nõ ambigo.Aliôq̃n ſi non cauta op-
portunaq́ ĩteruen iat cõſideratio: occu
patio cõtinuabit̃ , & uexationis nõ erit
mod⁹, & ſolicitudis ñ erit finis . Nõ tp̃s
uacuũ,nõ libeꝝ cor:plus laboris, & mi
nus utilitatis.Dico ãt ĩſtãtia illa tua q̊ti
diana ab urbe,à curia, à domeſtica ec
cl'ia tua. Hęc,inq̃,circa te ſunt, clerus et
ppl's tuus cui ſpãl'r ep̃aris: ac ꝑ hoc ſpã-
lis curæ teneris debitor. Hi quoq̃ q̃ tibi
quotidie aſſiſtũt ſeniores ppl'i,orbis iu-
dices,& q̃ itẽ de domo et mẽſa tua ſũt,
capellani,cubicularij,miniſtri q̃q́ diuer
ſis deputati officijs ĩ obſeq̃ũ tui:hi te fa-
miliarius uiſitãt,frequẽtius pulſant,mo
leſtiusq́ ſolicitãt.Hi ſunt q̃ nõ uerent̃ ſu
ſcitare dilectã,et anteq̃ ipſa uelit.Et pri
mo q̃dẽ cleꝝ illũ ordinatiſſimũ eſſe de-
cet:ex quo p̃cipue ĩ oẽm eccl'iã cleri for
ma ꝓceſſit. Deinde oẽ qđ ꝑperã agit̃ te
p̃ñte,id tibi turpius.Intereſt gl'iæ ſctita-
tis tuæ,ut quos p̃ oculis hẽs: ita ordĩati,
ita ſint ĩformati : q̃ten⁹ toti⁹ honeſtatis
et ordĩs ipſi ſpeculũ,ipſi ſint forma.Inue
niant̃ p̃ cæteris oportet expediti ad offi
cia,idonei ad ſacr̃a: ad plebes erudien-
das ſoliciti,circũſpecti ad ſeſe cuſtodiẽ
dos in oĩ caſtitate. Quid de ppl'o loq̃r?
Ppl's Rom. eſt. Nec breuius potui, nec
exp̃ſſius tñ aꝑire de tuis parœcianis qđ
ſentio . Quid tã notũ ſeculis,q̃ ꝓteruia
& faſtus Romanoꝝ? Gens inſueta pa-
ci,tumultui aſſueta. Gẽs ĩmitis & intra
ctabilis,uſq̃ adhuc ſubdi neſcia,niſi cũ
non ualet reſiſtere. En plaga:tibi incũ-
bit cura hęc,diſſimulare nõ licet. Rides
me:forſitã fore incurabilẽ ꝑſuaſus. Noli
diffidere,curã exigeris, nõ curationem.
Deniq̃ audiſti:Curã illius habe: & nõ, *Eccl. 32. a*
cura,uel ſana illũ. Veꝝ dixit q̃dã:Non ẽ
in medico ſemꝑ releuet̃ ut æger. At me
lius ꝓpono de tuis tibi . Paulus loq̃tur:
Plus oĩbus laboraui. Non ait,plus oĩb⁹ *1. Co. 15. b*
profui: aut plus oĩbus fructificaui : uer-
bum inſolens religioſiſſime uitãs. Alias
aũt nouerat hõ quem docuit deus:quia
unuſquiſq̃ ſecũdum ſuum laborẽ acci- *1. Cor. 3. b*
piet,non ſecundũ prouentũ. Et ob hoc
in laborib⁹ potius q̃ in ꝓfectibus glo-
riandum putauit : ſicut alibi quoq̃ hẽs
ipſum dicentẽ:In laborib⁹ plurimis . Ita *2. Cor. 11. e*
quęſo,fac tu quod tuum eſt: nã deus qđ
ſuum eſt, ſatis abſq̃ tua ſolicitudine &
anxietate curabit. Planta,riga,fer curã, *1. Cor. 3. b*
& tuas explicuiſti partes. Sanè in cremẽ
tum,ubi uoluerit,dabit deus,nõ tu. Vbi
forte noluerit,tibi deperit nihil: dicente
ſcriptura: Reddet deus mercedẽ labo- *Sap. 10. d*
rum ſanctoꝝ ſuorũ. Securus labor, quẽ
nullus ualet euacuare defectus. Et hoc
dixerim abſq̃ p̃iudicio diuinæ potẽtiæ
& bonitatis. Scio ĩduratũ cor ppl'i hu-
ius,ſed potẽs eſt deus de lapidibus iſtis
ſuſcitare filios Abrahæ. Quis ſcit ſi re- *Iohel. 2. d*
uertatur & ignoſcat : cõuertat & ſanet
eos? Sed nõ eſt ꝓpoſiti mei dictare deo
quid facere debeat : tibi utinã poſſim q̃
oportet: & ꝓut oportet ſuadere. At lo-
cus dubius, & ſcrupuloſa incidit diſpu-
tatio . Nã ubi adoriar dicere qđ ſentio:
uideo ſatis quid ĩminet. Clamabitur in
ſuetum:nam iuſtum negari nõ poterit.
Ego uero ne inſuetum quidem aſſenſe-
rim. Nempe aſſuetum fuiſſe ſcio,ac per
hoc in diſſuetum potuiſſe uenire,ſed nõ
redire in inſuetum. An uero aſſuetũ quis
neget,quod conſtat,non modo aliquã
do factum,ſed aliquandiu factitatum?

Quid illud ſit dicã, & non ꝓderit. Cur?
Quia nõ placebit ſatrapis plus maieſta
ti, ꝗ ueritati fauentibꝰ. Fuerũt añ te q ſe
totos ouibꝰ paſcẽdis exponerẽt, paſto-
ris ope & noĩe gloriãtes: nil ſibi reputã
tes indignũ, niſi qđ ſaluti ouiũ obuiare
putarẽt: nõ q̃rẽtes q̃ ſua ſunt, ſed impen
dẽtes. Impẽdere curã, impẽdere ſubſtã-
1. Cor. 12. e tiã, impẽdere & ſeipſos. Vñ unus illoꝝ:
Matt. 20. d & ego, ait, ſupimpendar ꝓ aĩabus ur̃is.
2. Cor. 9. c Et tanꝗ diceret: nõ uenimus miniſtrari,
Luc. 1. b ſed miniſtrare: ponebãt quoties opor-
tuiſſet ſine ſumptu euãgeliũ. Vnus erat
de ſubditis q̃ſtus: una põpa, unaꝗ uolũ
ptas: ſi quo mõ eos poſſent parare dño
plebẽ pfectã. Id oĩmodis ſatagebant: ẽt
in multa contritione cordis & corpis: ĩ
labore & ærũna, in fame & ſiti, in frigo
2. Cor. 11. f re & nuditate. Vbi nũc, q̃ſo, cõſuetudo
hæc? Subijt diſſilis ualde: longe in aliud
mutata ſunt ſtudia, & utinã nõ in peius.
Cura tñ & anxietas, & æmulatio, & ſo
licitudo, fateor, perſeuerant. Tranſlata
hæc, nõ iminuta. Teſtimoniũ uob̃ per-
hibeo, ꝙ nec ſubſtãtiæ parcitis, nõ ma-
gis ꝗ añ. Diuerſa aũt locatio diſſilitudi
nẽ facit. Magna abuſio: pauci ad os le-
giſlatoris, ad manus oẽs reſpiciũt. Nõ
imerito tñ. Oẽ papale negociũ illę agũt.
Quẽ dabis mihi de tota maxima urbe,
q te in papã recepit p̃cio, ſeu ſpe p̃cij nõ
ĩteruenĩete? Et tũc potiſſimũ uolũt dña
ri, cũ pfeſſi fuerint ſeruitutem. Fideles ſe
ſpõdẽt, ut opportunius fidẽtibꝰ noceãt.
Ex hoc nõ erit cõſiliũ tibi à quo ſe arcẽ-
dos putẽt, nõ ſecretũ quo ſe nõ ingerãt.
Si ſtãte p̃ foribꝰ quoꝗ illoꝝ, morã uel
modicã fecerit oſtiarius: ego tũc ꝓ illo
eſſe noluerim. Et nũc expire paucis, no-
uerim'ne & ego uel aliq̃tenus mores gẽ
tis. Añ oĩa ſapiẽtes ſunt ut faciãt mala:
Ierem. 4. f bonũ aũt facere neſciunt. Hi inuiſi terræ
& cœlo: utriꝗ iniecere manus, impij in
deũ, temerarij in ſctã, ſeditioſi in inuicẽ,
ęmuli in uicinos, inhumani ĩ extraneos,
quos neminẽ amãtes amat nemo: & cũ
timeri affectãt ab oĩbus, oẽs timeant ne
ceſſe eſt. Hi ſunt q ſubeſſe nõ ſuſtinẽt, p̃-
eſſe nõ norũt: ſupioribus infideles, infe-
rioribꝰ importabiles. Hi inuerecũdi ad
petendũ, ad negãdũ frõtoſi. Hi impor-
tuni ut accipiãt: inqeti donec accipiant,
ingrati ubi accepint. Docuerunt linguã
ſuã grãdia loqui, cũ opent exigua. Lar-
giſſimi ꝓmiſſores, & parciſſimi exhibi-
tores. Blãdiſſimi adulatores, & morda-
ciſſimi detractores. Simpliciſſimi diſſi-
mulatores, & maligniſſimi proditores.
Excurrimus uſꝗ huc, plenius te atꝗ ex
preſſius admonẽdũ putãtes hoꝝ q̃ cir-
ca te ſunt ĩ hac parte. Iã ad ordinẽ recur
ramus. Quale eſt ꝙ de ſpolijs ecclĩaꝝ
emunt, q dñt tibi, euge euge? Pauperꝝ ui
ta in plateis diuitũ ſeminat. Argẽtũ mi-
cat in luto, accurrit undiꝗ: tollit illud ñ
paupior, ſed fortior: aut q forte citius p̃-
cucurrit. A te tñ mos iſte, uel potiꝰ mors
iſta nõ cœpit: in te utinã deſinat. Sed reli
qua pſequamur. Inter hæc tu paſtor ꝓ-
cedis deauratus: tã multa circũdatus ua
rietate. Oues qd capiũt? Si auderẽ dice-
re: dæmonũ magis ꝗ ouiũ paſcua hæc.
Scilicet ſic factitabat Petrus, ſic Paulus
ludebat? Vides oẽm eccleſiaſticum ze-
lum feruere ſola pro dignitate tuenda?
Honori totum datur: ſanctitati nihil aut
parum. Si cã requirente paulo ſummiſ-
ſius agere, ac ſocialius te hr̃e tẽtaueris:
abſit, inquiunt, non decet: tpi non con-
gruit, maieſtati non conuenit, quam ge
ras perſonam attendito. De placito dei
ultima mentio eſt, ꝓ iactura ſalutis nul-
la cũctatio. Niſi quod ſublime eſt, hoc
ſalutare dicamꝰ: & quod gloriam redo
let, id iuſtum. Ita omne humile probro
ducitur inter palatinos, ut facilius qui
eſſe, quàm qui apparere humilis uelit, in
uenias. Timor domini ſimplicitas repu
tatur: ne dicam fatuitas. Virum circũſpe
ctum & amicum proprię conſcientię ca
lumniantur hypocritam. Porrò amato-
rem quietis, & ſibi interdum uacantẽ,
inutilem dñt. Quid ergo tu? Euigilas'ne
adhuc ad iſtos q circũdederũt te laq̃os
mortis? Quęſo, ſuſtine pauliſper, & ſup
porta me. Imò da ueniam, non tam te
mere, quàm timide hęc loquenti. Aemu
lor te ęmulatione bona, & utinã ꝗ ue-
hementi,

hemẽti, tã utili. Scio ubi habitas, incre-
Ezec. 2. b duli & ſubuerſores ſunt tecũ. Lupi, non
oues ſunt: talium tñ tu paſtor. Vtilis cõ-
ſideratio: qua forte inueneris q̃uo ſi fie
ri poſſit, cõuertas eos, ne ipſi ſubuertãt
te. Quid diffidimus poſſe reuerti ĩ oues,
è qbus uerti in lupos potuerũt? Hic hic
non parco tibi, ut pcat deus. Paſtorẽ te
pplõ huic certe, aut nega, aut exhibe.
Nõ negabis, ne cuius ſedẽ tenes, te ne-
ges hrẽdẽ. Petrus hic eſt, q neſcit ꝓceſſiſ-
ſe aliqñ, uel gẽmis ornatus, uel ſericis, ñ
tectus auro, non uectus equo albo, nec
ſtipatus milite, nec circũ ſtrepẽtibus ſe
ptus miniſtris. Abſꝗ his tñ credidit ſa-
Ioan. 21. e tis poſſe ĩpleri ſalutare mãdatũ: Si amas
me, paſce oues meas. In his ſucceſſiſti, ñ
Petro, ſed Cõſtãtino. Cõſulo tolerãda
ꝓ tpe, nõ affectãda ꝓ debito. Ad ea te
potius icito, quoꝝ te ſcio debitorẽ. Etſi
purpuratus, etſi deauratus incedẽs: non
eſt tñ qđ horreas operã curã'ue paſto-
ralẽ paſtoris hr̃s: nõ eſt quod erubeſcas
euãgeliũ. Quanꝗ ſi uolẽs, euãgelizes ĩ-
ter aplõs qdem: ẽt glĩa eſt tibi. Euãgeli-
zare, paſcere eſt. Fac opus euangeliſtæ,
& paſtoris opus impleſti. Dracones, in
qs, me mones paſcere: & ſcorpiones, ñ
oues. Propter hoc, inquã, magis aggre-
dere eos: ſed uerbo, non ferro. Quid tu
denuo uſurpare gladiũ tẽtes, quẽ ſemel
iuſſus es ponere in uaginã? Quẽ tñ qui
tuũ negat, nõ ſatis mihi ur̃ attẽdere uer-
Ioan. 18. b. bum dñi dicentis ſic: Cõuerte gladium
tuũ in uaginã. Tuus ergo & ipſe: tuo for
ſitã nutu, etſi nõ tua manu euaginãdus.
Aliôqn ſi nullo mõ ad te ptineret & is,
Luc. 22. d dicẽtibus Aplĩs: Ecce gladij duo hic: ñ
rñdiſſet dñs, Satis ẽ: ſed nimis ẽ. Vterꝗ
que adiutũ,nõ ꝓualuit tñ de bono ĩ me-
lius ſe extendere: quãto minus eiſdẽ ꝓr-
ſus deſtitutũ,de malo iã in id qđ fuit bo
nũ,poterit ꝑ ſeipſum emergere? Hẽt igit̃
hõ neceſſariũ dei uirtutem, & dei ſapiẽ
tiam Xp̃m,q ex eo qđ ſapia eſt, ueꝝ ei
ſaꝑe reinfundat , in reſtauratione liberi
conſilĳ,et ex eo qđ uirtus eſt,plenũ poſ
ſe reſtituat, in reparationẽ liberi cõpla-
citi,qten⁹ ex altero ꝑfecte bonus,pctm̃
iam neſciat,ex altero plene btũs,nil ad-
uerſum ſentiat. Sed ſanè iſta ꝑfectio ĩ fu
tura uita expectetur,qñ utraq; nũc amiſ
ſa libertas,libero arbitrio plene reſtau
rabit̃,nõ qũo iuſto cuiuis in hoc ſc'lo q̃-
tũcunq; ꝑfecto,nõ qũo uel ipſis primis
hoĩbus datũ fuit eas hr̃e in paradiſo,ſed
ſicut iam nũc angeli poſſident in cœlo.
Interim uerò ſufficiat in hoc corꝑe mor
tis,atq; in hoc ſc'lo neq;, ex libertate q-
dem cõſilĳ pctõ nõ obedire in concupi
ſcentia,ex libertate aũt cõplaciti aduer
ſa non formidare ꝓ iuſtitia. Eſt autẽ in
hac carne pcti,& in hac diei malitia nõ
mediocre ſaꝑe,pctõ & ſi nõdũ ex toto
carere,certe non conſentire,& eſt poſſe
non paruum,aduerſa etſi necdũ fœlici-
ter oĩno non ſentire,uiril'r tñ ꝓ ueritate
contemnere. Diſcẽdum ſanè hic interim
nobis eſt ex libertate conſilĳ iam liber-
tate arbitrĳ non abuti , ut plene qñque
frui poſſimus libertate cõplaciti. Sic ꝓ-
fecto dei in nob̃ reparamus imaginẽ, ſic
antiquo honori illi capeſſendo quem ꝑ
pctm̃ amiſimus,ꝑ gr̃am ꝑparamur. Et
btũs q de ſe audire merebit̃: Quis ẽ hic, & laudabimus eũ: Mirabilia.n.fecit in Eccli. 31.b
uita ſua,q potuit trãſgredi,& nõ eſt trãſ
greſſus,facere malum, & nõ fecit. Puto
aũt in his trib⁹ libertatib⁹ ipſam ad quã
cõditi ſum⁹ cõditoris imaginẽ atq; ſil'i-
tudinẽ cõtineri,& imaginẽ qdẽ in liber-
tate arbitrĳ,in reliqs aũt duabus biper-
titã quãdã conſignari ſil'itudinem. Hinc
eſt fortaſſis qđ ſolũ libeꝝ arbitriũ ſui
oĩno defectũ,ſeu diminutionẽ non pati-
tur,qđ in ipſo potiſſimũ æternæ & incõ
mutabilis diuinitatis ſubſtãtiua quædã
imago impſſa uideat̃. Nã etſi habuerit
initiũ,neſcit tñ occaſum, nec de iuſtitia
uel glia capit augmẽtũ , nec de pctõ ſi-
ue miſeria detrimentũ. Quid æternitati
ſil'ius,qđ nõ ſit æternitas? Porrò in alĳs
duabus libertatibus,qm̃ nõ ſolũ ex par
te minui,ſed & ex toto amitti pñt , acci-
dentalis qdã magis ſil'itudo ſapiæ atq;

potentiæ diuinę imagini ſuperducta co
gnoſcitur. Deniq; & amiſimus illas per
culpam,& ꝑ gr̃am recuꝑamus,& quo-
tidie quidem alĳ plus,alĳ minus, aut in
ipſis ꝓficimus,aut ab ipſis deficimus.
Pñt ẽt ſic amitti,ut iam non ualeant re-
cuꝑari: pñt & ita poſſideri,ut nec amitti
queant aliqñ,nec minui. Huius biptitæ
ſil'itudinis ſapiæ & potẽtiæ dei: nõ qdẽ
in gradu ſummo,ſed q ipſi tñ eſſet proxi
mior hõ conditus eſt in paradiſo. Quid
.n.uicini⁹ ad nõ poſſe peccare uel turba
ri(in quo utiq; iam ſctõs & angelos ſta
re,& deũ ſꝑ eſſe dubiũ nõ eſt) quã poſ-
ſe & nõ peccare & nõ turbari: ĩ quo hõ
ꝓfecto creatus eſt? A quo illo ꝑ pctm̃:
imò nobis in illo & cũ illo corruentib⁹,
rurſus per gr̃am nõ quidẽ ipm̃, ſed pro
ipſo quẽdã inferiorẽ gradũ recepimus.
Neque.n. hic poſſum⁹ penitus eſſe ſine
1. Ioan.3.d pctõ & miſeria,poſſumus tñ gr̃a iuuãte
nec pctõ ſuꝑari,nec miſeria. Quanq; tñ
ſcriptura loquat̃: Oẽ qđ natũ ẽ ex deo ,
nõ peccat . Sed hoc dictũ eſt de ꝑdeſti-
natis ad uitã: nõ q; oĩno nõ peccent, ſed
q; pctm̃ ipſis nõ imputet̃ , qđ uel puniẽt
cõdigna pnĩa,uel in charitate abſcõdit̃,
1.Pet. 4.b Charitas qdẽ cooꝑit multitudinẽ pctõ-
Pſal.31.a rum,& beati quoꝝ remiſſæ ſunt iniqta
tes,& quoꝝ tecta ſunt pctã: & btũs uir
cui nõ imputabit deus pctm̃. Diuinæ er
go ſil'itudinis ſummũ gradũ ſummi an-
geli tenẽt: nos infimũ: Adam tenuit me
dium,porrò dæmones nullũ. Supiorib⁹
nẽpe ſpiritibus datũ eſt ſine pctõ & mi
ſeria ꝑdurare: Adæ aũt abſq; his qdem
eſſe,ſed nõ ẽt ꝑmanere: nobis uerò ne eſ
ſe qdẽ abſq; his,ſed ipſis tñ non cedere.
Cæteꝝ diabolus & membra eius ſicut
nunq; uolũt reluctari pctõ: ſic nũq; pñt
pœnã declinare pcti. Cũ ergo iſtæ duæ
libertates,cõſilĳ.ſ.et cõplaciti,per quas
rõnali creaturæ uera ſapia & potentia
miniſtrat̃,ita deo ꝓut uult diſpenſante ,
qbuſcunq; pro cauſis,locis,tpibus , ua-
rientur: qtenus in terris modicæ,in cœle
ſtibus plenariæ,mediocriter in paradi-
ſo: apud inferos nullatenus habeant̃ , li-
bertas uerò arbitrĳ de ipſo quo cõdita
eſt ſtatu aliqtenus nõ mutet̃,ſed ęqual'r
ſꝑ(quantũ in ſe eſt) à cœlis,terris inferis
poſſideat̃: merito illæ ſil'itudini, hęc ima
gini deputant̃. Et qdẽ apud inferos qđ
utraq; libertas ꝑierit,illæ.ſ.q ad ſil'itudi
nẽ ꝑtinere dñr, ſcripturaꝝ teſtat̃ autho
ritas. Nã ueꝝ illic ſaꝑe(qđ utiq; de cõ-
ſilĳ libertate cõcipit̃) oĩno nõ eſſe locus
ille manifeſtat,ubi legit̃: Quodcũque pt Ecclẽ.9.
manus tua facere: inſtãter oꝑare,qa nec
opus nec rõ nec ſapia eſt apud inferos ,
quò tu ꝓperas. Porrò de potẽtia, q̃ ꝑ li-
bertatẽ complaciti dat̃,euangelium ſic
loqtur: Ligatis manibus ac pedib. ꝓĳ-
cite eũ in tenebras exteriores. Quid em̃ Matt.22.b
ipſa eſt manuũ pedũq; ligatio,niſi oĩmo
da ptãtis ablatio? Sed dicit aliqs? Qũo
nõ eſt ibi aliqd ſaꝑe,ubi mala q̃ toleran
tur,cogũt pœnitere maloꝝ q̃ facta ſũt?
Nunqd aut in tormẽtis qſpiã nõ pœni-
tere,aut pœnitere mali,nõ eſſe ſaꝑe põt?
Hoc aũt recte opponeret̃,ſi opus tantũ
pcti,& non ẽt uoluntas mala puniret̃.
Nulli qppe dubiũ eſt quod nemo ĩ tor-
mentis poſitus actũ iterare pcti delecte
tur. Veruntñ ſi uoluntas etiã in tormen-
tis mala perdurat: quid ponderis habet
operis abnegatio , ut ideo ſapere quis
putetur , quod iam in medĳs flammis
luxuriari non libeat? Denique in ma- Sap.1.a
leuolam animam non introibit ſapien
tia . Vnde autem probabimus quod
mala & in pœnis uoluntas perſeueret?
Certe ut cætera omittam : nollent o-
mnino puniri. Iuſtum eſt autem puni-
ri qui punienda geſſerunt. Nolunt igi-
tur quod iuſtum eſt. Sed qui non uult
quod iuſtum eſt,iuſta eius uoluntas nõ
eſt. Eo ergo iniuſta,ac per hoc & mala
eſt uoluntas, quo iuſtitię nõ concordat,
Duo ſunt quæ iniuſtam comprobãt uo
luntatem,uel cum peccare,uel cum im
pune peccaſſe libet. Quibus ergo pecca
re libuit quandiu licuit , & cum iam nõ
pñt,inultum manere uolunt quod pec-
cauerunt,quid in hoc ſapiæ ueræ , quid
bonæ uoluntatis apparet? Sed eſto,pœ
nitet eos peccaſſe,nunquid non tñ ſi o-
ptio detur, malint adhuc peccare , quã

pœnā ſuſtinere peccati? Et tñ illud ini-
quū eſt, hoc iuſtū. Qñ uerò uolūtas bo
na magis qđ iniquū, quā qđ iuſtū eſt eli
geret? Cæteꝝ nō uerè pœnitēt q non tā
dolent ſe ſibi uixiſſe, quā hoc ipm iā nō
poſſe. Deniq; foris oñditur qđ itus aga
tur. Nā quādiu corpus uiuit in flāma, tā
diu cōſtat in malitia pſiſtere uolūtatē.
Itaq; de ſiꝉitudine q̄ in cōſilij et item cō
placiti libertate continet̃, apud inferos
penitus nihil eſt nec eſſe pōt, imagine tñ
ēt illic ꝑ liberꝝ arbitriū imobili ꝑmanen
te. Sed neq; in hoc ſeculo inueniri uſpiā
poſſet ſiꝉitudo, ſed adhuc hic fœda &
deformis iacuiſſet imago, ſi nō euāgeli-
Luc. 15.b ca illa mulier lucernā accēderet. i. ſapīa
in carne appꝑeret, euerteret domū, uideli
cet uitioꝝ, drachmā ſuā reqreret quam
ꝑdiderat, hoc eſt imaginē ſuā q̄ natiuo
ſpoliata decore, ſub pelle pc̄ti ſordēs tā-
quam in puluere latitabat, inuētā terge-
ret, & tolleret de regione diſſimilitudi-
nis, priſtināq; in ſpēm reformatā ſiꝉem
faceret illā in gꝉia ſanctoꝝ, imò ſibi ipſi
per oīa redderet qñq; cōformem, cū il
1.Ioan.3.d lud ſcripturę uidelicet impleret̃: Scimus
qm̄ cum apparuerit, ſiꝉes ei erimus, qm̄
uidebimꝰ eū ſicuti eſt. Et re uera cui po
Hebr.1.a tius id operis cōgruebat quā dei filio, q
cum ſit ſplēdor gloriæ, & figura ſub ſtā-
tiæ pr̄is: portās uerbo uniuerſa: ex utro-
que facile munitus appꝑuit, & uñ refor-
maret deformē: & uñ debilē conforta-
ret: dum & de ſplēdore figuræ fugās te
nebras uitioꝝ, redderet ſapiētem: & ex
uirtute uerbi cōtra tyrānidem dęmonū
potētē efficeret. Venit ergo ipſa forma
cui cōformādum erat liberꝝ arbitrium:
qa ut priſtinam reciperet formā, ex illa
erat reformādum ex qua fuerat & for-
matum. Forma aūt, ſapīa eſt. Cōforma
tio, ut faciat imago in corꝑe, quod for-
Sap.8.a ma facit in orbe. Porrò illa attingit à fi-
ne uſq; ad finē fortiter, & diſponit oīa
ſuauiter. Attingit à fine uſq; ad finē: hoc
eſt, à ſummo cœlo uſq; ad īferiores par
tes terræ. À maximo angelo uſq; ad mi
nimū uermiculū. Attingit aūt fortiter,
non qdem mobili diſcurſione, uel loca-
li diffuſione, uel ſubiectæ creaturæ tm̄
officiali adminiſtratione: ſed ſubſtātiali
quadam & ubiq; pñti fortitudine, qua
utiq; uniuerſa potētiſſime mouet, ordi-
nat, adminiſtrat. Et hæc oīa nulla ſui co
gitur facere neceſſitate. Nec. n. aliqua ī
his laborat difficultate, ſed diſponit oīa
ſuauiter placida uolūtate. Vel certe at-
tingit à fine uſq; ad finē: hoc eſt, ab ortu
creaturæ uſq; ad finē deſtinatū à crea-
tore: ſiue in quem urget natura, ſiue quē
accelerat cā, ſiue quē concedit gr̄a. At-
tingit fortiter, dū nil hoꝝ euenit, quod
non ꝓut uult, potēti p̄ordinet ꝓuidētia.
Sic ergo & liberꝝ arbitriū ſuo conet̃ prę
eſſe corpori, ut præeſt ſapīa orbi, attin-
gens & ipſum à fine uſq; ad finem forti
ter: imperās. ſ. ſingulis ſenſibus & artu-
bus tā potēter, q̄tenus nō ſinat regnare
pc̄tm̄ in ſuo mortali corꝑe: nec mēbra Rom. 6.b
ſua det arma iniquitati, ſed exhibeat ſer
uire iuſtitiæ. Et ita iam nō erit hō ſeruꝰ
pc̄ti, cū pc̄tm̄ nō fecerit, à quo utiq; li-
beratꝰ iā libertatē recuꝑare cōſilij, iā ſuā
īcipiet uēdicare dignitatē: dū diuinæ in
ſe imagini condignā ueſtierit ſiꝉitudinē,
imò antiquā reꝑauerit uenuſtatē. Curet
aūt hæc agere, nō minꝰ ſuauiter, quā for
titer, hoc eſt nō ex triſtitia aut ex neceſ-
ſitate: (qđ eſt initiū, nō plenitudo ſapię)
ſed prōpta & alacri uoluntate: qđ facit
acceptū ſacrificiū: qm̄ hilarē datorē di-
ligit deus. Sicq; ꝑ oīa imitabit̃ ſapīam: 2.Cor.9.b
dū & uitijs reſiſtet fortiter, & in cōſcīa
requeſcet ſuauiter. Veꝝ cuius ad talia ꝓ-
uocamur exēplo, īdigemꝰ & auxilio: q̄
ipſi uidelicet ꝑ ipſam cōformemur, atq;
in eādē imaginē trāsformemur à clarita
te in claritatē, tanq̄ à dñi ſpū. Ergo ſi à 2.Cor.3.d
dñi ſpū: iā non à libero arbitrio. Nemo
ꝓinde putet iō dictū liberꝝ arbitriū, qđ
æqua inter bonū & malū ptāte aut fa-
cultate uerſet̃: cū cadere ꝑ ſe qdem po-
tuerit, nō aūt reſurgere, niſi ꝑ dñm ſpm̄.
Aliôquin nec deus nec angeli ſancti: cū
ita ſint boni, ut nō poſſint eſſe & mali:
nec p̄uaricatores item angeli, cū ita ſint
mali, ut iam nō ualeant eſſe boni: liberi
arbitrij eſſe dñr. Sed & nos illud poſt

reſurrectionē amiſſuri ſumus: qñ utiq;
inſeꝑabiꝉr alij bonis, alij malis admiſti
fuerimus. Cæteꝝ nec deus caret libero
arbitrio, nec diabolus: qm̄ q̄ ille eſſe nō
pōt malus, non infirma facit neceſſitas,
ſed firma in bono uolūtas, & uolūtaria
firmitas: quòdq; is nō ualet in bonū re-
ſpirare, nō aliena facit uiolēta opp̄ſſio,
ſed ſua ipſius ī malo obſtinata uolūtas,
ac uolūtaria obſtinatio. Nūc igit̃ ex eo
potius liberꝝ arbitriū dr̄: qđ ſiue in bo-
no, ſiue in malo ęque liberā facit uolūta
tem: cū nec bonus qſpiam, nec itē ma-
lus dici debeat, aut eſſe ualeat, niſi uo-
lens. Tali iā rōne non incōgrue dicet̃ ad
bonum ſe, & ad malū hr̄e æquaꝉr: qđ
utrobiq; uidelicet par ſit ei, nō qdem in
electione facilitas, ſed in uolūtate liber
tas. Hac ſanè (ut dictum eſt) dignitatis
p̄rogatiua rōnalem ſingꝉr creaturā con
ditor inſigniuit: qđ queādmodū ipſe ſui
iuris erat, ſuæq; ipſius uolūtatis nō ne-
ceſſitatis erat qđ bonus erat: ita & illa
quoq; ſui quodāmō iuris in hac ꝑte exi
ſteret: quatenꝰ nō niſi ſua uolūtate, aut
mala fieret, & iuſte dānaret̃: aut bona
maneret, & merito ſaluaret̃. Nō q̄ ei ꝓ
pria poſſet ſufficere ad ſalutē uoluntas:
ſed q̄ eā nullatenꝰ ſine ſua uolūtate cō-
ſequeret̃. Nemo qppe ſaluat̃ inuitꝰ. Nā
Ioan.6.e quod legitur in euangelio: Nemo uenit
Luc.14.e ad me, niſi pr̄ meꝰ traxerit eū: itē in alio
1.Ti.2.b loco: Cōpelle intrare, nihil impedit: qa
ꝑfecto quātoſcunq; cōpellere, uel tra-
here uideat̃ ad ſalutē benignus pr̄: q oēs
uult ſaluos fieri: nullū tñ iudicat ſalute
dignum quē ante nō ꝓbauerit uolunta
rium. Hoc qppe intēdit, cū terret aut ꝑ-
cutit, ut faciat uolūtarios, nō ſaluet inui
tos: quatenus dū de malo mutat uolū-
tatē in bonū: trāsferat, nō auferat liber
tatem. Quanq̄ tñ non ſemꝑ inuiti trahi
mur: nec. n. cæcus aut feſſus cōtriſtatur
Act.14.b cū trahitur. Et Paulus ad manus tractꝰ
eſt Damaſcū, utiq; nō inuitus. Trahi de
niq; ſpūaliter uolebat, q̄ & hoc ipſum
magnoꝑe flagitabat in canticis: Trahe
Cant.1.a me, inqt, poſt te: in odorē curremus un-
guentoꝝ tuoꝝ. Deīde quod è regione
ſcriptū eſt: Vnuſquiſq; tentat̃ à propria Iaco.1.b
concupiſcētia abſtractus & illectus. Et Sap.9.d
illud: Corpus qđ corrumpit̃, aggrauat
aīam, & deprimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitātem. Et item illud Rom.7.d
apꝉi: Inuenio aliā legē in mēbris meis re-
pugnantem legi mētis meæ, & captiuū
me ducētem in legē pc̄ti, q̄ eſt in mem-
bris meis. Hęc oīa putari pñt cogere uo
lūtatē, & p̄ripere libertatē. At uerò quā
tiſlibet quis intus foris'ue tentationibꝰ
urgeat̃, libera ꝑfecto ſemꝑ quātū ad ar
bitriū ſpectat, uolūtas erit: libere quip-
pe de ſuo nihilòminꝰ cōſenſu iudicabit.
Quantū aūt ꝑtinet ad cōſiliū ſiue cōpla
citū: carnis interim cōcupiſcētia, uitęq;
miſeria reluctāte, minus qdē ſe liberam
ſentit: ſed ꝓrſus non malā, dū malo nō
conſentit. Deniq; Paulus q captiuū ſe ī Rom.7.d
legem pc̄ti trahi conquerit̃: haud dubiū
quin ex minus plena libertate cōſilij, cō
ſenſum tñ ſanum atq; in bono quoq; iā
ex magna parte ſe hr̄e liberꝝ gloriat̃: iā
non ego, inquiens, operor illud. Vñ hoc Ibidem.c
confidis ô Paule? Qm̄ conſentio, īquit, Ibidem.d
legi dei: qm̄ bona eſt: Et rurſum: Conde Matt.6.c
lector. n. legi dei ſecūdum interiorē ho-
minē. Oculo exñte ſimplici, totū corpꝰ
lucidum eſſe p̄ſumit. Sano conſenſu tra-
ctum licet pc̄tō: uel captiuum miſeria: li
berum ſe in bono ꝓfiteri nō dubitat. Vñ
& fidens gñaliter infert. Nihil ergo da- Rom.8.a
mnationis eſt his q ſunt in xp̄o Ieſu. Sed
uideamus de his q pœnaꝝ mortis'ue ti
more fidē uerbotenus negare cōpulſi
ſūt: ne forte iuxta hāc aſſertionē aut cul
pa nō fuerit, qđ uel uoce negauerūt, aut
cogi in culpā & uolūtas potuerit: ut uel
let uidelicet hō qđ eū & nolle cōſtite-
rit: & ſic perierit liberꝝ arbitriū. Qđ qa
impoꝉe erat (uelle qppe & nolle idem
eodem tꝑe nō poterat) q̄ritur uñ malū
nequaq̄ uolētibus malū debuit impu-
tari. Neq;. n. tale eſt hoc quale origina-
le pc̄tm̄: quo non ſolum nō conſentiēs,
uerum plerunq; & neſciēs, alia rōne cō
ſtringitur necdū renatus baptiſmate.
Excēpli cā ueniat in mediū Petrus apꝉs.
Ipſe qppe uiſus eſt negare ueritatē con-

tra ꝓpriam uolũtatem. Siqdem aut ne-
gare, aut mori neceſſe erat. Mori timẽs
negauit. Negare nolebat, ſed magis no
lebat mori. Itaq; inuit⁹ qdem: ſed nega
uit tñ, ne moreret̃. Quod ſi lingua & nõ
uoluntate loq hõ cõpulſus eſt qđ nole-
bat: nõ tñ uelle aliud quã uolebat. Lin-
gua mota eſt cõtra uolũtatẽ: ſed nũ qd
& mutata uoluntas? Quid.n.uolebat?
Mat.26.d Prorſus qđ erat, xp̃i eẽ diſcipulus. Quid
loq̃bat̃? Non noui hoĩem. Cur ita? Mor
tem euadere uolebat. Sed qd iſtud cri-
minis fuit? Duas apl̃i tenem⁹ uolũtates.
Vnã qua uoluit nõ mori, penit⁹ inculpa
bilẽ. Alterã, & multũ laudabilẽ, q̃ ſibi
complacebat qđ eſſet xp̃ianus. In quo
ergo culpabit̃? An in eo qđ mẽtiri quã
mori maluit? Hæc planè uolũtas rephẽ-
ſione digna fuit: qa corpis magis quàm
aĩæ uoluit ſeruare uitã. Os nẽpe qđ men
Sap.1.c tit̃: occidit aĩam. Et peccauit ergo: & nõ
abſq; conſenſu ꝓpriæ uolũtatis: infirmę
quidẽ & miſerę, ſed planè liberæ. Pecca
uit aũt non ſpernẽdo aut odiẽdo xp̃m,
ſed ſe nimis amãdo. Nec in hũc peruer-
ſum amorẽ ſui, uolũtatẽ metus ille ſub-
itus cõpulit, ſed eſſe cõuicit. Iã tũc ꝓcul
dubio talis erat, ſed neſciebat: cũ ab il-
lo quẽ latere nõ poterat, audiuit: Priuſ-
Matt.26.c quam gallus cãtet, ter me negabis. Illa
itaq; uolũtatis ĩfirmitas ꝑcuſſum timo
rẽ nota, nõ orta, notũ fecit quatenus ſe,
quatenus xp̃m amauerit. Notũ aũt nõ
xp̃o, ſed Petro. Nã xp̃s & añ ſciebat qd
eſſet ĩ hoĩe. Quatenus ergo xp̃m dilige-
bat: uim ꝓrſus (qđ negãdũ nõ eſt) paſſa
eſt illa uolũtas ut cõtra ſe loq̃ret̃: q̃ten⁹
uerò ſe, uolũtarie ꝓculdubio cõſenſit ut
pro ſe loq̃ret̃. Si xp̃m nõ amaſſet: nõ ne
gaſſet inuit⁹. Verꝫ ſi ſe amplius ñ amaſ-
ſet: nõ aliquatenus negaſſet. Fatẽdũ igit̃
hoĩem fuiſſe cõpulſum uolũtatẽ ꝓpriã
etſi nõ mutare: occultare tñ. Compul-
ſum, inq̃, non qdem recedere ab amo-
re dei: cedere tamen aliquantulum amo
re ſui. Quid ergo? Forte diſſoluta eſt to
ta ſupior aſſertio de libertate uolũtatis:
qa nimirꝫ inuẽta eſt cogi potuiſſe uolũ-
tas? Eſt planè: ſed ſi cogi ab alio potuit
quàm à ſeipſa. Quòd ſi ſeſe ipſa coegit:
compulſa, & cõpellẽs, ubi amittere, ibi
& recipere uiſa eſt libertatẽ. Vim qppe
quam ipſa ſibi intulit, à ſe ꝑtulit. Porrò
qđ à ſe uolũtas ꝑtulit: ex uolũtate fuit.
Quod ex uolũtate fuit: iã non ex neceſſi
tate, ſed uoluntariũ fuit. Si aũt uolũta-
rium: & liberꝝ. Quẽ ſua deniq; ad negã
dũ uolũtas cõpulit: cõpulſus eſt qa uo-
luit: imò nõ cõpulſus eſt, ſed cõſenſit, &
nõ alienæ potẽtiæ, ſed ꝓpriæ uolũtati: il
li utiq; qua mortẽ oĩmodis euadere uo Matt.26.d
luit. Aliôquí qñ uox mulierculæ linguã
ſacram ĩ uerba formare nefanda ualuiſ-
ſet: ſi nõ linguæ dñа uolũtas annuiſſet?
Deniq; cũ ſe à ſui poſtmodũ nimio illo
tẽperauit amore, & xp̃m cœpit ut de-
buit, toto corde, tota aĩa, tota uirtute di
ligere: iam nullis ualuit minis uel pœnis
extorqueri aliquatenus uolũtas dare li-
guã arma iniqtati: ſed potius audacter Acto.5.d
accõmodans ueritati. Obedire, inquit,
oportet deo magis quã hoĩbus. Eſt ſa-
nè gemina cõpulſio: ſecũdum quod aut
pati aliqd, aut agere cõtra ꝓpriã cogi-
mur uolũtatem. Quarꝫ paſſiua qdẽ (ſic
enim prior illa recte noĩat̃) põt nõnunq̃;
fieri abſq; conſenſu uolũtario patientis:
ſed actiua nũquam. Proĩde malũ quod
fit in nos: ſiue de bonis: nõ eſt imputan-
dũ nobis, ſi tñ inuitis. Cæterꝫ quod fit
et à nobis: iã nõ ſine culpa eſt uolũtatis.
Velle planè cõuincimur quod nõ fieret
ſi nollemus. Eſt ergo cõpulſio quędam
ẽt actiua: ſed nõ hẽt excuſationẽ: cum ſit
& uolũtaria. Cogebat̃ chriſtianus ne-
gare xp̃m, & qdem dolens: non tñ niſi
uolens. Volebat nimirꝫ gladium uitare
ferientis: atq; illa talis uolũtas intus p̃ſi
dens os apiebat, nõ gladius q foris ap-
parebat. Porrò talem eſſe illã uolnntatẽ
cõuincebat gladius, non cogebat. Ipſa
igit̃ ſe culpa, nõ gladius impellebat. De
niq; in qbus ſana erat illa uolũtas: occi-
di poterãt, flecti neqbãt. Hoc eſt quod
dictum eſt de Ioãne: Fecerũt ei q̃cunq;
uoluerunt. Nunqd qđ uoluit ille? Ita &
in reliquos martyres fecerũt: non quod
martyres uoluerũt, ſed qđ ipſi. Fecerũt,

inquam, in eos q̃ uoluerũt, ſed in mem-
bra, nõ corda. Mẽbra cruciauerũt, ſed
uoluntatẽ nõ mutauerũt. Sæuierunt in
carnem, aĩæ aũt nõ habuerunt qd face-
rent. Sit licet patientis corpus in ꝑtãte
torquentis, ſed uolũtas eſt libera. Infir-
ma ſi fuerit, ſæuiẽdo cognoſcẽt: nõ eſſe
cogent, ſi nõ fuerit. Sanè infirmitas ei⁹
2. Cor.3.d à ſeipſa eſt: ſanitas uerò nõ à ſe, ſed à dñi
ſpũ. Sanat̃ aũt cum renouat̃. Porrò re-
nouat̃ cũ, quẽadmodũ docet apl̃s, ſpe-
culando gl̃iam dei in eãdem imaginem
transformatur à claritate in claritatem,
hoc eſt de uirtute in uirtutẽ: tanq̃; à dñi
ſpũ. Inter quẽ utiq; diuinũ ſpm̃, & car-
nis appetitũ, tenet mediũ quendã locũ
id, qđ dicitur in hoĩe liberꝫ arbitrium.i.
humana uolũtas: & tanq̃; in deuexo la
tere mõtis admodũ ardui inter utrunq;
pendens: ita appetitu infirmat̃ per car-
nem, ut niſi ſedulo ſpũs adiuuet infirmi-
tatem eius ꝑ gr̃am: nõ ſolũ nõ ualeat iu-
Pſal.83.b ſtitiæ, quę eſt iuxta ꝓphetã ſicut mõtes
dei, aſcendẽdo de uirtute in uirtutẽ app̃
hendere culmẽ: ſed ẽt de uitio ſemꝑ in
uitiũ ſuo ipſius põdere deuoluta ruat in
p̃ceps: p̃grauata nimirꝫ ñ ſolũ lege pec-
cati originaliter membris inſita, uerꝫ &
cõſuetudine terrenæ inhabitatiõis uſua
liter affectionibus inolita. Qđ humanæ
uolũtatis uidelicet utrũq; grauamẽ uno
Sap.9.c br̃ uerſiculo ſcriptura cõmemorat, di-
cens: Corpus qđ corrumpit̃, aggrauat
aĩam, & deprimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitãtẽ. Et hæc duo hu-
ius mortalitatis mala, ſicut nõ nocent,
ſed exercẽt nõ cõſentiẽtes: ſic nõ excu-
ſant, ſed dãnãt cõſentiẽtes: ut nec ſalus,
nec dãnatio ulla rõne ſine p̃cedenti cõ-
ſenſu uoluntario poſſit hr̃i: ne qua forte
ex parte p̃ſcribi uideat̃ libertati arbitrij.
Quãobrẽ id quod in creatura dr̃ liberꝫ
arbitriũ: aut iuſte profecto dãnatur, dũ
ei ad pctm̃ nulla ui p̃iudicatur extrinſe-
ca: aut miſericorditer ſaluat̃, cui ad iuſti
tiam nulla uirtus ſufficit ſua. Sanè in his
oĩbus cogitet lector originalis pcti ꝓr-
ſus excipi rõnem. Decætero libero arbi
trio, nec extra ipſum quæratur dãnatio-
nis cã, quod iam nõ damnat niſi ꝓpria
culpa: nec ab ipſo ſalutis merita, quod
ſola ſaluat miſericordia. Cui⁹ qppe co-
natus ad bonũ, & caſſi ſunt, ſi à gr̃a nõ Gene.8.d
adiuuent̃: & nulli, ſi non excitent̃. Cæte
rum in malũ ſunt proni, dicente ſcriptu
ra, ſenſus & cogitationes hoĩum. Proin Iaco.1.e
de nõ ei à ſe (ut dictũ eſt) ſed deſurſum
potius à pr̃e luminũ deſcendere merita
putent̃: ſi tñ inter data optima, & dona
ꝑfecta, ipſa merito ꝑ q̃ ſalus æterna cõ- Pſal.73.d
quirit̃, merita deputent̃. Deus aũt rex nr̃
ante ſecula, cum operat⁹ eſt ſalutẽ in me
dio terræ, dona ſua quę dedit hoĩbus, in
merita diuiſit & p̃mia, ut & pñtia ꝑ li-
berã poſſeſſionẽ nr̃a interim fierent me
rita, & futura ꝑ gratuitã ſpõſionẽ expe
ctaremus, imò expeteremus ut debita. Rom.6.d
Quæ utraq; Paulus cõmemorãs, hẽtis,
inqt, fructũ ueſtrũ in ſctificationẽ, finẽ Roma.8.d
uerò uitam æternã. Item & nos ipſi, ait,
primitias ſpũs hñtes, ĩgemiſcimus ado
ptionẽ expectãtes filiorꝫ dei: primitias
ſpũs uocãs ſanctificationẽ.i. uirtutes q-
bus in pñtiarꝫ ſanctificamur à ſpũ, ut
merito conſequamur adoptionẽ. Rur-
ſum in euãgelio, eadẽ ſeculo abrenũciã- Mat.19.d
ti ꝓmittunt̃, ubi dicit̃: Centuplum acci- Pſal.34.a
piet, & uitam æternã poſſidebit. Itaq; Ioan.14.a
nõ libi arbitrij, ſed dñi eſt ſal⁹, imò ipſe ſa 1. Cor.1.d
lus: ipſe & uia eſt ad ſalutẽ, qui ait: Sa-
lus ppl̃i ego ſum. Qui itẽ perhibet: Ego
ſum uia. Se fecit uiam, qui & ſalus erat
& uita, ut nõ gl̃iet̃ oĩs caro. Si ergo bo-
na uiæ ſunt merita, ſicut & pr̃ię ſalus & Pſal.13.b
uita: & uerꝫ eſt quod ait Dauid: Nõ eſt Mar.10.b
qui faciat bonũ, nõ eſt uſq; ad unũ: illũ
uidelicet unum de quo itẽ dicitur: Ne-
mo bonus niſi ſolus deus: dei ſunt ꝓcul
dubio munera tam noſtra opera, quã
eius præmia, & qui fecit ſe debitorem
in illis, fecit & nos ꝓmeritores ex his.
Ad quæ tamen condẽda merita dignat̃
ſibi adhibere crearurarꝫ miniſteria, nõ
qbus egeat, ſed qbus ꝑ hoc, uel de qb⁹
ꝓſit. Opatur ergo illorꝫ ſalutẽ, quorum
noĩa ſunt in libro uitæ, aliqñ per creatu
ram ſine ipſa, aliqñ per creaturã contra
ipſam, aliquãdo per creaturam cũ ipſa.

Multa ꝑfecto fiũt hoı̃bus ſalubria ꝑ in
ſenſibilẽ, & itẽ ꝑ irrationalẽ creaturã: q̃
idcirco dixi fieri ſine ipſa, qđ nõ queat
intellectu carẽs, eſſe uel conſcia. Multa
quoq; multoꝝ ſaluti utilia facit deus ꝑ
malos, ſiue hoı̃es, ſiue angelos: ſed qm̃
inuitos, ideo cõtra ipſos. Nã dũ nocere
cupiẽtes iuuãt, quantũ alijs ualeat utilis
actio, tm̃ ipſis ꝑuerſa nocet intẽtio. Por
rò ꝑ quos & cũ qbus opatur deus boni
ſunt uel angeli, uel hoı̃es, q qđ uult de⁹
& agunt pariter & uolũt. Qui.n. bono
qđ ope cõplẽt, uolũtate cõſentiũt, op⁹
oı̃no qđ ꝑ eos de⁹ explicat, ipſis cõicat.
Vñ Paul⁹, cũ bona plurima, q̃ deus per
1. Cor. 15. d ipm̃ fecerat, enarraſſet, non aũt ego ait:
ſed grã dei mecũ. Potuit dicere, ꝑ me,
ſed qa minus erat, maluit dicere, mecũ:
p̃ſumẽs ſe nõ ſolũ opis eſſe miniſtrũ ꝑ ef
fectũ: ſed & opantis quodãmodo ſociũ
ꝑ cõſenſum. Videamus nũc ſcđm dei tri
plicẽ opationẽ quã poſuimus: qd crea-
tura q̃q; pro ſuo miniſterio mereat̃. Et il
la qdẽ ꝑ quã, & ſine q̃ fit qđ fit, qd me-
reri p̃t? Quid illa cõtra quã fit, niſi iram?
Quid & cũ q̃ fit, niſi grãm? In prima ita-
que nulla: in ſequẽti mala: in ultima bo-
na merita congrunt̃. Nec.n. pecudes, cũ
ꝑ eas bonũ qđcunq; fit aut malum, bõi
qppiã merent̃, aut mali. Nõ hñt quippe
uñ bono malo'ue cõſentiãt. Multo autẽ
minus lapides: cũ nec ſentiãt. Cæterum
diabolus, uel hõ malus: cũ uigeãt & ui-
gilẽt rõne: iã qdẽ merent̃: ſed nõ niſi pœ
1. Cor. 9. c nã: pro eo qđ à bono diſſentiãt. Paulus
aũt q uolẽs euãgelizat: ne ſi inuitus, diſ-
pẽſatio ei tm̃ credita ſit, & quicunq; ſil'r
ſapiũt: qm̃ qdẽ ex cõſenſu uolũtatis ob-
ediunt, repoſitã ſibi eſſe cõfidũt coro-
nam iuſtitiæ. Vtit̃ ergo deus in ſalutem
ſuoꝝ irrationabili & itẽ inſenſibili crea-
tura tanq; iumẽto uel inſtrõ q̃ iã exple-
to ope, nuſq; erunt. Vtit̃ creatura rõnali,
ſed maleuola, q̃ſi diſciplinę uirga: quam
correcto filio in ignẽ ꝓijciet: tanq; ſarmẽ
tũ inutile. Vtit̃ & angelis & hoı̃bus bo-
næ uoluntatis: tanq; cõmilitonibus &
1. Cor. 3. b coadiutoribus ſuis: quos pacta uictoria
ampliſſime munerabit. Deniq; & Pau-
lus de ſe, ſuiq; ſil'ibus: audacter pronun
ciat. Coadiutores.n. dei ſumus. Ibi itaq;
deus homini benigne merita cõſtituit,
ubi ꝑ ipm̃, & cũ ipõ, boni quippiã ope
rari dignãter iſtituit. Hinc coadiutores
dei, et cooperatores ſpiritus ſancti, pro
meritores regni nos eẽ p̃ſumimus, qđ ꝑ
conſenſum utiq; uolũtariũ diuinæ uolũ
tati coniũgimur. Quid igitur? Hoc ergo
totũ liberi arbitrij opus: hoc ſolũ eius ẽ
meritũ qđ cõſentit? Eſt prorſus. Nõ qui
dem quod uel ipſe conſenſus, in quo oẽ
meritũ cõſiſtit, ab ipſo ſit, cũ nec cogita 2. Cor. 3. b
re (qđ minus eſt quã cõſentire) aliqd à
nob q̃ſi ex nob ſufficiẽtes ſimus. Verba
ſunt nõ mea, ſed apl'i, q oẽ qđ boni eſſe
põt. i. cogitare, & uelle & ꝑficere ꝓ bo Philip. 2. a
na uoluntate: attribuit deo, nõ ſuo arbi
trio. Si ergo deus tria hæc, hoc eſt bonũ
cogitare, uelle, ꝑficere: operatur in nob:
primũ ꝓfecto ſine nob: ſcđm, nobiſcũ:
tertiũ, ꝑ nos facit. Siquidẽ immittendo
bonã cogitationẽ, nos p̃uenit: immutã-
do ẽt malã uolũtatẽ, ſibi ꝑ cõſenſum iun
git: miniſtrãdo & cõſenſui facultatẽ, fo
ris ꝑ aptũ opus nr̃m internus opifex in
noteſcit. Sanè ipſi nos pręuenire nequa
quam poſſumus. Qui autem bonum
neminem inuenit: neminem ſaluat quẽ
non pręuenit. A deo ergo ſine dubio no
ſtrę fit ſalutis exordium, nec per nos uti
que nec nobiſcum. Verum conſenſus,
& opus, etſi non ex nobis: non iam ta-
men ſine nobis. Neq; primum itaq;, in
quo qppe nos nil facimus: nec ultimũ,
qđ et plerũque extorquet aut timor in-
utilis, aut ſimulatio damnabilis, ſed tm̃
medium nobis reputatur in meritum. So
la nempe interdum bona uoluntas ſuf-
ficit, cętera nõ ꝓſunt ſi ſola defuerit. Nõ
proſunt dixerim, ſed agenti, nõ cernen-
ti. Valet itaque intẽtio ad meritũ, actio
ad exemplũ, utrãque p̃ueniens cogita-
tio tantũmodo ad exercitandũ: Cauen
dum ergo ne cum hæc inuiſibil'r intra
nos ac nobiſcum actitari ſentimus, aut
nr̃æ uoluntati attribuamus, quæ infir-
ma eſt, aut dei neceſſitati, quę nulla eſt,
ſed ſoli grãæ, qua plenus eſt. Ipſa liberꝝ
excitat

excitat arbitrium cum ſeminat cogita-
tum, ſanat cum immutat affectum: ro-
borat ut perducat ad actum: ſeruat ne
ſentiat defectũ. Sic aũt iſta cum libero
arbitrio opat̃, ut tm̃ illud in primo præ-
ueniat: in cęteris comitet̃. Ad hoc utiq;
p̃ueniens, ut iam ſibi deinceps coopet̃.
Ita tñ qđ à ſola grã cœptum eſt, pari-
ter ab utroq; ꝑficit̃: ut miſtim nõ ſingil
latim, ſil'non uiciſſim per ſingulos ꝓfe-
ctus opent̃. Non partim grã, partim li-
berꝝ arbitrium, ſed totum ſingula ope
indiuiduo pagũt. Totum quidem hoc,
& totum illa: ſed ut totum in illo, ſic to-
tum ex illa. Credimus placere lectori
qđ à ſenſu apl'i nuſq; recedimus: & qua
quauerſum euagetur oratio, in eadẽ pe-
nè ipſi⁹ uerba freq̃nter recidimus. Quid
Roma. 9. c .n. nr̃a aliud ſonat q̃ illđ: Ergo neq; uo
lentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt
dei? Quod ſanè nõ iõ dicit: quaſi qs uel-
1. Cor. 4. b le aut currere poſſit in uanũ, ſed q, is q
uult & currit, ñ in ſe, ſed ĩ eo à q̊ accipit
& uelle & currere, dẽat gl'iari. Denique
ait: Quid hẽs qđ nõ accepiſti? Crearis:
ſanaris, ſaluaris, qd hoꝝ tibi ex te hõ?
Quid hoꝝ non impoſ'e libero arbitrio?
Nec creare q nõ eras, nec iuſtificare pec
cator, nec mortuus poteras teip̃m reſu-
ſcitare: ut cætera p̃termittã bona, q̃ aut
ſanandis neceſſaria ſunt, aut ſaluãdis re
poſita. Qđ dicimus: de p̃rio patet & ul
Rom. 10. a timo. Sed & de medio nemo dubitat:
niſi q ignorãs dei iuſtitiã, & ſuã uolẽs cõ
ſtituere, iuſtitiæ dei nõ ẽ ſubiect⁹. Quid
enim? Agnoſcis creãtis potẽtiã: ſaluãtis
grãm, & ſanãtis ignoras iuſtitiã? Sana
Iere. 17. b me, ait, & ſanabor: ſaluũ me fac, & ſal-
uus ero, qm̃ laus mea tu es. Iſte iuſtitiã
dei agnoſcebat: à quo æq; ſꝑabat, tã ſal
uari à pc̃tõ, quã à miſeria liberari. Et iõ
laudẽ ſuã illũ, non ſe, merito ſtatuebat.
Pſal. 113. b Propter hoc & Dauid ingeminãs: Non
nobis, iq̃t, dñe nõ nobis, ſed noĩ tuo da
gl'iam: qđ utrãq; à deo ſtolã, & iuſtitiæ
.ſ. expectaret & gl'iæ. Quis eſt q igno-
rat dei iuſtitiam? Qui ſeipſum iuſtificat.
Quis eſt q ſeip̃m iuſtificat? Qui merita
ſibi aliũde, quã à grã p̃ſumit. Cæteꝝ q
fecit qđ ſaluaret: ẽt dat uñ ſaluet. Ipſe, in
quam, merita donat, q fecit qbus dona
ret. Quid retribuam, inq̃t, dño ꝓ oı̃bus, Pſal. 115. a
non q̃ tribuit, ſed q̃ retribuit mihi? Et q
eſt, & q iuſtus eſt, à deo eſſe cõfitet̃: ne
ſi utrũlibet negaret, utrũq; ꝑderet: amit
tẽdo utiq; uñ iuſtus eſt, & ſic dãnando
qđ eſt. Sed ſi uel tertio loco iuenit quod Ibidem.
uiciſſim repẽderet? Calicẽ, ait, ſalutaris
accipiã. Calix ſalutaris, ſanguis eſt ſal-
uatoris. Ergo ſi deeſt tibi oı̃no de tuo,
qđ uel ſecundis dei donis retribuas: uñ
tibi ſalutẽ p̃ſumis? Nomẽ dñi, inq̃t, inuo Rom. 10. c
cabo: qđ nimirꝝ quicũq; iuocauerit, ſal-
uus erit. Igitur q recte ſapiũt, triplicem
confitent̃ opationẽ: nõ qdẽ liberi arbi-
trij, ſed diuinæ grãæ in ipſo, ſiue de ipſo.
Prima, creatio: ſecũda, reformatio: ter-
tia, cõſummatio. Primo naq; ĩ xp̃o crea
ti ſumus in libertatẽ uolũtatis: ſecũdo,
reformamur ꝑ xp̃m in ſpm̃ libertatis:
cum xp̃o deinde cõſummandi in ſtatũ
æternitatis. Siqdem qđ non erat, in illo
creari oportuit: qđ erat ꝑ formã refor-
mari deformẽ: mẽbra nõ ꝑfici niſi cũ ca
pite. Quod utiq; tũc cõplebit̃, cum oẽs Ephe. 4. c
occurremus in uirꝝ ꝑfectũ, in mẽſuram Col. 3. a
ætatis plenitudinis xp̃i: qñ apparente
xp̃o uita noſtra: appebimus & nos cũ
ipſo in gloria. Cũ igit̃ cõſummatio fieri
habeat de nobis, ſiue ẽt in nobis: nõ aũt
à nobis: creatio uerò facta ſit & ſine no
bis: ſola q̃ nobiſcũ quodãmodo fit ꝑꝑ
cõſenſum uolũtarium nr̃m, ĩ merita no-
bis reputabit̃ reformatio. Ipſa ſunt ieiu
nia noſtra, uigiliæ, cõtinentia, operaq;
miſericordiæ, cæteraq; uirtutũ exerci-
tia: ꝑ quæ utiq; cõſtat interiorẽ hominẽ
nr̃m renouari de die in diẽ: dũ & intẽtio
terrenis incuruata curis, de imis paula-
tim ad ſuꝑna reſurgit: & affectio circa
carnis deſideria lãguens, ſenſim in amo
rem ſpũs cõualeſcit, & memoria uete-
rũ opeꝝ turpitudine ſordẽs, nouis bo-
niſq; actib⁹ cãdidata ĩdies hilareſcit. In
his nẽpe trib⁹ ĩterior renouatio cõſiſtit:
rectitudine .ſ. itẽtionis, puritate affectio
nis, recordatiõe bonæ opationis: ꝑ quã
ſibi bñ cõſcia memoria eniteſcit. Veꝝ

hęc cum certum ſit diuino in nobis acti tari ſpiritu, dei ſunt munera. Quia uero cū nr̄æ uoluntatis aſſenſu, noſtra ſunt
Matt.10.c merita. Non.n. uos eſtis, inquit, qui loq mini: ſed ſpiritus patris ueſtri qui loqui
2.Cor.13.a tur in uobis. Et Apoſtolus: An experimentum eius quæritis, inquit, qui in me loqtur Chriſtus? Si ergo Chriſtus aut ſpiritus ſanctus loquitur in Paulo: non
Rom.15.d etiam itidem operaẽ in ipſo? Non.n. loquor, ait, quæ per me non efficit deus. Quid ergo? Si nō Pauli, ſed dei loquẽtis in Paulo, uel operantis per Paulum, & uerba ſunt, & opera: ubi iam Pauli me-
2.Ti.4.b rita? Vbi eſt quod tam fidenter aiebat: Bonum certamen certaui, curſum conſūmaui, fidem ſeruaui: de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex? An in eo confidit forte coronam eſſe repoſitam ſibi, quod per ipſum illa fiebant? Sed multa per malos, ſiue angelos, ſiue homines fiunt bona: nec tn̄ reputantur illis in merita. An quia potius & cum ipſo, hoc eſt cum eius bona uolūtate fie-
1.Cor.9.c bant? Nā ſi iuit⁹ inqt, euāgelizauero, diſpenſatio mihi credita eſt: ſi aūt uolens, gloria eſt mihi. Cæterū ſi uel ipſa uoluntas, de qua oē meritum pendet, ab ipſo Paulo non eſt: quo pacto eam quā ſibi repoſitam præſumit, coronam uocat iuſtitiæ? An qm̄ iuſte, iam & ex debito requiritur quodcunq;, uel gratis promittitur? Deniq; ait: Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitū meū
2.Ti.1.c ſeruare. Dei promiſſum, ſuum appellat depoſitū: & quia credidit promittenti, fidenter promiſſum repetit. Promiſſum qdē ex miſericordia: ſed iam ex iuſtitia perſoluendum. Eſt ergo quam Paulus expectat, corona iuſtitiæ: ſed iuſtitiæ dei, non ſuæ. Iuſtum quippe eſt ut reddat quod debet. Debet autē quod pollicitus eſt. Et hæc eſt iuſtitia de qua pręſumit apoſtolus, promiſſio dei, ne ſi hāc contemnens, ſuam uelit ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſit ſubiectus: cuius tn̄ ſuæ iuſtitiæ ipſum deus uoluit habere conſortem, ut & coronæ faceret promeritorem. In eo enim ſibi iuſtitię conſortē, & coronæ ſtatuit promeritorem: cum operum quibus erat illa repromiſſa corona, habere dignatus eſt coadiutorē. Porro coadiutorem fecit, cum fecit uolentem: hoc eſt ſuæ uoluntati conſentiẽtem. Itaque uoluntas in auxilium: auxilium reputatur in meritū. Si ergo à deo uoluntas eſt, & meritum. Nec dubium quin à deo ſit & uelle & perficere pro bona uoluntate. Deus igitur author eſt meriti: qui & uolūtatem applicat operi: & opus explicat uolūtati. Alioquin ſi proprie appellentur ea, quæ dicimus noſtra merita: ſpei quædam ſunt ſeminaria, charitatis incentiua, occultæ prædeſtinationis indicia, futuræ fœlicitatis pręſagia, uia regni, non cauſa regnandi. Denique quos iuſtificauit, non quos iu- Roma.8.f
ſtos inuenit: hos & magnificauit.

Finis tractatus de gratia & libero arbitrio.

DIVI BERNARDI ABbatis ad dominum abbatem Columbenſem, in tractatum ſequentem, epiſtola.

DOmino abbati Columbẽſi frater Bernardus abbas dictus de Claraualle: ualere in domino ſemper. Reſcriptū meum ad epiſtolas duorum Carnotenſium monachorum, uobis primum (ut promiſeram) deſtinare curaui. Vbi & aliud quoq; impletū eſt quod iuſſiſtis. Nam cum breuiter reſcribere decreuiſſem, & epiſtolis epiſtolam tm̄ reddere uelle cœpiſſem: hortatu ueſtro in libri (ut cernitis) longitudinem protraxi ſtylum, & ut in pluribus plures poſſint ædificari. Quod opus cū à uobis perlectum fuerit: tunc nō ipſis ad quos factum eſt, ſed eorū prius reddatur abbati, & ſic demum ad ipſos, ſi iuſſerit abbas, perueniat. Monachi enī ſunt, & ex lege ſuæ regulæ ſine nutu ſui abbatis ſicut dare, ita & accipere datas prohibentur epiſtolas. Nam & ob hoc maxime diu, ſicut ſcitis: multum licet rogatus ab eis: reſpondere tardaui,

quod (ut mihi uidebatur) ignorante abbate ſcribere illas epiſtolas & mittere præſumpſiſſent. Nec falſo id ſuſpicatus ſum: uti poſtmodum liquido comperi. Ego cœpto operi (quod quidem legentibus apparebit) epiſtolæ nomen indideram: ſed qm̄ pro noīe modum ueſtro obuiante mandato (ut promiſeram) nō ſeruaui: liber, ſi iudicatis, non epiſtola cenſeatur. Et quia inter multas qōnes quæ ibi à me ſoluūtur, id præcipue ſubtilius utiliuſq; pertractatur: quænam liceat præcepta, & p quos, & quatenus diſpenſari: detur ei titulus de præcepto & diſpenſatione: niſi uobis aliud forte congruentius uideatur.

DIVI BERNARDI *abbatis in tractatum de præcepto & diſpenſatione,*

PROLOGVS.

QVa mẽte iam tacebo? Qua frōte tn̄ loquar? Crebris epiſtolis & nuncijs cogitis me aut propriam prodere imperitiam: aut offm̄ renuere charitatis. At ego malẽs ſine illa quæ inflat: quā abſq; illa q̄ ædificat inueniri: uictus tādem precib⁹ ueſtris: duris inijcio nodis ungues teneros: &, ut uereor ego, non aliud quàm terendos. Sed hoc incaſſum. Nā mea me, ut ſcribitis & pſcribitis: tam abſentis ſcripta: quàm uerba pn̄tis arguūt excuſantem. Quis.n. iam relinquitur mihi in illis de impoſſibilitate cauſandi locus, pſertim apud uos, qui ex ore & ex corde meo ſatis certū tenere uos creditis quantum poſſim in talibus? Fidei pinde ueſtræ, non meo fidens ingenio: abyſſum ingredior quæſtionū: neſciens, deus ſcit, quà emerſurus. Præſto charitas erit: utinam ita & ueritas. Si quominus excuſet effectum defectus potius ingenij: uoluntatem certe nō culpabitis. Tentabo autem eaſdem (ſi potero) quæſtiūculas ſub epiſtolari cunctas breuitate redigere, etſi non epiſtola breui. Mirū ſiqdem non eſt ſi fuero ego longior in exponẽdo: cum uos tm̄ eas ponendo, duas, & ipſas ſatis longas epiſtolas texueritis.

TRACTATVS.

PRima igiẽ qō circa regulam nr̄am uerſaẽ, de qua (niſi fallor) & reliquæ oēs aut penè oēs oriuntur. Quæritis nẽpe: regularis illa inſtitutio qūo & quatenus ſit penſanda pfitentibus eam: utrum uidelicet cuncta quæ cōtinet, putāda ſint eſſe pcepta: cōſequẽter et dānoſa tranſgredienti: an cōſilia tm̄ uel monita, & ob hoc nullius, aut nō magni pōderis ſit ipſorū pfeſſio nullius, aut nō grauis culpę ipſorū puaricatio: an certe quædā ſint deputāda imperijs: quędā pro cōſilijs reputāda: quo partim ea liceat, partim nō liceat oīno prætergredi. Et ſi hoc ultimum deẽ, diſtingui à me tunc demū certos ac pprię cuiuſq; partis limites flagitatis: ne cui forte p uarias ſui ſenſus opiniones licentius uagādi deẽ occaſio: ſicq; liquare culicem, & camelū glutire cōtingat: ſi neſciat quātū curę uel opæ ſuæ qbuſq; debeat obſeruātijs. Hic eſt, quātū recolo, totus ueſtræ illius ptitionis ſenſus, etſi nō uerba. Qđ aūt ſubiūgitis & pgitis iqrere de obediẽtia qb⁹ gradib. diſtiguatur, qbus claudaẽ limitib⁹: ad eādem arbitror ptinere diuiſionē, qppe q̄ in decretis regularib. pcipua hr̄: & puto cū ad illā ſatis rn̄ſum fuerit, de iſta iam nil ſuperit qđ ambigaẽ. Itaq; ut ſentio ego, regula ſancti Bn̄dicti oī hoī pponiẽ, imponitur nulli, prodeſt ſi deuote ſuſcipiẽ & tenetur: non tn̄ ſi nō ſuſcipitur obeſt. Quod autem in uoluntate eſt ſuſcipientis, non in poteſtate pponentis, uolūtarium merito dixerim, non neceſſarium. Attamen hoc ipſum quod dico uolūtarium, ſiquis ex ppria uoluntate ſemel admiſerit, & promiſerit deinceps tenẽdum, profecto in neceſſariū ſibi ipſe cōuertit, nec iā liberum habet dimittere, quod ante tamẽ non ſuſcipere liberum

Pſal. 65. d habuit. Ideoq́ quod ex uolũtate ſuſce-
pit, ex neceſſitate iã tenebit, qa oĩno ne
ceſſe eſt eũ reddere uota ſua q̃ diſtinxe-
Luc. 19. d runt labia ſua, & ex ore ſuo aut cõdẽna
ri iã aut iuſtificari. Cæterꝝ fœlix (ut qui
dã ſanctorꝝ ait) neceſſitas, q̃ cogit in me
lius. Oĩa proinde ſancti Bñdicti inſtitu
ta, exceptis ſane nõnullis de ſpũalibus,
uerbi cã, charitate, humilitate, mãſuetu
dine, q̃ nõ tã ipm cõſtat inſtituiſſe quã
deũ, & ob hoc penitus nõ eſſe mutãda
decætero reliqua uniuerſa nõ ꝓfitẽtib.
quidem monita tm̃, ſeu cõſilia cẽſenda
ſunt, nec grauãt nõ obſeruata: cũ tñ ꝓfi-
tentibus in p̃cepta, p̃uaricãtibus in cri-
mina fiãt, ſiue (ut ueſtra uobis reddã) il-
lis uolũtaria uel factitia, iſtis neceſſaria,
& tanq̃ naturalia nõ immerito reputan
tur. Ita ſanè neceſſaria dixerim, ut ex eis
minime p̃iudiceŧ neceſſarijs rõnalibuſq́
diſpẽſationibus. Sed nõ oĩbus in hmõi
credita eſt diſpẽſatio, niſi his dũtaxat q
1. Cor. 4. a cum apl'is dicere pñt: Sic nos exiſtimet
hõ ut miniſtros xp̃i, & diſpẽſatores my
ſteriorꝝ dei. Nouit aũt fidelis ſeruus &
prudẽs, quẽ cõſtituit dñs ſupra familiã
ſuã, ibi tm̃ uſurpare diſpẽſationẽ, uñ bo-
Ibidem. nã poſſit hr̃e recõpẽſationẽ. Hoc qppe
quęritur inter diſpẽſatores, ut fidelis qs
inueniaŧ. Et eadẽ fortaſſe fidelitas à ſub
ditis nihilóminus exigiŧ in obtp̃ando, q̃
à p̃poſitis in diſpenſando. Conſtat igiŧ
ex his q̃ dicta ſunt, ueſtram illã diuiſio-
nem integrã eſſe ac ſufficientẽ, ſi modo
perſonæ diſtinguanŧ & tp̃a, dum ſubie-
ctis ſit qdẽ oĩs regularis inſtitutio (quã-
tum dũtaxat ad corp̃ales obſeruantias
ptinet) añ profeſſionẽ uolũtaria, poſt ꝓ
feſſionẽ neceſſaria, p̃latis uerò ptim uo-
lũtaria, ut q̃ inuenta ab hoĩe, partim ne-
ceſſaria, ut quæ fuerit diuinitus iſtituta.
Quãobrem fortaſſis tũc potiſſimũ con
grua & luculẽta magis eadẽ diuiſio ap
parebit, ſi eius mẽbrum qđ dictũ eſt ne
ceſſariũ, rurſum in tria hæc ſubdiuidaŧ,
ſtabile, iuiolabile, incõmutabile. Et qui
dem ſtabile dixerim quod ita eſt neceſ
ſariũ, qđ nõ cuilibet hoĩum illud muta-
re fas ſit, niſi ſolis diſpẽſatoribus myſte
riorꝝ dei. i. præpoſitis, ut, uerbi gr̃a, re-
gulæ ſanctorꝝ; Baſilij, Auguſtini, Bñdi-
cti, necnõ authentici canones, & ſiqua
ſunt alia eccleſiaſtica iſtituta dignę au-
thoritatis. Quę qm̃ à ſanctis tradita ſũt,
ſancita ſtabiliter p̃ſeuerãt, nec oĩno cui-
uis ſubiectorꝝ ea aliquo mõ uariare uel
mutare concediŧ. Quia tñ ab hoĩbus ẽt
per hoĩes loco & offõ illis canonica ele
ctione ſuccedẽtes, licite ĩterdũ ĩnoxieq́
ꝓ cauſis, p̃ſonis, locis & tp̃ibꝰ, diſpẽſan
tur. Vbi ſanè qui hæc legit, attendat me
caute nõ dicere ea poſſe uel ab iſtis leui
ter pro uolũtate mutari, ſed ex ratione
fideliter diſpẽſari. Ideo aũt hanc ipſam
mutationẽ taliter & à talibus recipere
pñt, qm̃ non natural'r nec per ſe bona
ſunt. Porrò inuẽta atq; inſtituta fuerũt,
non quia al'r uiuere nõ liceret, ſed ꝙ ita
magis expediret, nec planè ad aliđ quã
ad lucrum et cuſtodiã charitatis. Quã-
diu ergo charitati militãt, ĩmobiliter fi-
xa ſunt, mutariq́ omnino ne ab ipſis q-
dem p̃poſitis ſine offenſa poſſunt. At ſi
econtrario cõtraria forte aliqñ charita
ti uiſa fuerint, his duntaxat quibus hoc
poſſe uidere datum eſt, & ꝓuidere cre-
ditũ eſt: non'ne iuſtiſſimũ eſſe liquet, ut
quæ ꝓ charitate inuenta fuerũt, ꝓ cha-
ritate quoq; ubi expedire ur̃, uel omit-
tantur uel intermittanŧ, uel in aliud for
te cõmodius demutenŧ? Sicut è regione
iniquum ꝓculdubio foret, ſi ſtatuta pro
ſola charitate, cõtra charitatẽ tenerenŧ.
Tenent ergo fixam firmamq́ ĩmobili-
tatem ẽt apud prælatos q̃ ex ſtabili ne
ceſſario ſunt, ſed quatenus charitati de
ſeruiunt. Nunqd aũt hoc ego uel ſolus
ſentio, uel primus dico? An nõ hoc ipm
& papa Gelaſius ſenſit? Ait ſiqdẽ: Vbi
neceſſitas nõ eſt, incõuertibilia maneat
patrũ ſanctorꝝ decreta. Leo quoq; pa-
pa, Vbi, inquit, neceſſitas non eſt, nullo
modo ſanctorꝝ patrum inſtituta uiolẽ-
tur. Et infert, Vbi ergo neceſſitas fuerit
ad utilitatẽ eccleſię, qui ptãtem habet,
ea diſpenſet. Ex neceſſitate. n. fit muta-
tio legis. Neceſſariũ deinde qđ inuiola
bile nominaui, illud intelligo quod non
ab homine

ab hoĩe traditum, ſed diuinitus ꝓmul-
gatũ, niſi à deo qui tradidit mutari oĩno
non patiŧ: ut, exempli cã: nõ occides, nõ
mœchaberis, non furtum facies, & reliq̃
illius tabulæ legiſſcita: q̃ etſi nullam ꝓr
ſus humanam diſpenſationẽ admittũt,
nec cuiq̃ hoĩum ex his aliquo mõ ſolue
re, aut licuit, aut licebit: dñs tñ horꝝ qđ
Exo. 3. g uoluit, & qñ uoluit ſoluit: ſiue cũ ab He
Oſee. 1. a bræis Aegyptios ſpoliari: ſiue qñ ꝓphe
tã cũ muliere fornicaria miſceri p̃cepit.
Quorꝝ utiq; alterꝝ qd niſi graue furti fa
cinus, alterꝝ qd niſi flagitij turpitudo re
putareŧ: ſi nõ excuſaſſet utrũq; factũ au-
thoritas imperantis? Sanè ubi ſil'e aliqd
aliqñ à ſanctis hoĩbus fuiſſe legitur uſur
patũ, ſcriptura nõ indicãte quod deus
ita p̃cepit: aut eos peccaſſe fatendũ eſt,
ſicut hoĩes, aut certe ſicut ꝓphas fami-
liare dei conſilium accepiſſe. Vñ & unũ
exẽplũ pono qđ occurrit de Sampſone:
Iudi. 16. g qui ſeipm unà cum hoſtibus opprimens
interfecit. Qđ utiq; fcm̃ ſi defendiŧ non
fuiſſe pctm̃: priuatũ habuiſſe cõſiliũ idu
bitanter credendus eſt, etſi de ſcriptura
hoc nõ hẽmus. Iam uerò neceſſariũ in-
commutabile qd accipi uelim? Equidẽ
nil cõgruentius quã qđ diuina ita con-
ſtat & æterna rõne firmatũ, ut nulla ex
cã poſſit uel ab ipſo deo aliq̃tenus im-
mutari. Sub hoc gñe eſt oĩs illa ſermõis
dñici in mõte habiti ſpũalis traditio, et
qcqd de dilectione, humilitate, manſue
tudine, cęteriſq́ uirtutibus tam in nouo
quam in ueteri teſtõ ſpũal'r obſeruandũ
cõtradiŧ. Hæc qppe talia ſunt q̃ nec li-
ceat nec expediat aliqñ nõ hr̃i. Eo ſiqdẽ
immobil'r, quo & natural'r bona, nunq̃
niſi innocenter, nunq̃ niſi ſalubriter aut
imp̃anŧ, aut obſeruanŧ. Omni tp̃e, omni
p̃ſonæ, mortẽ cõtẽpta: cuſtodita ſalutẽ
op̃anŧ. Primã ergo neceſſitatẽ ſua cuiq;
facit in ꝓmittendo uoluntas: ſcđam p̃ci
piẽtis authoritas: tertiã p̃cepti dignitas.
Differunt aũt (ut iã dcm̃ eſt) qbuſdã à ſe
inuicẽ gradibus tres iſtæ neceſſitates:
nec una oẽs ſequiŧ immutabilitatis fir-
mitas. Nã ex prima qdẽ qđ efficiŧ, etſi
nõ penitus immutabile, tñ uix mutabi-
le eſſe cõſtat: dũ ſolis illud liceat muta-
re p̃latis, & hoc non niſi fideli & ꝓuida
diſpẽſatione. Qđ uerò fit ex ſequenti, q̃
& maior iſta, eſt penè iã incommutabi
le: ſoli qppe deo eſſe mutabile ſuperius
demõſtratũ eſt. Porrò qđ de nouiſſima
fit tanq̃ oĩum maxima: oĩno incommu-
tabile eſt, utpote qđ ne ipſi qdẽ deo mu
tare liberꝝ eſt. Qđ igr̃ nulli hoĩum fas ẽ
niſi ſolis mutare p̃latis, dici uix mutabi-
le cõgruè põt: qđ ſoli cõſtat licere deo,
dicaŧ penè immutabile: qđ ne ipſi qdẽ,
penitus immutabile noĩeŧ. Quæ cũ ita
ſint, ut ad ea redeã de qbus potiſſimum
q̃riŧ: patet ꝙ ex magna parte rl'atis tra-
ditio ſubeſt eius q p̃eſt etſi nõ uolũtati,
certe diſcretioni. Sed dicitis: Quid ergo
relinq̃tur neceſſitati? Audite: quã pluri-
mũ, Primo qdẽ qcqd de ſpũalibus in i-
pſa rl'a traditũ eſt: in manu abbatis (ut
ſuprà taxatũ eſt) neq̃q; relinq̃tur. Dein
de reliq̃ pars q̃ in corp̃alibus cõſtat ob
ſeruãtijs: ne ipſa qdẽ in eius ita uolũtate
poſita eſt, ut eiuſdẽ deſeruiat uoluntati,
ſed magis charitati. Neq;. n. abbas ſu-
pra rl'am eſt, cui ſel' & ipſe ſpontanea ſe
ꝓfeſſione ſubmiſit, etſi (qđ negandũ nõ
eſt) dei rl'a charitas, rl'æ ſancti Bñdicti
iure p̃poniŧ. Eſto ꝓinde ut interdũ rl'æ
lr̃a cedat ꝓ tp̃e charitati, cũ rõ neceſſita
tis uel charitatis exegerit: abſit tñ ut ho
minis cuiuſpiã ſubdaŧ uolũtati. Sup fra-
trũ ſanè trãſgreſſiones, nõ ſup patrũ tra
ditiones cõſtituiŧ q abbas eligiŧ, mãda-
torꝝ cultor, & ultor uitiorꝝ. Arbitror nã
que ſctãs illas obſeruãtias, p̃latorꝝ pru-
dentiæ & fidei creditas: non ſubditas
uoluntati. Hinc eſt quod idem legiſla-
tor in his quæ abbati diſpenſanda reli-
quit: caute nuſquam (ut memini) uo-
luntatem, ſed aut conſiderationem, aut
diſpoſitionem, aut prouidentiam, aut
certe arbitrium ſeu aliquid huiuſmodi
ponit: uolens nimirꝝ prouidum fidũq́
diſpenſatorem, rationis, ubi forte diſpẽ
ſat, ſequi iudicium, non ſuæ placitum
uoluntatis. Vnde & intimat ei non ſe-
mel quòd de omnibus iudicijs ſuis deo
redditurus ſit rationem. Lego profecto

in rl'a. Hæc conſideratio penes abbatē
ſit: & hoc uel illud eſſe in ꝓuidentia, uel
arbitrio ſeu diſpoſitione abbatis. Vt au
tem ꝓ ſua uolūtate aliqd mutet: me ibi
legiſſe nō recolo: quinimmo in oībus, in
quit, oēs magr̃am ſequanť rl'am: nec ab
ea temere deuietur à quoq;. Ergo nec
ab ipſo abbate. Oēs, inqt, magr̃am ſe-
quātur rl'am: nemo ergo ſuam uolunta-
tem. Vbi ſanè nec abbatē excipi puto.
Videtis quantū neceſſitati tribuiť: ſub-
trahiť uolūtati? Quid ēt? Non'ne rl'aris
ipſa profeſſio qua ſe iunior ſubdit ſpōte
priori: æq; alligat & priorē? Cōis eqdē
pacti pari reor utrūque neceſſitate tene
ri: fieriq; duos ꝑ unius ſponſionē alteru-
trū debitores: fidelis curæ unū: alterum
humilis obediētiæ. Quidnā igr̃ iam uo-
luntati relinquitur, ubi & prælatus debi
ti neceſſitate teneť? Sed & de hoc item
non paꝝ prælati præſcribiť uoluntati:
qd' is q ꝓfiteť, ſpondet qdē obedientiā,
nō tñ omnimodā, ſed determinate ſecū
dū rl'am: nec aliā quā ſancti Bñdicti: ut
oporteat eū q p̃eſt, nō fręna ſuæ laxare
uoluntati ſuper ſubditos, ſed p̃fixā ex rl'a
ſibi ſcire mēſurā, & ſic demū ſua impia
moderari circa id ſolū qd' rectū eſſe cō-
ſtiterit: nec qdlibet rectū, ſed hoc tm̃ qd
p̃dictus pr̃ inſtituit, aut certe quod ſit
ſcdm qd' inſtituit. Sic ſe qppe hēt ꝓfeſ-
ſio. Promitto nō qdē rl'am: ſed obedien
tiā ſcdm rl'am ſancti Bñdicti. Non ergo
ſcdm uolūtatē p̃poſiti. Proinde ſi ꝓfeſ-
ſo ſcdm illā rl'am abbas meꝰ mihi aliud
forte impōere tētauerit qd' nō ſit ſcdm
rl'am, aut ēt qd' non ſit ſcdm iſta inſtitu
ta: uerbi cā Baſilij, Auguſtini, Pacomij:
q̃nā mihi, q̃ſo, in hac re neceſſitas immi-
net obſequēdi? Solū qppe id à me poſſe
exigi arbitror, qd' ꝓmiſi. Videtis iam er
go obedientiæ limites quos requiritis.
Si modus eſt obeditionis, tenor ꝓfeſſio
nis: nec ſe ualeat extēdere ptās imperā-
tis, niſi quatenus attigerit uotū ꝓfitētis:
ꝓfecto citra, & ultra, necnon ēt contra,
quid aliud quā obediētiæ limites quoſ
dā cēſuerim, & his ſuis terminis uirtutē
eandē circuncludi? Quamobrem qſque
ꝓfeſſus in quouis gñe ſalutiferę uitę, nec
ultra obedientię legē cogēdus: nec citra
eſt inhibēdus quā ſua ipſius ur̃ comple
cti ꝓfeſſio. Quāto minus cōtra? Is ergo
q medius eſt uitæ modus p̃fixus uoto,
ꝓfeſſione firmatus: tanq; lignū qd' erat
in medio paradiſi, ſolus ſine dubio legi
erit ſubiectus, obnoxius iuſſioni. Ergo
p̃lati iuſſio uel ꝓhibitio non p̃tereat ter-
minos ꝓfeſſionis. Nec ultra extendi p̃t:
nec cōtrahi citra. Nil me p̃latꝰ ꝓhibeat
hoꝝ quæ ꝓmiſi, nec plus exigat quàm
promiſi. Vota mea nec augeat ſine mea
uoluntate: nec minuat ſine certa neceſſi
tate. Neceſſitas qppe nō hēt legē, & ob
hoc excuſat diſpenſationē. Volūtas ꝟò
qa ſola mereť retributionē: ēt ſola non
immerito gradū altiorē uſurpat. Aliôqn
& abſq; neceſſitate remiſſio uoti, nō diſ
penſatio, ſed p̃uaricatio eſt: & reſtrictio
cōtra uoluntatem, murmur eſt, non ꝓ-
fectus. Ponāt ergo p̃poſiti metam obe-
dientiæ ſubiectoꝝ ex uotis labioꝝ ipo
rum, non ſuoꝝ deſiderioꝝ: monentes
eos, non cogentes ad celſiora, condeſcē
dentes eis cum neceſſe fuerit ad remiſ-
ſiora, nō cadentes cum eis. Cæteꝝ ſub-
iectus huiuſcemodi obedientiā q̃ uoti
finibus cohibetur, nouerit imperfectā.
Nam perfecta obediētia legem neſcit,
terminis non arctať: neq; contenta an-
guſtijs profeſſionis, largiori uoluntate
ferť in latitudinē charitatis: & ad oē qd'
iniungiť ſpontanea, uigore liberalis ala-
criſq; animi modum nō conſiderans: in
infinitam libertatem extēditur. Hęc eſt
illa de qua ſignanter apl's Petrus, caſtifi 1. Pet. 2. c
cantes, inquit, corda ur̃a in obedientia
charitatis. pulcre ipſam per hoc ſeque-
ſtrans ab illa inerti & ſeruili obedientia
quodammodo nec charitati prompta,
ſed obnoxia neceſſitati. Hęc iuſti illius,
cui lex poſita non eſt, ꝓpria eſt: non qd' 1. Tim. 1. d
uel ille perfectus uiuere debeat ſine le-
ge: ſed quia non ſit ſub lege: minime qp Capitulo: ſi fratri aliquid impoſſibile.
pe contentus uoto ſuæ cuiuſcunq; ꝓfeſ-
ſionis: quam ſuperat animi deuotione.
Quanquam nec iſtam rl'a ipſa tacuerit,
ubi monet, ſi fratri impoſſia iniungun-

tur, ut confidens de adiutorio dei obe-
diat ex charitate. In eadē deniq; regula
la ſcriptũ ẽ: Aſtitit regina à dextris tuis
Pſal. 44.c — in ueſtitu deaurato,circũdata uarietate.
Itaque diuerſi diuerſa accipiẽtes dona ,
alius q̃dẽ ſic,alius uero ſic : ſiue Clunia-
cẽſes,ſiue Ciſterciẽſes,ſiue clerici r'lares,
ſiue ẽt laici fideles: oĩs deniqꝫ ordo , oĩs
lingua,oĩs ſexus,oĩs ætas,oĩs conditio,ĩ
omni loco,ꝑ oẽ tp̃s,à primo hoĩe uſque
ad nouiſſimũ. Nã & ꝓꝑ hoc talaris di-
cta eſt,ꝙ ad finẽ uſqꝫ ꝑtingat, dicẽte ꝓ-
Pſal. 18.b — pheta.Nõ eſt q ſe abſcõdat à calore ei⁹.
nimiꝝ cõgruẽs ei cui & facta eſt,q ꝓhi-
Sap. 8.a — bente uidelicet alia ſcriptura.Et ipſe at-
tingit à fine uſqꝫ ad finẽ fortiter, & diſpo
nit oĩa ſuauiter. Oẽs ergo cõcurramus
pariter in unã tunicã , & ex oĩbus con-
Cant.6.c — ſtet una:ex oĩb.inqꝫ una.Nã etſi ex plu-
ribus et diuerſis:una eſt tñ colũba mea,
formoſa mea,ꝑfecta mea. Aliôq̃n nec
ego ſolus , nec tu ſine me, nec ille ſine
Epheſ. 3.a — utroqꝫ,ſed ſi'r oẽs ſumus illa una, ſi tñ ſo
liciti ſumus ſeruare unitatẽ ſpũs in uincu
lo pacis. Nõ inqꝫ tm̃ ordo nr̃ , aut ſolus
ueſter,ad illã ꝑtinet unã,ſed nr̃ ſi'r & ue
ſter:niſi forte (qđ abſit) inuicẽ inuiden-
tes,inuicẽ ꝓuocantes,inuicem mordeã-
mus,& ab inuicẽ cõſumamur, & ſic nõ
poſſit nos apl's uni illi uiro cui deſpon- — 1. Cor.11.a
dit,uirginẽ caſtã exhibere xp̃o.Veruntñ
illa una dicit in cãticis:Ordinauit in me — Cant.2.a
charitatẽ:ut etſi una in charitate , diuiſa
tñ ſit ordinatione.Quid ergo? Ciſterciẽ
ſis ſum. Dãno igit̃ Cluniacenſes? Abſit.
Sed diligo,ſed prædico,ſed magnifico.
Cur ergo,inq̃s,ordinẽ illũ nõ tenes ſi ſic
laudas? Audi:Propter hoc qđ apl's ait. — 1. Cor.7.d
unuſq̃ſqꝫ in ea uocatione,in q̃ uocatus ẽ,
ꝑmaneat. Quòd ſi q̃ris cur & à princi-
pio nõ elegerim,ſi talẽ ſciebã? Rñdeo:
Propter id qđ rurſus ait apl's,Oĩa mihi — 1.Cor.10.c
licẽt:ſed nõ oĩa expediũt. Nõ ꝙ.ſ.ordo
ſctũs & iuſtus nõ ſit:ſed q̃a ego carna- — Rom. 7.c
lis erã uenundatus ſub pctõ, & talẽ aĩæ
meæ lãguorẽ ſentiebã , cui fortior eſſet
potio neceſſaria. Et diuerſis morbis di-
uerſa cõueniũt medicamẽta, & fortiori
bus fortiora . Fac duos hoĩes febribus
anxiari,quartanis unũ, alteꝝ tertianis .
Cõmendet aũt qui quartanis laborat ,
tertiano aq̃ , pyra, & frigida q̃qꝫ ſumen,
da,cũ tñ ab his ipſe abſtineat, uinumq́ꝫ
& cætera calida utpote ſibi cõgruẽtia
ſumat. Quis,rogo,hinc eũ recte rep̄hẽ-
dat ? Si diceret ille,cur tu aq̃ non bibis,
quã ita laudas? an nõ recte rñderet,et ti
bi eã fidel'r tribuo,et mihi ſalubriter ſub
traho? Deniqꝫ req̃rat̃ ẽt à me,cur cũ oẽs
ordines laudem oẽs nõ teneo? Laudo.n.
oẽs & diligo,ubicũque pie & iuſte uiui
tur in eccleſia. Vnum oꝑe teneo,cęteros
charitate.Faciet aũt charitas (fidẽter lo
quor) ut ne illoꝝ q̃dem fructu frauder,
quorũ inſtituta non ſequor. Plus aliq̃d
dicam. Tu tibi caute age. Poteſt nan-
que fieri quia fruſtra tu laboraueris : ut
autem ego fruſtra diligam bonum qđ
operaris , fieri omnino non poteſt. O
quanta fiducia charitatis. Alius ope-
ratur non amans, & alius amat nihil o-
perans. Ille quidem ſuum opus ꝑdit:
illius uero charitas nunquam excidit.
Et quid mirum ſi in hoc exilio peregri-
nante adhuc eccleſia,quędã huiuſcemo
di ſit pl'is (ut ita dixerim) unitas : unaq́ꝫ

pluralitas: cũ in illa quoqꝫ pr̄ia qñ iam
ipſa regnabit, nihilominus forte talis ali
qua diſpar quodãmodo ęqualitas futu
Ioã.14.a ra ſit? Inde etenim ſcriptũ eſt: In domo
pr̄is mei mãſiões multę ſunt. Sicut ita-
que illic multæ mãſiones in una domo:
ita hic multi ordines ſunt in eccl'ia una:
& qũo hic diuiſiones grãꝝ ſunt, idẽ au
tẽ ſpũs: ita ibi diſtinctiones ꝗdẽ gl'iaꝝ,
1.Cor.12. ſed una dom⁹. Porro unitas tã hic q̃ꝫ ibi
una conſiſtit in una charitate: diuerſitas
aũt hic ꝗdẽ in ordinũ uel ꝑationũ mul
tifaria diuiſione: illic uero in quadã me-
ritoꝝ notiſſima ſed & ordinatiſſima di
ſtinctione. Intelligẽs deniqꝫ eccl'ia hanc
ſuã quodãmõ diſcordẽ cõcordiã, cõcor
dem'ue diſcordiã: deduxit me, inꝗt, ſuꝑ
Pſal.22.a ſemitas iuſtitiæ ꝑꝑ nomẽ ſuũ. Ponẽs ꝗp
pe ſemitas pl'r, & iuſtitiæ ſingl'r, nec di-
uerſitatẽ ꝑ̄termiſit ꝑationũ, nec unita-
tẽ ꝑantiũ. Præuidẽs quoqꝫ & illã ĩ cœ
leſtibus diſcretã unitatẽ futurã, deuotiſ
Tob.13.c ſime læta decãtat. Plateæ tuæ Ieruſalẽ
ſternent̃ auro mundo, & per oẽs uicos
tuos halleluia cãtabit̃. Audiens.n. pla-
teas & uicos: coronas & gl'ias diuerſas
intellige. In auro, quo uno metallo illa
ciuitas ornata deſcribitur, & uno hall'a
qđ cantandũ ꝓhibet̃, diſſimilium ſpẽꝝ
ſil'em pulcritudinem, & multaꝝ mẽtiũ
unam deuotionem attende. Non igitur
una tm̃ ſemita ĩcedit̃: ꝗa nec una eſt mã
ſio quo tẽdit̃. Viderit aũt qſqꝫ q̃cũqꝫ in-
cedat, ne ꝓ diuerſitate ſemitaꝝ ab una
iuſtitia recedat: qm̃ ad quamlibet man
ſionẽ ſua qſqꝫ ſemita ꝑuenerit, ab una
1.Cor.15.e domo pr̄is exors non erit. Veruntñ ut
ſtella ab ſtella differt in claritate: ſic e-
rit, ait, & reſurrectio mortuoꝝ. Nã etſi
fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno pr̄is eo-
rum: alij tñ alijs amplius: ꝓ diuerſitate
meritoꝝ. Quæ ſanè merita ſciẽdũ nõ ſic
in hoc ſcl'o ut in illo facile ab hoĩe poſſe
diſcerni: ꝗppe cũ hic tm̃ ꝑa uideantur,
illic ẽt corda nihil impediat intueri. Siq-
dem radiante ubiqꝫ ſole iuſtitiæ, tunc
manifeſta erunt abſcondita cordiũ. Et
1.Cor.4.a ſicut non eſt nunc ꝗ ſe abſcõdat à calo-
Pſal.18.b rę eius, ita tunc non erit qui ſe occultet
à ſplendore ipſius. Et de ꝑib. quidem
ſæpe incerta, & ob hoc periculoſa ſn̄ia
fertur; cum multoties minus iuſtitiæ ha
beant qui magis operantur.

Vnde nunc mihi conueniendi ſunt ꝗ-
dam de ordine nr̄o, ꝗ contra illã ſn̄iam:
Nolite añ tp̄s iudicare, quoaduſqꝫ ue-
niat dñs, ꝗ & illuminabit abſcõdita te
nebraꝝ, & manifeſtabit cõſilia cordiũ:
alijs ordinib. derogare dñr, & ſuam iu-
ſtitiam ſolã uolentes cõſtituere, iuſtitiæ Rom.10.
dei non ſunt ſubiecti: quos ꝑfecto (ſi ꝗ
tñ huiuſcemodi ſunt) nec nr̄i, nec cuiuſ-
piam eſſe ordinis uerius dixerim. Quip
pe ꝗ etſi ordinate uiuentes, ſuꝑbe tñ lo-
quentes, ciues ſe faciunt Babylonis. i. cõ
fuſiõis, imò filios tenebraꝝ, ipſiuſqꝫ ge-
hẽnæ: ubi nullus ordo, ſed ſempiternus
horror inhabitat. Vobis ergo inq̃ꝫ fr̄es, Ioã.10.a
ꝗ ẽt poſt auditã illam dñi de phariſæo
& publicano parabolã đ ur̄a iuſtitia ꝑ̄-
ſumentes, cęteros aſꝑnamini: dicitis (ut
dr̄) ſolos uos hoĩm eſſe iuſtos, aut oĩb.
ſanctiores: ſolos uos monachoꝝ regl'r
uiuere, cæteros uero rl'æ potius exiſtere
tranſgreſſores. Primo ꝗd ad uos de alie
nis ſeruis? Suo dño ſtant, aut cadunt.
Quis uos cõſtituit iudices ſuꝑ eos? Dei-
de ſi ita, ut dr̄, de ordine ur̄o ꝑ̄ſumitis:
q̃lis ordo eſt ut anteq̃ꝫ de ſuo quiſq̃ꝫ tra
bem eijciat, in fr̄um oculis tã curioſe fe
ſtucas ꝑꝗrat? Qui in rl'a gl'iamini, cur
contra rl'am detrahitis? Cur contra euã Mat.7.a
gelium, ante tp̄s: & contra apl'm, alie- Ro.14.a
nos ſeruos iudicatis? An rl'a nõ cõcor-
dat euangelio uel apl'o? Alioꝗn rl'a iam
non eſt rl'a: quia non recta. Audite, & di
ſcite ordinẽ, ꝗ contra ordinẽ alijs ordini
bus derogatis: Hypocrita, inꝗt, eijce pri Mat.7.a
mũ trabem de oculo tuo, & ſic uidebis
eijcere feſtucã de oculo fr̄is tui. Quęris,
quam trabẽ? An non grandis & groſſa
trabes eſt ſuperbia, qua te putas eſſe ali
quid, cũ nihil ſis? Inſaniſſime tibi tanq̃ꝫ
ſanus exultas, & alijs uaniſſime trabem
portans de feſtucis inſultas? Gr̄as, inꝗs, Luc.18.b
ago tibi deus, ꝗa non ſum ſicut cæteri
hoĩm, iniuſti, raptores, adulteri. Seq̃re
ergo & dic: detractores. Neqꝫ.n. mĩma

eſt hæc feſtuca inter cæteras. Qr̄ cũ tã
diligenter al's enumeres, iſtam taces?
Si ꝓ nulla uel minima hẽs, audi apl'm.
1.Cor.6.b Neqꝫ maledici, ait, regnum dei poſſide-
Pſal.49.b bunt. Audi & deũ in pſalmo cõminan-
tem, Arguã te, inꝗt, & ſtatuã contra fa-
ciem tuã. Qđ ꝗa detractori loquat̃ cer-
tum eſt ex ꝑ̄cedentib. Et ꝗdem iuſte ad
ſe retorquendus, & ſe compellẽdus eſt
intueri, ꝗ auertens faciem ſuam à ſe, alie
nà potius mala q̃ꝫ ſua ſolet curioſius ꝑ-
ſcrutari. At, inꝗunt, qũo rl'am tenent, ꝗ
pellicijs induunt̃, ſani carnib. ſeu carniũ
pinguedine ueſcunt̃, tria uel q̃tuor pul-
mentaria una die (qđ rl'a ꝓhibet) admit
tunt: opus manuũ qđ iubet, non faciũt:
multa deniqꝫ ꝓ libitu ſuo uel mutãt uel
augent uel minuunt? Recte. Nõ pñt hęc
negari. Sed attẽdite in rl'am dei, cui uti-
que nõ diſſonat inſtitutio S. Benedicti.
Luc.17.c Regnum dei, inꝗt, intra uos eſt, hoc eſt
non exterius in ueſtimentis aut alimen
tis corporis, ſed in uirtutib. ĩterioris ho-
Rom.14.c minis. Vñ apl's: Regnum dei nõ eſt eſca
1.Co.4.d & potus: ſed iuſtitia: & pax, & gaudiũ
in ſpũ ſc̄tõ. Et rurſus, Regnũ dei, nõ eſt
in ſermone, ſed in uirtute. De corꝑalib.
itaqꝫ obſeruantijs, fr̄ib. calũniam ſtrui-
tis: & q̃ maiora ſunt rl'æ, ſpũalia. ſ. inſti-
tuta relinquitis, camelumqꝫ glutientes,
culicẽ liq̃tis? Magna abuſio. Maxima
cura eſt ut corpus regl'r induat̃, & con
tra rl'am ſuis ueſtib. aĩa nuda deſerit̃ur.
Cum tãto ſtudio tunica & cuculla cor
pori ꝓcurent̃, quatenus cui deerũt, mo-
nachus non putet̃: cur ſil'r ſpũi pietas &
humilitas, q̃ ꝑfectò ſpũalia indumenta
ſunt, non ꝓuident̃? Tunicati et elati ab-
horremus pellicias, tanq̃ꝫ non melior ſit
pellib. inuoluta humilitas, quam tuni-
Gen.3.d cata ſuꝑbia: ꝑ̄ſertim cum & deus tuni-
Mat.3.a cas pelliceas primis hoĩb. fecerit, et Ioã
nes in eremo zona pellicea lũbos acci-
xerit, & ipſe tunicaꝝ inſtitutor ĩ ſolitu-
dine non tunicis, ſed pellib. ſeſe ĩduerit.
Repleti deinde uentrẽ faba, mẽtẽ ſuper
bia, cibis dãnamus ſaginatos: q̃ſi nõ me
lius ſit, exiguo ſagimine ad uſum ueſci,
quam uentoſo legumine uſqꝫ ad ructũ
exſaturari, & ꝑ̄cipue cũ Eſau, nõ de car Heb.12.d
ne, ſed de lente ſit repr̄hẽſus: & de ligno Gen.3.b
Adam, non de carne dãnatus: & Iona- 1.re.14.d
thas ex guſtu mellis non carnis, morti 3.reg.17.a
adiudicatus: econtra uero Elias inoxie Gen.18.a
carnem comederit, Abrahã gratiſſime Exò.29.a
carnib. angelos pauerit, & de ipſis ſua
fieri ſacrificia deus ꝑ̄cepit. Sed & ſatius
eſt modico uino uti ꝑꝑ infirmitatẽ, quã
multa aqua ingurgitari ꝑ auiditatem:
ꝗa & Paul⁹ Timotheo modico utẽdũ 1.Tim.5.d
uino cõſuluit, & dñs ipſe bibit, ita ut ui Mat.11.c
ni potator appellatus ſit, apl'iſqꝫ biben Ioan.2.a
dũ dedit, inſuꝑ & ex eo ſacr̄a ſui ſangui Mat.26.c
nis cõdidit: cũ ecõtrario aq̃ꝫ ad nuptias Ioan.2.a
bibi non paſſus ſit, & ad aq̃s contradi-
ctionis ppl'i murmur terribil'r caſtigaue
rit. Dauid quoqꝫ aq̃ꝫ quã deſiderauerat,
potare timuerit: uiriqꝫ illi Gedeonis ꝗ ꝑ̄ Nu.20.b
auiditate toto corpore ꝓſtrato đ flumi- 2.Re.23.c
ne biberunt, digni ad ꝑ̄lium ire nõ fue- Iud.7.b
rint. Iam uero de labore manuum quid Luc.10.c
gl'iamini, cum & Martha laborans in- 3.Ti.4.c
crepata, & Maria ꝗeſcens laudata ſit, Pſal.6.a
& Paulus apte dicat, Labor corꝑis ad Pſal.76.a
modicũ ualet, pietas aũt ad oĩa? Opti- Ibidem.
mus labor, de quo ꝓpheta dicebat, La
boraui in gemitu meo. Et de quo alibi,
Memor fui dei, & delectatus ſum, &
exercitatus ſum. At ne corꝑale ĩtelligas
exercitiũ: & defecit, inꝗt, ſpũs me⁹. Vbi
aũt nõ corpus, ſed ſpũs fatigat̃, ſpũalis
ꝓculdubio labor intelligit̃. Quid ergo
inꝗs? Siccine illa ſpũalia ꝑſuades, ut etiã
hæc q̃ ex rl'a hẽm⁹ corꝑalia dãnes? Ne-
quaq̃ꝫ: ſed illa oportet agere: & iſta non
omittere. Alioꝗn cũ aut iſta omitti ne-
ceſſe eſt, aut illa: iſta potius omittenda
ſunt q̃ꝫ illa. Quanto.n. ſpũs corpore me
lior eſt, tãto ſpũalis quã corꝑalis exerci
tatio fructuoſior. Tu ergo cũ de hoꝝ
obſeruatiõe elat⁹, alijs eadẽ nõ obſeruã
tib. derogas: nõne te magis trãſgreſſo-
rẽ rl'æ ĩdicas, c⁹ licet minima q̃dã tenẽs,
meliora deuitas? De ꝗb. Paulus: Aemu 1.Co.12.d
lamini, ait, chariſmata meliora. Detra-
hẽdo ꝗppe fr̄ib. ĩ quo temetip̄m extol-
lis, ꝑdis humilitatẽ: in q̊ alios deprimis,
charitatem: q̃ ſunt ꝓculdubio chariſma

ta meliora. Tu ſi tuũ corpus multis &
nimĳs laborib. atteris, ac rl'aribus aſpe-
ritatib. mortificas mẽbra tua q̃ ſunt ſup
terram: bñ facis. Sed quid ſi ille quẽ ſil'r
non laborantẽ dĳudicas, modicũ qdẽ
habeat de hac q̃ ad modicũ eſt utilis,
corporali uidelicet exercitatione, am-
plius aũt quã tu de illa q̃ ad oĩa ualet. i.
pietate? Quis, q̃ſo, urm rl'am melius te-
net? An nõ melius q melior? Quis uero
melior: humilior, an fatigatior? An non
Mat. 11. d is q à dño didicit mitis eſſe & humilis
Luc. 10. g corde: q & cum Maria optimam partẽ
elegit, q̃ non auferet ab eo? Q; ſi rl'am
ab oĩb. qui eam pfeſſi ſunt, ſic ad lrãm
tenendã conſes, ut nullã omnino diſpẽ-
ſationẽ admitti patiaris: audacter dico,
nec tu eã, nec ille tenetis. Nã etſi ille q̃tũ
qdẽ ptinet ad obſeruationes corpeas, ĩ
plurib. offendit: impoſſe eſt tñ te quoq;
uel in uno non tranſgredi. Scis aũt qa q
ĩ uno offendit, oĩm eſt reus. Sin uero cõ-
cedas aliq̃ poſſe mutari diſpẽſatoriè: p-
culdubio & tu illã tenes, & ille q̃q; diſ-
ſil'r. Nã tu qdẽ diſtrictius, at ille fortaſſe
diſcretius. Neq; hoc dico qa hæc exte-
riora negligenda ſint, aut q ſe in illis nõ
exercuerit, mox iõ ſpũalis efficiat, cum
potius ſpũalia (q̃q; meliora) niſi p iſta
aut uix aut nullatenus uel acqrant uel
1. Co 15. e obtineant: ſicut ſcriptũ eſt. Nõ pri⁹ qd
ſpũale, ſed qd aĩale, deinde qd ſpũale.
Sicut nec Iacob niſi prius cognita Lya
Pſal. 80. a deſideratos Rachelis amplexus meruit
obtinere. Vñ rurſus in pſalmo: Sumite
pſalmũ, & date tympanũ. Qd eſt dice
re: Sumite ſpũalia, ſed prius date corpo
ralia: Optimus aũt ille, qui diſcrete &
congrue hæc & illa operatur.

Iam uero epl'a, ut epl'a remaneat, fi
nienda erat: qñq dẽ & nros (de qbus pr
conq̃ſt⁹ eſtis q ordini uro detraherẽt)
ſatis quãtũ potui ſtylo corripui: & me
quoq; ab hmõi falſa ſuſpicione purga-
ui, ut debui. Sed qm̃ dum nris minime
parco, nõnullis de uris nimiũ, in qb, nõ
decet, uideor aſſentire, pauca q̃ & uob
diſplicere cognoui, & oĩb. bonis uitãda
eſſe non dubito, neceſſariũ reor ſubiun-
gere: q̃ qdem etſi fieri uñr in ordine, ab-
ſit tñ ut ſint de ordine. Nullus qppe or-
do qppiam recipit inordinatũ: qd uero
inordinatũ eſt, ordo non eſt. Vñ nõ ad-
uerſum ordinem, ſed p ordine diſputa-
re putãdus ero, ſi nõ ordinẽ in hoĩb. ſed
hoĩm uitia rephendo. Et qdẽ diligẽtib.
ordinẽ, in hac re moleſtũ me fore non ti
meo, qnimo gratum pculdubio acce-
pturi ſunt ſi pſeqmur qd & ipſi oderũt.
Si qb. ỽo diſplicuerit, ipſi ſe manifeſtãt
qa ordinem non diligũt, cuius utiq; cor
ruptionẽ. i. uitia dãnari nolũt. Ipſis itaq;
illud Gregorianũ rñdeo: Melius eſt ut
ſcandalũ oriat, q̃ ueritas relinquatur.

Dr & ueraciter credit ſctõs pres illã
uitã inſtituiſſe: & ut in ea plures ſaluarẽ-
tur, uſq; ad infirmos rl'æ tẽpaſſæ rigorẽ,
non rl'am deſtruxiſſe. Abſit aũt ut cre-
dã tãtas eos quãtas uideo ĩ pleriſq; mo
naſterĳs uanitates ac ſupfluitates pce-
piſſe uel cõceſſiſſe. Miror etem̃ uñ inter
monachos tãta intẽpãtia in comeſſatio
nib. & potationib. in ueſtimẽtis & lecti
ſternĳs, & eqtaturis, & cõſtruẽdis ædi-
ficĳs inoleſcere potuit: q̃tenus ubi hæc
ſtudioſius, uoluptioſius atq; effuſi⁹ fiũt,
ibi ordo melius teneri dicat, ibi maior
putet religio. Ecce em̃ parcitas, putatur
auaritia: ſobrietas, auſteritas credit: ſilẽ
tiũ, triſtitia reputat. E cõtra remiſſio, diſ-
cretio dr: effuſio liberalitas: loq̃citas, af
fabilitas: cachĩnatio, iucũditas: molli-
ties ueſtimentoꝶ, & equoꝶ faſtus, ho-
neſtas: lectoꝶ ſupfluus cultus, mũditia.
Cumq; hæc alterutrũ impẽdimus, cha-
ritas appellat. Iſta charitas deſtruit chã
ritatem, hæc diſcretio diſcretionem cõ-
fundit. Talis miſericordia crudelitate
plena eſt, qua uidelicet ita corpori ſer-
uitur, ut aĩa iuguleṫ. Quę. n. charitas eſt
carnem diligere, & ſpm̃ negligere? Quę
ue diſcrerio totum dare corpori, & aĩæ
nihil? Qualis uero miſericordia, ancil-
lam reficere, & dominam interficere?
Nemo pro hmõi miſericordia ſperet ſe
conſequi miſericordiam quæ miſericor
dibus promittitur in euangelio, uerita-
tis ore dicentis: Beati miſericordes, qm̃ Mat. 5. a

ipſi miſericordiam conſequentur. Sed
certiſſime potius pœnã expectet quã
tali (ut ita dicã) impio miſericordi ſctũs
Iob. 24. d Iob magis pphetizando quam affectã
do imprecat: non ſit, ingens, in recorda-
tione, ſed conterat quaſi lignũ ĩfructuo
Ibidem. ſũ. Dignæ planè retributionis cãm mox
ſubinfert ſatis idoneã, dicẽs: Pauit. n. ſte
rilẽ, & q̃ non parit, & uiduæ nõ bñfecit.
Ioan. 6. g Inordinata pfectò atq; irrõnalis mĩa
1. Cor. 15. f eſt, ſterilis & infructuoſę carnis, q̃ iuxta
dñi uerbum non pdeſt qcq̃, & ſcd'm
Aplm regnum dei nõ poſſidebit, adim-
plendis inuigilare deſiderĳs, & de aĩę cu
ra ſapientis ſaluberrimum nõ curare cõ
ſilium, admonẽtis atq; dicentis: Miſere
re animæ tuæ, placens deo. Bona mĩa
miſereri aĩę tuæ, nec p̃t nõ mereri mĩam
qua fit ut placeas deo. Al's aũt non eſt
mĩa (ſicut iã dixi) ſed crudelitas, non eſt
charitas, ſed iniqtas: non diſcretio, ſed
cõfuſio, ſterilẽ q̃ non parit paſcere. i. in-
utilis carnis concupiſcẽtĳs inſeruire, &
uiduæ nil boni facere, aĩæ uidelicet ex-
colendis uirtutib. nullã opã dare. Quæ
utiq; licet ſponſo interim ſit uiduata cœ
leſti, ſenſus tñ de ſpũ ſctõ cõcipe & pa-
rere non deſinit immortales: qui uideli-
cet incorruptibilis cœleſtiſq; hrditatis
ualeant eſſe capaces, ſed ſi piũ habeant
ſtudioſumq; cultorẽ. Sub hac tñ abuſio
ne iam ferè ubiq; ſic p ordine tenent. fe-
rè iam ita ab oĩb. ſine q̃rela atq; irrephẽ
ſibil'r obſeruant: q̃q; diſſil'r. Nõnulli qp
pe his oĩb. tanq; nõ utentes utunt, & iõ
aut cum nulla offenſa, aut cũ minima.
Aliquãti qppe hæc agunt ex ſimplicita
te: aliquãti ex charitate: aliquanti ex ne-
ceſſitate. Quidã nãq; ſimpl'r iſta tenẽt,
qm̃ ſic eis p̃cipit: parati al'r agere ſi al'r p̃
ciperet. Quidã aũt ne diſcorditer uiuãt
ab eis cũ qb. habitant: ſectantes in his
non ſuam libidinẽ, ſed aliorum pacem.
Alĳ uero qa reſiſtere non ualent multi-
tudini contradicẽtium, qui hęc utiq; tã-
quam p ordine libera uoce defendũt,
& quoties iſti aliqua (put rõ dictat) re-
ſtringere uel mutare incipiunt, illi mox
tota eis authoritate reſiſtunt. Quis in
prĩcipio cũ ordo cœpit monaſticus: ad
tantam crederet monachos inertiam
deuenire? O quantũ diſtamus ab his q
in dieb. Antonĳ extitere monachi? Siq-
dem illi cũ ſe inuicẽ p tp̃s ex charitate
reuiſerent, tanta ab inuicẽ auiditate pa-
nẽ aĩaꝶ pcipiebant, ut corpis cibũ peni
tus obliti, diẽ plerũq; totum ieiunis uẽ-
tribus, ſed non mentib. tranſigerent. Et
hic erat rectus ordo: qñ digniori parti
prius inſeruiebatur. Hæc ſumma diſcre
tio: cum ampli⁹ ſumebat q̃ maior erat.
Hæc deniq; uera charitas, ubi aĩę, quaꝶ
charitate Xp̃s mortuus eſt, tanta ſolici
tudine refocillabant. Nobis aũt conue-
nientib. in unum (ut uerbis Apl'i utar) iã 2. Cor. 11. f
non eſt dñicam cœnam mãducare. Pa-
nem qppe cœleſtem nemo qui reqrat:
nemo q tribuat. Nihil de ſcripturis, ni-
hil de ſalute agit aĩaꝶ, ſed nugæ, & ri-
ſus, & uerba pferunt in uentũ. Inter prã
dendum, quantũ fauces dapib, tm̃ au-
res paſcunt rumorib. quib. totus intẽt⁹,
modũ neſcias in edẽdo. Interim aũt fer-
cula ferculis apponunt, & p ſolis carni
bus à qb. abſtinet, grandia piſciũ corpa
duplicant. Cumq; priorib. fueris ſatia-
tus, ſi ſcdos attigeris, uideberis tibi nec-
dũ guſtaſſe piſces. Tãta qppe accura-
tione & arte coquoꝶ cũcta apparant:
q̃tenus quatuor aut qnq; ferculis deuo
ratis, prima nõ ĩpediant nouiſſima: nec
ſatietas minuat appetitũ. Palatũ qppe
dũ nouellis ſeducit cõdimentis: paulatĩ
diſſueſcere cognita, & ad ſuccos extra-
neos ueluti adhuc ieiunũ, auide renouat
in deſideria. Venter qdẽ dũ neſcit onera
tur, ſed uarietas tollit faſtidiũ. Quia. n.
puras (ut eas natura creauit) epulas fa-
ſtidimus: dum aliæ alĳs multifariè pmĩ
ſcent, & ſpretis naturalib. quos deus in-
didit reb. qbuſdã adulterinis gula puo
catur ſaporib. tranſit nimiꝶ meta neceſ
ſitatis, ſed necdum delectatio ſuperat.
Quis. n. dicere ſufficit, quot modis (ut
cætera taceam) ſola oua uerſant & ue-
xant: quanto ſtudio euertunt, ſubuertũ
tur, liquantur, durantur, diminuũtur, &
nunc qdẽ frixa, nunc aſſa, nũc farſa, nũc

miſtim,nunc ſingillatim apponuntur?
Vt ꝗd aũt hæc oĩa,niſi ut ſoli faſtidio cõ
ſulatꝰ?Ipſa deinde qualitas reꝝ talis de-
foris apparere curatꝰ, ut nõ minus aſpe-
ctus ꝙ guſtus delectetꝰ: & cũ iã ſtoma-
chus crebris ructibus repletũ ſe indicet,
necdũ tñ curioſitas ſatiatꝰ. Sed dũ oculi
coloribus,palatũ ſaporibus illiciuntꝰ:in-
fœlix ſtomachus cui nec colores lucẽt,
nec ſapores demulcẽt, dũ oĩa ſuſcipe co
gitꝰ,oppꝛ̃ſſus magis obruitꝰ ꝙ reficitꝰ. Iã ue
ro de aq̃ potu ꝗd dicã:qñ ne ullo quidẽ
pacto uinũ aquatũ admittitꝰ?Oẽs nimi-
rum ex quo monachi ſumus,ĩfirmos ſto
1. Tim. 5. d machos hẽmus, & tã neceſſarium Apľi
de utẽdo uino cõſiliũ merito non negli-
gimus:modico tñ, qđ ille ꝓmiſit,neſcio
cur ꝑtermiſſo. Et utinã uel ſolo cum etiã
puꝝ eſt:cõtẽti eſſemꝰ. Pudet dicere,ſed
magis pudeat actitari: & ſi pudet audi-
ri,non pudeat emendari. Videas uno in
prandio ter uel quater ſemiplenũ calicẽ
reportari, q̃tenus diuerſis uinis magis
odoratis,ꝙ potatis,nec tã hauſtis, q̃ at
tactis,ſagaci ꝓbatione & celeri cogni-
tione unũ tandẽ è pluribus,qđ fortiꝰ ſit,
eligatꝰ. Quale eſt aũt illud qđ nonnulla
monaſteria ex more obſeruare dñr:ĩ ma
gnis uidelicet feſtis uina delibuta melle,
pigmẽtoꝝ reſperſa pulueribus in conuẽ
tu bibere? Nunꝗd & hoc fieri dicemus
ꝑꝑ infirmitatẽ ſtomachi? Ego uero ad
nihil aliud ualere uideo,niſi ut uľ ampliꝰ
bibatur,uel delectabilius. Sed cũ uenæ
fuerint uino ingurgitatæ, toto in capite
pulpitãtes,ſic ſurgẽti à mẽſa ꝗd aliud li-
bet niſi dormire? Si aũt ad uigilias ſurge
re indigeſtũ cogis,nõ cantũ, ſed plãctũ
potius extorquebis. Cũ uero ad lectum
deuenero,reꝗſitus incõmodum,plãgo,
nõ crapulæ pctm̃,ſed ꝙ mãducare non
queo. Ridiculũ uero(ſi tñ ueꝝ eſt)qđ
relatũ eſt mihi à pluribus q hęc ſe ꝓ cer
to ſcire dicebãt:reticẽdũ eſſe non arbi-
tror. Aiũt.n.incolumes ac ualidos iuue
nes cõuẽtũ ſolere deſerere:ĩ domo ſe in
firmoꝝ,qui non ſunt infirmi,collocare:
carniũ eſu(quix ægrotis dũtaxat, & o-
mnino debilibus,ex rľæ diſcretione pro
uiriũ reparatione concediť) nõ quidem
corporis infirmãtibus ruinas reficere ꝓ
incõmodo,ſed carnis luxuriãtis curã ꝑ-
ficere in deſiderio. Rogo q̃ eſt hæc ſecu-
ritas inter frẽdentiũ undiꝙ hoſtiũ fulgu
rãtes haſtas & circũuolãtia ſpicula,tã-
quã finito iã bello & triũphato aduer-
ſario ꝓijcere arma, & aut prãdijs incu-
bare lõgioribus,aut nudũ molli uoluta
ri in lectulo? Quid hoc ignauię eſt, ô bo
ni milites? Socijs ĩ ſanguine & cæde uer
ſantibus:uos aut cibos diligitis delica-
tos,aut ſõnos capitis matutinos? Alijs,
inꝙ,nocte & die cura ꝑuigili feſtinanti
bus redimere tp̃s,qm̃ dies mali ſũt: uos
ecõtrario & lõgas noctes dormitando
cõſumitis, & dies fabulãdo ducitis ocio
ſos? An dicitis pax? & non eſt pax. Cur
nõ ꝟecũdamini ad exprobrationẽ apľi
cæ indignationis? Nondũ.n. ait, reſtiti- Hebr. 12. b
ſtis uſꝙ ad ſanguinẽ. Imò iam ad eiuſdẽ
terribilis ualde cõminationis tonitruũ,
cur nõ exꝑgiſcimini? Cũ dixerint, inꝗt, 1. Theſ. 5. a
pax & ſecuritas:tũc repẽtinus eis ſuꝑue
niet interitus,ſicut dolor in utero hñtis,
& non effugient. Delicata nimis medi-
cina eſt prius alligari ꝙ uulnerari: mẽ-
brum nõ percuſſum plangere,et necdũ
ſuſcepto ictu admouere manum,fouere
unguẽto ubi nõ dolet, emplaſtrũ adhi-
bere ubi cæſura nõ eſt. Ad diſcernendũ
deinde inter ſanos & male hñtes, bacu
los in manibus portare iubentꝰ ægrotan
tes,planè neceſſarios,ut quã pallor ĩ uul
tu,macieſꝙ nõ indicat,baculus ſuſten-
tãs mẽtiatꝰ inualetudinẽ. Ridẽdas an lu-
gẽdas dixerim hmõi ineptias? Sic Ma-
carius uixit? Sic Baſiliꝰ docuit? Sic Anto
nius ĩſtituit? Sic prẽs in Aegypto cõuer
ſati ſũt? Sic deniꝙ ſancti Odo, Maiolꝰ,
Odilo, Hugo, quos ſe ſui utiꝙ ordinis
principes & ꝑceptores hr̃e glľiantꝰ, aut
tenuerũt,aut teneri cẽſuerũt? Sed hi oẽs
ſi ſcti,imò ꝗa ſancti fuerũt, à ſctõ Apľo
non diſſenſerunt,qui nimirum ita loqui
tur:Hñtes uictũ & ueſtitũ,his contenti
ſimus. Nobis aũt eſt pro uictu ſatietas, 1. Tim. 6. b
nec ueſtitũ appetimus,ſed ornatũ. Quę
ritur ad induendũ nõ quod utilius, ſed
quod

quod ſubtilius ĩuenitꝰ: nõ quòd repellat
frigus,ſed qđ ſuꝑbire cõpellat:nõ deni-
que(iuxta rľam)qđ uilius cõparari põt,
ſed quod uenuſtius imò uanius oñtari.
Heu me miſeꝝ qualemcũꝙ monachũ.
Cur adhuc uiuo uidere ad id deueniſſe
ordinẽ nr̃m:ordinẽ.ſ.q primus fuit in ec
cleſia:imò à quo cœpit eccľia,quo nullꝰ
in terra ſiľior angelicis ordinibus: nullꝰ
uicinior ei q̃ in cœlis ẽ Ieruſalem mater
noſtra, ſiue ob decorem caſtitatis, ſiue
ꝑꝑ charitatis ardorẽ: cuius Apľi inſtitu
tores,cuius hi quos Paulus tã ſæpe ſan-
ctos appellat, inchoatores extiterunt?
Et quidem ĩter illos cũ nihil qđ ſuũ eẽt
Acto 4. g qſpiam retinuiſſet,diuidebatꝰ(ut ſcriptũ
eſt)ſingulis ꝓut cuiꝙ opus erat: nõ igitꝰ
quod qſꝙ pueriliter geſtire poterat. Sa
nè ubi tm̃ quod opus erat accipiebatꝰ:
ibi nihil ꝓculdubio otioſum admitte-
batꝰ. Quãto magis nihil curioſum: quã-
to magis nihil ſuꝑbum? Qđ,inꝗt,opus
erat. Hoc eſt quãtũ ad indumẽta,quod
& nuditatẽ tegeret,et frigus repelleret.
Putas'ne ibi cuiꝙ galabrunũ aut iſſem-
brunum q̃rebatꝰ ad ĩduẽdum:cuiꝙ ducẽ
torum ſolidoꝝ mula parabatꝰ ad eꝗtan
dum? Putas'ne,inq̃, cuiuſpiã ibi lectuli
opꝑtorium cattinũ,aut diſcolor barrica-
nus operiebat,ubi ſingulis diuidebatur
tm̃,ꝓut cuiꝙ opus erat? Non illic arbi-
tror ualde curatũ fuiſſe de ꝑtio,de colo
re,de cultu ueſtimẽtoꝝ, ubi tã indefeſ-
ſum inerat ſtudiũ in concordia moꝝ,
aĩoꝝ cohærẽtia:ꝑfectuꝙ uirtutũ. Mul-
Ibidem. titudinis, inꝗt, credẽtium erat cor unũ,
Luc. 17. e & aĩa una. Vbi nunc illud unanimitatis
exercitium? Fuſi ſumus exterius, & de
regno dei(quod intra nos eſt)relictis ue
ris ac perẽnibus bonis,foris q̃rimus ua-
nam cõſolationem, de uanitatibꝰ & in
ſanijs falſis:ac iã religionis antiq̃,non ſo
lum uirtutem amiſimus, ſed nec ſpeciẽ
retinemus. Ecce.n.ipſe habitus noſter
(quod & dolẽs dico)qui humilitatis eẽ
ſolebat inſigne: à monachis noſtri tp̃is
in ſignũ geſtatꝰ ſuꝑbiæ. Vix iã in noſtris
prouincijs inuenimus quo ueſtiri digne
mur. Miles & monachus ex eodẽ pãno
partiuntꝰ ſibi cucullã & chlamydẽ. Qui
uis de ſeculo quãtumlibet honoratꝰ, ẽt
ſi rex,ẽt ſi imꝑator ille fuerit: nõ tñ nr̃a
horrebit indumenta:ſi ſuo ſibi mõ ꝑpa-
rata fuerint & aptata. Cęteꝝ in habitu,
inquis,nõ eſt religio,ſed in corde. Bene:
At tu qñ cucullã empturus, luſtras ur-
bes:fora circuis:percurris nundinas: do
mos ſcrutaris negotiatoꝝ: cunctã euer
tis ſinguloꝝ ſupellectilẽ: ingẽtes expli-
cas cumulos pãnoꝝ: attrectas digitis,
admoues oculis, ſolis opponis radio:
quicquid groſſum,qcꝗd pallidũ occur
rerit,reſpuis. Siꝗd aũt ſui puritate ac ni-
tore placuerit, illud mox quãtolibet ꝑ-
tio ſatagis tibi retinere. Rogo te,ex cor
de facis hæc,an ſimpľr? Cũ deniꝙ con-
tra regulam, nõ quod uilius occurrerit,
ſed ſtudioſiſſime q̃ris qđ quia rarius in
uenitꝰ,pretioſius emitꝰ:ignorãs facis hęc,
an ex induſtria? Ex cordis theſauro ſine
dubio ꝓcedit qcꝗd foris apparet uitio
ſum. Vanum cor,uanitatis notã ingerit
corꝑi, & exterior ſuꝑfluitas ĩterioris ua
nitatis indicium eſt. Mollia indumẽta:
aĩ molliciem indicãt. Nõ tãto curaretur
corꝑis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet
mẽs inculta uirtutibꝰ. Miror aũt cũ rľa
dicat,ad magr̃m reſpicere qcꝗd à diſci
pulis delinquitꝰ, & dñs ꝑ ꝓphetã ſangui Ezech. 3. e
nem in pctõ moriẽtiũ,de manu paſto-
rũ regrẽdũ eſſe minetꝰ: q̃uo abbates nr̃i
patiũtur fieri talia:niſi forte (ſi audeã di
cere)nemo fidenter reꝑhendit in quo ſe
eſſe irreꝑhenſibilem nõ cõfidit. Siquidẽ
humanitatis eſt oĩum,ĩ quo ſibi qſꝙ in
dulget,alijs nõ uehementer iraſci. Dicã,
dicã, ꝑſumptuoſus dicar,ſed ueꝝ dicã.
Q̃uo lux mũdi obtenebrata ẽ? Q̃uo ſal
terræ infatuatũ eſt? Quoꝝ nobis uita,
uia uitæ debuit eẽ:dũ exẽplũ in ſuis acti
bꝰ oñdũt ſuꝑbiæ, cæci facti ſunt duces
cæcoꝝ? Quod.n.(ut cætera taceã) ſpe-
cimẽ humilitatis eſt cũ tãta põpa & eꝗ
tatu incedere: tãtis hoĩum crinitoꝝ ſti-
pari obſequijs: quatenus duobus ep̃is
unius abbatis multitudo ſufficiat? Mẽ-
tior ſi nõ uidi abbatẽ ſexagita equos &
eo amplius in ſuo ducere comitatu. Di-

caſ ſi uideas eos trāſeūtes, nō pres eſſe
monaſterioꝝ, ſed dn̄os caſtelloꝝ: non
rectores aīaꝝ, ſed principes ꝓuinciaꝝ.
Tum deinde geſtari iubent mappulę,
ſcyphi, bacini, candelābra, & manticæ
ſuffarcinatæ, non ſtramētis, ſed ornamē
tis lectuloꝝ. Vix deniqꝫ quatuor leucis
à ſua q̄ſpiam domo recedit, niſi cū tota
ſupellectili ſua, tanquā ſit uel iturus ad
exercitū, uel trāſiturꝰ ꝑ deſertū, ubi nō
ualeant īueniri neceſſaria. An nō poſſet
eodē uaſculo et aqua manib. uergi, et ui
num bibi? An nō poſſet ardēs lucere lu-
cerna, niſi in tuo q̄d portas cādelābro,
& hoc aureo, uel argēteo? An nō poſſet
dormiri, niſi ſuꝑ uariū ſtratum, aut ſub
peregrino cooptorio? An nō unus aliq̄s
miniſter poſſet et iumentū ligare, & ad
mēſam ſeruire, & lectulū ꝑpare? Nunc
ergo tātę multitudini garſionū ac iumē
toꝝ: cur (uel ad ſolatiū mali) nobiſcum
nō ferimus neceſſaria: quatenus hoſpi-
tes nō grauemus? Sed hęc parua ſunt.
Veniā ad maiora, ſed iō uiſa minora, q̄a
uſitatoria. Omitto oratorioꝝ īmenſas
altitudines: īmoderatas lōgitudines: ſu-
ꝑuacuas latitudines: ſumptuoſas depo-
litiones: curioſas depictiones: quę dum
orantiū in ſe retorquēt aſpectū, īpediūt
& affectū, & mihi quodāmodo repræ-
ſentāt antiquū ritum Iudæoꝝ. Sed eſto,
fiāt hæc ad honorē dei. Illud aūt īterro-
go monachus monachos, quod in gēti-
libꝰ gētilis arguebat. Dicite, ait ille: pō-
tifices, in ſancto q̄d facit auꝝ? Ego aūt
Iuuenalis dico. Dicite paupes. Nō. n. attēdo uer-
ſum, ſed ſenſum. Dicite, īquam, paupes:
ſi tn̄ paupes: in ſancto quid facit auꝝ?
Et q̄dem alia cauſa eſt epōꝝ: alia mona
choꝝ. Scimus nanqꝫ ꝙ illi ſapientibus
& inſipiētibus debitores cū ſint, carna-
lis ppl̄i deuotionē, quia ſpūalibus non
pn̄t, corꝑalib. excitant ornamētis. Nos
uero q̄ iam de ppl̄o exiuimus: qui mūdi
quæqꝫ pretioſa ac ſpecioſa ꝓ Chriſto
reliq̄mus: qui oīa pulcre lucētia: canore
mulcentia: ſuaue olentia, dulce ſapia, ta
ctu placentia, cūcta deniqꝫ oblectamē-
ta corporea arbitrati ſumus ut ſterco-
ra, ut xp̄m lucrifaciamꝰ: quoꝝ q̄ſo in
his deuotionē excitare ītēdimus? Quē,
inquā, ex his fructū req̄rimus? ſtultoꝝ
admirationē, an ſimpliciū oblectatio- *Pſal. 105.f*
nē? An q̄m cōmiſti ſumus inter gentes:
forte didicimꝰ opa eoꝝ, et ſeruimus ad
huc ſculptilibꝰ eoꝝ? Et, ut apte loquar, *Ephe. 5.b*
an hoc totū facit auaritia, q̄ eſt idoloꝝ
ſeruitus: & nō req̄rimus fructū, ſed da-
tum? Si q̄ris q̄uō: miro, inqꝫ mō. Tali q̄-
dam arte ſpargit̄ æs, ut multiplicet̄. Ex-
pendit̄ ut augeat̄, & effuſio copiā parit.
Ipſo q̄ppe uiſu ſumptuoſaꝝ, ſed miran-
daꝝ uanitatū accēdūt̄ hoīes magis ad
offerēdū q̄ ad adorādū. Sic opes opibꝰ
hauriunt̄: ſic pecunia pecuniā trahit: q̄a
neſcio quo pacto ubi amplius diuitiaꝝ
cernit̄, ibi offert̄ libentius. Auro tectis
reliquiīs ſignant̄ oculi, & loculi aperiū-
tur. Oſ̄dit̄ pulcerrima forma ſancti uel
ſanctæ alicuius, & eo creditur ſanctior,
quo coloratior. Currunt hoīes ad oſcu-
landum: inuitant̄ ad donandum: & ma
gis mirant̄ pulcra, q̄ uenerant̄ ſacra. Po-
nunt̄ dehinc in eccleſia gēmatę nō coro
næ, ſed rotę, circunſeptę lāpadibus, ſed
non minus fulgentes inſertis lapidibus.
Cernimus & ꝓ cādelābris arbores q̄ſ-
dam erectas: multo æris pondere miro
artificis opere fabricatas: nec magis co
ruſcātes ſuppoſitis lucernis, q̄ ſuis gem
mis. Quid putas in his omnibus q̄ritur?
pœnitentium compunctio, an intuen-
tium admiratio?

O uanitas uanitatū, ſed nō uanior q̄
inſanior. Fulget eccl̄ia in parietibus, &
in pauperibus eget. Suos lapides īduit
auro, & ſuos filios nudos deſerit. De
ſumptibus egenoꝝ ſeruitur oculis diui-
tum! Inueniunt curioſi quo delectent̄, et
nō inueniūt miſeri quo ſuſtētent̄. Vt q̄d
ſaltē ſanctoꝝ imagines non reueremur,
q̄bus utiqꝫ ip̄m quod pedibus concul-
catur, ſcatet pauimentū? Sæpe ſpuitur ī
ore angeli, ſæpe alicuius ſanctoꝝ facies
calcibus tundit̄ tranſeūtium, & ſi nō ſa
cris his imaginibus, cur uel nō parcitur
pulcris coloribus? Cur decoras quód
mox fœdādum eſt? Cur depingis quod

neceſſe eſt conculcari? Quid ibi ualent
uenuſtæ formæ ubi puluere maculātur
aſſiduo? Deniqꝫ q̄d hæc ad paupes: ad
monachos: ad ſpūales uiros? Niſi forte
& hic aduerſus memoratum poetę uer
ſiculum, propheticus ille rn̄deat̄: Dn̄e
Pſal. 25.b dilexi decorē domus tuæ, & locum ha-
bitationis gloriæ tuæ. Aſſentio. Patia-
mur & hæc fieri in eccleſia: quia etſi no
xia ſunt uanis & auaris, non tn̄ ſimplici
bus & deuotis. Cęteꝝ in clauſtris corā
legentib. fratrib. quid facit illa ridicula
monſtroſitas: mira q̄dā deformis for-
moſitas: ac formoſa deformitas? Quid
ibi īmundæ ſimiæ: quid feri leones: q̄d
monſtroſi centauri, q̄d ſemihoīes: q̄d
maculoſæ tygrides, q̄d milites pugnan
tes: quid uenatores tubicinātes? Videas
ſub uno capite multa corpora: & rur-
ſus in uno corpore capita multa. Cerni
tur hinc in quadrupede cauda ſerpētis:
illinc in piſce caput quadrupedis. Ibi be
ſtia p̄fert equum: caprā trahēs retro di-
midiam: hic cornutū aīal equum geſtat
poſterius. Tā multa deniqꝫ tamqꝫ mira
diuerſaꝝ formaꝝ ubiqꝫ uarietas appa-
ret, ut magis legere libeat ī marmorib.
q̄ in codicib. totumqꝫ diem occupare
ſingula iſta mirādo: q̄ in lege dei medi-
tando. Pro deo ſi non pudet ineptiaꝝ:
cur uel non piget expēſaꝝ? Multa q̄dē
& alia ſuggerebat addēda larga mate-
ria: ſed auellit me & propria ſatis anxia
occupatio, & tua fr̄ Ogeri nimis feſtina
diſceſſio: q̄ uidelicet nec morari diutius
acq̄eſcis: nec abire tn̄ uis abſqꝫ recenti
opuſculo. Facio itaqꝫ q̄d uis: & te di-
mitto, & ſermonē breuio. Præſertim q̄a
utiliora ſunt pauca in pace: q̄ multa cū
ſcandalo. Et utinā hęc pauca ſcripſerim
ſine ſcandalo. Enimuero uitia carpens,
ſcio me offēdere uitioſos. Pōt tn̄ fieri uo
lente deo aliquibus quos me timeo ex-
aſperaſſe, potius placituꝝ eſſe, ſed ſi de
ſinant eſſe uitioſi. Si uidelicet & diſtri-
ctiores deſinant eſſe detractores, & re-
miſſiores amputent ſuꝑfluitates. Si ſic
quiſqꝫ bonum teneat q̄d tenet, ut alium
aliūd tenentem non iudicet. Si qui occe
pit iam eſſe bonus, non inuideat melio
ribus: & qui ſibi uidetur agere melius,
bonum non ſpernat alterius. Si qui di-
ſtrictius uiuere pn̄t: eos qui nō pn̄t, nec
aſpernentur nec æmulentur, & qui non
pn̄t, eos qui pn̄t, ſic mirentur, ut temere
non imitentur. Sicut. n. non licet his qui
maius aliquid forte uouerunt, ad id q̄d
minus eſt deſcendere, ne apoſtaten tur,
ſic non omnibꝰ expedit de bonis mino-
ribus ad maiora tranſire, ne præcipiten
tur. Scio quippe nonnullos de aliīs &
congregationibus & īſtitutionibus ad
noſtrum ordinem peruolaſſe, pulſaſſe,
intraſſe. Qui hoc quidē agendo, & ſuis
ſcandala reliquerunt, & nobis nihilómi
nus attulerunt: dum quātum illos ſua te
meraria diſceſſione, tm̄ nos turbarunt
ſua miſera conuerſatione. Et q̄m ſuper-
be ſpreuerunt quod tenebant, & teme-
re præſumpſerunt quod nō ualebant: di
gno deus exitu eoꝝ tandem patefecit
ignauiā: quia & impudēter deſeruerūt
quod imprudēter arripuerant, & turpi-
ter redierūt ad id, quod leuiter deſerue-
rant. Cum. n. clauſtra noſtra ſui potius
ordinis impatientia, q̄ deſiderio noſtri
expetierint: oſ̄dunt quod ſunt: dum à
uobis ad nos, à nobis ad uos inſtabili le
uitate peruolantes, & nobis & uobis,
& oībus bonis ſcandala faciunt. Quan-
quā ergo nonnullos eoꝝ nouerimus, q̄
& fortiter deo authore cœperūt, & ip̄o
ꝓtectore fortius ꝑſeuerant: ſecurius eſt
tn̄ ut perſeueremus in bono ꝙ cœpimꝰ,
q̄ ꝙ incipiamus ubi nō perſeueremus:
& hoc pariter oēs ſtudeamus, ꝙ ſecun-
dum Apl̄i conſilium oīa noſtra in chari *I. Cor. 16.c*
tate fiant. Hæc eſt noſtra de noſtro &
de ueſtro ordine ſn̄ia: hæc noſtris & ue
ſtris: hęc non de uobis, ſed uobis me ſo
lere dicere nullus melius mihi teſtis ert
q̄ uos, et ſiquis me nouit ſicut uos. Quę
in ueſtris laudabilia ſunt, laudo & p̄di-
co: ſi quæ reprehendenda ſunt, ut emen
dētur, uobis & aliīs amicis meis ſuade-
re ſoleo. Hoc nō eſt detractio, ſed attra
ctio. Quod ut nobis à uobis ſemꝑ fiat,
omnino precor & ſupplico. Valete.

DIVI BERNARDI
Abbatis ſuper illud euangelij: Ecce nos reliquimus omnia, declamationes,

PROLOGVS.

UT tibi dilectiſſime, p̃ſentes ex-
hortationis ſchedulas deſtina-
rem, quæ otioſa eſſe non patit̃,
nimirum credens oĩa & oĩa ſperãs, cha
ritas perſuaſit. Vbi ſanè non tibi me pro
pria tradidiſſe putes, nec tanquam no-
ſtra ſuſcipias: ſed è multis ſermonibus
patrum, quorum digna ſatis laus eſt in
eccleſia, quæ huic uidebãtur apte nego-
tio noueris decerpſiſſe ſñias, & ſub unã
utcunq; formulã redigendo, cuiuſdam
copioſi declamatorij ſermõis ĩſtar hũc
tuæ dilectioni libellũ edidiſſe. Hoc nimi
rum ſcribẽdi genus ad ꝑſuadendum ef-
ficacius arbitrabar: quod ſoleat ampli⁹
mouere lectorem, uiuidas magis uoces
q̃ mutos apices repræſentans. Cæterũ
qm̃ ſuſpecta mihi ignorantia propria,
ꝓpriaq́; obliuio eſt: hortor & moneo
ut ſiqua deprehenderis digna reprehẽ-
ſione, aut ipſe ea corrigere ſtudeas, aut
ſi id forſitan ex mãſuetudine refugis &
humilitate: mihi ſaltẽ quęcunq; te mo-
uerint, non diſſimiles amicabiliter inti-
mare. Atque id quidẽ de ſñia dixerim.
Nam de uerbis, erit forſitã inuenire nõ-
nullos ad quorũ aures ſi uenerint, ſub-
ſannent ea dicentes: Quis eſt iſte inuol-
uens ſñias ſermonibus imperitis? Verũ
nil tale mihi ſuper tua reor eruditione
uerendum. Quippe & metum hunc &
pudorem ſuſpicione carens charitas fo
ras mittit. Affectum magis, ni fallor, in
his q̃ uerba penſabit amicus: prȩſertim
quod non oſtentationis, ſed ædificatio
nis edere paginã cogitarim: optãs ma-
gis (ſi poſſibile uideretur) & ſine uer-
bis hæc ĩprimere cordi tuo. Faciat hoc
qui inuiſibiliter ꝋpatur in cordibus ele-
ctorum, & pia dignatione ſua ſuã hanc
uocem reputans, uocem ei uirtutis &
efficaciæ largiatur. Agit enim quod po
teſt operoſa dilectio: opportune inſtãs,
fortaſſis & importune. Nulla ſanè huic
operi idonea magis occurrit dignior'ue
materia quàm euãgelica lectio, ubi fœ-
liciſſimum illud Simonis & Ieſu eulo-
gium cõtinetur. Hanc ergo ſuſcipere li-
buit, ſed exhortationis magis gratia
quàm expoſitionis, ut ſcilicet ex ea ſer-
monis occaſio ſumeretur. Sed & ſentẽ
tijs breuibus diſtinguere ſtudui lectio-
nem, ut diſtinctio ipſa faſtidium non
admittat.

Sermo de uerbis euangelij, Dixit Simon Petrus ad Ieſum, Ecce nos reliquimus omnia.

DIxit Simon Petrus ad Mat.19.d
Ieſum: Ecce nos reliq
mus omnia, & ſecuti
ſum⁹ te. Fidelis ſermo,
& dignum omni acce
ptione colloquium Si
monis Petri & Ieſu. Fa
miliaris ſiquidem & amica ſaluti obe-
dientia eſt, ſed obedientia firma & ſta-
bilis: quæ fundata eſt ſuper petram. Me 1.Reg.15.d
lior eſt enim obedientia quàm uictimȩ,
& acquieſcere nolle, ut peccatum ha-
riolandi eſt. Vnde & uitæ quoque ipſe
ſaluator prætulit hanc uirtutem, eligẽs
magis animam ponere, quàm obedien
tiam non implere. Poſtremo & ipſum
nomẽ Ieſu, quod eſt ſuper omne nomẽ, Philip.2.b
& in quo flectitur omne genu, apoſto-
lo teſte: obedientiæ remuneratio eſt.
Libet proinde ſacratiſſimo huic inter-
eſſe colloquio, & intima cordis aure ꝑ-
cipe quæ dñr. Arbitror. n. uerba lectio-
nis huius ea eſſe de quibus ad immorta
lem ſponſum à finibus terræ clamat ec
cleſia: Propter uerba labiorum tuorũ Pſal.16.b
ego cuſtodiui uias duras. Hæc nempe
ſunt uerba quæ contemptum mundi in
uniuerſo mundo, & uoluntariam per-
ſuaſere hominib⁹ paupertatẽ. Hȩc ſunt
quæ monachis clauſtra replẽt: deſerta
anachoretis. Hæc, inq̃, ſunt uerba quæ
Aegyptum ſpoliant, & optima quæq;
eius uaſa diripiunt. Hic ſermo uiuus Exo.12.e
& efficax, conuertens animas fœlici æ-
mulatione ſanctitatis, & ueritatis ꝓmiſ
ſione fideli. Dixit. n. Simõ Petrus ad Ie
ſum: Ecce nos reliqm⁹ oĩa. Bñ, optime,
& nõ ad inſipientiã tibi. Nã & mũdus
trãſit, & cõcupiſcẽtia eius, & relinque-
re hæc magis expedit, q̃ relinqui. Ecce,
inqt, nos reliqmus oĩa, & ſecuti ſum⁹ te.
Nimirũ qa exultauit ut gigas ad curren
Pſal.18.a dã uiã, nec currentẽ ſeq poteras onerat⁹.
Sed nec inutilis cõmutatio, pro eo q ſu-
per oĩa eſt, oĩa reliqſſe. Nã & ſil' cũ eo
donant̃ oĩa: & ubi apphenderis eũ, erit
unus ipſe oĩa in oĩbus, q pro ipſo oĩa re-
liquerũt. Oĩa ſanè dixerim, non tm̃ poſ-
ſeſſiones, ſed ẽt cupiditates, & eas maxi
me. Plus. n. cõcupiſcẽtia mũdi q̃ ſubſtã
tia nocet. Et hæc fugiendarũ cã diuitia-
rũ p̃cipua eſt, ꝙ aut uix aut nunq̃ ſine
amore ualeãt poſſideri. Limoſa ſiqdem
& glutinoſa nimis nõ modo exterior,
uerũetiã ĩterior ſubſtãtia nr̃a vr̃, & faci
le cor humanũ oĩbus q̃ frequẽtat, adhæ
ret. Age ergo q relinquere uniuerſa diſ-
ponis: te quoq; inter relinquẽda nume-
rare memẽto. Imò uero maxime et prin
cipal'r abnega temetipſum, ſi deliberas
ſeq eũ q exinaniuit ꝑꝑ te ſemetipm̃: po-
ne grauiſſimã ſarcinã: pone aſinariã mo
lã: terrenã molẽ: pone illa quinque non
hoĩum planè iuga, ſed boũ: q̃ tibi inſipiẽ
ter emiſti. Alioqn ſeq ſpõſum, & uenire
ad nuptias ſpũales qnaria hac p̃ſſus &
opp̃ſſus corporis ſenſualitate nõ pote-
ris: ſed & ſi nouiſſime ueneris et pulſaue
ris, minime ꝓfecto apiet̃ tibi, ſed rñde-
bit̃ de intus, ꝙ nõ ſit de bobus & aſinis
cæteriſq́; iumẽtis inſipiẽtibus cura deo.
1.Cor.9.b An uero cõparatũ iumẽtis eſſe qs dubi-
tet hoĩem, q ſibi iuga emerit iumentorũ:
niſi ꝙ eo ſanè ipſis quoq; iumẽtis cõuin
cit̃ ſtolidior, & beſtialior beſtijs cõpro
bat̃, ꝙ iuga neceſſitatis earũ ꝓpria ipſe
ſubeat uolũtate? Qd'. n. illis natura eſt,
huic culpa: dũ tanq̃ unũ ex his q̃ rõne
carẽt, ſine rõne degẽs & ipſe, ſub corpo
reis ſil'r ſenſibus incuruat̃. Sed qd eũ iu-
ga ſubiſſe cauſamur? Arguamus magis
emiſſe. Illud. n. ſtoliditatis miſerãdȩ: iſtd
extremæ demẽtiæ eſt. Dignus eſt opa-
rius mercede ſua. Nam ut mercedẽ pro 1.Tim.5.c
ope tribuat, inauditũ. Deniq; loqtur ſu
per hoc uerbo dñs ꝑ ꝓphetã, ſub typo
mulieris fornicarię ſcelera arguẽs Iſrae-
lis: Oĩbus, inqt, meretricibus dant̃ mer Ezec.16.d
cedes: tu aũt dediſti mercedes cunctis
amatoribus tuis, & donabas eis ut ĩtra-
rent ad te undiq; ad fornicãdũ: factũq́;
eſt in te cõtra cõſuetudinẽ mulierũ ĩ for
nicationibus tuis: & poſt te nõ erit for-
nicatio. In eo. n. ꝙ dediſti mercedes, &
nõ accepiſti, factũ eſt in te cõtrariũ. Pla
nè & in eo q iuga emit: cõtrarium fieri
manifeſtũ eſt. Quid. n. iuga emit, & iu-
ga boum, cui iugũ ſuaue gratis offertur?
Nã iugũ xp̃i, iugũ hoĩs eſt: ſiquidem &
xp̃s hõ. Nec modo gratis tribuit̃, ſed et
copioſa his q tulerint illud, remuneratio
eſt: ut à nemine non dico emi, ſed gratis
ſuſtineri queat. Quid ergo miſer pro iu-
go boũ diſtrahis aĩam tuam, qui iugum
Xp̃i ſuſcipiens, emere poteras regnum
dei, mercari uitã, lucrifacere xp̃m? Nã ſi
ne iugo interim eſſe nõ potes, hõ nimi-
rũ q natus es ad laborẽ. Sed graue iugũ
ſuꝑ oẽs filios Adã, utiq; q ſequunt̃ eum.
Nã ſuꝑ eos q Xp̃m ſequunt̃: leue eſt & Iob.5.b
ſuaue. Poſtremo ut cætera ſileã, cũ ſine Eccl. 40 a
iugo eſſe nõ poſſint, q̃le hoc ipſum ẽ eli- Matt. 11.a
gere potius quinq; q̃ unũ? Quis. n. põt
ſeruire quinque dñis, nedũ quinque ty-
rãnis, quinque prædonibus? Siqdẽ ocu-
lus meus deprædat̃ aĩam meã. An nõ ſȩ Thren.3.f
pe aliud gula exigit, ad aliud prurit⁹ au-
riũ uocat? Sic & odoratus & tactus di-
uerſa imꝑant: interdum forſitan & ad-
uerſa: dum uterque cõem ſibi geſtit præ
ripere ſeruum, & trahit ſua quemq; uo
luptas. Vides excuſationem hoĩs q ꝑꝑ-
ea Chriſtum non ſequitur, ꝑꝑea ſe excu Ver.egl.2.
ſat à nuptijs, ꝙ iuga boum emerit quin- Luc. 14.d
que. Quid ſi eorũ laborem & dolorem
conſideres: ſi numeres iuga, qui uarijs
ſeruiunt uitijs morũ, magis q̃ corporum
ſenſibus? Erit ꝓfecto inuenire iam hoĩes
qui multo magis in labore hoĩum non
ſunt, ſed lõge amplius aliena ab hoĩe fla
gella ſuſtineãt. Erit inuenire emẽtes nõ

modo quinque,ſed pluſq; quinquagin-
taquinque nõ planè iumẽtorꝝ iuga, ſed
dæmonũ. Cõtendũt ambitio & elatio
cordis,altera nidũ,altera foueã parat.
Volare altera iubet,repe monet altera,
cũ neutrũ ꝓfecto ſit hoĩs. Quis.n. es tu,
ait hæc,qs uero ille uel ille eſt: aut q̃ do-
mus pr̃is eorꝝ,ut eis in aliquo cedas, ut
reuerearis eos,ut aliq̃tenus eis blandia-
ris? At bonus ſermo bonũ inuenit locũ,
ait ambitio,& interdũ quoq; q ꝓdeſſe
nõ põt,põt obeſſe,uñ diſſimula: primũ
uinũ bonũ pone,donec ueniat hora tua.
Auaritia quoq; & appetitus laudis ſibi
inuicẽ aduerſant̃, & qđ hæc cõgregat,
hic diſpergit. Nec minus cõtraria ſunt
q̃ ſimulatio & puſillanimitas ſuggerũt,
impudẽtiæ,impatiẽtiæq; clamorib⁹, et
utraq; labor & dolor,& afflictio ſpũs.
Hæc aũt oĩa,ſil'iaq; ac diſſimilia mala,
ex una radice pullularũt: ꝓpriæ.ſ.uolun
Prou. 30.b tatis. Huius.n. ſanguiſugæ duæ ſuut inſa
tiabiles filiæ: clamãtes, affer, affer. Siqdẽ
nec aĩus uanitate, nec uoluptate corp⁹
Eccles. 1.b aliqñ ſatiat̃,ut ſcriptũ eſt, Nõ ſatiat̃ ocu
lus uiſu,nec auris implet̃ auditu. Fuge
ſanguiſugã hanc,& oia reliqſti. Hæc.n.
oĩa trahit ad ſe. Pone hãc, & iugũ tã im
portabile q̃ multiplex abiecisti. Nõ eſt
eñ dñs crudelis ad illã,nõ eſt tyrannus
tã impius & inhumanus ſic urgẽs ſeruu
lũ,& nõ parcẽs. Fatigatũ magis ĩſtigat:
ſubditũ p̃mit durius. Ingetũ malũ,quod
ſpũi ſꝑ incubãs,inexcogitabilia medita
Iob. 7.d tur. O cuſtos hoĩum, qr̃ poſuiſti me cõ
trariũ tibi,& fact⁹ ſum mihimetipſi gra
uis? Nullũ mihi onus importabilius,nul
Zacha. 5.b la grauior ſarcina eſt. Factus ſum mihi
talẽtũ plũbi,& reſedit iniqtas ſuꝑ illud.
Sed audiã uocẽ ſolatij, audiã qd loquat̃
Matt. 11. d magni cõſilij angelus. Venite,inquit,ad
me,q laboratis & onerati eſtis, & ego
uos reficiã. Tollite iugũ meũ ſuꝑ uos,et
inuenietis requiẽ aĩabus ur̃is. Verꝝ hæc
al's Inueniẽt forte in nouiſſimis locum ſi
bi. Interim ſanè fœlices liquet eſſe,q ex-
onerati ſunt,& ſequunt̃ dñm expediti.
Arctiſſimũ.n. nos foramen expectat. Si
quẽ ſeqmur,cõſequi uolumus, ꝑ angu-
ſtã cõtendamus ingredi portã neceſſe ẽ.
Quid tu camele gibbũ,qd tu pecunioſe
ꝓditoris loculos tollis? Non ſic impie,
non ſic ingredieris. Foramẽ acus, hmõi
ſarcinas nõ admittit. Excuſant aliq for-
taſſe dicẽtes, Abrahã, Iſaac, & Iacob, cę
teriq; ſancti nunqd nõ terrenas diuitias
habuiſſe legunt̃? Sufficit nobis eſſe ſicut
illi fuerũt,neq;.n. ſumus nos pr̃ibus me
liores. Si culpabilis eſſet poſſeſſio diui-
tiarꝝ,nunq̃ illi in diuitijs tantam à dño
gr̃am obtinuiſſent,aut tantã gr̃am cõſe
cuti,diuitias nihilominus poſſediſſent.
Quid r̃ndebimus nouis imitatoribus
ſctõrꝝ ueterꝝ? Imponãt certe uitulos ſu-
per altare dñi,mactẽt arietes, hircos im
molẽt,qa & hoc Abrahã fecit, & hic ri
tus patrũ,qbus nõ modo meliores non
ſumus,ſed ne digni qdẽ ſoluere corrigiã
calceamentorꝝ eorꝝ. Sed hæc, inquiũt,
ſtatũ ultra nõ hñt,ubi reuelata eſt ueri-
tas,tranſiere. Quid ſi ipſas quoq; ſctõrꝝ
diuitias tꝑales,umbrã fuiſſe dixerimus
futurorꝝ? In figura ſiqdem eis oĩa legi- 1. Cori
mus cõtigiſſe. Deniq; qdni terrenas pa
lã diuitias poſſiderẽt ſancti & ꝑfecti ui-
ri,cũ ſola adhuc terrena palã ꝓmitterẽ-
tur à deo? Sicut.n. ſacrificijs illis,ſic & di
uitijs,carnalibus adhuc ꝓp'lis diſpẽſatio
diuina morẽ gerebat: nimirũ ut tãquam
paruuli paulatim à gẽtiliũ ſecederẽt ri-
tu,eadẽ q̃ gẽtes dæmonis,dño immolã
tes,eadẽq; & illi,ſed à dño,nõ à dæmo-
nijs expectãtes. Vbi ſanè cœleſtis ꝓmiſ-
ſio ſonuit,ſpũalia iã neceſſe eſt ſpũalib⁹
cõparari,& mutari ſacrificiũ ſpe muta-
ta. Nouerãt hæc qcũque uel eo tꝑe fue-
re ꝑfecti,ſed ex charitate ꝓp'lo cohære-
bãt,ut in manifeſto quidẽ & agere ea-
dẽ,& eadẽ q̃rere uiderent̃. An forte uio
lẽta ur̃ extortio qđ de umbra dicimus
& ſignatione? Olim alter ſuꝑ hæc ſcri-
pſerat in hũc modũ. Nullus mihi oppo-
nat aurũ tẽpli Iudęorũ. Tũc.n. hoc fuit
qñ ſanguis immolabat̃,qđ totũ figura
fuit. Aurũ ergo repudiem⁹ cũ cæteris ſu
perſtitionib. Iudęorũ,aut ſi aurũ placet,
placeãt & Iudæi. Poſtremo nõ multos
legiſſe me recolo aut nõ afflictos graui-

ter,aut nõ grauiter in ipſa ſcl'i h⁹ ꝓſperi
tate tẽtatos: forte & periclitatos. Ni-
mirꝝ lõge aliud eſt in luto aquarꝝ mul-
tarꝝ diuiſi fundo maris iter carpe, terre-
na licite poſſidẽdo: aliud ipſam quoque
nouis greſſib⁹ undã calcare,oĩa relinq̃n
do. Sed tꝑi gr̃æ p̃rogatiua hæc debeba
tur: Petro nouũ iter & noui typus itine-
ris ſeruabat̃. Antiquorꝝ ſanè patrũ dieb.
donec in terris uideret̃ & cõuerſaret̃ in-
ter hoĩes dñs maieſtatis,nõ erat euãge-
licæ forma ꝑfectionis,ſed ſpm̃ dñi ſolo
Ioan. 1.b interim ſpũ ſequebant̃. At ubi uerbũ ca
ro factũ eſt,& habitauit in nobis: iã no
bis in eo tradita eſt imago uitæ,& con-
uerſationis excẽplar,qđ oporteat ẽt cor
poral'r imitari,ut utroq; ſequentes ueſti
Gen. 32.g gio,nõ ulterius cũ patriarcha Iacob alte
ro fœmore claudicemus. Vbi.n. audiui-
Luc. 14.g mus qa dictũ ſit antiqs? Niſi quis renun
Ibid. 18.d ciauerit oĩb⁹ q̃ poſſidet,nõ p̃t meus eſſe
diſcipulus? Et itẽ, Si uis eſſe ꝑfectus,ua-
de & uẽde oĩa q̃ hẽs,& da pauꝑibus,et
hẽbis theſaurꝝ ĩ cœlo,& ueni ſeq̃re me?
Neq; id dicimus tanq̃ ſaluari qs uel hoc
tꝑe neq̃at ſi ſecus egerit,ſed ut gradum
agnoſcat ꝓpriũ, & locũ ꝑfectionis,aut
Mat. 6.c diſcipulatus offm̃ nõ uſurpet. Hñt euan
gelia & ꝑfectionis conſiliũ,& remediũ
infirmitatis. Nolite theſaurizare uobis
Luc. 9 g theſauros in terra: hæc ꝑfectio eſt. Siqui
Acto. 3.a dẽ filius hoĩs ubi caput reclinaret nõ ha
bebat. Petro & Ioãni nec argẽtũ nec au
rũ erat. Paulus uictu ſimplici ueſtituq;
cõtẽtus,hæc ipſa labore manuũ acquire
bat. Sed nõ oẽs capiũt uerbũ hoc, ſicut
Luc. 16.b nec cõſiliũ caſtitatis. Quid dr̃ ꝓp'lo? Fa
cite uobis amicos de mãmona iniquita
tis: ut cũ defeceritis,recipiãt uos in ęter
na tabernacula? Verba dñi ſunt, & qđ
loquit̃ tale eſt. Firma equidẽ ſtat immo
1. Tim. 6.b biliſq; ſñia: eos qui uolũt ĩ hoc ſcl'o diui
tes fieri,incidere in tẽtationẽ laqueũq;
diaboli: ſed quia miſereor ſuꝑ turbã, &
ipm̃ quoq; camelũ (qđ hõ nõ põt) ꝑ fo-
ramẽ acus traducere poſſum. Cauete ſal
tẽ à uerbo aſpero: qui laqueũ uenãtium
minime declinatis. Veſtite nudũ: egenũ
alite: uiſitate infirmũ: ne forte audire cõ
tingat ſermonẽ durꝝ,aſperꝝ uerbũ,audi
tionẽ malã: Ite maledicti in ignẽ ęternũ: Mat. 25.d
qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Luc. 16.b
Facite uobis amicos de mãmona iniq- Luc. 6.d
tatis. Ac ſi manifeſtius dicat, Væ uobis
diuites,qui hẽtis cõſolationẽ ur̃am. At
tamẽ unũ iã ſuꝑeſſe vr̃: Cõicate eã pau
peribus,quorꝝ eſt regnũ dei: ut cũ uene
rit hora eorꝝ,reminiſcant̃, & deficiẽtes
uos recipiãt in tabernacula ſua, & cõſo
lationẽ ſuã,quã modo prudenter expe-
ctãt,dũ ur̃am ipſi p̃ripitis, miſericordi-
ter cõicent deſolatis. Mẽſurã.n. bonã, et Ibidem
coagitatã,& ſuꝑeffluentẽ,dabũt in ſin⁹
eorꝝ,nec erit illud palliũ breue,qđ duos Eſa. 28.f
opire nõ poſſit,aut ſtratũ coanguſtatũ,
uñ decidat alter. Hinc eſt q̃ dotatas &
ditatas uidemus eccleſias à potentibus
& diuitibus h⁹ ſcl'i: q in opibus bonis di
uites,iuxta euãgelij admonitionem ami Luc. 16.b
cos ſibi facere ſtuduerunt de mãmona
iniquitatis, à quib⁹ in æterna tabernacu
la recipiant̃. Quidni ſperarẽt ab his reci
pi qui claues vñr hr̃e? Sed heu, data eſt
ipſa ꝓuidẽtia eorꝝ ĩ occaſionẽ carnis: &
qui ſibi pariter atq; alijs in cœlo taber-
nacula æterna parare debuerãt,in terra
coniungunt domum ad domũ,& agrũ
copulãt agro. Quis rapuit ab ore ap'lo-
rum tꝑe h⁹ uerbũ gr̃æ,fiduciæ uerbũ: Ec
Pſal. 58.a qm̃ cõfortati ſunt ſup me. Ego uero quſq; ad hũc diẽ cõtra me uixi: iã iam p tuam grãm mihi uiuere incipiam. Sic.n. in hoc mũdo uiuere debemus, ut cũ corpus cœpit à uermibus deuorari in ſepulcro: aĩa lætet̃ cũ ſanc̃tis in cœlo. Illuc ſpũs dirigẽdus eſt, quo eſt iturus. Illuc feſtinare debemus, ubi ſemp uiuamus, & ubi mori amplius nõ timeam⁹. Si ſic amamus iſtã labilẽ & caducã uitam, ubi cũ tanto labore uiuimus: ubi comedẽdo, bibẽdo, dormiẽdo uix carnis neceſſitatibus ſatisfacimus: multo magis amare debemus uitã æternã: ubi nullũ laborẽ ſuſtinebimus, ubi ſumma ſemp iucũditas, ſumma fœlicitas, fœlix libertas, & fœlix btitudo: ubi ſiles erũt hoĩes angelis dei, & fulgebũt iuſti ſicut ſol, in regno pr̃is eoꝝ. Qualis putas tũc Matt. 13.f erit ſplẽdor aĩaꝝ, qñ ſolis ſplendorẽ habebit lux corpoꝝ? Nulla erit ibi triſtitia, nulla anguſtia, nullus dolor, nullus timor, nullus ibi labor, nulla mors, ſed perpetua ſanitas ſemp ibi pſeuerat. Nõ ſuggerit ibi malitia, nec carnis miſeria: nulla eſt ibi ægritudo: nulla oĩno neceſſitas: nõ eſt ibi fames, non ſitis, nõ frigus, non æſtus, nõ laſſitudo ieiuniȷ̃: nec ulla tẽtatio inimici: nec peccãdi uolũtas: nec delinquẽdi facultas, ſed totum lætitia, totũ exultatio poſſidet: hoĩes quoq; angelis, ſociati, ſine ulla carnis infirmitate in ppetuũ manebũt. Ibi erit iucũditas infinita: beatitudo ſempiterna: in qua qui ſemel ſuſcipit̃, ſemp tenet̃. Ibi eſt reqes à laboribus, pax ab hoſtibus, amœnitas de nouitate: ſecuritas de æternitate, ſuauitas atq; dulcedo de dei uiſione. Et quis non illic habitare uehementer deſideret & propter pacem, & pp amœnitatem, & pp æternitatẽ, & propter dei uiſionem? Nullus eſt ibi peregrinus, ſed quicunque illuc uenire merebuntur, ſecuri in propria patria manebunt: ſemp læti: & ſemper ſatiati de uiſione dei. Et quanto plus aliquis hic deo obediẽs fuerit, tanto ampliorẽ ab eo mercedem ibi recipiet: quantóque amplius deũ amabit, tanto propius uidebit quem cernere cupit.

De breui uita hominis, Cap. 17.

d Ies hoĩs ſicut umbra ſuper terram, & nulla eſt mora: & tunc ꝓprie nihil eſt, cũ ſtare ṽr. Cur ergo thesaurizat in terra hõ: cũ ſine dilatione trãſeat & illud qđ colligit̃, & ipſe qui colligit? Et tu hõ quẽ fruc̃tum expec̃tas in mundo: cuius fruc̃tus ruina eſt, cuius finis mors eſt? Vtinã ſapes et intelligeres: ac nouiſſima prudẽter prouideres. Scio quendam q p annos plurimos tecum familiariter uixit: ad mẽſam tuã ſedit: cibũ de manu tua ſumpſit: in ſinu tuo dormiuit: cũ uoluit tecũ colloquiũ habuit: hic iure hæreditario ſeruus tuus eſt. Sed qa ab ineũte ætate delicate nutriſti eũ, & uirgæ peperciſti: contumax effec̃tus eſt: leuauit calcaneũ ſuũ ſup caput tuũ, & te in ſeruitutẽ redegit, & tui crudeliter dñatur. Sed fortaſſe dices, qs eſt hic? Vetus hõ tuus: q cõculcat ſpiritũ tuũ: q ꝑ nihilo hẽt terrã deſiderabilẽ: q ſola q̃ carnis ſunt ſapit. Hõ iſte à natiuitate cæcus eſt, ſed ſurdus & mutus: inueteratus dieꝝ maloꝝ: rebellis uirtuti & ueritati: inimicus crucis xp̃i: deridet innocentẽ, & ſimplr̃ tranſeuntẽ: ambulat in magnis & in mirabilibus ſupra ſe: arrogantia eius eſt pluſq; fortitudo eius, nul
Pſal. 13.a lum reueret̃, dicit in inſipientia ſua, non eſt deus: tabeſcit bonis, & malis paſcit̃ alienis: immũdis cogitationibus paſcitur: non fatigabitur in illis tranſgrediẽs uſq; ad finẽ: diſpergit & diſſipat ꝓpria, ſicut ꝓdigus: cupit & rapit aliena, ſicut auarus, turpitudinem & ignominiã cõgregat ſibi, ſimulãs & callidus ꝓuocat iram dei. Hõ iſte totus in pc̃tis natus ẽ, & ſic nutritus, amicus iniqtatis, filius mortis, uas iræ in cõtumeliam, aptus ad interitũ. Qui cũ talis ſit, enarrat iuſtitias dei, & aſſumit teſtm̃ eius p os ſuũ. Odit diſciplinã, ꝓȷ̃cit dñm ſuũ poſt dorſum
Pſal. 49.c ſuũ. Cũ uidet furẽ, currit cum eo, & cum adulteris portionẽ ſuã ponit. Aduerſus filiũ mr̃is ſuæ ponit ſcãdalũ, ſup terram ẽt theſaurizat irã in die iræ, uult à te hæreditatẽ tuã tollere, & deſup terram auferre, & tu tantã iniuriã nõ uindicas ſed diſſimulas, nec ei uerbũ duꝝ loqueris, nec uultum iratum oñdis, ſed blãdienti tibi arrides? Ludis cũ illuſore: neſcis qa Iſmael eſt qui tecũ ludit? Ludus iſte nõ eſt pueritiæ nec ſimplicitatis uel innocẽtiæ, ſed illuſio eſt aĩæ, ſed perſecutio, ſed mors. Iã te in foueã quam fecit, p̃cipitauit: iam effœminatus es, iã iugo miſerrimæ ſeruitutis p̃ſſus, ſub pedibus eius miſere & uilr̃ conculcaris. O miſer & miſerabilis hõ, qs te liberabit de uinculo impropȷ̃ h⁹? Exurgat deus, & cadat armatus iſte: cadat & conterat̃ inimicus hõ: contẽptor dei, cultor ſui: amator mundi, ſeruus diaboli. Quid tibi ṽr? Si rec̃te ſentis, mecũ dices: Reus eſt mortis, crucifigat̃. Noli ergo diſſimulare, noli differre, noli parcere: ſed feſtinãter, audac̃ter, inſtãter crucifige hoĩem iſtũ, ſed cruce xp̃i, in qua eſt ſalus & uita: ad quẽ ſi ex corde clamaueris, crucifixus tuus audiet te benigne rñdens: Hodie mecũ eris in paradiſo. O Chriſti pietas: ô inopinata ſalus miſeri. Tã gratuita eſt & probata dilec̃tio dei, tã ſtupenda dulcedo, tam inopinata dignatio: tã inuic̃ta manſuetudo, ut qui ad eum clamauerit, exaudiat illum: quoniam miſericors eſt. O quãta eſt miſericordia dei, quam ineffabilis mutatio dexteræ excelſi. Heri eras in tenebris, hodie in ſplẽdore lucis. Heri in ore leonis, hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferni: hodie in deliciȷ̃s paradiſi. Sed quid proſunt hæ literę admonitionis, niſi deleas de libro conſcientiæ tuæ literas mortis? Quid ꝓſunt hæc ſcripta, lec̃ta, & intellec̃ta, niſi temetipſum legas & intelligas? Da ergo operam internæ lec̃tioni, ut legas, inſpicias, & cognoſcas teipſum: legas ut diligas deum, ut pugnes & uincas mundum & oẽm inimicum, quatenus labor conuertatur in requiem, luc̃tus in gaudium, & poſt tenebras h⁹ uitæ uideas ortum ſurgentis auroræ: uideas ẽt meridianum ſolem iuſtitiæ: in quo ſponſum cum ſponſa proſpicies, unum eũdemq; dominum glorię, qui uiuit et regnat per infinita ſecula.

DE INTERIORI
domo,id eſt,cõſcientia ędifi canda tractatus utilis.

d Omus hæc in qua habita
mus,ex omni parte ſui rui
nam nobis minatur. Idcir
co quia in breui eſt caſu-
ra,alia nobis eſt ædifican-
da.Redeamus ergo ad nos, & diſcutia
mus conſciam nr̃am.Nam ſicut corpus
nr̃m tabernaculũ dr̃,in quo militamus:
ſic cõſcía nr̃a domus uocatur, in q̃ poſt
militiam requieſcimus:& ille recte mili
tat,qui per militiã quã exercet in corpe,
Prouer.24 domũ ædificat cõſciæ.Diligẽter exerce
agrũ tuum,ait ſapiẽs,ut poſtea ædifices
domum tuã.Ager iſte corpus nr̃m eſt,
cuius ſenſibus & motibus ſic recte uti-
mur,animiq; impio eos ſubijcientes in
uſum uirtutis inflectimus, dum corpus
aío indeſinẽter, & aíus deo ex toto ſub-
ijcitur.His nimirũ modis interior cõſcía
ædificatur: quam utiq; bonam faciunt
ptõrũ malorũ cõdigna ſatisfactio,&in-
ſtantium malorũ cauta prouidaq; decli
natio.Condigna ſatisfactio eſt mala fa
cta corrigere,& correcta non reiterare.
Cõſcía uero perpetua eſt:q̃ nunquã fini
tur,ſicut nec aía.Quę cũ ſit immortalis,
ſicut non põt eſſe non aía, ſic nunquam
põt eſſe ſine conſcía.Conſcía nanq; eſt
inſeparabilis gloria,uel confuſio uniuſ-
cuiuſque pro qualitate depoſiti.

Conſcientiam prius eſſe mundandam quàm ædificandam, Cap. 1.

h Aec ergo conſcía in qua anima
perpetuo manſura eſt,ædifican
da eſt,ſed prius mundanda. Et
qs eam mundabit?Profecto deus et hõ.
Hõ per cogitationes &affectiones,de9
uero per miſericordiã & gr̃am. Cogita
tiones & affectiones neceſſariæ ſunt in
conſciæ mundatione,cogitationes ĩ in-
ueſtigatione ueritatis:affectiones ĩ exer
citatione uirtutis. Porrò miſericordia
modo delet pctm̃:modo dat uirtutem
reſiſtendi pctõ, nunc ſubtrahit peccãdi
occaſionem,nunc immittit amaritudi-
nem:plerũque ſanat affectionem. Gr̃a
adiuuat ad bonum:defendit contra ma
lum,erudit ad utrũque diſcernendum.
Homo igitur per ueritatem ſtimulatus,
pctã ſua confitetur: deus autem per mi
ſericordiam flexus cõfitenti miſeretur.
Omnis nanque ſpes ueniæ & miſericor
diæ in cõfeſſione eſt,nec poteſt quis iu
ſtificari à peccato,niſi prius fuerit con-
feſſus peccatum.Ex eo enim unuſquiſq;
iuſtus eſſe incipit, ex quo ſui accuſator
extiterit.

De miſericordia & ueritate: & de oſculo pacis: & oſculo iuſtitiæ, Cap. 2.

f Oelix conſcía,in qua miſericor
dia & ueritas obuiauerũt ſibi,
iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.
Veritas confitentis,& miſericordia mi- Pſal.84.b
ſerentis,obuiauerunt ſibi: qm̃ non põt il
li miſericordia deeſſe,qui ſe cognoſcit ĩ
ueritate.Oſculum iuſtitiæ eſt inimicos
diligere,parentes & propria quęq; pp
deum relinquere, illatam iniuriam pa-
tienter ferre,oblatam gl̃iam ubiq; decli
nare.Oſculum pacis eſt odientes inuita
re ad pacem: diſcordantes ad concor-
diam reuocare,aduerſarios pacifice ſu-
ſtinere,errantes pie & benigne docere,
mœrentes clementer mulcere, & cũ o-
mnibus pacem habere.

De ſtatu animæ in Chriſto confirmatæ, Capitulum 3.

b Eata illa anima, quæ in pace
Chriſti fundata eſt, & in dei
amore ſolidata: quæ cum ex-
terius bella patitur, pax interius non
turbatur. In qua quæcunque moleſtiæ
foris perſtrepant, uſque ad ſilentium
internæ quietis nõ irrumpunt,quoniam
guſtu internæ dulcedinis tacta intus eſt
per deſiderium collecta, nec iam foris
enormiter in carnis uoluptates diſſolui
tur, quia totum intus poſſidet in quo
delectatur, atque ita in ſemetipſa pa-
cificata, dum nihil eſt quod foris appe
tit, tota per amorem intus requieſcit,
& cum tota ad internum gaudium col-
ligitur, ad imaginem dei reformatur,
quam in ſe ueneratur. Talem animam
frequenter

frequenter uiſitant angeli atque archã-
geli,& honorificãt:utpote dei templũ,
& ſpiritus ſancti habitaculum. Eſto igi
tur templum dei, & deus excelſus habi
tabit in te.Anima.n.deum hñs in ſe,tem
plum dei eſt:in quo diuina myſteria ce-
lebrantur.

Dedignatur deus uiſitare eam animam,quæ non ſtudet in ſe conſiſtere, Cap. 4.

p Orrò aía quæ non ſtudet in ſe
conſiſtere,nec in amore dei de-
ſideriũ figere,per oculos & au-
res alioſq; corporis ſenſus foras egredi-
tur:atq; in his exterioribus delectatur.
Sed cum inuenerit portas iſtas clauſas:
tunc rediens ad ſe,& uidẽs ſe nudam &
deſolatã,inæſtimabili cõfuſione & hor
rore cõcutiet̃. Et qa mundi cõſolationẽ
quæſiuit: illam q̃ à deo intus in conſcía
dat̃,non hẽbit.Et non ſolũ eã dedignabi
tur deus uiſitare,ſed nec ipſa quidẽ ma-
le ſibi conſcía,ſeipſam poterit tolerare.
Requiẽ in ſe nõ poterit hr̃e:qm̃ illũ dere
liquit cum quo habitare & requieſcere
debuit.Cogita ergo in ſocietate aliorũ
nũc poſitus:qa nõ poteris ſemper mane
re cum illis.Et interim elige tibi ſocium
illum, qui cũ ſubtracta tibi fuerint hæc
omnia,tibi fidem ſeruabit,qui dilectori
bus ſuis fidem ſeruat: nec recedit in tpe
anguſtiæ. Deus tuus ille eſt: quem eli-
gere debes.

Quòd anima uolens deum habitare in ſe, debet ab illicitis cogitationibus mundare conſcientiam: & ſolum deum deſiderare, Cap. 5.

o Mnes igitur cordis diſtractio-
nes,&mẽtis fluctuationes ĩ unũ
collige,&in ſolo deo totum de
ſideriũ tuũ fige, & ibi ſit cor tuum, ubi
eſt theſaurus tu9 deſiderabilis multũq;
amabilis.Ipſe.n.frequenter uiſitat & li-
bẽter inhabitat trãquillitatẽ cordis, &
otium quietæ mẽtis:qm̃ pax eſt,& ĩ pa
Pſal.75. a ce factus eſt locus eius. Propterea talẽ
te p̃para,ut tecũ adſit deus: ſit in ore:ſit
in corde: ſemper tecum eat: tecum re-
deat: nec recedat à te.Nunquam ille te
dimittet:niſi prior illum dimiſeris.Vbi-
cunque fueris, nunquam ſolus eſſe po-
teris, ſi deus tecum erit.

Conſcientia mundata aduentum Chriſti expectare debemus, Cap. 6.

m Vnda igr̃ conſciam tuam, & ſp
paratus eſto,ut quacũque hora
uenerit dñs,& tecum habitare
uoluerit: paratam ſibi in te inueniat mã
ſionẽ.Ipſe nãque dixit: Facite mihi ſan- Exod. 5. a
ctuariũ. & ego habitabo in medio ur̃i.
Studeamus ergo templũ deo ædificare
in nobis:primo quidẽ ut in ſingulis no-
bis,deinde ut in oĩbus ſil' inhabitet: qa
nec ſingulos dedignabit̃,nec uniuerſos.
Primo igr̃ ſtudeat unuſqſq; ne diſſideat
ipſe à ſemetipſo:qm̃ omne regnum ĩ ſe- Luc.11. b
ipſum diuiſum deſolabit̃:& dom9 ſupra
domum cadet: nec intrabit xp̃s ubi pa-
rietes inclinati fuerint,& macerię depul
ſæ.Vult hr̃e aía corporis ſui domum in-
tegram,& exire eam neceſſe eſt, ſi fue-
rint à ſe inuicem mẽbra diſperſa.Videat
igr̃ & ipſa ſi deſiderat Chriſtũ p fidem
inhabitare in corde ſuo.i.in ſeip̃a:uideat
&ſolicite caueat ne à ſe inuicẽ membra
eius diſſideant.i.ratio, uoluntas & me-
moria. Dignum habitaculum parat
deo,cuius nec eſt ratio decepta:nec uo-
luntas peruerſa: nec memoria inquina-
ta.Fœlix illa anima eſt,quæ domũ cor-
dis ſui ſic de pctõrum ſordibus ſtudet
emundare, & ſanctis ac iuſtis operibus
adimplere, ut in ea non ſolum angelos,
uerumetiam dominum angelorum ha-
bitare delectet. Mundata domo, cun-
ctis malis ab ea excluſis, omnibus bo-
nis impleatur: ne ſit nobis neceſſarium
aliquid foris quærere:qui omnia forinſe
ca reliquimus.

De ſeptem columnis erigendis ad ædificandum domum conſcientiæ, Cap. 8.

f Apientia ergo ædificet ſibi do-
mum:erigat columnas ſeptem:
quibus tota fabrica innitatur.
domus eſt conſcientia: columnæ ſunt
bona uoluntas, memoria .ſ. memorem
eſſe beneficiorũ dei: cor mundum,
animus liber, ſpiritus re-
ctus, mens deuota,
ratio illuminata.

Erectio primæ columnæ, quæ eſt bona uolũtas,
Capitulum 8.

PRima igit̃ colũna prior erigat̃. Nam inter oĩa dei bona, quę ad ſalutem hoĩs ſpectare uñr: primum & principale bonũ, bona uoluntas eſſe cognoſcitur: per quam imago ſiſ̃tudinis dei in nobis reparat̃. Primum eſt: quia à bona uolũtate bonum omne inchoat̃. Principale eſt, qm̃ bona uoluntate nihil hoĩbus utilius dat̃. Quicquid hõ facit: bonũ eſſe nõ põt, niſi ex bona uoluntate procedat. Sine bona uolũtate oĩno ſaluari quiſpiã non põt: cũ bona uolũtate nemo perire põt. Voluntas bona nec dari põt inuito: nec auferri niſi uolẽti. Volũtas hoĩs eſt: ptãs dei. Voluntas hoĩs eſt: quia uelle in uoluntate hoĩs eſt: & ideo totum meritum in uolũtate eſt. Quantum uis, tm̃ mereris. Quantũ creſcit uoluntas tua bona, tm̃ creſcit meritũ tuum. Fac igit̃ magnam bonam uolũtatẽ tuam: ſi uis hr̃e magnum meritũ. Ita deus ut pijſſimus & miſericordiſſimus pr̃ in eo redemptionem nr̃am poſuit, in quo nullus niſi uelit poteſt egere. Amare nanque homines æqualiter pñt & diuites & pauperes: etiamſi pecuniam æqualiter dare non pñt. Voluntas tamen bona non eſt, ſi non operatur quod poteſt.

De ſecunda columna, quæ eſt memoria beneficiorum dei, Cap. 9.

REcordemur ergo miaꝝ dei, ut ſic accendamur in eius amorẽ.

Reuocemus ad memoriam bona q̃ tribuit nobis: qũo in periculis ſæpe cõſtitutos clemẽter nos eripuit: nec unq̃ pctĩs nr̃is quo minus miſereret̃ uinci potuit: oblitos ſui de ſe admonuit: auerſos à ſe reuocauit: uenientes ad ſe benigne ſuſcepit: pœnitẽtibus indulſit: perſeuerãtes cuſtodiuit: ſtantes tenuit: lapſos erexit: malas delectationes in amaritudinẽ cõuertit: & rurſus ſalubriter amaricatis conſolationes ſuas tribuit. Poſtremo tribulatione purgaris, quietẽ & pacẽ perfectam reſtituit: q nec peccantibus unq̃ defuit ut corrigeret: nec iuſtis ut cuſtodiret. Recogitemus quanta bona deus fecit nobis nõ rogantibus neq; deſiderantibus, immo recuſantibus: & q̃ multa pctã dimiſit nobis: & à quãtis ꝑiculis liberauit nos liberator deus. Quàm magna dignatio pietatis fuit, q ingratos et in multis cõtrarios, à tã multis pctĩs cuſtodiuit nos dei gr̃a: in quæ potuimus cadere, ſicut in alia multa cecidimus. Idcirco ſicut nullum eſt momentum, in quo non utamur uel fruamur dei pietate & miſericordia: ſic nullum debet eſſe momentum, in quo eum pñtem non habeamus in memoria.

De tertia columna quæ eſt cor mundum,
Capitulum 10.

SEquitur ut eum, à quo tanta beneficia accepimus, toto corde diligamus: hoc eſt tota cogitatione: tota effectione: ſine defectione. Sit cor rectum, ut ei per oĩa placeat deꝰ. Sit rectum rectitudine intẽtionis: excluſione ꝑuerſæ cogitationis: aſſiduitate cõtemplationis. Sit paratum ſequi uoluntatem dei: in quancũque partem inclinari eam cognouerit. Sit ſurſum ad ſola cœleſtia & diuina contẽplanda & deſideranda. Sit puꝝ, ut nihil morari intra ſe patiatur mali: nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputat, aut in cõſcĩa ſua, aut in aliena. Sit dulce dulci rñſione: ſuaui admonitione: benigna reprehenſione, moderata correctione. Sit mundũ, ut totius immunditię ſpurcitias reſpuens, cogitationum ſicut actionum pctã deploret: defleat pro ſua miſeria et aliena. Lugeat non ſolum ſua delicta, ſed ẽt aliena, compungatur pro malis q̃ commiſit, & bonis quæ neglexit.

De animo libero, quarta columna,
Capitulum 11.

ANimus uero ſit liber à mũdi ſolicitudinibꝰ: à carnis uoluptatibus: à prauis cogitationibus: ut poſſit cũ uoluerit aut ſibi intendere: aut utilitati fr̃um miniſtrare: aut in cõtẽplatione cœleſtiũ reqeſcere. Sit firmus, ut nulla repẽtina ꝑturbatioue cõcutiat̃: nõ capiat̃ illecebris; non frangat̃ moleſtijs:

nulla ira, nulla impatientia pacem quietemq; animi turbare poſſit: qm̃ Chriſtꝰ pax eſt, & in pace requieſcit pacis amator, & in perturbato aĩo habitare non põt. Sit conſummatus in dei dilectiõe, hoc.n. eſt diligere deum, illi occupare aĩum, concipere fruendæ uiſionis eius affectum, hr̃e pctĩ odium, mundi contemptum, diligere proximum: quem ipſe cẽſuit diligendum.

De recto ſpiritu, columna quinta,
Capitulum 12.

SPiritus aũt ſit rectus: ab oĩbus terrenis & pñtibus ꝓrſus auerſus. Et ideo inſeparabil̃r iũctus & unitus, pia deuotione aſcendat & uiſitet ſupernas ſedes, & multas quæ in domo pr̃is ſunt manſiones: humiliter ſe proſternens ante thronum dei & agni. Currat ꝑ plateas ſupernæ Sion: audiat illud melos angeloꝝ: & cũ reuerentia ſupplicet cunctis ordinibus btõꝝ ſpirituum, ſingulis per ſe, & ſil̃ oĩbus ſe commendans. Tantam uero gr̃am non meretur accipere aĩus, qui in ſui cognitione diu exercitatus & plene eruditus nõ eſt, fruſtra.n. cordis ocl'm erigit ad uidẽdũ deum: qui nondum idoneus eſt ad uidẽdum ſeipſum. Prius.n. neceſſe eſt, ut cognoſcas inuiſibilia ſpiritus tui, q̃ poſſis eſſe idoneus ad cognoſcenda inuiſibilia dei. Et ſi non potes cognoſcere te: non præſumas apprehendere ea quæ ſunt ſupra te.

Rationalis animus ſpeculum eſt ad uidendum deum, Capitulum 13.

PRæcipuum & principale ſpeculum ad uidendum deũ: eſt aĩus rõnalis inueniens ſeipſum. Si.n.
Rom. 1 inuiſibilia dei ꝑ ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ubi quæſo, q̃ in eius imagine cognitionis eius ueſtigia exp̃ſſius imp̃ſſa reperiant̃? Tergat ergo ſpeculum ſuum: mundet ſpm̃ ſuum quiſq̃s
Matt. 5 ſitit uidere deum ſuum. Beati mũdo corde: qm̃ ipſi deum uidebunt. Hoc ſpeculum uerus pœnitens nõ ceſſat quotidie inſpicere, tergere, tenere, & cuſtodire. Inſpicere, ſi aliquid in eo reperiat, quod deo diſpliceat. Tergere, non ſolum pctã actionum, uerũetiam cogitationum, ut nihil in eo remaneat qđ deum offendat. Tenere, ne deorſum corruens, terrę per amorẽ inhæreat, & ne inaniũ cogitationũ puluere ſordeſcat. Cuſtodire, ut ille cuius tabernaculũ eſt cũ hoĩbus, cuius deliciæ ſunt eſſe cũ filijs hoĩum, qui ad oſtium ſtat & pulſat, quacũque hora intrare uoluerit, receptaculum mundum inueniat. Deus.n. qui munditię amator eſt, cor pollutum habitare non poteſt.

De illuminatione animi, Cap. 14.

EXterſo igitur ſpeculo, & diu diligẽter inſpecto: incipit ei quædam diuini luminis claritas interlucere, & immenſus qdam inſolitę uiſionis radius oculis cordis apparere. Ex hꝰ luminis uiſione aĩus inflammatus, incipit mũda cordis acie ſuperna & interna conſpicere, deum diligere: deo inhęrere: cuncta q̃ adſunt, tanq̃ nõ ſint cõſiderat: cũctis ſuis affectionibus renũciat: et totus ſoli incũbit amori, ſciẽs ſolũ illum eſſe btm̃, qui deum amat. Porrò ad tantam gl'am nunq̃ pertingit mens ꝑ propriam induſtriam, dei donũ eſt hoc, nõ hoĩs meritum. Sed abſq; dubio talẽ ac tantam gr̃am ille accipit, qui deſerit curam ſcl'i, & agit curam ſui: qui ſtudet ſe frequenter cogitare, & diligenter agnoſcere, quid ip̃e eſt. Redi ergo ad cor tuũ, & diligenter diſcute teipſum. Conſidera uñ uenis, quo tendis, qũo uiuis, quid agis, qd amittis, quantũ quotidie proficis, uel quantũ deficis: qbus cogitationibus magis incurſaris, quibus affectionibus frequẽtius tãgeris, uel qbus tẽtationũ maculis à maligno ſpũ acrius impugnaris. Cũ totũ interioris exteriorisq; hoĩs ſtatũ & habitũ, inquantũ poſ̃e eſt, plene cognoueris, & nõ ſolũ q̃lis ſis, uerum etiã q̃lis eſſe debueras: de cognitione tui poteris ſubleuari ad cõtẽplationẽ dei. Quãtũ nãque quotidie in cognitionẽ ꝓficis, tm̃ ad altiora ſꝑ tendis. Sed iã fortaſſis aſcendiſti, iam ad cor tuũ redijſti, & ibi ſtare didiciſti: nec hoc ſufficiat tibi: diſce ibi habitare, & mãſionẽ face-

re: & qualicunq; mentis uagatione inde abſtractus fueris, illuc ſemper redire feſtina. Abſq; dubio ꝑ mľtũ uſum q̃ñq; tibi uerteť in oblectamẽtũ intm̃ ut abſque ulla laboris difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe: q̃nimmo pœna tibi potius ſit alibi q̃ ibi moram aliquam facere.

Repellendæ ſunt uanæ cogitationes à corde, Capitulum 15.

s I ergo perſenſeris deſideria tua circa exteriores delectationes affici, & cogitationes tuas iugiter in eis occupari: cum magna ſolicitudine compelle eas: nec ꝑmittas ad cor tuum intrare, ſed redi ad cor tuum, & ibi intrare & habitare oĩmodo ſtude.

De deuota mente, columna ſexta, Cap. 16.

m Ens. n. q̃ ſe ad ſui conſiderationem non ſubleuat, ſed adhuc ꝑ uaria deſideria ſpargiť, & uarijs cogitationib. huc illucq; diſtendiť, non põt ſeipſam in unum colligere: q̃a nõdũ nouit ad ſeipſam intrare, ſed adhuc in imo eſt, cogitatione & conuerſatione. Iõq; nõ põt ad ea q̃ ſupra ipſam ſunt, pẽna contemplationis euolare. Diſcat ergo diſꝑſiones cordis congregare: aſſueſcat in internis ſuis ĩmorari, ſtudeat euagationes mentis reſtringere, & exteriora oĩa obliuiſci. Diſcat ſola bona interiora amare, & illa frequentius cogitare, q̃ ad cœleſtium contẽplationẽ anhelat, q̃ in diuinoꝝ notitiam ſuſpirat. Cumq; ſe diligenter attenderit, & diutius q̃ſierit: cũ tandẽ inuenerit qualis ſit: reſtat ut reuelatione diuina cognoſcat qualis eſſe debeat, quale mentis ædificiũ deo p̃para re, & q̃b. obſeq̃is eũ placaŕ oporteat.

Poſt cogitationes uanas depulſas cor eleuatur ſupra ſe, Cap. 17.

q Vi ita euagationes mentis in unũ colligit, & oẽs cordis motus in uno æternitatis deſiderio figit: ꝓfectò iã ad cor ſuũ redijt, & iam ibi libenter moraŕ, ac mirabiľr delectaŕ. Et cum ſeip̃m p̃ gaudio iam capꝫ non poſſit, ſupra ſeip̃m duciť, & ꝑ exceſſum mentis ad ſũma eleuaŕ: atq; ita ꝑ ſeip̃m ſupra ſemetip̃m, ꝑ cognitionẽ ſui ad cognitionem dei aſcendit, ut diſcat ſolum deum amare, & ip̃m indeſinenter cogitare, & in eo delectabiľr req̃ſcere. Cũ ſic amor Xp̃i totũ abſorbuerit affectũ hoĩs, ut negligens & ĩmemor ſui, nõ niſi Ieſum Xp̃m, & ea q̃ ſunt Ieſu Xp̃i ſentiat: tunc dèmũ (ut arbitror) ꝑfecta eſt ĩ eo charitas. Huic itaq; q̃ ſic affectus eſt, non eſt oneroſa pauꝑtas: iſte nõ ſentit iniurias: ridet opprobria, cõtẽnit dãna, mortẽ lucrũ reputat, imò nec mori ſe putat, cum magis de morte ad uitã trãſire ſe ſciat. Quem ſic amor dei intrinſecus ligatum tenet, nec ad modicũ q̃dẽ exire exterius ualet, ſed interius ĩ eius deſiderio flagrat, tãto amplius, quãto familiarius: & eo uehemẽtius, quo frequẽtius.

De raptu cordis, & quid in eo raptu uideatur. Cap. 18.

q Vi ſic in amore dei iugiter delectaŕ, frequenter mentis exceſſus patiť: ab oĩb. p̃ñtib. & terrenis raptus, corã deo p̃ñtaŕ: & dũ pulcritudinẽ eius cõſiderat, magnitudine pulcritudinis eius attonitus, totus in eius admiratione ſuſpẽdiť. Miraŕ regis gľiã: regni magnificentiam, ſuꝑnæ ciuitatis nobilitatem, & ciuium fœlicitatem: contemplatur etiam gloriæ decorem: dei bonitatem: internæ ſuauitatis dulcedinem, & æternæ quietis tranquillitatẽ. Meditatur patris potentiam, filij ſapiẽtiam, ſpiritus ſancti benignitatem, & angelicæ naturæ beatitudinem: delectatur de deo in deum, dum eius pietatem miratur, & decorem contemplatur. O` quàm iucundum ſentitur, ſi non eſſet tã modicum raptum. Rapitur dum ſola cœleſtia contemplatur, & contemplãdo iucundatur. Sed cum ibi ſtare diutius conatur, ſubito labitur: & rediens ad ſe, nulli poteſt intimarꝫ quod uidit ſupra ſe: ſed agnitione ſuauitatis illectus, guſtatæ dulcedinis ſuauitatem, & illam cœleſtem infuſionem lætitiæ ſpiritualis intra ſemetipſum miratur. Reuoluit etiam in corde ſuo tacita mente incorporeæ lucis claritatem, & intimæ ſatietatis ſaporẽ, & illud internæ quietis ſecretum, & ſummæ tranquillitatis arcanũ. In huius contemplatione contẽplationiſq; dulcedine mẽs delectabiľr afficiť, & mirabiľr delectaŕ. Volet ergo, & non deficiat. Volet donec añ regẽ ꝑueniat: ibiq; ploret & ſuſpiret: mactetq; ſe in lacrymis: dep̃ceť ueniam: poſtulet gr̃am: nec inde recedat quouſq; deum quem nimium offenderat, placatũ ſentiat, & ab eo conſolationem recipiat.

Illuminata ratio, columna ſeptima, Capitulum 19.

d Eniq; rõ ꝑ mentis exceſſum in contemplationẽ ſublimiũ ſubleuata, & in diuinæ contemplationis arcanum rapta, atq; ibi illuminata ad cognitionem ueritatis & ueri luminis, ĩflãmata ad deſideriũ bonitatis: oẽs illicitas uoluptates, affectiones, & uagas memoriæ cogitationes, cordis diſperſiones, animi fluctuationes, ſp̃ũs euagationes, & mentis diſtractiones in unũ colligit, atq; in illo fœlicitatis fonte totum ſuum deſiderium figit. Locum ſuperiorẽ rõ ſemꝑ obtineat: nulluſq; motus aduerſus eam ſit rebellis, ſed oĩa ei obtẽperẽt: ſicut & ipſa obtẽperat deo. Si uero aliquẽ motum ad id q̃d nõ debet, uel q̃ũo non debet, moueri ſenſerit: nõ cõſentiat, ſed illico reſiſtat. Nam ſolus conſenſus reos nos facit, ẽtſi aliq̃d impediat ne oꝑa ſubſequanť. Tũc. n. aĩa mori ſicut ſcriptũ eſt, dr̃, cũ ipſa rõ ad pc̃tm̃ ꝑ conſenſum curuaŕ. Aĩa. n. q̃ peccauerit, ipſa morietur. Reſiſtat ergo ne

Ezec. 19. a

moriaŕ: pugnet ut coroneť. Moleſta eſt lucta, ſed fructuoſa: q̃a ſi hẽt pœnam, habebit & coronam. Non nocet ſenſus, ubi non eſt conſenſus: imo q̃d reſiſtentem fatigat, uincentem coronat.

Quomodo ædificatur bona conſcientia, Capitulum 20.

s Ic nimiꝛ, ſic ædificaŕ bona conſcientia. Bona cõſcĩa eſt, q̃ pc̃tã p̃terita punit, & punienda cõmittere refugit: q̃ ſi pc̃tm̃ ſentiat, pc̃tõ nõ conſentit: quam ſi cogitatio inq̃nat, rõ lauat. Recta cõſcĩa eſt, cui ſuũ pc̃tm̃ diſplicet, & alieno non cõſentit: nec ꝑꝑ hoc pc̃tõrẽ dimittit: nec eius pc̃tm̃ diſſimulat: & cum corripit nõ inſultat. Trãquilla eſt q̃a oĩb. eſt dulcis, & nulli grauis: utẽs amico ad gr̃am, inimico ad patientiam, cunctis ad b̃ñuolentiã, & q̃b. põt ad b̃ñficẽtiam. Talib. n. domus aĩꝫ ædificaŕ. Quòd ſi forte (ut fieri ſolet) fur aduenerit: qui non uenit, niſi ut fureť, & mactet & ꝑdat: ſi, inq̃, fur uenerit. i. uel cordis elatio intrinſecus oriens, uel appetitus humanæ laudis extrinſecus adueniens, ſeu aliq̃ q̃libet peſtis q̃ domũ iſtam machineť ꝑfodere: tunc rõnis ira q̃ſi canis theſauꝛ cuſtodiens, euigilet, latret, mordeat & iugulet: irruens in hoſtes, nemini parcat: nullum intrare permittat: ſed clamitet, & excitet intus habitantes ad arma capeſſenda. Vñcũq; uitium, ſiue clã ſiue palã nocere tentauerit: ꝓcul illud arceat, ut ſit ſecura cõſcĩa. Secura eſt q̃ñ accuſationem non patiť uel ꝓ tẽpore boni, uel ꝓ præſumptione mali. Munda eſt & b̃ñ ſibi conſcia, cũ nec de p̃tõ iuſte accuſaŕ, nec de p̃ñti iniuſte delectatur. Pura eſt cui deus nec ſua peccata imputat, quia nõ fecit: nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia non tacuit: nec ſuperbiã, quia in humilitate permanſit.

Citius & utilius acquiritur bona conſcientia quàm ſcientia, Cap. 21.

m Vlti quærunt ſcientiam: pauci uero conſcientiam. Si uero tanto ſtudio & ſolicitudine quæreretur conſcientia, quanto quæritur ſecularis & uana ſcientia: & citius apprehẽderetur, & utilius retineretur. Cogitare nanq; de conſcientia, ſenſus eſt cõſummatus: & qui cuſtodit illã, ſemper erit ſecurus. Salua reuerentia ſapientiæ: utilius eſt currere ad conſcientiam: quàm ad ſapientiam: niſi ſapientia illa ſit quæ ædificet conſcientiam. Tunc enim ſe intelligit anima: tunc illuſtratur conſcientia: tunc impletur cor bona conſciẽtia: cum in ſe deum, & in deo mutua reuolutione ſeipſam receperit imago creata. Creatrix imago in imagine creata, nihil aliud eſt niſi ſapiẽtia in anima: niſi

gloria in conſciẽtia: niſi ſanctificatio in
arca. O quã ineffabilis eſt pietas dei: q̃ tã-
tam maieſtatem inclinat ad tantam hu
militatem: q creauit nos: creat in nobis.
Et quaſi parꝝ eſſet nos deum prẽm hr̃e:
uult ẽt nos fieri ſibi & mr̃em. Quicũqꝫ,
Mat. 12. d ingt, fecerit uoluntatem pr̃is mei q i cœ
lis eſt: ipſe meus fr̃ & mr̃ eſt. Fr̃ obediẽ
do: mr̃ gñando. Fr̃ p hr̃ditatis participa
tionem: mr̃ p alioꝝ inſtructionem. O fi
delis aĩa expande ſinus: dilata affectus:
ne anguſteris in uiſcerib. tuis cõcipere,
quem totus orbis non potuit compre-
hendere: donec uirgo btã illum fide cõ-
cepit. Fide nãqꝫ Xp̃s concipit: uerbi p̃-
dicatione naſcit: deuotione nutrit: amo
re tenet. Sit ergo conſcia pura, ut deum
conducat ad hoſpitium nr̃m: ſit ſolicita
circa fidele obſequium, ne tanta maie-
ſtas recuſet cordis gremium: ſit deuo-
ta, ut ſoli deo placeat, ſoli deo intẽdat:
nec recedat ab eo. Talis cõſcia lętificat
aĩam, & exhibet ſe deo gratam, & ho-
minibus & angelis reuerẽdam, & ſibi-
metipſi placata & quieta exiſtit.

Quis ſit conſcientiæ fructus, Cap. 22.

c Onſcia eſt cordis ſcia: q̃ dupl'r i-
telligit: uidelicet ut illa, q̃ ſe no-
uit p ſe: uel illa, q̃ p̃ter ſe ẽt alia
nouit ex ſe. Cor.n. & ſe nouit ſua cõſcia,
& multa alia. Qñ nouit ſe, appellat cõ-
ſcientia: qñ p̃ter ſe alia, noĩat ſcia. Con-
ſcientia bona: titulus eſt religionis: tem-
plum Salomonis: ager bñdictionis: or-
tus deliciaꝝ: aureũ reclinatorium, gau-
dium angeloꝝ, arca fœderis, theſautus
regis, aula dei, habitaculum ſpũs ſcti, li-
ber ſignatus & clauſus: & in die iudicij
apiendus. Nihil eſt iucundius, nihil tu-
tius, nihil ditius bona cõſcia: p̃mat cor-
pus, trahat mundus, terreat diabolus,
& illa erit ſecura. Bõa cõſcia ſecura erit
cum corpus moriet: ſecura cum aĩa co-
rã deo p̃ntabit: ſecura cum utrunqꝫ in
die iudicij añ tribunal terrificum iuſti iu
dicis ſtatuet. Futuræ btitudinis nõ eſt
utilius remedium nec certius teſtimo-
nium bona cõſcia: cũ mũdus oĩ uolubili
tate circũrotet, ploret, rideat, peat, trãſ-
eat, nunqꝫ marceſcit bona conſcientia.
Subijciat corpus in pœna: in ieiunijs ma
ceret: uerberib. laniet: equuleo diſten-
dat, gladio trucidet: crucis ſupplicio af-
figatur, & ſecura erit conſcientia.

*Quòd in ſpeculo conſcientiæ ſtatus interio-
ris & exterioris hominis cognoſcitur,*
Capitulum 23.

i N ſpeculo conſciæ ſtatus exte-
rioris & interioris hoĩs cogno-
ſcit. Aĩa.n. nõ nouit ſe, quæ ſine
ſpeculo eſt. Speculum mundum claꝝ
& puꝝ totius religionis, bona conſcia.
Sicut.n. mulier quæ uiro ſuo ſiue amico
placere deſiderat, in cõtuitu ſpeculi ima
ginem oppoſitam reddentis, decorem
& pulcritudinem faciei componit: ſic
anima in quibus ab imagine ueritatis
diſcedit, uel in quib⁹ ueſtigia creatricis
imaginis recipiat: in conſcientia relegit
& intelligit. Non ĩmerito conſcientiam
ſpeculo comparauimus: qm̃ in ea tanqꝫ
in ſpeculo rationis oculus, tam quod de
cens, qꝫ qd' indecens eſt in ſe: claro aſpe
ctu apprehendere poteſt.

Conſcientia acquiritur per cordis cuſtodiam,
Capitulum 24.

v Ita uniuſcuiuſqꝫ non cognoſci-
tur, niſi in conſcientia: nec uenit
ad bonam conſcientiam niſi p
cordis cuſtodiam. Cor enim ſuo arbi-
trio dimiſſum, aut ad uitã ſe uertit: aut
ad mortem. Velle nanqꝫ peccare, malũ
eſt: peccare, peius: in peccato perſeuera
re, peſſimum eſt: nolle pœnitere, morta-
le. Quicqd igitur cor cogitat quod ad
utilitatem ſuã uel proximoꝝ quoquo
modo non pertineat: reſpuendum eſt.
De diuerſis igit mundi partibus, in qui-
bus cor uagum & ꝓfundũ tenet, uel ua
ne occupat: ad ſeip̃m redeat, & ſeip̃m
diſcutiat: cumqꝫ inuenerit culpam, ti-
meat pœnam. Quærendo aũt culpam,
nuſqꝫ illam niſi in ſe repiat: repta aũt cul
pa & pœnæ cã ſeip̃m puniendo, ſe ante
ſe ſtatuat, & tanqꝫ alium ſe iudicet. Se
equidem culpatum: ante ſe afflictum, ſe
reum: ante ſe iudicem ſeuerum, ſe im-
pium: ante ſe ad pietatem reuerſum, ꝓ-

ponat ſe ante ſe: decernat quid à ſe fa-
ciendum ſit de ſe: iuſte in ſe iniuſto infli-
gat iuſta flagella. Loquat etiam ſic ſibi:
Quia pacem deſeruiſti apud dñm deũ
tuum, & bellum incurriſti apud teip̃m,
ſciſſuram pateris, ut tu à teipſo conde-
mneris: qa pactum pacis rupiſti. Vis qd̃
non uis, & non uis qd' uis: à teipſo con-
Luc. 19. d dẽnaberis. Nolenda uis: uolẽda nõ uis.
Ecce de ore tuo te iudico ſerue neqꝫ. Af-
flige itaqꝫ te, & ſtatue te contra faciem
tuam, ut aſpicias turpitudinem tuã, &
recogites ſtultitiam tuam. Sic igitur in
miſerijs ſuis ad ſeip̃m conuertit cor, &
ſiſtit cor ad cor. Vis eſt q̃dam q̃ ſic de
corde opat, & retinet cor fluxum & ua
num, ne ꝓfluat in abyſſum exterminij.
Vis iſta ſeu uiolentia rapit regnum cœ-
Mat. 11. b loꝝ. Regnum cœloꝝ (inqt dñs) uim pa
tit, & uiolenti rapiunt illud. Nobile re-
gnum poſſidet, q cor ſuũ poſſidet. Non
regnat, qui in corde ſuo deditus ſeruitu
tibus uitioꝝ: præſidet urbibus, & tur-
bis ppl'oꝝ. Solus is regnat: q depoſito
cordis imperio, ad leges rõnis ordinat
totam familiam motuum interioꝝ &
exterioꝝ. Si inſurgit rabies leonina: p̃mi
tur p patientiam: ſi petulantia hirci: per
abſtinentiã: ſi ferocitas apri: p mãſuetu-
dinem: ſi ſupbia unicornis, p humilitatẽ.

De mobilitate cordis, Cap. 25.

n On inuenit aũt inter cæteras ar
tes liberales ars iſta p̃ alijs libe
ralis, qua teneat cor qd' oĩ mo-
bili mobilius eſt: qd' oĩ lubrico lubrico
ſius eſt. Mobilitate.n. naturali inſtabi-
le, uel in puncto fixum recuſat conſiſte-
re: cuius uita ĩ motu eſt: & motus eſt ei
uita. Mouet molẽ toti⁹ corporis huma-
ni tantillus iſte in corde uitalis motus:
& q̃ coerceat arte ut alia mouens, ipſe
non moueat? Forte mola aſinaria ſi ad
collum ei ſuſpendat, non moueret. Imò
multo magis cum mola concitaretur.
Agendũ itaqꝫ cũ eo eſt, ut circũeat ter-
rã, & perambulet eam: ſi forte uelocio-
rem & mobiliorẽ ſe inuenire queat. Si
ſup terrã ſil'em ſui non inuenerit: ẽt gyꝝ
cœli circũeat: & rotas currũ dei ad cur-
ſum ſuum admoueat: qd̃ tunc faciet ad
illos q ambulant ſup pennas uentoꝝ?
Forte & cum illis contendere poterit.
An & cum illa uirtute curret q̃ attingit Sap. 8. a
à fine uſqꝫ ad finem fortiter, & diſponit Sap. 7. c
oĩa ſuauiter? An & illam app̃hẽdet de
q̃ dr̃: Mobilior eſt omnib. mobilib. ſa-
pientia? Saltem cum uideret tam ſpa-
tioſis ſaltib. tranſilientẽ ſuam potentiã,
potentiam creatoris ſui, ſubſiſtat & di-
mittat alas ſuas, retinens ſe, & habenis
deificæ comparationis ſe ad ſe colligẽs
& cohibens non trãſgrediat terminos
ſuos. Sic.n. ſctã aĩalia ĩ uiſione Ezechie- Ezec. 1. e
lis, cum fieret uox ſup firmamentũ qd'
ĩminebat capiti eoꝝ, ſtabant & ſubmit
tebant alas ſuas. Qd' plane ſcti faciunt,
cum pluſtratis opib. & mirabilib. dei ſu
perintelligibilib. abſconditis myſterijs,
nihil ſe ſcire deprehendunt, ſed momen
to ſtateræ oĩa opa ſua appendunt. Tũc
ſe non à ſe moueri cor intelligit, qa p ſe
ĩmobile pmaneret, niſi q oĩa mouet, il-
lud quoqꝫ inter oĩa moueret. Mutuatũ
igit à deo cognoſcens motũ ſuum, iam
non uſurpet ut ꝓprium, ſed ut cõmoda-
tum. Ad uoluntatem nãqꝫ cõmodãtis,
cõmodatarius uti debet commodato.
Aliòquin furtum facit in re cõmodata.

*Quomodo diuina gratia corda hominum
mouet,* Cap. 26.

c Vm igitur te mouerit deus uel
moueri uoluerit ô cor humanũ,
mouearis: al'r non mouearis: qa
non eſſet moueri, ſed cõmoueri. Sed qñ
te mouet deus? Cum admonet. Admo
net aũt ſic. Vane occuparis ô cor ſapiẽs,
& oĩ p̃rogatiua excellẽs, in his q̃ uanita
tes uanitatũ ſunt. Non te decet his ſub-
eſſe, ſed præeſſe. Te indigent iſta ut me
lius & cõmodius ſubſiſtant: tu his neqꝫ
ad btitudinem indiges, neqꝫ ad ĩmorta
litatem. Viaticũ quidem iumẽto tuo p̃-
parant in uia, ſed ſi ad menſuram ſumã-
tur, non ad ſupfluitatem. Ex ſupfluitate
enim ciboꝝ qñqꝫ infundunt iumenta,
& in uentris nimiam effluxionem reſol-
uunt, ita ut ex refectione deficiant. Sic
corpus tuũ, ô princeps & dñs corpis, ſi

regulas neceſſitatis exceſſerit,& ad barathrum concupiſcentię os aperuerit,la cum perditionis ſibi effodit in hoſpitio reparationis,& de remedio comparat exitium,de uehiculo naufragium. Quid proinde?ſuperfluum tollit neceſſarium. Aufer ſuperflua,& nulli deerunt neceſſaria:quia de ſuperfluenti copia aliorum, naſcitur ualde ægra aliorum inopia.

Quomodo ſe debet unuſquiſque refrænare ac regere, *Cap. 27.*

t Vum eſt male acta corrigere: tuũ eſt in ordine & offõ familiã membrorꝫ corporis,& aĩæ motuum diſponere: tuũ ſingulorꝫ negotia ſcđm competentiã aſſignare. Non ſit in regno corporis tui qui leges & iura inſtitutorꝫ tuorꝫ impune præuariceť,non oculus,non manus,non pes,non auris, non guttur. Quid.n.de ignobilioribus & plebeĳs membris dicam,ſi uel attrectare rebellionem p̃ſumpſerint?Lapidibus obruantur, iaculis increpationum confodiantur,& nouerint regem Salomonem ſedere ſup̱ mulã regis.i.rõnem ſuper ſenſualitatẽ corporis. Quid ſi pudibunda illa(quæ uelato ſemper nomine appellãtur à pudicis & caſtis labĳs) motu inordinato remp. infeſtauerint? Certe abſcindantur,non ferro,ſed ieiunio:non detruncatione,ſed mortificatione. Vtinã(inqt apl's)abſcindantur q̱ uos conturbãt. Galat.5.b His perſuaſionib⁹ cor effrænatũ,in p̃ceps,curſum ſuũ rapiẽs, teneri põt,ut ſit bona cõſcia. Bona eſt ſi hẽat in corde puritatem,in ore ueritatem, in actione rectitudinẽ.Pro his nãque merebiť trinitatis uiſionẽ.O btã uiſio in q̃ ſic deus erit notus atq; p̱ſpicuus ut uideať à ſingulis nobis in ſingulis nobis,uideať in ſeipſo,uideať in cœlo nouo & in terra noua,atq; in omni q̃ tũc fuerit creatura.

Quòd anima in conſcientia ſua cognoſcit, quò debeat ire, quando egreditur de corpore, id eſt, de libro conſcientiæ: & quomodo corrigendus eſt, *Capitulum 28.*

h Vmana conſcientia eſt domini uinea,quã excolere debent peccatorum confeſſio,& eorum ſatisfactio,& exhibitio bonorum operꝫ, & cuſtodia eorum. Vnicuique eſt liber ſua conſcientia: & ad hunc librum diſcutiendum & emendandum omnes alĳ inuenti ſunt. Anima cum de corpore egredietur,nullum alium præter conſcientiæ ſuæ librum ſecum portare poterit,atq; ĩ illo cognoſcet quò debeat ire, & quid debeat recipere. Ex his quæ ſcripta erunt in libris noſtris iudicabimur, & ideo ſcribi debent ſecundum exemplar libri uitæ: & ſi ſic ſcripti non ſunt, ſaltem corrigendi ſunt. Cõferamus itaque libros noſtros cum libro uitæ: & ſiquid aliter habuerint,corrigantur,ne in illa ultima collatione,ſi quippiam aliter inuenti fuerint habentes,abĳciantur. Beatus homo qui ſe poteſt cognoſcere & deſpicere, probare & improbare. Nam qui ſibi diſplicet, deo placet: & qui ſibi uilis eſt,deo charus eſt.

Nihil eſt melius & nihil utilius quàm ſeipſum cognoſcere: quod eſt proprium conſcientiæ, *Cap. 29.*

m Vltæ ſunt ſciæ hoĩum, ſed nulla melior' eſt illa, qua cognoſcit homo ſeipſum. Quamobrem redeam ad cor meum, & ibi ſtare aſſueſcam,ut totam uitam meam poſſim diſcutere, & meipſum cognoſcere. Oẽs miſerias meas corã deo effundam,ſi forte illa ſua magna pietas moueat eum. Confitebor ei pctã mea, cui oĩa nuda ſunt & aperta:quem fallere non poſſũ, quia ſapiã eſt:nec effugere,qa ubiq; eſt. Audi ergo pĳſſime deus confeſſionem meam,& reſpice ad pietatem tuam,& fac mecum ſcđm miſericordiam tuam. Audi q̃ ſæpe de memoria mea te expulit irruens turba plurimarum cogitationum,quę uelut plebs ad aliquod ſpectaculum ſolent effluere in cor meum. Dũ orare uel cãtare in monaſterio uolo,neſcio cuiuſmodi ſtulta cogitatio cor meũ rapit, & ducit per diuerſa loca. Cumq; illud ad me reuoco,tenere non poſſum, ſed illico elabitur,& huc illucq; diſpergitur,& per innumera effunditur. Idcirco crebra terrenarum cupiditatũ illecebra,

bra,& uanitatum effuſio ita cor meum occupant,ut qđ uitare ſtudeam,hoc cogitẽ,aĩoq; uoluam. Non.n.eſt in ptãte mea cor meum & cogitationes meæ, quæ ex improuiſo effuſæ mentẽ meam aĩmq; confundunt, atq; aliò trahunt q̃ ego ꝓpoſuerã. Ad ſcl'aria reuocant, mũdana inſerunt,uoluptaria ingerunt,illecebroſa contexunt:ipſoq; in tp̱e quo leuare mentẽ meam ad te paro,inanibus cogitationib. infect⁹ ad terrena plerũq; deĳcior:hmõi p̱ſtrepentium cogitationum tumultus à corde quotidie amouere uolo nec ualeo:ſed uiſa & audita, dicta & facta ad memoriam reuocant, & in ea cum magna importunitate p̱ſtrepunt. Cogitanda cogito,cogitata recogito,& eadem iterꝫ atq; iterꝫ replicare non ceſſo: & cum diu multumq; q̱cq̱d potero cogitauero,ſine cogitationib. eſſe non poſſum, ſed intrant & exeunt,atq; aliæ al's introducunt & excludunt:hæc inuitus ſuſtineo,plerumq; tñ conſentio,cũ p̱ ea q̃ uidi,uel feci ſine utilitate,abſq; diſcretione, uaga mẽte diſcurro. Ita mẽs mea ſp̱ mobilis,& nunq̃ ſtabilis,ſp̱ uaga,& uelut ebria,p̱ diuerſa diſtrahiť. Grauiter pecco cũ cor meũ derelinquo,qm̃ grauis iactura eſt q̃ per negligentiam fit. Vim patior cum illud me deſerit. Cõfirma cor meũ deus,qm̃ cum ſtare in ſemetipſo nitiť,aliquo mõ à ſemetipſo ẽt neſciẽdo deriuať. Ita peccandi conſuetudine ẽt cum neſcio pecco,& cor meum cor uanũ p̱ infinita deduciť,& ĩ multa deſideria diuidiť. In nocte uero cũ dormire uolo: multarꝫ rerꝫ imagines & phãtaſias clauſis oculis uideo,eaſq; inuitus tolero:quãtoq; ab eis aciẽ mẽtis auertere nitor, tãto amplius illæ ſe mihi ingerunt,& moleſtĳs turpiũ cogitationum cor meũ maculant. Inde eſt q̃ ſæpe mihi nocuit mortifera delectatio, q̃ ex recordatione ptõrꝫ pctõrꝫ naſci ſolet, ſed maxime ex recordatiõe libidinis. Hæc.n.peſtis quo p̃ cæteris uitĳs eſt mihi familiarior, eo ad nocendũ ꝓcliuior, & ad repellendum difficilior, Nam cum eam repellere uolo, nolenti mihi ſe ingerit,blande oneroſa, diſplicẽdo placens,& placendo diſplicẽs. Carnis libidinẽ nũq̃ fugere potui,ſed ſp̱ me p̱ſequiť: & cum aliq̃ delectationis cogitatione uel uiſus intẽtione me cõprehẽdere põt,non dieb. neq; noctib. requieſcere ſinit. Subtil'r intrat,& mentem occupat,& niſi ſubito repellať,allicit & ĩcendit,& quaſi uirus peſtilentiæ p̱ totũ corpus paulatim ſe diffundit. Cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas gñat,delectatione illicita mentẽ afficit, & ad conſenſum prauitatis aĩm inflectit: oẽſq; aĩæ uirtutes corrumpit. Hac peſte cũ aſtrictus teneor,diuelli ab ea uix poſſum, qm̃ ſtimulos eius confiteri aut neſcio,aut erubeſco: tam ſubtiles & turpes ſunt. Re uera difficile eſt libidinis incendia extinguere:impuberes ſtimulat,iuuenes ĩflãmat,uiros eneruat, ſenes & decrepitos fatigat,nõ aſp̱nať tuguria,nõ reuereť palatia. Vtinã ſola cœnobia fugiat. Adiuua me dñe deus me⁹, ut huic tã peſtifero & mortifero uitio reſiſtere poſſim. Scio.n.qa qđ reſiſtẽtẽ fatigat:uicẽtẽ coronat. Scio ẽt qm̃ ſi mẽtẽ meã cogitatiõe ĩmũda polluero:tibi, q̱ mũditiæ author es,placere nõ ualeo.

De amara atque illicita cogitatione, *Cap. 30.*

c Or mundũ crea in me deus,qm̃ nõ ſolũ uana cogitatio illud occupat,& turpis ĩq̱nat,uerũ etiã amara diſſipat. Pſal.50.a Sæpe nãq; aliq̃ iniuria cõmotus,denſis cogitationum tumultibus ĩ corde p̃mor:hinc ĩde ſolicit⁹,& cęcus,occaſionẽ uindictæ de accepta iniuria rimor,cõſilia multiplico,et nihil aliđ niſi iurgia q̃ deſunt ĩ corde pago. Pñtes ñ uideo,abñtib. cõtradico,ĩtra memetĩpm cõtumelias ꝓfero & recipio,receptis aũt duri⁹ rñdeo. Cũq; q̱ obuiet nul l⁹ adſit,rixas ĩ corde cõpono,ĩſidias ĩuidẽtiũ cõſidero,& q̱d cõtra iurgĳ moueř poſſit pẽſo,exq̱ro q̱d rñdeã: & cũ rẽ nullã teneã,uacu⁹ litigator elaboro. Sicq; diẽ ĩ otiũ,noctẽ ꝟo ĩ cogitationẽ uerſo. Torpeo ab utili ope,qm̃ fatigor illicita cogitatiõe. Ita mẽs ĩt⁹ pugnat,cũ mẽti nemo repugnat. Nõnũq̃ ꝟo qđ egi ĩ cor

pore,hoc poſtmodum importuna cogi
tatione uerſo in mẽte: & multoties gra
uius torqueor in recordatione q̃ꝫ prius
captus fueram in opis ꝑpetratione. Sæ
pe ẽt ea q̃ nunc̃ꝫ feci,nec in uolũtate ha-
bui,ita recogito,quaſi pœniteat me illa
non feciſſe. Ab occultis meis mũda me
dñe:qm̃ cũ nihil exterius ago,intus gra
uiter pecco.In corde.n.ſeruo depicta,q̃
uidi & feci.Iõ tꝑalium reꝝ tumultus in
corde uerſare non ceſſo ẽt cum uaco. In
cogitatione.n.comedo,cum ieiuno:lo-
quor,cũ taceo:iraſcor,& trãqllus ſum:
corpus reqeſcit, & aĩus huc illucq́ꝫ diſ-
currit.Ita uitã iſtã ſine culpa nunc̃ꝫ trãſ-
ire potui:nec hoc qdẽ qđ laudabil'r ui-
xi,ſine aliquo reatu ẽ, ſi remota pietate
diſcutiaꞇ.De neceſſitatib.meis eripe me
dñe.Crebro nancꝫ dũ neceſſitati debi-
ta reddere ſtudeo,uoluptatis uitio d̃ſer
uio:ſub uelamine neceſſitatis,cado ĩ la-
queum uoluptatis. Sæpiſſime nãcꝫ co-
medi & bibi nõ ad neceſſitatẽ, ſed ad
uoluptatẽ: & qđ neceſſitati ſatis erat,
uoluptati paꝝ erat. Cogitaui ẽt de ci-
bo & potu qñ non debui,& ubi nõ de-
bui,& pluſq̃ꝫ debui.Cogitãdo de eſcis,
epulas in cogitatione tota die rumina-
bam. Cum tegendis membris ueſtimẽ
ta q̃ro:non ſolum q̃ tegant, ſed q̃ extol
lant,expeto:&contra frigoris torporẽ,
non ſolum q̃ro q̃ muniãt ꝑ pinguedinẽ,
ſed q̃ mulceant ꝑ mollitiẽ:non ſolũ q̃ ꝑ
mollitiẽ tactum mulceant, ſed q̃ per co
lorẽ oculos ſeducant. Cum ꝓ aliqua ne
ceſſitate licentiã loquendi alicui habui,
locutus ſum nõ ſolum de neceſſarijs:ue-
rũ etiam de non neceſſarijs, & de his q̃
ad me non ꝑtinebant,&de qb.licentiã
non habebam. Immerſi me colloquijs
hoĩm: & ibi locutus ſum nõ ad ædifica-
tionem,ſed ad deſtructionẽ: nõ qđ de-
cebat,ſed qđ libebat:locutus uerba ua
na &riſui apta,uerba otioſa & inutilia,
Verboſitati deſeruiens,detractioni ſtu
dens,os meum mendacio & detractio
ne inqnaui. Lingua mea omni fallacia
plena eſt, & nocuit mihi pluſq̃ꝫ omnia
membra. Nã ea q̃ audiui uel uidi,nunc̃ꝫ
eo mõ, quo dicta uel facta ſunt, referre
poſſum:ſed alia affirmo ꝓ alijs, & ſæpe
multa interſero ſupflua: atcꝫ ita uel ni-
miũ laudando uel uitupando,ferè quo-
ties loquor,mentior. Guttur inſatiabili
ardet ingluuie:gula diuerſis ſaporib.ſa-
tiari non põt. Cor prauum, dolo & ma
litia plenum, per purã confeſſionẽ pur-
gare nunc̃ꝫ potui. Manus ad opus pra-
uum fuerunt paratæ, & ad opandũ bo
num pigræ. Stomachus & inteſtina ni-
mio cibo et potu ſępe ſunt diſtẽta, & iõ
dolore ſunt plena, Nã uñ gula delectaꞇ,
inde uẽter inflaꞇ,corpus infirmaꞇ, & ſæ-
pe mors ſeqꞇ. Per gulę delectationẽ cor
rui in uentris ingluuiẽ: & uñ debui mihi
parare ſalutẽ,inde cõtraxi nimiũ come-
dẽdo ꝑniciẽ. Pedes uelocius me porta-
uerunt ad aliquam curioſitatẽ ſpeculã-
dam,q̃ꝫ ad eccl'iã. Oculi iniquo intuitu
me ꝑuerterũt, oẽmq́ꝫ motũ corpis mei
ad ĩmunda deſideria traxerunt. Aures
citius apui uerbis otioſis &uanis,q̃ꝫ ſan
ctis. Delectatus eſt odorat⁹ uanis odo
ribus;guſtus diuerſaꝝ reꝝ diuerſis ſa-
porib. necnõ ſinguli alij ſenſus his & il-
lis, iuxta qđ cuicꝫ ſuus ferebat appeti-
tus. Ita deus meus in oĩb. mẽbris meis
naturæ modum exceſſi, oĩa mẽbra mea
uelut coniuratione facta inimico meo
de me dñium tradidere, cũ morte fœd⁹
iniere,pactum pepigere cum inferno.

Conſcientia noſtra erit noſter iudex in die iudicij, Cap. 31.

ERipe me dñe ab hoĩe malo.i.à Pſal.1[illegible]
meipſo:à quo recedere nõ poſ-
ſum. Nã quocũcꝫ me uerto, ui-
tia mea me ſequunꞇ,ubicũcꝫ uado,con-
ſcientia mea non me deſerit,ſed pñs aſſi
ſtit, & qcqd facio,ſcribit. Idcirco q̃ꝫq̃ꝫ
humana ſubterfugiã iudicia, iudiciũ ꝓ-
pri conſciæ fugere ñ ualeo. Etſi hoĩb. ce-
lo qđ egi,mihi tñ (q noui malũ qđ geſ-
ſi) celare neq̃o. Proprij reat⁹ cõſcia ñ me
reqeſcere ſinit,ſed de die in diẽ uehemẽ-
ter me torq̃t, & đ die iudicij uehemẽti⁹
terret. Nã ĩ die illa cũ dñs ad iudiciũ ue
nerit,uniuſcuiuſcꝫ cõſcia ad teſtimoniũ
adduceꞇ, & apto libro cõſciæ, oĩs culpa
ante oculos reducerur:atcꝫ ita cogente
cõſcia,unuſqſcꝫ erit accuſator & iudex
ſuus. Propterea ſtatuã me añ me, & iu-
dicabo meipm̃, ut illi⁹ extremæ & tre-
mẽdæ diei iudiciũ euadere poſſim. Da-
mnat me conſcia mea, q̃ꝫq̃ꝫ diuinũ iudi-
ciũ nõdũ me dãnet. Accuſat me de ho-
micidio,qđ ſi ope non feci,uolũtate tñ
ac deſiderio ſæpe ꝑegi. Accuſat me de
adulterio, & eodẽ mõ rñdeo. Accuſat
me de ĩuidia, cõfiteor & ego qm̃ ĩuidia
ſæpiſſime cor meũ laniauit. Per inuidiã
nãcꝫ,ſancte uiuẽtiũ merita,mea feci ĩui-
dẽdo pctã. Nã bona q̃ ab eis fieri ul' di-
ci audiebã,uera oĩo ñ credebã:ipſas res
bñ geſtas, ĩ malũ male ĩterp̃tãdo cõuer
tebã. Oẽ malũ qđ de illis mẽdax fama
iactabat, ſtatĩ tanq̃ꝫ ſi ego uidiſſẽ crede
bã:oĩa mala meis æmulis fingebã, &ex
ꝓfectu eoꝝ deficiebã. Hęc uero odia ĩ-
tra me abſcõdebã, & ĩ meos cruciatus
enutriebã.ꝓficiẽtib.ĩuidebã, peccãtib⁹
fauebã,de malis eoꝝ gaudebã, & đ ꝓ-
fectib.lugebã. Gratuitis inimicitijs ar-
debã, & hãc malitiã mei pectoris dep̃-
hẽdi timebã. Sẽꝑ erã ei amarus, & nũq̃ꝫ
certus: & ita amic⁹ erã diaboli, & inimi
c⁹ mei. Inter amicos diſcordias ſemina-
ui, diſcordãtes ĩ diſſenſionẽ cõfirmaui,
opiniones eoꝝ mẽdacijs decoloraui, in
ſpũalib.carnalia laudaui, ut ſpũalia bo
na eis deeſſe pſuaderẽ. Amicitias ſimu-
laui,ut eos q ſe ĩcaute mihi cõmittebãt,
q̃ poſſẽ arte decipẽ. Odioꝝ mihi occa-
ſionẽ prauis ſuſpicionib. coaceruaui, &
ita dæmones,quoꝝ facta ſectabar, lęti
ficaui. Multis uelut amic⁹ fui ĩ obſeq̃o,
hoſtis ĩ aĩo. Cõptus ĩ uerbo, turpis ĩ fa-
cto. Proditor fui ſecretoꝝ,tenax mala-
Pſa.142.a rũ ſuſpicionũ,utrobicꝫ ꝑuerſus. Et ita ꝑ-
ſecutus ẽ inimicus aĩam meã, hũiliauit
ĩ terra uitã meã. Pijſſime dñe, uñ poſſũ
eſſe bonus,q ĩ bono ſic fui malus? Ego
peccabã, & tu diſſimulabas: ꝓlõgabã
multo tꝑe iniqtatẽ meã, & tu pietatem
tuam:qa pñiam & indulgentiã cogita-
bas. Da ergo mĩam miſero,q tãdiu pe-
percisti criminoſo. Credo nancꝫ qm̃
quicquid mihi condonare decreueris,

ſic erit quaſi nunquam fuerit.

De uanitate, & ex ea dependentibus, Capitulum 32.

NOn ſolũ ĩuidia cor meũ afflixit,
uerumetiã uanitas circa uarias
delectationes lãguẽtẽ aĩm ĩuol
uit. Per uanitatẽ nãcꝫ đ opib.quoꝝ mi
hi cõſcius non erã, turpiter me iactaui.
Geſtiebã ẽt docere q̃ neſciebã. Credi de
me ſublimia uolebã, đlectabilia grauib.
anteponebã, execrabar uerbo qđ aĩo
cõcupiſcebã,appellatiões uirtutũ meis
uitijs ĩponebã, & ita meip̃m fallebã, &
fauẽtes mihi decipiebã. In ꝓmiſſiõe ho
neſta fui uelox,in exhibitione mẽdax, à
bono mutabilis,mali tenax,ĩ uerbo gra
uis,aĩo turpis,ubicꝫ fallax, lætus ad ꝓ-
ſpera,fragilis ad aduerſa,ĩflatus ad ob-
ſeq̃a,anxius ad opprobria,ĩmoderatus
ad gaudia, facilis ad humana, difficilis
ad honeſta. Miſericordiſſime dñe, ita
defecerũt in uanitate dies mei,in qb. de
bui flere cõmiſſam iniquitatẽ, excitare
remiſſam uoluntatẽ, ſuſpirare ad amiſ-
ſam hęreditatẽ,aſpirare ad ꝓmiſſam fœ
licitatem,ꝓperare ad angelicam ſocie-
tatem, repropitiari tuam maieſtatem.

De ſtatu miſero huius uitæ, Cap. 33.

TErret me tota uita mea deus
meus, qm̃ diligẽter diſcuſſa ap
paret mihi aut pctm̃,aut ſterili-
tas: & ſiqd fructus in ea uꝛ,ſic eſt aut ſi-
mulatũ,aut ĩꝑfectũ,aut aliquo mõ cor
ruptũ,uꞇ poſſit aut ñ placere, aut diſpli
cere tibi. Et cũ uere ita res ſit, ſic ẽ mihi
q̃ſi nõ ita ſit: qđ eſt miſeria ſup miſeriã.
Sic comedo,bibo, & dormio ſecurus:
q̃ſi iã trãſierim diẽ mortis, & euaſeri diẽ
iudicij, & tormẽta inferni. Sic ludo & ri
deo: q̃ſi iã regnẽ tecũ in regno tuo. Idcir
co multitudinẽ iniqtatũ meaꝝ expaue-
ſcẽs,ſed de tua pietate cõfidẽs,tibi crea-
tori & redẽptori meo,q ueniã & ĩdulgẽ
tiã poſt reatũ ꝑ purã & lacrymabilẽ cõ
feſſionẽ aſſequi ꝓmiſiſti:cõfiteor qm̃ in
pctis conceptus ſum: & in pctis nutri-
tus: & ꝑ oẽ tp̃s uitæ meæ uſcꝫ ad hanc
diem in pctis ſum conuerſatus. Nullum
inuenio pctm̃ à quo non ſim aliquo mo

do inquinatus. Per ſuperbiam nancꝫ p̄-
cepta tua & ſeniorꝝ meorꝝ trāſgreſſus
ſum. Silentium & taciturnitatem, ſicut
rl̃a docet, non tenui. Qđ mihi licitum
non fuit, habui, dedi, & accepi. Clamo-
res pauperꝝ & miſerorꝝ non libēter aut
miſericorditer audiui: nec eos in infirmi
tatib. ſuis uiſitaui. Suadentib. mihi ī ma
lum cōſenſi: facilius multa ī imo q̄ꝫ unū
in ſūmo cogito: facilius rep̄hēdo aliorꝝ
uitia q̄ꝫ mea: & qđ in alijs rep̄hendo, fa
cere nō erubeſco. Facilius uniuſcuiuſcꝫ
uitia q̄ꝫ uirtutes intendo. Cū aliorꝝ deli
cta cerno, mea non aſpicio. In meis deli
ctis ſum clemens, in alienis rigorē tene
re uolo. Ad irrogandas cōtumelias ſum
ualidus: ad tolerandas infirmus: ad obe
diendū piger: ad laceſſendos uero alios
importunus: ad ea q̄ facere & debeo et
ualeo uagus: ad ea uero q̄ facere nec de
Pſal. 37. a beo nec ualeo paratus. Ita repleta ē ma
lis aīa mea: pc̄tis meis exigentib. In ec-
cleſia me deteriorē rep̄io: an̄ altaria ſa-
cra deuote non ſupplico: uaſa ſacra non
reuerenter tracto: in choro ſum corp̄e,
& in aliquo negotio mente. Nūc intus
maneo, nunc foras exeo: tāta eſt leuitas
corp̄is necnō & mētis. Aliud canto, &
alid̄ cogito. Pſalmodiæ uerba ꝓfero: &
pſalmodiæ ſenſum non attendo: ſed mē
te uagus: habitu diſſolutus: oculis atto-
nitus: huc & illuc ꝓſpiciens: q̄cūcꝫ ibi
gerunť ꝑluſtro & ꝑſpicio. Væ mihi qm̄
ibi pecco, ubi pc̄tā emendare debeo.
Nōnuncꝫ uero in ipſis bonis q̄ ago, ad
deterius ꝓpinquo: q̃a dum menti lętitiā
pariunt, & quandam ſecuritatē gignūt,
mens mea ſecura reddiť: & in torpore
laxať. Sæpe ēt meip̄m & op̄a q̄ fecerā
laudaui: & ab alijs laudari uolui. Plerū-
que laus humana, quā non q̄rebā: mihi
oblata placuit: & cum ex ea incaute ex-
tollerer, ſubito multa q̄ feceram ad me
moriā uenerunt: ut amplius in elatione
attollerer. Quæ ſubtilr̃ replicans, atcꝫ ī
unum cuncta coaceruans: cœpi magis
magiſcꝫ deceptus intumeſcere. Dūcꝫ in
mei admiratione occupatus defigerer,
mihi dās gl̃iam, & nō deo à quo oīa ac-
ceperā, oīm fructū amiſi: atcꝫ ita didici Pſa. 101. b
qm̄ qui me laudabant, aduerſum me iu
rabant. Quanto. n. quiſcꝫ in ſemetipſo Pſal. 17. a
gl̃iať: tāto à dei amore diſiungiť. Ita deꝰ
meus, īferno appropinquauit uita mea.
Si me liberabis, hēbo un̄ tibi gr̃as agā:
ſi inde non liberabis, non habeo un̄ te
reprehendā: qm̄ iuſtus es. Heu mihi, q̄-
lis uixi, quanta mala feci & dixi? Pudet
qui ſic uixerim: & qđ natus fueri. Mal-
lē non eſſe q̄ꝫ talis eſſe: Bonus eram: &
malum me feci: uticꝫ q̃ ſponte me feci
miſerꝝ, iuſtum eſt ſp̄ eſſe miſerꝝ. Cōſcīa
mea mereť dānationē: pnīa mea nō ſuf-
ficit ad ſatisfactionem: ſed certum eſt
qm̄ mīa tua delet oēm offenſionem. De
le ergo pie dn̄e iniq̃tatem meam multi
tudine miſerationum tuarꝝ. Ego uero
qui uſcꝫ ad hanc diem ſine cauſa uixi,
amodo ſine cauſa uiuere nolo.

De recidiuo, hoc eſt, reuerſione in peccatū, C. 34.

s Ed heu miſer, hæc tam ſæpe ſic
confeſſus: ſurgens, cadens ſum
defeſſus: repeccando toties, cō
fitendo toties. Multoties promiſi me
emendare: & nuncꝫ tenui: ſed ſemp̄ ad
pc̄tm̄ redij: & priorib. ſcelerib. noua &
deteriora cōiunxi. Nuncꝫ, ut debui mo-
res meos in melius mutaui: nec à male-
factis receſſi. Plurimos ēt, me p̄dēs, pec
care feci: & multis cā mali extiti: & exē
plis uitę meę nōnulli ſubuerſi ſunt. Ecce
pc̄tā mea miſericordiſſime deꝰ nō abſcō Pſal. 50. a
do, ſed oñdo: accuſo me, nō excuſo: qm̄
iniq̃tatē meā cognoſco. Nec idcirco iu-
ſtꝰ ſū: qm̄ ſi alter ita me accuſaret ſicut
ego meip̄m accuſo, patiēter ſuſtinere n̄
poſſē. Deſp̄are uticꝫ potuiſſē p̄p̄ nimia
pc̄tā & uitia, culpas & īfinitas negligē-
tias meas, q̄ egi & q̄tidie īdeſinēter ago
corde, ore, op̄e: & oīb. modis q̃b. hūana
fragilitas peccar̄ p̄t: niſi v̄bū tuū deꝰ ca
ro fieret, et habitaret ī nob̄. Sed d̄ſpar̄ iā
n̄ audeo: qm̄ ſubditꝰ ille tibi uſcꝫ ad mor
tē, mortē aūt crucis, tulit chirographū
pc̄tōrꝝ nr̄orꝝ: & affigēs illđ cruci, pc̄tm̄
crucifixit & mortē. Gr̃as tibi ago dn̄e
deꝰ meꝰ, qm̄ uiſitaſti me: & oñdiſti mihi
pc̄tā mea. Nūc primū te īſpirāte didici ad
cor

cor meum redire, & meipſum cognoſce
re. Aduocabo ergo aliquem de amicis
tuis, & ei omnia delicta mea exponam
ſicut mihi præcepiſti: ut eius conſilio
& auxilio ab omnibus meis poſſim ini-
quitatibus liberari, & tibi reconciliari.

Confeſſio ad abbatem, Cap. 35.

a Vdi ergo pr̄, miſerꝝ pc̄tōrem: au
di uocē lacrymātis & pœniten
tibus: attēde q̄ꝫ grauiter pecca-
ui, & creatorē meū offendi. Deo iubēte
ad cor meū redij: & inde excluſis oībus
p̄ter dn̄m deū & meip̄m, totā uitā meā
diſcuſſi tāto diligētius, q̄to familiarius:
et, ut uerꝝ fatear, nihil aliud ibi inueni, ni
ſi locū horroris & uaſtæ ſolitudinis: cō
ſcientiā uidelicet diu neglectā, oīno in-
cultā, ſpinis & tribulis obſitā, & omni
horrore plenā. Nullū. n. inuenio uitium,
à quo non traxerim aliq̃đ cōtagiū. Tur
bauit me ira, lacerauit me inuidia, infla-
uit ſuperbia, inde cōtraxi mētis incōſtā
tiam, oris ſcurrilitatē, opprobria proxi-
morꝝ, ſcelera detractionū, linguæ effræ-
nationē. Seniorꝝ meorꝝ imp̄ia nō ſerua-
ui, ſed iudicaui: de meis negligentijs ob-
iurgatus aut rebellis fui aut murmura-
ui, p̄ferri me melioribus impudēter affe
ctaui, ſimplicitatē ſp̄ūalium fr̄ūm irridē
ter exagitaui, meas ſn̄ias ꝓcaciter iacta
ui, obſeq̃a delata faſtidiui: negata q̄ſiui:
iuniores meos elatus deſpexi. Non ob-
ſeruaui in obſeq̃o reuerētiā, in ſermone
modeſtiā, in moribus diſciplinā, habui
in intētione p̄tinaciam, in corde duritiā,
in ſermocinatione iactantiā. In humilita
te fui fallax, in odio p̄tinax, in iocatione
mordax. Subiectionis impatiēs, poten-
tiæ ſectator, ad opus bonū piger, ad uni
tatē ferus, ad obſequiū durus, ad loquē-
dū q̄ neſciebam ꝓmptus, ad ſupplantā-
dum paratus, fraternę ſocietati inhuma
nus. Temerarius in iudicādo, clamoſus
in loquēdo, faſtidioſus in audiēdo, præ-
ſumptuoſus in docēdo, effrēnatus defor
miter in cachinnando: oneroſus amicis:
infeſtus quietis, ingratus bn̄ficijs, infla-
tus obſequijs: & impioſus ſubiectis. Sæ
pe iactaui me feciſſe qđ nō feceram, ui-
diſſe quod non uideram: dixiſſe quod
non dixerā. Diſſimulaui ēt me nō feciſſe
qđ fecerā: negaui me dixiſſe qđ dixerā,
nō uidiſſe & audiſſe qđ uiderā & audie
rā: & ita ex omni parte ſum reus. Reus ī
ſcl̃o, reus in clauſtro, ſed ibi p̄ ignorātiā:
hic p̄ negligentiā: & utrūque me terret.
Veruntn̄ multo amplius terret me q̄ in
monaſterio an̄ conſpectū dei deteriorē
me inuenio. Collocauit me deus in loco
uoluptatis: in domo ubertatis, in para-
diſo deliciarꝝ, ego uero miſer & miſera
bilis, inter mēſas epulātiū fame p̄eo, iu-
xta fontē ſitio, an̄ ignē algeo, & ad neu
trū manus extendere uolo, tā piger ſum
& deſidioſus. Ita tp̄s amitto qđ deus
mihi ſua pietate indulſerat ad agēdam
pnīam, ad obtinendam ueniā, ad acqui
rendam gr̃am, ad ꝓmerendam gloriā.
Quaſi quoddā monſtrū inter filios dei
ſto: habitū monachi, nō cōuerſationem
hn̄s. In magna corona & ampla cucul-
la, ſalua mihi oīa exiſtimo. Tancꝫ arbor
ſterilis terram occupo, & uelut iumētū
uile plus cōſumo q̄ꝫ ꝓficio. Altiorem al
terius locū teneo: et nulliꝰ offm̄ ſuppleo:
ſed ſum ſicut trūcus ſine frōdibus & fru
ctibus. Alij me paſcūt de laboribus ma
nuum ſuarꝝ ſicut præbendarium ſuum.
Ego aūt tancꝫ pauper & miſer, nec cle-
ricum nec laicum gero. Cantare nācꝫ et
legere nequeo, laborare neſcio, ſed ſum
opprobriū hoīum, pecore uilior, cadaue
re peior. Tolerabilius. n. canis putridus
fœtet hoībus, q̄ꝫ aīa peccatrix deo. Idcir
co tædet me uiuere: uiuere erubeſco, q̃a
parꝝ proficio. Mori timeo, qm̄ non ſum
paratus. Malo tn̄ mori & miſericordiæ Ioel. 2. c
dei me cōmittere & cōmēdare, q̃a beni
gnus & miſericors eſt, q̄ꝫ de mala mea Pſal. 43. c
cōuerſatione alicui ſcādalū facere. Tota
nācꝫ die uerecūdia mea cōtra me eſt: &
cōfuſio faciei meę cooꝑuit me: cū uideo
me ſomnolētū ad uigilias, tardū ad ho-
ras canonicas, & pigrū ad op̄a manuū.
Alios aūt uideo tā ſtrenue & deuote di
uinis intereſſe laudib. alios v̄o ita reue-
renter & alacriter corā deo aſſiſtere, &
eū laudare: ego aūt compūgi ad lacry-

mas nequeo, tāta eſt duritia cordis mei.
Cantare non libet, orare non delectat,
meditationes ſanctas non inuenio : tāta
eſt ſterilitas aīæ meæ, & deuotionis in-
opia quā patior. Heu mihi, oēs in circui
tu meo uiſitat dn̄s, ad me aūt nō appro
pinquat. Nam aliū q̄dē intueor ſingula
ris abſtinentiæ, alium admirandæ patiē
tiæ, aliū ſummæ humilitatis & manſue-
tudinis, aliū multæ miſericordiæ & pie
tatis: illū in contēplatione frequēter ex-
cedere: hūc pulſare & penetrare cœlos
orōnis inſtātia: alioſq; in alijs p̄eminere
uirtutibus. Oēs cōſidero & ꝑſpicio fer-
uētes, oēs deuotos, oēs ī xp̄o unanimes,
oēs donis cœleſtibus & gr̄a affluentes,
tanq; re uera ſpūales hoīes, quos deus
uiſitat, & in q̄bus habitat. In me uero ni
hil hoꝝ inuenio: qm̄ declinauit dn̄s ī ira
à ſeruo ſuo. Inde eſt ꝙ cum alij uigilant,
ego dormio, qn̄ alij cantāt in monaſte-
rio, ego huc & illuc diſcurro, qn̄ alij ī ali
quo ſecreto loco ſe furant à colloquijs
hoīum, ut ibi loquant̄ cū rege angeloꝝ,
ego q̄ro colloq̄a hoīum: cū alij uacāt le-
ctionibus, ego fabulis & uerbis otio-
ſis, qn̄ alij diſcutiūt & dijudicāt ſemet-
ipſos, ego iudico alios. Alijs placet cōis
uita, cōis diſciplina, & cōe ſtudium, &
mihi placēt anguli et diuerticula. Sic ſic
ex quo peccare potui, nunq; à pctīs &
malis operibus ceſſaui, pctīs pctā ſemꝑ
accumulaui, & pctā quæ aliq̄n operi-
bus implere non potui, malis uolunta-
tibus & malis deſiderijs nunquam per-
ficere ceſſaui.

De delectatione carnis, *Cap. 36.*

s Vper oīa mala delectatio car-
nis, quæ ab ipſis cunabulis ſem
per mecum creuit, mihi ſemper
adhæſit, nec adhuc iam præ ſenectute
deficientibus mēbris me deſerit: multis
& uarijs modis infœlicem aīam meam
maculauit, diſſoluit, captiuauit, & omni
uirtute deſtitutā, inanē & debilē reddi-
dit. Fateor h9 operis nefarij immūdis re
cordationibus me ſæpe eſſe cōmotū &
incēſum, ardores nō modicos & inhone
ſtos paſſum: & non ſolū meaꝝ delecta
tionum mala memoria & ſtultæ recor-
dationes mihi nocuere: ſed ēt alioꝝ ma
leſacta mihi narrata, & ꝑ recordationes
ſordidas ad memoriā reducta, cor meū
nō paruo ueneno iniq̄tatis maculauere.
Et in hoc miſerabil̄r miſerabilis ſum, q̄a
non tm̄ doleo quantū dolendū me co-
gnoſco, ſed ſic ſecurus torpeo, uelut q̄d
patiar ignorē. Hoc uero mihi eſt omni
infœlicitate miſerius, ꝙ ita ope ꝑuerſus,
ore pollutus, corde immūdus ad altare
accedo, & xp̄i corpus manibus meis ꝑ-
tractare nō ꝑtimeſco. Accedo elat9 ad
humilē, iratus ad mitē, crudelis ad miſe-
ricordē: & tn̄ patit̄ humilis elatū : mitis
iratū, crudelē miſericors. Accedo ſeruus
ad dūm: nō amore, ſed timore: nō deuo
tione, ſed uſu. Accedo ad dn̄m, cuius ꝑ-
cuſſi ſeruū. Ad p̄rem accedo, cuius occi-
di filiū, ꝑcuſſi uerbo; occidi exēplo : nec
tn̄ ꝑtimeſco dn̄m, nec reuereor patrem.
Manens in turba, fratrum turbans ali-
quos, & ab aliquo turbatus, qn̄que ac-
cedo ad pacificum. Appropinquo ēt ta
lis ad oſculū pacis, qui prius recōcilia-
tus accedere debuiſſem ad oſculū turba
ti fratris. Cōuincit me reū & dei inimi-
cū mea iniquitas, pctm̄ meū ſæpe ſepa-
rauit me à deo. Idcirco obſecro te pr̄ ut
me inſtruans qūo poſſim aut ſemꝑ ſta-
re cum deo meo, aut redire cum ab eo,
peccatis meis exigētibus, motus fuero.

Patris ſpiritualis ad confitentem reſponſio,
Capitulum 37.

c Onfeſſio tua, fili, ad lacrymas
me cōmouit, tū ꝑꝑ me, tum ꝑꝑ
te. Propter me fleo, qm̄ q̄cunq;
de te dixiſti, eadē ferè aut ſilr̄ia reperio ī
me, & multa ad memoriam reuocaſti,
quoꝝ oblitus fueram. Propter te gau-
deo, qm̄ uiſitauit te oriens ex alto. Non
enim longe es à regno dei. Notitia nā-
que pcti, initium eſt ſalutis. Confido in
dn̄o qm̄ q̄cq̄d minus eſt in te feruoris
& boni opis, humilitas ſupplebit puræ
cōfeſſionis. Quacūque nāq; hora pctōr
conuerſus ingemuerit, ſaluus erit, qm̄
cor contritū & humiliatū deus non de- *Pſal. 50.d*
ſpiciet. Tardius ſiquidem vr̄ deo ueniā
pctōri dediſſe, q; illi accepiſſe. Sic. n. fe-
ſtinat miſericors deus abſoluere reum à
tormēto conſciæ ſuæ, quaſi plus cruciet
miſericordē deū cōpaſſio miſeri, q; ipm̄
miſeꝝ cōpaſſio ſui. Qui. n. vē pœnitet,
& ueraciter dolet: abſq; dubio & abſq;
mora indulgentiā accipiet. Et quanto
q̄s frequentius, quantoq; uehementius
de ſuo reatu interno dolore afficit̄: tāto
certior, tantoq; ſecurior de indulgentiæ
uenia efficit̄ Inde eſt ꝙ aīam pnīæ lacry
mis afflictā, tā frequēter q; libēter con-
ſolat̄ ſpūs paraclêtus. Illā frequēter uiſi-
tat: illam libēter cōfortat: & ad ueniæ fi
duciā plene reformat quā ſua ſcelera flē
do dānare, & damnādo flere cōſiderat.
Incipit ex tūc q̄dā familiaritas inter deū
& aīam, eo ꝙ hęc ſe ſentiat ab illo ſępi9
uiſitari, & ex eius aduentu non tm̄ iā cō
ſolari, imo aliquoties quodā ineffabili
gaudio repleri. Sed ad hæc q̄s idoneus?
Profecto uere pœnitēs. Oīa etem̄ in cō-
feſſione lauant̄, conſcīa mundat̄, amari-
tudo tollit̄, pctm̄ fugat̄, trāquillitas re-
dit, ſpes reuiuiſcit, aīus hilareſcit. Poſt
baptiſmū nullū aliud nobis cōſtitutum
eſt remediū q; cōfeſſionis refugium. Sit
ergo deuota cordis cōpūctio, uera oris
cōfeſſio, diſcreta carnis mortificatio, re
pentina uitioꝝ extirpatio, lęta bonoꝝ
opeꝝ exhibitio. Nō erubeſcas deo con
fiteri: cui nō potes abſcōdi. Ipſe. n. nouit
Pſal. 43.d abſcondita cordiū, cui oīa nuda ſunt &
aꝑta: an̄ cuius cōſpectū cūcta nr̄a pctā
ſunt ſcripta. Sed q̄d ibi ſcribit trāſgreſ-
ſio, hic delet cōfeſſio. Nō te igr̄ pudeat
dicere, q̄d nō puduit facere. Quod ſi for
te pudor eſt tibi, mihi ſoli pctōri pctā
tua exponere: q̄d facturus es in die iudi-
cij, ubi oībus expoſita tua apparebit cō
ſcientia? Si cogereris corā multitudine
nudo corpore trāſire, nō poſſes nō eru-
beſcere: cur ergo minus confunderis, qn̄
immūda cogitatione ī mēte ſordidaris?
Cur minus erubeſcis pudēda cordis, q;
pudēda carnis? Cur magis v̄eris uultus
hoīum, q; uultus angeloꝝ? Talis confu-
ſio ſeparat à deo. Oīs ſpes ueniæ & mīæ
eſt in cōfeſſione uera. Simulata nanque
confeſſio nō eſt cōfeſſio, ſed duplex cō-
fuſio. Excludit. n. miſeratione dei, miſe-
riæ ſimulatio: nec dignatio locū hēt, ubi
fuerit dignitatis p̄ſumptio. Prouocat ue
ro compaſſionē humilis miſeriæ cōfeſ-
ſio. Nulla eſt. n. tā grauis culpa q̄ nō ha-
beat ueniā ꝑ purā confeſſionē. Vitia igit̄
cordis tui & prauas cogitationes illico
manifeſta. Pctm̄. n. proditū cito curat̄.
Crimē uero tacēdo ampliatur. Vitium
ſi patet, fit ex magno puſillū : ſi latet, fit
ex minimo magnum. Nam uelox con-
feſſio uelociter medicinam facit. Meli9
eſt ut uites uitium, quàm ut emendes :
ne forte cū īcurreris, reuocare nō poſſis.

Remedium ad fugiendum prauas cogitatio
nes, *Capitulum 38.*

q Voties te ſentis turpib9 cogita-
tionib. pulſari, & ad illicitā dele
ctationē affici: toties pone ante
mētis oculos, qūo xp̄s ī cruce crucifix9
eſt ꝓ te. Intuere qūo à Iuda Iudæis tra-
dit̄, & q; uil̄r ꝑtractat̄, blaſphemat̄, & co
laphizat̄, iudicat̄ & cōdēnat̄, expoliatur
& flagellat̄: ad ultimū uero cōtumelijs
& opprobrijs affectus inter duos latro-
nes ſuſpendit̄: clauis cruci affixus, ſputis
deriſus, ſpinis coronatus, lācea perfora-
tus, ex oīb. ꝑtib. ſanguis emanat: & icli-
nato capite emittit ſpm̄. Ita redemptor
tu9 morit̄ ꝓ te, et tu neſcio cuiuſmodi ſor
dida cogitatione ſordidaris in mente.
Sufficere poſſet hæc cogitatio ad exclu
dendas oēs illicitas cogitationes. Sed
ecce ad alia tranſeamus. Cōſidera qūo
morieris, qn̄ aliqua graui infirmitate ue
xat9, & ad extrema deduct9, & ibi ad
terrā ꝓiect9, īter lōga ſuſpiria & diffici-
les ſingult9, īter diuerſos dolores & ti-
mores aīam expirabis. Tūc ueīet corp9
ī pallorē & horrorē, ī ſaniē & fœtorē: erit
v̄mis, & cibus v̄miū: aīam v̄o mox ca-
piēt & rapiēt laruales illæ facies, q̄ eā in
exitu p̄ſtolant̄: & ex oī ꝑte terrebūt eā
dæmones terribiles & horribiles. Cogi
ta q̄s eā defendet à rugiētibus p̄paratis
ad eſcā: q̄s cōſolabit̄ eā cū teterrima il-
la monſtra dæmonioꝝ occurſantia ſibi
cateruatī ruere uidebit: aut q̄s deducet

per ignotam regionem? Attēde ēt ꝙ ſu
bito uenit dies ultima: ſubito uenit: &
forſitā hodie erit. Iā adeſt: iā p̄ſentaberis
an̄ tremendū iudicē: accuſaberis multis
& magnis offenſis: nō uno, non paucis,
ſed innumeris criminibus: nō paruis, ſed
immēſis: nō dubijs, ſed certis: non breui
accuſatione, ſed tā lōga, ꝙ lōga eſt tota
uita tua: non uno accuſatore, ſed tot, q̄t
ſunt delicta tua. Ipſe iudex erit diſtrict⁹
accuſator tuus. Oēs ēt ſpūs boni & ma
li corā deo te accuſabūt cū eo. Boni, q͞a
deo debēt æq̄tatē: mali, q͞a tuā ſeruant
iniq̄tatē. Tot iudicib⁹ & pp̄lis aſtabis,
quot præceſſerunt te in ope bono. Tot
arguētibus cōfunderis, quot tibi p̄buerūt
bn̄ uiuendi exēplū. Tot conuinceris
teſtibus, quot te monuerūt bonis ſermo
nibus, & iuſtis actionibus. Oībus pp̄lis
nudabunt̄ iniquitatès tuæ: & cūctis agminibus
patebūt uniuerſa ſcelera tua,
non ſolū actuū, uerūetiam cogitationū
et locutionū. Multa uero pc̄tā tūc proruent
ex improuiſo, quaſi ex inſidijs: quę
modo nō uides: & forſitā plura & terri
biliora his q̄ nūc uides. Vndiq; erūt tibi
anguſtiæ, hinc erūt accuſantia pc̄tā: inde
terrens iuſtitia: ſubtus patēs horridū
chaos inferni: deſup iratus iudex: intus
urēs cōſcia: foris ardens mundus. Si iuſtus
uix ſaluabit̄, pc̄tōr ſic dep̄henſus in
quā partē ſe p̄met? Latere erit impoſſe:
apparere intolerabile. In tanto diſcrimi
ne torquebit te tua conſcia male ſibi cō
ſcia: cruciabūt cordis arcana. Cogente
ēt conſcia, tuipſe eris accuſator et iudex
tuus. Cōuictus teſte ꝓpria cōſcia: & teſtibus
oculis ipſius iudicis: fugere nō po
teris: ſed tremens & anxius ſtabis ſuſpē
ſus ad grauiſſimā ſniam in anguſto peri
culo, & in periculoſa anguſtia: tanq̄ illico
recepturus qd̄ in ꝑpetuum amittere
nō poteris. Iudex tūc erit uehemēter ira
tus: & terribil̄r diſtrictus: ſnia eius ſemel
lata erit immutabilis: tortores horribiles,
q nunq̄ miſerent̄, erunt parati ut da
ta ſnia te damnatū ad tormēta rapiant.
Tormenta erunt ſine interuallo & ſine
tēꝑamēto: timor cōturbabit te cū ter
ra apiet̄ corā te, & tu rues & cades ī ſta
gnum ſulfuris ardētis & fœtentis. Ignis
exterius carnē tuā cōburet: uermis interius
conſciam corrodet, ibi eris ſine fine:
ſine ſpe ueniæ & miæ. Oīa uero gehennę
ſupplicia ſuperabit, deum non ui
dere, & bonis carere, quæ in ptāte habuiſti
obtinere.

De mala cogitatione uitanda, *Cap. 39.*

s

Iuis oēs malas cogitationes à
corde tuo expellere, hæc ſæpe
cogita. Ibi nāque eſt cogitatio
tua, ubi eſt affectio tua: ibi cor tuum, ubi
eſt deſideriū tuum: qm̄ illud ſæpius ī co
gitatione uoluimus, cuius amore plus
affecti ſumus. In cogitatione ſua cadit
quiſq;, uel ſtat. Si bona cogitas, cogitatio
tua ſc̄tā cuſtodit te. Si mala cogitas,
ſpūs ſc̄tūs diſciplinæ effugiet fictum: &
auferret ſe à cogitationibus q̄ ſunt ſine
intellectu: eritq; templū dei ſpelūca dia
boli: qm̄ quem deus deſerit, diabolus
arripit. Spūſſc̄tūs ſuggerit bona & dul
cia: ſpūs malus mala & amara, uana, inutilia,
& immūda. Et ideo quacūq; hora
mala cogitatio cor tuū tangit, nō cōſentias
illi: nec ſinas eā in corde tuo ma
nere, ſed illico repelle. In initio cogitatio
nis iniq̄ reſiſte, & fugiet à te. Nā an̄ dei
oculos non uolāt uacuæ cogitatiōes no
ſtræ: & nulla momēta tp̄is in aīum trā
ſcendunt ſine ſtatu retributionis. Cogitatio
praua delectationē parit, delectatio
cōſenſum, cōſenſus actionem, actio
conſuetudinem, cōſuetudo neceſſitatē,
neceſſitas mortem. Sicut uipera à filijs
ſuis in utero poſitis lacerata perimitur:
ita nos cogitationes noſtrę intra nos nu
tritæ occidunt.

Malæ cogitationibus à dæmonibus ſuggeruntur, *Capitulum 40.*

d

Aemonū ē malas cogitationes
ſuggerere: nr̄m ē illico illas expellere.
Nā ī aīo nr̄o eas iacere,
nr̄æ attinet uolūtati, & ꝓpriæ deputat̄
culpę. Volūtate nāq; ſua cadit q cadit,
& uolūtate dei ſtat q ſtat. Cogitatio tn̄
immūda mentē nō inq̄nat cum pulſat,
niſi cū hāc ſibi ꝑ delectationē ſubiugat.

De

De peccato ſuperbiæ, *Cap. 41.*

s

Vperbia ſicut eſt origo omniū
criminum: ita eſt ruina oīum uir
tutū. Ipſa.n. eſt in pc̄tō prima:
ipſa in cōflictu poſtrema. Ipſa aūt in exordio
mentem per pc̄tm̄ proſternit: aut
in fine de uirtutibus deijcit. Idcirco eſt
oīum pc̄tōꝝ peſſima: quia tam per uirtutes,
ꝙ per uitia humanam mentē ex-
terminat. Cætera uitia ſolas illas uirtu-
tes impetunt, quibus ipſa deſtruunt̄: ut
luxuria, pudicitiam: ira, patientiam: ſola
uero ſuperbia cōtra cūctas animi uirtu
tes ſe erigit: & quaſi gn̄alis ac peſtifer
morbus oēs corrūpit. Idcirco niſi oīa opera
nr̄a humilitas præceſſerit, comitata
& cōſecuta fuerit: ꝓpoſita quā intueamur:
appoſita cui adhæreamus: interpo
ſita q̄ reprimamur: totū de manu extor
quet ſupbia. Quātalibet ſit iuſtitia operis:
apud internū iudicē nulla eſt, ſi hanc
eleuat tumor mētis. Perit re uera omne
qd̄ agitur, ſi non ſolicite in humilitate
cuſtodiatur. Signa ſupbiæ hæc ſunt: cla
mor in locutione, amaritudo in ſilentio:
diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia:
honeſtas in imagine, inhoneſtas ī actio
ne: rancor in reprehenſione.

De inuidia & detractione uitanda,
Capitulum 42.

i

Nuidia eſt animi tinea: ſenſum
comedit, pectus urit, mentem
afficit: cor hoīs quaſi q̄dam peſtis
depaſcit, & cūcta bona ardore peſtifero
deuorat. Inuidus alienum bonū,
ſuum facit inuidēdo pc̄tm̄. Cū pc̄tōres
quoſq; conſpicimus, non facile eos iudi
cemus, ſed magis defleamus: q͞a in ſil̄ib.
aut lapſi ſumus, aut labi poſſumus. Si
uis delinquentem corripere, aperte increpa,
nec occultè mordeas. Quid enim
prodeſt ſi me neſciēte alijs mala mea re
feras? Vę illi qui ſuam renuit corrigere ui
tam: & alienæ nō deſinit detrahere. Si
uis detrahere, tua in te pc̄tā retorque:
non alioꝝ delicta, ſed propria cerne.
Nunq̄.n. alijs detrahes, ſi te bene inſpe
xeris. De malo alieno os tuum nō coinquines:
non detrahas peccanti, ſed con
dole: qm̄ graue pc̄tm̄ eſt detractio. Detrahentes
& audientes pari reatu detinentur.
Sicut iraſceris alteri qn̄ detrahit
tibi: ſic iraſcaris tibi qn̄ detrahis alte
ri. Detractio eſt mordacior ꝙ uera cor
dis reprehenſio.

De curioſitate uitanda, *Cap. 43.*

m

Vltos ſeducit curioſitas. Tādiu
quiſq; ſua pc̄tā ignorat, quādiu
curioſe aliena conſiderat. Qui
ſemetipſum aſpicit, non quærit quid in
alijs frequenter rep̄hendat: ſed in ſemetipſo
quid lugeat. Qd̄ inter ſe loquuntur
hoīes, nunq̄ ſcire deſideres. Oē ēt genus
mendacij ſummoꝑe fuge. Nec caſu nec
ſtudio loq̄ris falſum: quia os qd̄ mentit̄, *Sap. 1. c*
occîdit aīum. Per nullā fallaciā uitā alicuius
defendas. Fuge inhoneſta uerba:
reijce uerbū qd̄ non ædificat audiētes.
Vanus.n. ſermo cito polluit mētem: &
facile agit̄, qd̄ libenter audit̄. Vanus.n.
ſermo, uanæ conſciæ eſt index. Mores
hoīs lingua pandit: & q̄lis ſermo oñditur,
talis aīus comprobatur: qm̄ ex abū
dātia cordis, os loquitur. Sermo uanus *Matt. 12. c*
non erit abſq; iudicio: quia ab omni rectitudinis
ſtatu depeunt, q ꝑ uerba uana
dilabūtur. Qui laudē nō appetit: nec
contumeliā ſentit. Diſcerne te tuo iudicio,
nō alieno. Nemo.n. magis ſcire pōt
quis ſis ſicut tu, q conſcius es tibi. Quid
enim prodeſt dum malus es, ſi bonus p̄diceris?
Qualis hr̄i uis, talis eſto. Si ſapiens
fueris, te ſemper hēbis eundē. Stude
loqui nō qd̄ libet, ſed quod oportet.
Qui otioſum uerbū nō reprimit: ad noxia
cito tranſit. Magna uirtus eſt: ſi non
lædas à quo læſus es: magna gl̄ia eſt, ſi
cui nocere potuiſti, parcas. Nobile uindictæ
genus eſt ignoſcere uicto. Quicquid
tibi contingerit aduerſi, pro tuo
peccato euenit tibi. Tempera ergo dolorem
tuum: & dic: iuxta modum delictoꝝ
parua datur ultio. Mala alioꝝ bo
no tuo ſupera. Vince malitiam bonitate:
detrahentium errores diſſimulando
calca: non ſis in pace infidus, nec leuis ī
amicitia. Odientes ad pacem inuita: diſ
cordantes ad concordiam reuoca.

De prauitate conſcientiæ, *Cap.* 44.

Onſcia hoīs abyſſus multa. Sic-
c ut.n.abyſſus exhauriri nō pōt:
ſic cor hoīs euacuari à cogita-
tionibus ſuis non pōt:ſed cōtinua uolu-
bilitate in eo uoluuntur: mare magnū
eſt,& ſpatioſum manib⁹:illic reptilia q̊-
Pſal. 103.c rum nō eſt numerus. Sicut.n.reptile la-
tenter repit,& ſinuoſis anfractibus huc
& illuc deābulat:ita conſciam hoīs ue-
nenatæ cogitationes intrant & exeunt:
ut neſciat hō unī ueniant,aut quo uadāt.
Hoc bñ cognouerat qui dicebat: Pra-
uum eſt cor hominis, & inſcrutabile:
Ier.17.b & quis cognoſcet illud? quod ſcruta-
tionem non recipit nec cognitionem.

Nulla pœna grauior eſt quàm praua conſciē-
tia, *Capitulum* 45.

Vlla pœna grauior eſt praua cō
n ſcientia. Mala conſcia proprijs
agitur ſtimulis. Si publica fama
te non damnat,propria cōſcia te con-
demnat: qm̄ nemo pōt ſeipſum fugere.
Vis nunq̃ eſſe triſtis? Bñ uiue. Bona ui-
ta ſemper gaudiū hēt: conſcia rei ſemp
in pœna eſt. Ita clemēs eſto ī alienis de-
lictis, ſicut in tuis:nec quenq̃ diſtricti⁹
q̃ te iudices,ſic alios iudica, ut ipſe iudi
care cupis. Lex tua te cōſtringit. Iudiciū
qđ alijs imponis:ipſe portabis. Nullū
añ iudiciū condēnes,añ pba,& ſic iudi
ca. Non.n.q accuſaꝛ,ſed qui conuinciꝛ,
reus eſt. Valde piculoſum eſt de ſuſpicio
ne quempiam iudicare. In ambiguis,dei
iudicio ſerua ſniam. Non eligas cui miſe
rearis:ne forte p̄tereas illū q mereꝛ acci
pere. Oībus te tribue ſi potes,qm̄ incer
tū eſt pro quo magis placeas deo. Ma-
ior ſit bñuolentia q̃ qđ datur: qm̄ tale
erit opus tuū,qualis fuerit intentio tua.
Qui cū triſtitia manū porrigit,fructum
remunerationis amittit. Nō eſt mīa ubi
non eſt bñuolentia. Non auferas uni unī
tribuas alteri: qm̄ nihil prodeſt ſi inde
alium reficis,unī aliū inanē facis. Abijce
à te qcqd tuū bonū ꝓpoſitum impedi-
re pōt: contēne uiuens q̄ poſt mortem
hr̄e non potes. Difficile eſt imò impoſſe
ut p̄ñtibus qs fruaꝛ bonis & futuris; ut
hic uentrē,& illic mentē impleat: ut de
delicijs tranſeat ad delicias: ut in terra
& in cœlo glorioſus appareat. Si uis cū
lætitia animi uiuere,noli multa hr̄e. Iſtā
qſq; finiēs uitā:niſi qđ meruit in ipſa,nō
pōt hr̄e poſt ipſam. Quāto nāque infe-
rius delectamur:tāto à ſupno amore di
ſiungimur. Nullus ſit caſus quē non me
ditatio tua p̄ueniat:nullus ſit caſus q te
imparatū inueniat. Propone nihil eē qđ
tibi accidere nō poſſit. Vita foueam, in
quā uides aliū corā te cecidiſſe. Alioꝝ
pditio,tua ſit cautio. Dū neſcimus repē
te mors uenit. Neſcimus.n.quid hodie
nobis cōtingat:& ignoramus ſi hac no
cte aīam nr̄am conditio mortis depo-
ſcat. Quotidie ad finē uitæ tendimus,&
ad mortē properamus. Idcirco ſingulis
horis cogitare debemus quo ſingulis
momētis ꝓperamus. Vñ dñs ait p prophetā:Perditio tua Iſrael ex te tm̄: in me Oſee.13
auxilium tuū. Quaſi diceret. Vt pereas,
imputa tuo merito:ut ſalueris meo auxi
lio. Nunq̃ oportet pœnitentē hr̄e ſecu-
ritatē de pctis. Nā ſecuritas negligentiā
parit:& ſępe incautū ad uitia tranſacta
reducit. Non ſolū grauia,ſed & lęuia ca
uenda ſunt pctā. Multa.n.leuia unū grā
de efficiunt:ſicut ſolēt de paruis & mi-
nimis guttis immenſa flumina creſcere. Luc.20.f
Non eſt dubium q qui caſti perſeue- Mat.22
rant & uirgines,angelis dei efficiuntur
æquales.

De improba uentris importunitate,
Capitulum 46.

Vllus homini tam improbus
n exactor eſt, quàm uenter: qui
quotidiana famis exactione te
urget. Cum cæteris uitijs,etſi interdum
naſcimur: interdum tamen cum eis non
morimur. Sed cum iſto naſcimur, &
cum iſto morimur. Multis creditori-
bus reliquit me obnoxium pater meus:
ſed ab omnibus liberatus ſum. Vnus
tamen ſupereſt à quo liberari non poſ-
ſum, id eſt, uenter. Venter præcepta
non audit, poſcit, appellat: non eſt ta-
men moleſtus creditor: paruo dimitti-
tur,ſi modo dederis ei quod debes,non

quod potes. Quoſdam præſciens deus
peccare poſſe,in ſalutē flagellat eos infir
mitate corporis,ne peccent:ut eis utili⁹
ſit frangi languoribus ad ſalutem, q̃ re
manere incolumes ad damnationem.
Eſt pniciosa ſanitas quæ ad inobedien-
tiam ducit: eſt & ſalubris infirmitas, q̄
per diuinam correptionem mentem à
duritia frangit, & humiliat.

Quomodo diabolus ſagaciter & multifor-
miter nos tentat *Cap.* 47.

Iabolus qñ decipe quēquam tē
d tat,prius naturam uniuſcuiuſq;
intendit: & inde ſe applicat unī
aptum hoīem ad peccandū aſpicit. Blā
dis & lenibus mentibus luxuriam aut
uanam gloriā ꝓponit:aſperis uero men
tibus iram,ſuperbiam,uel crudelitatē.
Aduerſarius nr̄ cum ab exteriori ſenſua
litate ſe uidet excluſum,interiora colle-
ctis uiribus aggrediꝛ & ingreditur: ſed
1.Cor. 2.d ſpūalis hō qui oīa iudicat, eius aſtutias
non ignorat,reprimit quod pōt: qđ nō
pōt,tolerat:quia & ſi latratum canis ſu
ſtinet,morſum non timet. Mordet cum
ad conſenſum pertrahit: latrat cum ſug
gerit: & tunc nō uulnerat, ſed coronat:
qm̄ etſi reſiſtentem fatigat, nō obligat
niſi conſentientem.

De oratione, & modo orandi, *Cap.* 48.

Ratio eſt mentis deuotio.i.con
o uerſio in deum per pium & hu-
milem affectum. Humilē ex cō-
ſcia infirmitatis propriæ:pium ex conſi
deratione diuinæ clementiæ. Nullo alio
modo deus citius ad mīam flectitur, q̃
ſi aīus deprecātis ad eum toto deuotio
nis affectu conuertaꝛ. Nil ita deū cōple
ctitur,quemadmodū purus mentis affe
ctus. Idcirco cum orare uolueris, ſolus
ſolitudinē cordis tui ingredere:& colle
cto ſpū tuo,integra mente & uacua cu
ris,orōnis domum intra: & ſtans corā
deo añ unū aliqđ de altaribus orōnis
inſtantia cœlos penetra:& p̄ñtatus cho
ris cœleſtium,in ipſoꝝ p̄ñtia miſerias et
calamitates, quas pateris, miſerandus
deplora. Prode tuam neceſſitatē, poſce
Luc.11.b eoꝝ pietatem,& ego configo in eo qui
dixit:Petite,& accipietis: qm̄ ſi perſeue
raueris pulſans,nō exibis inde uacuus.
Sic ora cū oraueris, quaſi ſis aſſumptus
& p̄ñtatus añ faciē maieſtatis in excel-
ſo throno:ubi milia miliū miniſtrant ei, Dan.7.c
& decies cētena milia aſſiſtunt ei. Tūc
ueraciter oramus, qñ aliūde non cogi-
tamus. Sine intermiſſione orare debe- 1.Theſ.5.d
mus. Nā ſicut nullū eſt momentū, quo
hō non fruaꝛ, aut utaꝛ dei pietate & mi-
ſericordia:ſic nullū debet eſſe momen-
tum,quo eum p̄ñtem non habeat in me
moria. Fœlix aīa, quæ oēs euagationes
mentis in unum ſtudet colligere, & in il
lo ueræ fœlicitatis fonte deſiderium fi-
gere. Qñ oramus,ſpm̄ ſctm̄ ad nos uo-
camus. Orō cordis eſt,nō labioꝝ. Ne-
que.n.uerba deprecantis deus intēdit:
ſed orantis cor aſpicit. Vis uirtutes tuas
augere? Prodere noli. Quod manifeſtā-
do potes amittere,tacēdo cuſtodi. Qui
buſdam.n.conceſſum eſt tm̄ bñ agere,
& fructum boni operis non hr̄e: quod
ipſi ſibi auferunt per ſtudiū humanæ ia-
ctantiæ. Sicut glacies calore diſſoluiꝛ,
ita uirtus ore laudantis.

Tumultus carnalium cogitationum impedit
orantem, *Capitulum* 49.

Vm ad cor meum redire uolo,
c deſideriorum carnalium tur-
bæ, tumultúſque uitiorum,
tētationibus ſuis cogitationem meam
diſſipant, & intentionem cordis in o-
ratione perturbant. Et dum conuerti
ad deum poſt perpetrata uitia ſtudeo:
& contra hæc eadem uitia, quæ per-
petraui, illum exorare conor: occur-
runt cordi phantaſmata peccatorum
quæ feci, & mentis meæ aciem reuer-
berant, confundunt animum, & de-
precationis meæ uocem premunt. Ita
mala quæ feci, cogitationi meæ ſuis
imaginibus impreſſa, in ipſa mea ora-
tione me conturbant. Cæterum quan-
to grauiore tumultu cogitationum car-
nalium premor, tanto ardentius ora-
tioni inſiſtere debeo. Et quantum pec-
catorum meorum phantaſmata in o-
ratione plerūq; patior: tantum neceſſe

eſt, ut intentio cordis mei quo durius repellit̃, tanto ualentius inſiſtat or̃oni, q̃tenus cogitationis illicitæ tumultum ſupet, atq; ad pias aures dñi nimietate ſuæ importunitatis tandiu irrũpat, donec cogitationes malas manu ſctĩ deſiderij ab oculis cordis abigat. Hæc eſt uera tranqllitas, cũ tota mens in ſeipſa colligit̃, & in uno æternitatis deſiderio imobil̃r figit̃. Debet proinde fluctuationem cordis reſtringere: & ad unius ueri gaudij deſiderium, cogitationum & affectionum motus colligere.

De uitijs linguæ, Cap. 50.

Prou.10.c m Vltum loqui, ſtultitia eſt: qm̃ in multiloqo pctm̃ deeſſe nõ põt. Lingua dr̃, qa lingit. Ligit adulando: mordet detrahendo: occîdit mẽtiendo. Ligat, & ligari non põt: labilis eſt, & teneri non põt: ſed labit̃ & fallit̃. Labit̃ ut anguilla, penetrat ut ſagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos: mouet rixas, ſeminat diſcordias. Vno ictu multos pcutit & interficit. Blãda eſt et ſubdola, lata & parata ad exhauriẽda
Ibid.18.d bona, & miſcẽda mala. Qui cuſtodit liguã ſuam, cuſtodit aĩam ſuã: qm̃ mors & uita in ptãte linguæ eſt. Qui linguã ſuã & uentrẽ cuſtodire non põt: monachus nõ eſt. Cuius pctm̃ qſqs ſeqt̃: neceſſe eſt ut eius pœnã ſequat̃. Vniuſcuiuſq; caſus tanto maioris eſt criminis, quãto priuſq̃ caderet, maioris erat uirtutis. Per q̃ peccaſti: p hæc & torq̃beris. Secutus es carnem: flagellaberis in carne. Crimẽ non eſt in rebus, ſed in uſu agentis. Sępe plixa lectio, longitudinis cauſa memoriam legentis obliterat.

De cantu & iuramento, & quare deus non ſemper exaudit petitionem orantis, Cap. 51.

s Vnt qdam uoce diſſoluti, quocis ſuæ modulatione gl̃iant̃, nec tm̃ gaudẽt de dono gr̃æ, ſed ẽt alios ſpernũt. Tumẽtes elatione, aliud cantant q̃ libri habeant, tanta eſt leuitas uocis forſitan & mentis. Cantãt ut placeant ppl̃o, magis q̃ deo. Si ſic cantas ut ab alijs laudẽ q̃ras, uocem tuã uẽdis, & facis eam non tuam, ſed ſuã. Hẽs in ptãte uocẽ tuam, hẽto & aĩm. Frãgis uocẽ, frange & uoluntatẽ. Seruas cõſonantiã uocũ, ſerua & concordiã moꝝ: ut p exẽplum concordes pximo, p uoluntatẽ deo, p obedientiã magr̃o. Caue ne ſicut delectaris altitudine uocis, delecteris elatione mẽtis. Nec diuiti obſunt opes, ſi eis bñ utat̃: nec paupẽ egeſtas cõmendabilẽ facit, ſi inter inopiam ſordes pctĩ non caueat. Quacunq; arte uerboꝝ qs iuret, deus q cõſciæ teſtis ẽ, ita hoc accipit, ſicut ille, cui hoc iurat̃, itelligit: q ỽo dupl̃r iurat, dupl̃r reus fit, qa & nomẽ dñi in uanũ aſſumit, & pximum dolo capit. Sæpe deus hic puniri tolerat, quos ad ſalutẽ ppetuã parat. Iucũditas cordis eſt uita hoĩs. Cor prauũ dabit triſtitiã. Oĩs boni impedimentũ eſt triſtitia. Humilitas nec ipſa iraſcit̃, nec alios iraſci pmittit. Humilitas eſt, ſi qñ peccauerit in te fr̃ tuus, anteq̃ illum peccaſſe pœniteat, dimiſeris illi. Vnuſqſq; talẽ indulgentiam accepturus eſt à deo, q̃lẽ ipſe dederit pximo ſuo in ſe peccanti. Fruſtra deũ ppitiari ſibi q̃rit, q cito placari pximo negligit. In tua infirmitate nõ te deſpicias, ſed ora deũ, et curabit te. Sępe multos deus non exaudit ad uolũtatẽ, ut exaudiat ad ſalutẽ. Duob. modis or̃o impedit̃, ne ĩpetrare qs ualeat poſtulata: hoc eſt, ſi aut mala quiſque cõmittit, aut ſi delinquenti in ſe debita non dimittit.

De uera confeſsione, & uera pœnitentia, Capitulum 52.

v Era confeſſio & uera pnĩa eſt, qñ ſic pœnitet hominem peccaſſe, ut crimẽ non repetat. Nihil peius eſt q̃ culpam cognoſcere, nec deflere. Si uideris aliquando perſecutorem tuum nimis ſæuientem, ſcito quia ab aſcenſore ſuo dæmone perurgetur. Omnis homo qui alium in corpore perſequitur, prius ipſe in corde perſecutionem ſuſtinere cognoſcitur.

De perfectione humilitatis, Cap. 53.

s Vper tria firma ſedet humilitatis perfectio, ut attendat hõ qd fuit ante ortum, qd eſt ab ortu uſq; ad occaſum, qd erit poſt hãc uitã. Vñ. n. ſuperbiat hõ, rememorans q fuit uile ſemẽ, & ſanguis coagulatus in utero, poſtmodũ in deſerto hꝰ uitę miſerijs expoſitus & pctõ: tandem cinis, & eſca uermium futurus in tumulo? Vñ ſupbit homo, cuius conceptio culpa, naſci pœna, labor uita, neceſſe mori, quãdo, uel quomodo, uel ubi, neſcire?

De cordis inſtabilitate, Cap. 54.

s Olus ſolitudinẽ cordis mei ingrediar, & cũ corde meo pauliſper confabulor, ab ipſo q̃rẽs de ipſo & de ijs q̃ circa ipm̃ ſunt. Cor meum, cor prauũ, uanũ & uagũ, oĩ uolubilitate uolubilius: de uno in aliud uago inceſſu tranſit, q̃rens regem ubi non eſt. In oĩb. n. q̃ unr̃, regem q̃ſiui, & uerã regẽ in eis inuenire non potui. Deinde rediens ad me, conſiſtere in meipſo non poſſum, qm̃ mens mea ualde leuis, multumq; inſtabilis, uaga & pfuga, ubiq; ſe uariat, undiq; fluctuat: qa uult & non uult pigra conſilia mutat, uolũtates alternat, ſil̃is folio qd' à uento mouet̃ & circunfert̃. Inde eſt q cogitationes meę uanæ & importunæ me trahunt, & ducunt mõ ad foꝝ, mõ ad litigia altercantium, nunc ad cõuiuia pinguiũ, nunc ad imunda libidinũ. Mõ ſordida titillatione caro inflãmat̃: nunc uero fœda cogitatione aĩus ſordidat̃: & cũ confuſionis meæ caliginẽ declinare uolo, nõ ualeo. Sic ſic dũ me diligẽter inſpicio, tolerare meipm̃ non poſſum. Non eſt. n. hora diei, nec momentũ tpis, quo creatorem meũ in aliquo non offendã, & imaginẽ ſuã in me aliquo mõ non obfuſcẽ. Vitã meam cum diligẽter exploro, quotidiana confeſſione confiteri nõ poſſum peſſima uitioꝝ germina, q̃ in me quotidie repullulãt. Ecce audiſti pr̃ abominationes meas malas & peſſimas, & adhuc ſcias multo peiora & iniqora in angulis cordis mei latêre, q̃ ad lucẽ ueræ cõfeſſionis uenire erubeſco. Veruntñ ſi dei conſilium hẽs, conſule quid agẽdũ ſit.

Reſponſio ad remedium inſtabilitatis inquietæ mentis, Cap. 55.

c Vm p prauas ineptaſq; cogitationes uaga mẽte diſcurris, deceptorijs ſpiritib. tentandi aditum in te apis. Et ita te à deo ſaparas, qm̃ puerſæ cogitationes ſeparãt à deo, Sap.1.a & ſpũs ſctũs diſciplinæ effugiet fictũ, & auferet ſe à cogitationibus q̃ ſunt ſine intellectu. Mẽs uero inſtabilis & inquieta, dũ ſp nitit̃ apphendere qd' appetit: deſiderijs ſuis circũagitata nunq̃ requieſcit. Idcirco in uno æternitatis deſiderio imobil̃r debet figi. Pctã aũt tua cõfiteri non erubeſcas: qm̃ oĩa in cõfeſſione lauant̃, & nullum pctm̃ dimittit̃, niſi prius confiteat̃. Proſequere igit̃: & ſi ad pfectam ſanitatẽ puenire deſideras, qcqd conſciæ ſtomachum grauat, totum uomitu puræ confeſſionis euomere nõ differas. Virus. n. uitioꝝ, niſi feſtinãter eijciat̃, prius interiora corrumpit: deinde ad exteriora ebulliẽs, totum corpus occupat & maculat.

Cogitationes & affectiones in unum conueniunt, ut mentem decipiant, Capitulum 56.

q Voniam Aegyptium tuum nõ abominaris, ſed foues & inſtruis, manifeſtabo tibi, non ſolum pctã actionum, uerũetiam cogitationum. Audi ergo miſeriam meã. Sæpe ueniunt ad mentem meam cogitationes innumeræ, & ſurgũt affectiones multæ, & ſolicitant me de cura corporis, & ſuggerunt multa de uſib. neceſſitatis. Conueniunt ibi ad conſulendum, ueraciter aũt ad decipiendum: & congregant̃ conſiliarij multi, & conſiliatores uani, imo deceptores ueri. Congregantur autem quaſi in conſilium unũ, & quaſi ad q̃rendum conſilium bonũ, & dantur in cõmune cõſilia multa, ſed inutilia & uana: quia conſilium uanitatis eſt, & totum eoꝝ conſilium de uanitate eſt. Suadent mihi ſanguinem minuere, ut poſſim pauſare, & lautiores ci

bos ſumere, remanere de uigilijs, ut ſa-
tis poſſim dormire. Conſulunt corpus
recreare ne deficiat, carnem fouere ne
tabeſcat, abſtinentiam aliquantulum
relaxare, quieti parumper indulgere: &
in hunc modum agitur de cura corpo-
ris, cura ſuperflua, & de uanitate uenti-
latur quæſtio uana, & ſuper hmõi inuti-
li negotio conſumitur ſæpe hora una.

*Hic oſtenditur cogitationibus & affectio-
nibus malis eſſe reſiſtendum,
Capitulum 57.*

q Vi carnis ſuæ deſiderijs non re-
ſiſtit, & motus cordis ſui cuſto
dire negligit: ita tandem praua
conſuetudine illigatur, ut poſtmodum
ẽt uolens eis reſiſtere non poſſit. Pro-
pterea quoties hmõi cõſiliarios impro
bos & iniquos in unum conuenire ſen-
tis: non eis conſentias, ſed illico excute
te, nunc ad orõnem, modo ad operatio
nem, ſæpe aũt ad meditationem: nec
prius ceſſes, donec illi euaneſcant. In-
tuere qũo Xp̃s ſtetit in cruce, conſide-
ra qũo morieris, uel ubi, uel qñ, ſtatue te
ante terrificum tribunal tremendi iudi-
cis, deſcende uſq; ad infernum inferio-
rem, & ibi cerne qũo pro peccatis ſuis
animæ puniuntur. Talis etenim cogita
tio probatiſſimum remedium eſt con-
tra turpes cogitationes.

*Voluptates ſiue conſolationes ſunt animæ
deſolationes, Cap. 58.*

q Voniã uerba delictorũ meorũ
audire non dedignaris, ſed pa-
tiẽter auſcultas, fateri oportet
qđ adhuc fatendũ eſt. Cũ ſupradictis
conſiliarijs iniqs, & iniq̃ cõſulẽtib. acqe
ſco, & eorũ conſilia libẽter recipio: ad-
ſunt ſubito cogitationes prauæ, aſſur-
gunt affectiones ꝑuerſæ, multũ ſolicitę,
ſed parũ diſcretę, qũo carnẽ meã delica
tiſſime foueã: q̃ quantũcũq; ſuauiſſime
nutriat̃, ſp̃ caro eſt. Offerunt mihi infir-
mitorium, ſed qm̃ turpe eſt in illo diu
ꝑmanere, eqtandi occaſionem q̃runt et
inueniunt. Nec mora eq parant̃, cadi ĩ-
plent̃, hoſpitia eligunt̃, & q̃ ſunt neceſſa
ria in uia ligant̃ & parant̃. Vocor, & uo
catus uenio. Iniungit̃ mihi obedientia il
la: ego uero metuens ex meo deſiderio
uileſcere, recuſo ore, qđ corde deſidero:
acqeſco tanq̃ coactus, & iõ lætus aſcẽ
do, & iter arripio. Prohdolor, religio re
linqt̃, & ſilentium rũpit̃, hincinde uolãt
uerba uana & inutilia, forſitã & detra-
ctoria. Sic confabulando ſæpe cõſumit̃
dies integra. Venio ad hoſpitium, aſſi-
deo ad menſam, apponit̃ panis alb⁹ &
uinum bonũ, piſcis & caſeus, oua, &c.
Interea recurrit aĩus meus ad fr̃es qui
ſunt in conuentu, & graue eſt mihi ut
diſſilr̃ ab eis reficiar, & epuler ſplẽdidè,
illis aridè reficientib. & remordet me
cõſcia mea ſi ꝓ faba piſcẽ, ſi ꝓ cepe ſeu
milio caſeum, ſi ꝓ mica gaſtellũ ad refe
ctionẽ ſumã, ſi uinũ bibã, & fr̃es aq̃. Gu
la uero expectationis impatiẽs, inuitat
& inſtigat ut comedã & bibã. Dicit.n.
Nõ debes eſſe moleſtus ei q te charita-
tiue ſuſcepit, ſed ad nutũ illius te ꝑ oĩa
debes hr̃e, & monitis illius libẽter obe
dire, & impenſa bñficia cũ gr̃arũ actiõe
percipere, qm̃ nihil reſpuendum eſt qđ
cum charitate offert̃. Charitatis eſt ut
qđ ille tibi apponit, cũ ipſo pariter de
eodẽ ſumas, ne ſcandalizet̃ ſi uiderit te
aliud quam ſe comedere. Ita ergo fac ut
conuenit. Cõica & participa cũ hoſpi-
te, ſicut ſcriptũ eſt: Comedentes & bi- Luc. 10.
bentes, q̃ apud illos ſunt. Ego uero his
ꝑſuaſionib. uictus, cõico & participo
cũ hoſpite ꝓ hoſpite. Et qm̃ đ alieno mi
niſtrat̃ & nõ de ꝓprio, incipio mihi eſſe
ĩdulgẽtior, & manu largior. Proſequor
cãm ꝓ q̃ ueni ad menſam. Nam come-
do & bibo ꝓfuſe, ſicut mos eſt, & mul
tiplicant̃ fercula & pocula, donec & uẽ
ter grauet̃, & cerebrũ turbet̃: nec arguit̃
ſuꝑfluitas, quam excuſat hoſpitalitas.
Sic ſic mei oblitus, dum gulæ appetitũ
ſequor, obliuiſci mox incipio qd faciãt
fr̃es in refectorio, & cadit à memoria fa
ba, caulis, panis durus, & aquæ potus.
Sicut fabula, ſic eſt uita mea. Timeo ẽt
ne egomet ſic fabulãdo fabula efficiar,
ſi ſine bonis opib. inueniar. Dicito ergo
mihi qd debeo facere, & qũo poſſi gulã
continere, ne tam parui budelli ſeruus
efficiar.

*De pugna & uictoria gulæ contra incautos,
Capitulum 59.*

g Vla ſemper eſt in pugna & in
culpa. Siue manduces ſiue bi-
bas, adeſt illa tecum pugnatu-
ra: ſi bñ non pugnas, certe uinceris ab il
la: q̃ cum multis pugnat, & à paucis ex-
pugnat̃. Tu ergo tanto uehementius il-
lã expugna: quanto manifeſtius illã eſſe
expugnandã cognoſcis. Et qm̃ ad dei
cognitionẽ ꝑuenire non potes, niſi ꝑ co
gnitionẽ tui, iterũ atq; iterũ diſcute te-
ip̃m, ſi forte aliquid in te lateat, qđ deo
diſpliceat. Videre.n. deum non potes,
niſi mundo corde. Nec fiet cor iucũdũ,
niſi prius fiat mũdũ ab oĩ contagione.

De ficta confeſſione, Cap. 60.

m Vlta habeo adhuc tibi dicere,
ſed confiteri erubeſco. Verũ tñ
qa alr̃ deũ uidere non poſſum,
apiã tibi cor meũ. Fateor qm̃ pc̃tã mea
recogitare neglexi, & iõ multa obliuio
ni tradidi. Cognita aũt non oĩa cõfeſſus
ſum, ꝑꝑ multitudinem. Quæ uero con-
feſſus ſum, non pure ſum confeſſus, ꝑꝑ
turpitudinẽ, aut oĩo celaui. Quæ aũt ſi-
ue bñ ſiue male ſum cõfeſſus, nõ digne
fleui, ꝑꝑ uetuſtatẽ, & inueteratã cõſue-
tudinẽ. Confeſſus ſum cui non debui, et
cui confiteri debui, celaui: & qđ peius
eſt, de confeſſione inanẽ gl'iã q̃ſiui. Ma-
nifeſta uero pc̃tã excuſaui cũ de illis cõ
uictus fui, uel (qđ deterius eſt) defendi.
Culpã meã p̃ rubore confuſionis pallia
ui. Sic ſic pc̃tis pc̃tã ſemper accumulo,
& uitã meã quotidie corrigere diſpono,
ſꝑ aũt de die in diẽ differo, & dũ hoc in
futuro fieri ꝓpono, fit ut illud futurũ ſꝑ
ſit, futurũ imo fortaſſis nũq̃ futurũ. Dñe
deus meus, quandiu ponã cõſilia in aĩa
Pſal. 12. a mea? Quæ utilitas in ſanguine meo, dũ
Pſal. 29. c deſcendero in corruptionem? Non eſt
uitium, cui aliquo modo non ſeruierim.
Oĩa.n. contendunt de me, cuius potiſſi-
mum uidear. Veruntñ ſuper omnia ui-
tia, inuidia me perſequitur. Peſtis hæc
ubique me torquet. Da ergo conſilium
quomodo illam effugere ualeam.

*De inuidia quæ interdum ſub ſpecie ſancti-
tatis exercet iniurias ſuas, Cap. 61.*

t Riſtius inuidia nihil eſt, quę ꝓ-
tinus ipſum authorem torquet
excruciatq; ſuum. Omnino igi
tur fugienda eſt & execranda: qm̃ in il-
la deus offenditur, proximus lædit̃, ani-
mus affligitur. Inuidia etenim ſemꝑ tor
quet poſſeſſoris ſui animum, quamuis
ſæpe lædere non poſſit ſuum, erga quẽ
ſæuit, proximũ. Sed cũ mala ſit omnis
inuidia, peſſima tñ eſt huius mali ſpe-
cies, quę ſub ſpecie ſanctitatis ſuas exer
cet iniurias. Sæpe.n. qñ ſæuit in proxi-
mum ex uitio iracundiæ, uel ueneno in-
uidię, fingit ſibi cogitatio ꝙ faciat illud
zelo iuſtitiæ. Læſus nãq; qlibet à proxi
mo ſuo, non iam eũ facile reſpicere põt
ſimplici oculo. Diſplicet ſibi quicqd ab
illo fieri conſiderat. Oĩ ferè hora tacita
apud ſe cogitatione illũ accuſat. Surgũt
cauſæ quotidie innumeræ, quæ illũ cul-
pabilem oſtendunt: occurrunt ratio-
nes multæ, quæ illum reum, illum eſſe
puniendum conuincunt. Creſcit autem
ſæpe eo uſque malum, ut apud deum
eſſe credat ſe reum, niſi illum ſeuerius
corripiat, & de ſua peruerſitate redar-
guat. Loquitur enim apud ſe hmõi
maligna cogitatio. Vſquequo illum
talem tolero? Conſentire ei compro-
bor, ſi eum non corripio, conſentiens
autem deum offendo: corripiam ergo
eum, ne deum offendam. nihil enim
pro mea, ſed pro dei iniuria ulciſcenda
totum facio, imo ſic illum ſibi reſti-
tuam. Proximum enim corripere, &
eum caſtigare, hoc non eſt proximo
nocere, ſed prodeſſe uelle. Sic ſæpe
apud ſe loquitur maligna cogitatio: ex-
cæcauit enim eam malitia ſua. Et pu-
tat odium ſuum amorem eſſe, & in-
iuria ſua iuſtitiam exercere. Conue-
niunt itaque undique huiuſmodi ma-
lignæ cogitationes ad mentem, & fin-
gunt ſe ad obſequium dei conuenire,
non autem ſuum odium exercere uel-
le. Conſidera ergo adhuc frequẽter, co-

gita uehemēter, inueſtiga diligenter cō ſciam tuam, ut ſcias quid corrigere, ſeu etiam unū debeas grās agere. Valde.n. utile & pernecesſarium eſt, ut ſcias quid deſit tibi, quid uis, quid cupis, & quid habere optas.

De multiplici uaga et uaria cogitatione mentis, & cordis uelocitate, & alienatione, Cap. 62.

Facilius atomos mundi poſſem dinumerare, ꝙ motus cordis mei. Velocitas aīalium & uolatilium meis motibus æquiparari nō pt. Cogitationes meas non eſt qui poſſit comprehendere. Deſiderioꝝ meoꝝ nō eſt modus. Nunc illa, nunc iſta cogito & deſidero, nec iſta, nec illa hre poſſū. Dū corpore uaco, cogitationibus per diuerſa loca uagor, nulla hora, nullo tēporis momento quieſco, ſed in momento in ictu oculi per multa ſpatia locoꝝ diſcurrens, nouas creaturas creo, & iterum eaſdem eadem facilitate deleo, uel alio atque alio modo multipl'r uario, illud uel illud hre deſidero, talis uel talis eſſe cupio: quaſi deus illud dare, uel talem me facere neſcierit, aut nō potuerit.

Quæ cogitanda ſunt, ut cor ab illicita cogitatione remoueatur, Capitulum 63.

Cuſtos cordis, ꝙ modicum & cupidum cor hēs: paruum eſt, et magna cupit. Vix ad unius Milui refectionem ſufficere poſſet, & tot⁹ mundus ei nō ſufficit. Solo corde ꝑ totum mundum uago motu diſcurris. Sine pedibus curris, ſine manibus oparis, alas non hēs, & uolare non ceſſas. Diuitias quotidie cōgregas, & ſatiari nō potes: epulas ad refectionē paras, & inde non comedis: hæc & illa cogitas, & falſum eſt quod cogitas. Audi qūo, ut de cætero tibi caueas. Forſitā cogitas modo de ſole, uel de aliquo amico tuo, aut de teipſo. Si unus eſt ſol, falſus eſt iſte quem tu cogitans fingis: qm̄ ille certis locis & tpibus curſum ſuum pagit, iſtū uero conſtituis ubi uis. Si unus eſt ille amicus tuus, falſus eſt iſte quē cogitans fingis: qm̄ ille ubi ſit, neſcis: iſtū aūt ubi uis, fingis. Porrò teipſum hoc eſſe loco ſentis, & tn̄ figmēto cogitationis uadis ubi uis, & loqueris cū qbus uis, & hoc ueꝝ nō eſt, qa modo ibi nō es. Qm̄ ergo falſa ſunt hæc, noli amodo talia cogitare, ſed iacta cogitatū tuū in dño, qui te fecit & refecit, elegit & uocauit, iudicabit & ſaluabit. O quāti hac hora cū eo loquunt̄, eumq́ʒ in ſemetipſis amplexātur: tu uero in his delectaris q̄ ꝑeunt & tranſeūt, & tecū manere nō pnt? Conſidera ꝙ multi modo moriunt̄: qbus ſi hæc hora ad agendū pniam concederetur, q̄ tibi cōceſſa eſt, qūo ꝑ altaria, et q̄ feſtinanter currerent, & ibi flexis genubus, uel certe toto corpore in terrā proſtrato tādiu ſuſpirarēt, plorarent & orarent, donec pleniſſimam pctoꝝ ueniā à deo conſequi mererentur? Tu uero comedendo, bibēdo, iocādo, & ridendo, tps otioſe uiuendo pdis: qđ tibi indulſerat deus ad acquirendam grām, & ad promerendam gloriam. Cogita etiam quot animæ in inferno nunc cruciantur ſine ſpe ueniæ & miſericordiæ. Si amor dei te tenere non pōt, ſaltem teneat & terreat timor iudicij: metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni: ignis urens, uermis corrodens, ſulfur fœtens: flamma tartarea, & omnia mala. Diſcute adhuc teipſum, ut ſcias quid deſit tibi: ne in illa ultima diſcuſſione coram oībus confundaris, ſi inuenta fuerit in te iniquitas.

De multiplici uolubilitate cogitationum, Capitulum 64.

Digne penſare, & ſufficienter æſtimare non ualeo: quæ ſit illa tam multiplex cogitationum mearum uolubilitas, & tam inquieta & infatigabilis uelocitas, quæ per tam multa, tam uaria, tam infinita diſcurrere me facit. Nulla.n.hora & nullo tpis momento quieſcere poſſum, ſed per infinita ſpatia locoꝝ, & uolumina tpm mira feſtinatione pertranſeo. Vndiq; patet mihi facilis tranſitus: agilis

ſtis? Vidi ego ſenes,ſenectutis oblitos
aſtare ſacris iuuenili alacritate uigilijs,
& iuuenes iuuẽtute ſepulta, ſenili graui
tate reuerentiæ diuinitatis aſſiſtere. Ple
na erãt ſubſellia cõcinentibus,& cõcen
tu parili uoces in ſublimibus reſonabãt,
ut fœlici inuidia iuraſſe uos crederẽ iubi
lare deo in uoce exultationis. Pſalteria
erãt p̃ manibus,pſalmi in labijs, ĩ corde
deuotio,ſolennitatẽ animi indicabat hi
laritas uultus, diſcurſio corpis, operis
ſolicitudo.Inſpexi ſacerdotes uigilanti-
bus oculis primos diei ortus ſubtiliter
indagare,ſacralibus indui ueſtimentis,
introire ad altare dei, ad ſacrificandum
corpus & ſanguinẽ redẽptoris.Vidi aſſi
ſtẽtiũ turbã miniſteriali deuotione nũc
flectere genua,nunc oſculari manus,&
ad impantiũ nutũ nutu citius obedire.
Sed & pueros aſpexi q neſciunt qd ſit
inter dexterã & ſiniſtrã, ſibi àdinuicem
pſalteria inuidere,& reportare ad lectu
los ſuos,furati ſomnũ ab oculis ſuis,& ĩ
lectulo ſuo p noctes q̃rere quẽ diligebat
aĩa eorũ,qd' licet contra cõſuetudinẽ p̃-
Gene. 32.a ſumptum ſit,nõ tñ cõtra deuotionem.
Fateor inter hæc oĩa cogitabã: Caſtra

dei ſunt hęc,nõ eſt hic aliud niſi domus
dei,& porta cœli.Vellẽ nollẽ ur̃a deuo-
tione trahebar,& uobis negotiantibus
otiari nõ poterã.Sequebar uos ſed à lõ-
ge, uel aberrans à uia, uel claudicans à
ſemitis meis,lugẽs & cõtriſtatus qa nõ
poterã æquare currẽtes. Nouit ille unus
cũ quo uno unũ cœpi eſſe in dño,quàm
frequẽtibus querelis impleuerim aures
eius,qd' uos in meridie eſſetis cũ ſpõſo,
& ego cũ ſpõſa in ueſpertino frigore cõ
morarer.Eia fr̃es ſi aliqd adhuc defluus
humor de flumine mortalitatis h⁹ ue-
ſtras circũrorat affectiones,tergite et te
gite illũ niueo cõfeſſionis amictu, &cal
ceate uos ĩ p̃paratione euãgelij pacis, ut Pſal. 65.b
ſitis de qb⁹ dicit ſctũs:In flumine ptrãſi-
bũt pede.Quid aũt p hęc? Ibi lętabimur
ĩ ipſo.De flumine hoc,imo de fluminib.
iſtis Eſa. ppha ĩ nocturnis lectionib. lar Eſa. 11.d
gi⁹ diſputauit.Percutiet,inqt,dñs fluuiũ
Aegypti ĩ ſeptẽ riuis, ita ut trãſeat p eũ
calceati.Volo de fluuio & riuis ei⁹ pau-
liſp cõfabulari uobiſcũ,qũo & q̃lr̃ pcu
tiat̃,qd ſit p eũ tranſire calceato.Aegy-
pto figuralr̃ exprimi mũdũ iſtũ,diuino-
rũ eloqorũ ſcrutatores affirmãt,q poſi-
tus eſt ĩ maligno,q tenebris & cõfuſio-
nib. ẽ replet⁹. Flumẽ flux⁹ humani gñis
eſt,q de primis parẽtibus infœlici uena
prumpens in impetuoſum erũpẽs torrẽ
tẽ,p totã mundi latitudinẽ inſtagnauit.
Quæ in ſeptẽ torrentibus deriuatur,ual
les &cãpeſtria,pfunda uoragine ſupſe
dit:ipſis quoq; montiũ cacuminibus eã
dem refuſionẽ intentãs,uñ unus de altio Pſal. 17.a
ribus clamat:Torrẽtes iniqtatis cõtur-
bauerũt me,&,intrauerũt aq̃ uſque ad
aĩam meã.Primus h⁹ fluminis riuus ẽ co
gitatio mala.Riuus exũdans,&q nullis
obicibus repellatur, hẽt frequentiã flu-
uiorũ feneſtras corporeorũ ſenſuum: q
ei de mũdanis cataractis mortiferos im
bres ĩfuſos adminiſtrãt.Occurſant aſpe
ctui mẽtis qd' uidit & audiuit,qd' odo-
rauit &guſtauit,qd̃ palpauit & tetigit.
Et plerũq; qd' ſimplici ocl'o aſpexim⁹,
verſipellis cõtortor ĩ offendiculũ retorq̃t
ac ſcãdalũ,fingit ſil'itudines,imagiẽs pi-

git colores aptat,& in thalamo mentis
uniuerſa cõuoluit, ſi forte cõſenſum eli-
ciat,& affectũ inficiat. Offert horribilia
de diuinitate,terribilia de fide, mirabi-
lia de ſidei inſtitutione,&in alueolo mẽ
tis ueneniferas ingerit potiones,quas in
cõfeſſione euomere pctõr oneratus ex-
horret. Venit in oratoriũ, dormitorium
occupat,inſidet refectorio,circuit clau-
ſtrũ,reuiſit officinas, nullã prætermittit
artẽ nocẽdi,ſed ubilibet ſuæ calliditatis
aſſignat argutias. Et in choro qdẽ inter
orandũ &pſallendũ mentẽ pertrahit ĩ
diuerſa,ptõꝝ rememoratione puritatẽ
intellectus inuellẽs. In choro uero mul-
tiformes libidinis ſenſus euoluit,inſidiãs
ſolicitudini uræ,& telis fortioribus op-
pugnãs uos,utinã nõ expugnet:pungat,
nõ uulneret. In refectorio aũt gulã allicit
ad uidendũ q̃ ꝑferunẽ, & ingenti auidi-
tate onerat diſtẽtũ uentrẽ, ut maiore o-
pera ad egerendũ egeas,quã ad ingerẽ-
dũ. In clauſtro libros reuellit à manibꝰ,
memoriã reſerat ſcripturaꝝ,& nunc de
iſto ad illũ, nũc de illo ad iſtũ cũ ſignis
& ſcurrilitate tranſuertit. Per officinaꝝ
multitudinẽ te facit excurrere,& uaga-
bũdo ſe comitẽ facit, donec taciturnita
tis oſtiũ aut apiat aut confringat. Quid
plura? In choro deuotionẽ, in toro ca-
ſtitatẽ,in refectorio parcitatẽ,ĩ clauſtro
lectionẽ,in officinis ſilẽtij uirtutẽ, uirtu-
tis inimicus extirpat. Nec ſufficit in uigi
lãdo ſubtilibus ſpiculis cordis terebra-
re uitalia,ſed dormiẽdo ſingulari ſe uer-
ſat & reuerſat aſtutia, q̃ oĩa melius uræ
cõſciæ quã ſtyli ſciẽ derelinquo. Sed ad
altare dñi uirtutũ ſequunẽ nos ſpũs ipi,
& ipſos añ mẽtis oculos inuolantes, ut
uix aliqua uel naſcẽtis dei,uel pendentis
in cruce poſſint memoria deturbari. Ma
gnus ille patriarcha uix uolucres hmõi
à ſuis ſacrificijs abigebat, nos q ſumus q
fugare p̃ſumimus? Quis in hoc riuo uel
merſum uel ſubmerſum ſe eſſe negaue-
rit? Videtis,quã turbidus torrẽs & limo
ſa regurgitatus cœnoſitate,q uix aut nũ
quã ad hoc ducĩẽ ut penitus exſiccetur.
Nõ puto qđ ille q clauſit cœlũ orõne,
clauſerit aĩum à cogitatione, ut facilius
ſit cœlũ obſerare,quã aĩum. Scđs riuus Iacob. 3.d
eſt locutio ꝑuerſa. Linguã nullus hoĩum
domare põt,ait Iacobus, membrũ inq̃e
tũ,membrũ mortiferꝝ: facilis ad loquẽ-
dũ,ad obloquendũ ꝓcliuior. Et notan-
dũ qđ alter naſciẽ ex altero,cũ malæ co
gitationi ꝑuerſæ locutionis ianua ſit ap̃
ta. Et eſt ẽt aliud uerbũ falſum,uñ dicĩ:
Perdes oẽs q loquunẽ mendaciũ. Aliud Pſal. 5.a
uanũ,de quo ſcriptũ eſt: Vana locuti ſũt Ibidẽ 11.a
unuſqſqꝫ ad ꝓximoꝝ ſuũ. Aliud impudi Ephe. 4.g
cũ:de quo idẽ: Turpis ſermo de ore ue Pſa. 140.a
ſtro nõ ꝓcedat. Aliud excuſatorium,uñ
pſalmiſta: Nõ declines cor meũ ĩ uerba
malitiæ ad excuſandas excuſationes in Ibid. 11.a
pctĩs. Aliud doloſum,de quo ꝓpheta:
Diſperdat dñs uniuerſa labia doloſa,&
linguam magniloqꝫ. Aliud otioſum,de Matt. 12.
quo ipſe dñs. De omni uerbo otioſo qđ
locuti fuerint hoĩes,reddẽt rõnem de eo
ĩ die iudicij. Et ſiqua alia gña ſunt peſtis
hꝰ, q̃ nos breui ſaltu trãſilire non poſſu-
mus. Tertius eſt actio praua. Poſt cogi
tationẽ & locutionẽ ueniẽ ad opera,qñ
exhibemus mẽbra nr̃a arma iniquitatis
pctõ,& contumelijs afficimus corpora
nr̃a. Quid.n.turpius quã mẽbra Chriſti
ſanguine cõſecrata, & cõſepulta in ba-
ptiſmate,libidinoſis ardoribꝰ macula-
re,nec attẽdere reuerentiã p̃ntis dei,mi-
nãtis pœnã,gloriã ꝓmittentis? Abſit,ut
aliqs nr̃m huic idolo ſubſternaẽ, ut filiũ
uirginis in Veneris tẽplo ſuſcipiat,ut ar-
cã dei iuxta Dagon collocet,ut nutritꝰ ĩ
croceis ſtercora amplexeẽ. Quid Petro
cũ Mago? qd Xp̃o cum antichr̃o? quid
uirgini & libidini? qd puritati & corru-
ptioni? Abſit ut qſqꝫ ur̃m ambulet ĩ paſ
ſione deſiderij,ſicut & gentes q̃ ignorãt
deũ,q corpus xp̃i aut cõſecratis,aut xp̃i
corpi miniſtratis. Electi ſeruite impato-
ri,ut cõ impatore ſedeatis cũ ſederit in
ſede maieſtatis ſuæ. Qua frõte, qbus o-
culis uideret uos,uiueret uobiſcũ,cui tã-
tis inter uos obſcœnitatibus deſeruire-
tur? Qua mẽte,q̃ cõſcia accederet ad ſã
cta ſctõꝝ,imolaret ſctm̃ ſctõꝝ, cꝰ fama
cõtẽptibilis,uita notabilis,ſermo reph̃ẽ
ſibilis

ſibilis h̃retur? Sed & ſi forte (humanũ
loquor ꝑꝑ infirmitatẽ carnis uræ) aliqs
ur̃m tale aliqd in cubiculo conſciæ com
plicauit: deplicet illud ꝑ confeſſionẽ &
pnĩam,& ego ei de mĩa naſcentis pueri
ueniã repromitto. Et ſi cõfeſſus fuerit et
pœnituerit,naſciẽ in eo lux mũdi, ut di-
motis fallacibus tenebris ſplẽdorẽ uerẽ
lucis accipiat. Quõ.n.miſeris mĩam hac
nocte negabit in qua miſericorditer mi
ſericors naſciẽ & miſerator dñs? Adeſt
deus & hõ,mr̃ & uirgo,caro & uerbũ,
lux & illuminãs,bonus & bonitas,mĩa
& ueritas,fœcũda uirginitas, uirginalis
fœcũditas,æterna nouitas, noua æter-
nitas,diuina humanitas,humana diuini-
tas,humilis ſublimitas, & his oĩbꝰ mĩa
fabricaẽ. Cohibete ergo extollentiã ab
oculis,loquacitatẽ à lingua,crudelitatẽ
à manibus,uoluptatẽ à lũbis, pedes ab
itinere nõ recto, & uenite & arguite eũ,
ſi nõ hac nocte dirũpit cœlos,ſi non de-
ſcẽderit ad uos,& ꝓijciet in ꝓfundũ ma
ris oĩa pctã ur̃a. Quis tñ eſt q hꝰ tertij ri-
uuli nõ ſit merſus & reuerſus inſtantia?
Quartus riuus eſt defenſio pctõꝝ. In ue
ritate dico uobis, q̃a nihil ſic exaſperat
irã diuinitatis, qũo iniqtatis defenſio.
Aequo.n.certamine nos certamus cũ
dño,cũ defendimus qđ odit: cum nob
placet,qđ diſplicet illi. Magna quippe
dr̃ia inter ſuperbũ & humilẽ pctõrem:
cũ illũ deſpicit,hũc reſpicit: q̃a humilia
reſpicit,& alta à lõge cognoſcit. Qñ ſa
nari poterit q medicũ ſpernit,medicinã
cõculcat,& infirmã ſubſtantiam cõtra-
rioꝝ receptione ſuccẽdit? Tu dicis ma-
lũ bonũ,amaꝝ dulce,tenebras lucẽ, &
in creatorẽ refundis iniurias: ut qđ lau-
dauerit tu uitupes,qđ uitupauerit tu lau
des. Nõ ẽ hoc palpatiua diſſimulatio-
ne tacendũ,qđ uiderim quoſdã ur̃m tã
tis impatiẽtiæ ſtimulis agitari,ut ad pri
mas correptoris uoces nõ ſolũ excuſa-
tionẽ & defenſionẽ exhibeatis,ſed & ni
ſi diſciplinalis uigor obuiauerit, ad tu-
multus & iurgia ꝓſiliatis. Hæc eſt ĩpie-
tas maxima in deũ & delictũ maximũ:
qđ uir ſimplex & rectus,& puer dñi ſũ
ma circũſpectione deuitat. Elegantiſſi-
mã ſuꝑ his cõparationẽ inducit ꝓph̃a,
quã de ſacrario ſancti ſpũs aſportauit.
Ibi,inqt,habuit foueã hericius. Hericius Eſai. 34.
ita cõfertiſſima ſpinoſitate dẽſatus eſt,
ut undiqꝫ pũctionibus & aculeis ueſtia
tur. Cũ uerò ſe ſolitudinẽ adeptũ putat,
caput apit,exerit pedes, & uiuificato-
rios motus plana deãbulatione demõ-
ſtrat. Siqs ſuꝑuenerit, ſtatim celerrima
uelocitate caput cũ pedibus in interius
abſcõditoriũ reponit: ut ſi tenere uolue
ris,prius uideas ſanguinẽ tuũ quã corpꝰ
ſuũ. Sic & pctõris caput cũ pedibus, in
tẽtio cũ actione, à paſtoꝝ ſolicitudine
ꝓſpectaẽ: & qđ ferè oĩum peccantiũ ui
tiũ eſt,cũ ab oĩbus uideaẽ,à nemine ẽſti
mat ſe uideri. Si uitiũ reſecare ſtudeas,
et ĩtẽtionis ingreſſus cũ actionis egreſſi
bus correctiuis depĥẽdere: ſtatim Cice
ronis eloquẽtia renouaẽ, excuſaẽ & de-
fendiẽ qđ opponis,accuſaris & offende
ris q ꝓponis. Interrogat de loco & de
tꝑe qñ fcm̃ fuerit, & nouus dialecticus
exerta lingua ꝓrumpit in medium. Pa-
rẽtes aduocat,patrocinatores q̃rit, gra
uari ſe indicat,indicat ſe receſſuꝝ,malle
mori,quã pati talia,& q̃ uidiſti negans,
& q̃ nõ uidit in te cõuitia retorquẽs: ſic
ſpinã ſentis,& culpã ꝑdis,odiũ incurris,
nec corrigis: & quẽ totum tenere puta-
bas,totũ amittis. Vides quã multiplici
cumuloſitate riuus iſte omni hoĩ, & ma
xime nr̃o ordini ſe infundit? Quintus eſt
exultatio in pctĩs. O deteſtãda lætitia,
& in ſempiterni doloris triſtitiã demu-
tanda,in pctĩs ſicut in uirtutibus exulta
re. Nõne latrocinãtes & facinoroſi qqꝫ
cũ uotoꝝ plenitudinẽ aſſequunẽ, non
ſe capiũt p̃ gaudio, ita ẽt ut audeãt ipſi Prou. 2.c
diuinitati grãs ĩmutire? Qui cũ malefe Pſal. 139.c
cerint,lætanẽ,& exultãt ĩ rebꝰ peſſimis.
Cadẽt ſuꝑ eos carbones, & ĩ ignẽ deij-
cienẽ. Sed riuus iſte,qꝫ undoſa refluxiõe
miſeros aĩantes effundit, meliꝰ cõſcia,
quã eloquẽtia comprehẽdit. Sextus eſt
alios docere ad malũ. Hæc doctrina de
cathedra peſtilẽtiẽ diriuaẽ,quã deteſtaẽ
& reprobat qui docet hoĩem ſciam. O

quam in uanum accipit animam ſuam, qui alioꝝ aĩas uenatur ad mortem, qui trahit pctã ſicut ueſtẽ longã, qui miſcet ſanguinẽ ſanguine: cui nõ ſufficit ut itereat in ſclm ſcli, niſi & alios ad interitum ꝑtrahat ſempiternũ. Scitis.n.qa multa uitia tenerrimis ætatibus imprimũtur: q̃ poſtea in magno corpore uix mitigare, necdũ extirpare qſq̃ poſſit. Infœlices magri q hmõi plantaria plantauerunt, explãtabunt ab illa cœleſti plantatione, quã plãtauit pr̃ ille cœleſtis. Quis gloriabit ſe h⁹ riui torrentibus nõ fuiſſe uallatũ? Septimus eſt in oĩbus his malis pſeuerare. Hic pctõr demerſus eſt & abſorptus; & clauſit ſup eũ puteus os ſuũ. Cũ.n.nõ leuat oculos ad cœlũ, nec recordat iudicioꝝ iuſtoꝝ, mortuus eſt,
Eccl. 17.d & ſepultus in ſepulcro cõſciæ ſuæ. Tũc
Prou. 18.a à mortuo tanq̃ qui nõ eſt, pit cõfeſſio: tunc pctõr cum uenerit in pfundũ maloꝝ, contẽnit. Hic eſt in extremo fluminum Aegypti, & multitudo miſerationũ dñi tollitur ab oculis eius. O flumẽ malũ, riui peſſimi, riui exterminantes. Hac nocte dñs eos calceatus tranſiuit, cũ in uirginali ſubſtãtia puram carnem & oĩum p̃taxataꝝ peſtiũ immunẽ accepit, illo calceamento calceatus qd in Idumeã extendit, cuius corrigiã ſoluere nõ potuit magnus ille Baptiſta. Miſit de ſummo filiũ ſuũ, & accepit me ĩ utero uirginis, & ſic tandẽ aſſumpſit me, et de profundis aquaꝝ. Percutiemus & eos, ſi cogitamus pro pctõ nr̃o, ſi prohibeamus linguã à dolo, ſi declinemus à malo, & faciamus bonũ; ſi cõfiteamur aduerſum nos iniuſtitiã nr̃am dño, ſi dolor nr̃ ſit ſp in cõſpectu nr̃o, ſi doceam⁹ iniquos uias dñi, & ſp laus eius ſit ĩ ore nr̃o. Et ut de arte ſutoria nr̃is morib⁹ aliquid conſuamus, hẽamus calceamenta dẽſa, & ſubtil'r conſuta, q̃ poſſint aquas obuiantes excludere. Faciamus carnẽ nr̃am firmam & cõfixam timore dñi, q̃ libidinis humorẽ excludat, & excocta tribulationibus, atq; ita dẽſata, fiat uter nouus ad conſeruandũ uinũ nouum de
Pſal. 118.l quo dr̃: Quia factus ſum ſicut uter ĩ pruina. Sed iã corda & corpa ur̃a ad ſuſcipiendũ filiũ uirginis p̃parata dimittamus in pace, & oẽs in cõe lumen ad reuelationem gentium innocentibus brachijs amplectamur, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

De ſancto Stephano ex lectione actuum Apoſtolorum.

a Dhuc filium uirginis hẽmus in manibus, & obſecutoria delinitione uagientis dei honoram⁹ infantiã. Ducit nos uirgo ad ueneranda cunabula, & ſpecioſa p̃ filiabus hoĩum, ad ſpecioſum forma p̃ filijs hoĩum, bñdicta inter mulieres, ad bñdictum inter hoĩes nos cõducit. Submurmurat nob in aurẽ ſi forte domus exaſperãs audiat & qeſcat, reuelata eſſe uelamina pphetaꝝ, & cõpletum conſiliũ dei. Videte miraculũ matris dñi, quia creatura erat creator creaturæ, ſcintillat ſydus, Magus adorat, exultat polus, tellus reſultat, gloriant angeli, paſtores aggaudẽt; uirgo parit, naſcit deus, & cœloꝝ luminaria clariori lumine lumen exortum in tenebris pſequunt. In iſtis bonis uerſamur, btũs uir q impleuerit deſiderium ſuũ ex ipſis. Scio qa dulce nobis eſt, in Pſal. 118.c
principio erat uerbũ: dulcius uerbũ caro factũ eſt, dulciſſimũ uerbum in cruce ſuſpẽſum. A tãto puerpio qs inſanus oculos nr̃os amore necdũ auellere p̃ſumat, niſi ipſe iubeat q dicit: Auerte ocu- Cant. 6.a
los tuos à me, qa ipſi me auolare fecerũt? Ecce dũ oſculat nos oſculo oris ſui, dũ tãtis miraculis & ſtupidos nos facit & attẽtos: Stephanus plen⁹ gr̃a & fortitudine facit pdigia & ſigna magna in ppl'o. Nũqd æquũ ẽ derelinqre regẽ, & ad milites oculos detorqre? Neq̃, niſi impauerit impator. Surgit ipſe rex fili⁹ regis, ſed lapidãtiũ aciẽ interrũpẽs, triũphatoris certamini nõ ſine dolore cordis aſſiſtit. Videt opprimi primũ & primiceriũ purpuratæ cohortis grãdinaria lapidũ dẽſitate, fontes ſanguinis de corpore ptomartyris ebullire. Videt quia uniuerſa debacchatio redũdat ĩ ipm, & ipſi ſoli improperia exprobrantium cumulant. Vbi pietas & mĩa tua dñe, ſi nõ compateris patienti? ubi æqtas & iuſtitia, ſi nõ iudicas & uindicas de ppl'o lapidante? Curramus ad ſpectaculum ad qd currit, q exultat ut gigas ad currẽdã uiã, & uideamus qbus armis armatus uexillifer martyꝝ in campũ pugnatur⁹ deſcẽdit. Et ut diligẽtius eluceſcat ſingularis martyrij p̃rogatiua, reuocemus ad memoriã apl'icoꝝ actuũ deſcriptionẽ, in qbus hiſtoricis & figuralibus dictis cõuerſio & paſſio belligeri militis cõti
Acto. 6.c netur. Stephanus, inqunt, plenus gr̃a & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in ppl'o. Nõ paruũ latet hic myſteriũ, nec uilipendẽda ſimplicioris ſcripturæ manifeſta poſitio. Ad uirginẽ qp peloquẽs angelus, uerba de cœleſtibus ſcrinijs ſumpta, nec alterius niſi ipſi⁹ dei ſpũ fabricata, noua ſalutatione portat. Nulli dubiũ qn oĩum uerboꝝ excellãt altitudinẽ, utpote de melioribus diſciplinis ſancti ſpũs euoluta: quoꝝ annunciatione cõfœderandũ erat illud unicũ ſacr̃m uerbi & hoĩs, diuinitatis & carnis. Aue inqt fortitudo dñi, plena gr̃a. Quid aũt de Stephano? Stephanus ple
Luc. 1.c nus gr̃a & fortitudine. Nõne Lucas eiſdẽ penè lr̃is de utriſq; eloqtur? Sed licet lõge excellẽtior modus in uirgine p̃dicetur, ſcdario tñ laudat in martyre. Habet igr̃ gr̃am Stephan⁹ ſublimiori gñe, quã reliqua martyꝝ multitudo, plenus gr̃a refertur. f. & cumulatus, qd raro in ſcripturis canonicis ſubtilis inquiſitor inueniet. Iũgit gr̃æ fortitudo, infuſo ſpiritu libertatis. Ignitus aĩus, in uocẽ ueritatis erũpit, nec patit ullo pacto rigorẽ iuſtitiæ ſubmitti aliqñ uel dimitti. Sic loricatus gr̃a, & haſta fortitudinis ſapiẽter infrẽdẽs, faciebat pdigia et ſigna magna in ppl'o. Ille põt pdigia & ſigna facere, in quo gr̃a & fortitudo ſedẽ firmiſſimã ſtatuerũt. Sic Stephanus ad homicidas, ad legis adulteros, ad crucifixores filij dei pr̃is loquit, gẽti peccatrici in Aegypto, ppl'o graui iniqtate in deſerto, ſemini neq; in terra pmiſſionis, fi-
lijs ſceleratis in morte ſaluatoris. Dura, Acto. 7.f
inqt, ceruice, & in circũciſi corde & auribus, uos ſp ſpũi ſctõ reſtitiſtis. Surrexerũt qdã de ſynagoga, ſynagoga utiq; ſatanæ, & utiq; conglobabant, uel ad cõ
uincendũ, uel ad occidendũ. Faciũt im- Iob. 40.b
pietatis parietẽ unũ, ſquama ſquamæ cõiungit. Sibilãt ſibi ſerpẽtes adinuicẽ; cõuenerũt in unũ aduerſus dñm, & aduerſus xp̃m eius. Velit nolit, cedit impietas pietati, ueritati error, ſtultitia ſapiẽ,
ſpũi ſctõ p̃ſumptio & uanitas ſpũs hu- Acto. 6.e
mani. Nõ poterãt reſiſtere ſapiæ & ſpũi q loquebat. Nõ dixit, nõ uolebant (qd rõnabilium & pfectoꝝ eſt) ſed, nõ poterãt, ubi mẽti malæ facultas tollit, nõ uoluntas mutat. Redarguebant, ait, ab eo cũ omni fiducia. Fiducial'r agit, nec nutat nec mutat mẽs imperterrita, q̃ magis iuſtitiã, quã uitã: fidẽ, quã ſanguinẽ: mortẽ, quã iuſtitiæ taciturnitatẽ elegit. Concurrẽtes capiũt eũ, adducũt in conciliũ:
& gaudẽt eũ intra ſua retiacula recluſiſ- Prou. 1.b
ſe: ſed fruſtra iacit rete añ ocl'os p̃enatorũ. Tũc uox liberior & ex eoꝝ codicibus ſermo exacuit ueritatis, totũq; martyrẽ rapit ſibi ſpũs dei, & ex eius ore ſonãtiori organo modulatur. Apparet ei una facies ſcripturaꝝ, & ueteris inſtr̃i diſpẽdia in cõpẽdioſam redigit breuitatẽ. Replicat pmiſſiones & bñficia dei, murmurationes & maleficia ppl'i: bona p̃ſtita, reddita mala: ad extremũ diuini ſanguinis exprobat effuſionẽ, refractarios ſpũs, duros ceruice, ĩcircũciſos corde & aurib. & ſublimi uoce homicidas & pditores appellat. Nõ ueret conuẽticula cõgregata de ſanguinib. & iter manus q̃rentiũ aĩam eius, de libiori iuſtitia cacumẽ ueritatis aſcẽdit. Diſſecant cordibus, et ſtridẽt dẽtibus in eũ, concipiũt dolorẽ, & ppè eſt ut parturiãt iniqtatẽ. Miꝝ q nõ reuocantur inſueti nouitate miraculi, qd luminoſa ptomartyris facies nõ refrænat inſanos. Videbãt, inqt, faciẽ eius tanq̃ uultũ angeli ſtãtis inter illos. Quid eſt ô inſenſati? Lumine uultus dei inſignit glorioſus leuita, & uibrãti ſplendore Stephanus ſerenat, & re-

uerberantur oculi ur̃i, & tñ inuidiæ ma
gnitudo uiſionis maieſtatem occludit?
Rñdeant in diuinoꝶ uoluminum euolu
tione ubi reuoluerunt hoiem in terris
poſitum uultum angelicum induiſſe: &
cum in utriſq; legib. uel raro uel nunꝗ
inuenerint, obſtupeant gl'iam triũphã-
tis. Seqt̃, Cum aũt eſſet plenus ſpũ ſc̃tõ,
intendẽs in cœlum uidit gl'iam dei &c.
Miꝶ dictu, & totius ſupgreſſio creatu
ræ, intendit in cœlũ. Videt iam non cœ
los, ſed aptos cœlos, uidet gl'iam dei: Ie-
ſum ſtãtẽ à dextris uirtutis dei. Mouet
me hæc intẽtio, q̃ de cordis puritate re-
fuſa uim facit cœlis, & ad ipſius diuini-
tatis conſiſtoriũ penetrat & attingit.
Cœli apiunt̃, gl'ia dei ur̃: Ieſus conſpicit̃
ſtans non ſolum à dextris dei, ſed à de-
xtris uirtutis dei. Hanc intentionẽ fece-
rat abiectio mundi, contẽptus ſui, cor-
dis munditia, dilectio dei, ꝓximi amor,
ueritatis defenſio, deſideriũ Xpi. Retor
quenda eſſent hęc oĩa ad cões floſculos
moralitatis, niſi eſſet excellentia marty
ris cõmendanda, fœlices oculi, ſubtilis
uiſus, uiſio gl'ioſa. Sil'r q; ſignanter recol-
lige poſitionẽ uerboꝶ. Plen⁹ eſt ſpũ, &
ſic intendit in cœlũ, qa in ſpũ afflat̃: con
culcatis terreſtrib. cœleſtib. inhiat & æ-
ternis. Poſt hæc apiunt̃ cœli, nullaq; ꝑ-
ualet firmatio uel clauſura quã nõ trãſ-
uolet aut irrumpat mens illi ſummę mẽ
ti affectanter inhærẽs. Apiunt̃ ergo cœ
li, & puto qd' oẽs cœli: eorumq; aptio-
nẽ ſeqt̃ uiſio gl'iæ dei, & ur̃ dñs de⁹ ſtãs
à dextris uirtutis dei, ne pr̃e minor eſſe
putet̃. Stat cum ſtãte, cũ bellãte bellat,
qa lapidat̃ in lapidato. Non mediocris
ſtupor inuoluit me, utrũ primitiu⁹ flos
martyꝶ oculis corporeis an ĩcorporeis
iſta pſpexerit. Grande qdẽ miraculũ ſi
mentali intuitu ſtellantib. ſe ĩmerſit ar-
cãnis, ſi mundicordes oculi tã ſolẽnem
inſpexerint uiſionẽ. Qd' ſi corporalib⁹,
certum eſt hunc oẽ hoim genus diſpari
litate gr̃æ ꝑuolaſſe, & pẽnis fidei & uir
tutũ, incorporea corporeis, etſi nõ com
prehẽdiſſe, apphendiſſe tñ. Nihil audeo
temere diffinire, uel ex abrupto ꝑcipi-
tare ſñiam, cum finitiuam ſuper hmõi
rl'am me legiſſe non meminerim: ſecu-
ri⁹ tñ ſequor apl'm, imò ſpm̃ dei ĩ apl'o,
q cum ſumma uerboꝶ libertate magis
ſecuræ ambiguitati, quàm ꝑiculoſæ diſ
finitioni iſta cõmittit. Siue ĩ corpore, in-
quit, ſiue extra corpus, neſcio, deos ſcit. 2. Co. 12. a
Exclamãt ſtatim clamore horribili, cõ-
tinent aures ſuas, & eas obſtruunt ueri
tati, impetũ faciunt unanimiter in eũ, fa
cti amici in morte illius: & eĳcientes eũ
extra ciuitatẽ lapidabãt. Eĳcit̃ martyr
extra ciuitatẽ ſanguinũ, in q̃ prius iuſti-
tia habitauit, nunc aũt homicidæ: de q̃
dicit ſc̃tũs, qm̃ uidi iniqtatẽ & contra-
dictionem in ciuitate. Hæc eſt ciuitas,
quam die ac nocte circũdat iniqtas, &
cætera q̃ ſequunt̃. Ciuitas caſtellũ de- Pſal. 54. b
ſpectiue uocata, quod contra apl'os &
apl'oꝶ dñm duriſſimis infidelitatis ue-
ctib. munitum eſt. Extra portam ciuita
tis h⁹ paſſus eſt dñs, extra eã lapidat̃ ſer
uus exiens ad eũ extra caſtra, & portãs
ſil'itudinem improperĳ eius. Deponunt̃
ueſtimenta martyris ad pedes pſecuto-
ris, q attactu ſacraꝶ ueſtiũ, & or̃onib⁹
lapidandi fuerat conuertendus. Et lapi-
dabant, inqt, Stephanũ inuocantem &
dicentẽ: Dñe Ieſu accipe ſpm̃ meũ. Cur- Acto. 7. l
runt illi ad lapides, & ille ad ꝑces. Lapi-
des lapidẽ ꝑcutiunt, ſed lapidẽ mollio-
rẽ, de quo fluit oleum charitatis, & tin-
nitus reddit̃ pietatis. Dñe Ieſu, inqt, ne
ſtatuas illis hoc pc̃tm̃. Rogat ſuſcipere Ibidem.
ſpm̃ ſuũ, ſpm̃ utiq;, & ſc̃tm̃: illum quẽ ſi-
gnãter q̃ſi quoddã ſignaculum apl's in
hoie ꝑcipit cõſeruari. Vt ĩteger, inqt, aĩa 1. Theſ. 5. d
& ſpũs & corpus in die dñi ſine q̃rela
ſeruet̃. O quãta pietas, quãt⁹ affect⁹, &
ardẽtiſſime charitatis integritas. Rectè
martyrĳ florẽ iſte ſibi ꝓuẽdicat, ĩ q̃ ſil'itu
do dñi pẽdẽtis ĩ cruce mirabilib. formu-
lis eſt ĩpreſſa. In ligno. n. ſpinis corona-
tus, lãcea cõfoſſus, cruci affix⁹, diſſimu-
lat illũ unicũ dolorẽ, & obliuiſcit̃ mor-
tis uicinę: nouũ ĩtroductur⁹ exẽplũ, apit
latitudinẽ charitatis, & aptiori cãpo ter
minos traditę legis amplificat, iã ñ ſolũ
amic⁹ amicis, ſed uelint nolint amic⁹ pa

riter inimicis. Pater, inquit, ignoſce illis,
Luc. 23. c qa neſciunt qd faciunt. Non potuit eſ-
ſe inefficax or̃o morientis: uñ & inimi-
coꝶ numeroſitas ad numeꝶ amicoꝶ
trãſiuit. Vide quam recto curſu Stepha
nus etſi non ęquat, ſeqt̃ tñ redemptorẽ.
Volat ſaxoꝶ imber, & fortiſſimis inui-
doꝶ manib. loca uulneꝶ duplicant̃: ſed
patienter patit̃ coronatus nr̃ de corona
nois ad coronam regiminis transferen
dus. Neſcit affectũ carnis, & mortis ho
rã ignorat, & uide qd' deliberat facien-
dũ. Poſitis, ait, genubus exclamauit uo
Acto. 7. g ce magna dicens: Dñe, ne ſtatuas illis
hoc pc̃tm̃. Clamat uoce magna, qa ma
gna utiq; charitate. Poſitis genib. qa ue
ra & humili ſimplicitate ꝓ ſe orans ſtat
& erigit̃: ꝓ lapidantibus flectit genua.
Quis audiuit unꝗ talẽ? Et qs uidit huic
ſil'em? Plus dolet pſequentiũ pc̃tm̃, quã
ſua uulnera: illoꝶ iniquitatẽ, quàm ſuã
mortẽ. Et cũ hoc dixiſſet, obdormiuit ĩ
Ibidem. dño. Fœlix ſomnus cum reqe, reqes cũ
uoluptate, uoluptas cũ ſatietate, ſatie-
tas cũ ſecuritate, ſecuritas cum ęternita
te. Obdormiuit, inqt, in dño, abſorpt⁹
in claritatis abyſſum, & ĩter dei ſui bra
chia reqeſcẽs. Sedebat à dextris di' dñs
Ieſus, ſed prio martyri martyꝶ caput.
Recolitis qd' illa eccl'iæ lingua (Auguſti
nũ loquor) de hoc martyre ſenſerit, quẽ
poſt mortẽ ſeptẽ mortuos aſſerit ſuſci-
taſſe. Eia uos q Leuitali ordine ꝑfulge-
tis, cantate huic canticũ nouũ, & tantæ
feſtiuitati feſtiuis uocib. inclamate. For
taſſis concinentib. ẽt ſuggeret de uobis
dño ſuo iudici ur̃o, ne ſtatuas illis aliqd
ad peccatũ, qui eſt deus benedictus in
ſecula, Amen.

Homilia S. Bernardo aſſcripta.

PEtis à me fili chariſſime, q̃tenus
ex lectione euangelica q̃ duo-
dẽnis pueri Ieſu geſta narrant̃,
aliqua piæ meditationis & ſc̃ti amoris
eliciam ſemina, & ſportulis lr̃aꝶ cõmẽ
dans tibi colligenda tranſmittam. Ad-
huc nuncius iſta ipſe loquebat̃, & ecce
ſenſi ĩ ipſis medullis cordis mei, ex quã-
to, ex quali, ex quàm ardenti, ex quàm
dulci tua id fr̃nitas petebat affectu: cũ
ſubito mihi uenit in mentem ubi aliqñ
fuerim, qd ſenſerim, qd in me ipſo euan
gelica uerba nõnunꝗ egerint uel cũ le-
gerent̃ uel cum cantarent̃. Reſpexi mi-
ſer reſpexi, & uidi quã longe poſt terga
illa ſuauia & iucunda reliquerim: quàm
longe ab his delicĳs occupationum &
ſolicitudinũ me funes extraxerint, adeo
ut q̃ tunc tangere nolebat aĩa mea, nunc
ꝑ anguſtia cibi mei ſint. Hæc recordat⁹ Pſal. 41. a
ſum, & effudi in me aĩam meã, cũ emiſ-
ſa ad me manus dñi tetigit cor meũ, &
unxit illud unctione miæ ſuæ cernẽs in
ipſo inqſitionis tuæ mõ qd luminis qd
ſplẽdoris tuus mihi inſtillabat affectus
cũ inſinuari tibi flagitares, puer Ieſus tri
duo illo quo q̃rebatur à mr̃e, ubi fuerit,
quo ſit uſus hoſpitio, qbus cibis alitus,
quoꝶ delectatus cõſortio, qb. negotĳs
occupatus. Sentio fili mi, ſentio ea ipſa,
quàm familiariter, quàm affectuoſè, cũ
qbus lacrymis in or̃onib. tuis ſc̃tis ab i-
pſo Ieſu ſoleas ſciſcitari, cũ ante oculos
cordis tui illa dulcis pueri dulcis uerſat̃
imago: cũ illũ ſpecioſiſſimũ uultũ ſpũa-
li quadam imaginatione depingis, cum
oculos illos ſuauiſſimos ſil'r & mitiſſi-
mos in te iucundius radiare perſentis.
Tunc (ut ur̃ mihi) intimo clamas affe-
ctu: O dulcis puer, ubi eras? Vbi iace-
bas? Quo utebaris hoſpitio? Quo frue-
baris conſortio? Vtrũ in cœlo? Vtrum in
terra? An in domo aliqua interim mo-
rabaris, uel certe cum aliqb. tuæ ætatis
puerulis ſecreto loco conſiſtẽs, eis ſecre Mat. 19. a
toꝶ myſteria pfundebas ſcd'm tuam in
euangelio uocẽ: Sinite paruulos uenire
ad me, & nolite ꝓhibere illos? Fœlices
ſi q fuerũt illi qb. tot dieb⁹ tã familiari-
ter tuã pñtiam indulſiſti. Sed qd eſt mi
dulcis dñe, q ſc̃tiſſimæ mr̃i tuæ q̃renti,
dolenti, ſuſpiranti nõ cõpatiebaris? De-
niq; ipſa & pr̃ tuus dolentes q̃rebãt te.
Imò tu dña mea dulciſſima, cur dñm q̃-
rebas, quem deum eſſe non ignorabas?
An ne cruciaret̃ fame, ne frigore uexa-
ret̃, ne ab alio quolibet ætatis ſuę puero

iniuriaret̃ formidabas? Nõne ipſe eſt q
paſcit oĩa, oĩa nutrit, q fœnum agri qđ
hodie eſt & cras in clibanũ mittit̃, glõ-
ſius Salomone ueſtit & ornat? Qui po
ti⁹ dña mea (pace tua dico) dulciſſimũ
filium tuũ cur tam facile amiſiſti, tã in-
curioſe cuſtodiſti, tã ſero ꝙ deerat aĩad
uertiſti? Vtinam & mihi inſpirare digna
ret̃ ipſe Ieſus qđ ſibi ſic q̃renti, ſic flagitã
ti, ſic æſtuãti, interno & ſpũali ſermone
rñderit, ut nota tibi ſcriberẽ, & guſtata
eructare ſufficerẽ. Videamus tñ ſi placet
qđnam ſit ꝙ dñs Ieſus in Bethlehẽ na-
ſcit̃, latet ĩ Aegypto, nutrit̃ ĩ Nazareth,
& inde duodẽnis ad tẽplũ & metropo
lim ciuitatẽ aſcẽdit, nec tñ ſolus, ſed ſub
parentũ diſciplina. Vt qđ iſta oĩa? Quia
ꝑfecto dux eſt dñs meus Ieſus, qa me-
dic⁹, qa doctor. Quia ut dux exultauit
ut gigas ad currendam uiã, qa à ſũmo
cœlo egreſſio eius, & uſq; ad Bethlehẽ
deſcenſus eius. Ibi plena cœleſtiũ odo-
ramentoꝝ relinquens ueſtigia poſuit
tenebras .i. Aegyptum latibulum ſuũ.
Et cum ſedentib. in tenebris & umbra
mortis lucem ſupnæ grãæ infudiſſet, etiã
Nazareth ſctã ſua pñtia nobilitauit.
Sicq; Nazarenus effectus in templum
introducit̃, utq; puer diſcens, nõ docẽs,
audiens & interrogans, & in his omni-
bus à parentum diſciplina non recedẽs.
Sic dñe, ſic p̃cedis miſeros, ſic ſanas æ-
grotos: hanc uiam errantib. hanc aſcen
dentib. ſcalã: hunc exulib. reditũ demõ
ſtrãs. Quis dabit me bone Ieſu, tuis in-
hærere ueſtigijs, et ſic currere poſt te, ut
qñq; apph̃ẽdã te? Ego ꝓdigus ille fili⁹,
q accepi ad me meã ſubam, nolẽs cuſto
dire ad te fortitudinẽ meã, ꝓfectus ſum
in regionẽ longinq̃, regionẽ diſſilitudi-
nis, cõparatus iumentis inſipientib. &
ſilis redditus illis. Ibi diſſipaui oĩa bona
mea uiuendo luxurioſè: & ſic cœpi ege-
re. Infœlix egeſtas, cui & panis defuit,
& porcoꝝ cibus nõ ꝓfuit, ſequens q̃dã
aĩalia imundiſſima erraui in ſolitudine ĩ
inaquoſo, uiã ciuitatis habitaculi nõ in-
ueni. Eſuriens & ſitiens aĩa mea in malis
Luc. 15. d contabuit, & dixi: Quanti mercenarij in
domo pr̃is mei abundant panib. & ego
hic fame peo? dũ ſic clamarẽ ad deum,
exaudiuit me, deducens me in uiam re-
ctam, ut irẽ in ciuitatem habitationis. In
quam, niſi in illã q̃ abundans panib. do
mus dr̃ panis .i. Bethlehẽ? Confiteant̃ ti
bi dñe mĩæ tuæ, qa ſatiaſti aĩam inanẽ,
& aĩam eſurientẽ ſatiaſti bonis. Pauper
utiq; ille, q de cœlo deſcendit: & poſit⁹
in p̃ſepio ſpũalium cibus effectus eſt iu
mentoꝝ. Et hæc qđem conuerſionis ui
ta, q̃ſi ſpũalis cuiuſdam natiuitatis ini-
tium, ut conformemur paruulo, paupta
tis ſuſcipiam⁹ inſignia: & facti ut iumẽ-
tum apud te dñe, pñtiæ tuæ delicijs per-
fruamur. Sed qa ſcriptũ eſt, Fili acceſſi- Eccl. 2. a
ſti ad ſeruitutẽ dei, ſta fortiter, & p̃para
aĩam tuam ad tentationẽ: abſcõdit mo
dicũ faciẽ ſuã dñs Ieſus à nobis, non ut
diſcedat, ſed lateat. Ecce Aegyptus, ec-
ce tenebrę, ecce turbatio. Sedẽtes qppe
in tenebris, & umbra mortis exptæ iu-
cunditatis, inopia uincti, & cõpediti fer
ro, proprij uidelicet duritia cordis: neceſ
ſe eſt ut clamemus ad dñm cũ tribula-
mur, & ipſe de neceſſitatib⁹ nr̃is eruet
nos. Luce .n. conſolationis ſuæ diſſipãs
tenebras h⁹ tentationis, & grã internæ
cõpunctionis rũpens uincula interioris
duritiæ, ſereniori uultu nos p̃cedit ĩ Na-
zareth, ut ibi inter flores ſcripturaꝝ &
uirtutum fructus ſenioꝝ diſciplina nu-
triti, duodecimi anni d̃licias ſortiamur.
Sicut .n. dñs Ieſus in nobis naſcit̃ & cõ-
cipit̃: ita ꝓfectò creſcit & nutrit̃ in nob,
donec occurramus oẽs in uiꝝ ꝑfectũ in
menſurã ætatis plenitudinis Xp̃i. Cũ er
go factus eſſet Ieſus annoꝝ duodecim,
aſcendentib. illis in Ierl̃m, ſcđm conſue
tudinẽ diei feſti, cũ redirẽt, remãſit puer
Ieſus ĩ Ierl̃m. Primũ itaq; ne nos p̃tereat
h⁹ hiſtoriæ ſuauitas, ſciẽdũ id moris fuiſ
ſe Iudæis ut aſcẽdẽtes ad diẽ feſtũ, ſeor-
ſum uiri, ſeorſũ mulieres ĩcederẽt, ne for
te aliqđ coĩgnatiõis ſubrepet, p̃ſcribẽte
lege diuina ut mũdi tm̃ ſacris ſolẽnijs ĩ-
tereſsẽt. Vñ credibile ẽ pueꝝ Ieſum illo
tpe nũc pr̃i & uiris adhærẽtib. ei, nunc
mr̃i & mulierib. comitãtib. eã, ſuę pñtię

dulcedinem indulſiſſe. Cogitemus er-
go quãta eoꝝ fuerit fœlicitas, q tot die-
bus uiderunt faciem eius: & mellifluos
eius ſermones audierunt, & conſidera-
uerunt in hoĩe & puero q̃dam cœleſtis
radiare uirtutis, & inter cõfabulationes
mutuas myſterium ſapiæ ſalutaris inſe-
rere. Stupent ſenes: admirant̃ iuuenes,
& ſuæ tunc ętatis pueri moꝝ grauitate,
& ſermonũ pondere deterrent̃. Credo
.n. in illo ſpecioſiſſimo uultu tantã grãæ
cœleſtis elegantiam refulſiſſe, ut oĩm in
ſe conuerteret aſpectũ, auditum erige-
ret, excitaret affectum. Cerne q̃ſo, quẽ-
admodũ à ſingulis rapit̃, à ſingulis trahi
tur, ſenes oſculant̃, amplectũt̃ iuuenes,
pueri obſequunt̃. Quæ lacrymæ à pue-
ris dum diutius à uiris tenet̃. Quæ ſctis
mulierib. q̃rimoniæ cum paulo plus cũ
pr̃e & eius ſocijs moraret̃. Credo ſingu
los ꝓclamare intimo affectu: Oſculet̃
Cant. 1. a me oſculo oris ſui: Et pueris eius pñtiã
ſuſpirantib. ſenũ contubernijs ſe inſere-
re non audentib. illud facile coaptatur.
Quis mihi det te fr̃em meum ſugẽtem
ubera mr̃is meæ, ut inueniam te foris, et
deoſculer? Cũ hac igr̃ iucũditate ingre
dientib. cunctis ciuitatem ſctãm contẽ-
plare rogo, ĩter ſingulas familias q̃ pia
fuerit ac ſctã contentio, cũctis deſiderã
tibus eius ſibi pñtiam dulciſſimã indul-
geri. Hæc fœlix q̃ uicit. Forte ob hanc
cãm conſũmatis oĩb. cum redirẽt, remã-
ſit puer Ieſus in Ierl̃m: & non cognoue-
runt parentes eius, arbitrantes .n. unuſ-
qſq; ꝙ eſſet cum altero, utpote q ama-
bat̃ ab oĩb. & ab oĩb. petebat̃. Non co-
gnouerunt parentes eius ꝙ abeſſet, do-
nec itinere diei expleto, ꝑ ſingulas fami
lias q̃ ſil' aſcenderant q̃reret̃ inter cogna
tos & notos. Et non inuenientes regreſ-
ſi ſunt in Ierl̃m, poſt triduum aũt inuene
runt eũ in templo. Per illud itaq; triduũ
ubi eras bone Ieſu? Quis cibũ aut potũ
miniſtrauit? Quis detraxit calceamẽta?
Quis mẽbra puerilia unguentis fouit &
balneis? Scio certe qa ſicut uoluntarie
nr̃am ſumpſiſti infirmitatẽ, ita cũ uelles
ꝓpriam oñdiſti uirtutẽ: & ita cũ uelles,
his obſequijs nõ eguiſti. Vbi ergo eras
dñe Ieſu? De his oĩb. æſtimare, uel conij
cere, uel opinari libet aliqđ: affirmare ãt
temere nihil licet. Quid dicã deus me⁹?
an ut te ꝑ oĩa nr̃æ conformares paupta
ti, & in te humanæ naturæ calamitates
ſuſcipes, q̃ſi unus è turba pauperꝝ ſtipẽ
ꝑ oſtia mẽdicabas? Quis dabit me buc
cellaꝝ illaꝝ ſic mendicataꝝ participẽ
fieri, uel ſaltẽ diuini illius edulij reliquijs
ſaginari? Sed ut ad ſublimioris opinio-
nis ſecreta uertamus, prima forte die
pr̃nis ſe uultib. pñtauit: non ut conſede
ret, ſed ut ordine ſuſceptæ diſpenſatiõis
pr̃nam uocẽ conſuleret. Nõ abſurda ur̃
talis opinio, ſi æſtimet̃ ꝙ dei filius d̃ his
q̃ in diuina natura ſil' ipſe cũ pr̃e & ſpũ
ſctõ coæq̃lis & conſubalis utriq; diſpo
ſuerat, in forma ſerui quam ſuſcepat, hõ
paruus deum magnum conſuluerit: nõ
ut diſceret, qđ ipſe cum pr̃e ĩ forma dei
æternal'r nouerat, ſed ut ipſi pr̃i ꝑ oĩa de-
ferret, obedientiã offerret, p̃ferret humi-
litatẽ. Ibi igr̃ ĩ illo ſecreto cubiculo pr̃is
de baptiſmate ſuſcitãdo, de eligẽdis di-
ſcipulis, & cõdẽdo euãgelio, de miracu
lis faciẽdis, poſtremo d̃ tolerãtia paſſio
nis, de reſurrectionis glĩa, cũctis diuino
mõ diſpoſitis, altera iam die angelicis
& archangelicis choris ſuauitatem ſui
uultus indulſit: referenſq; antiquã ciuiũ
ſupnoꝝ ruinã poſt modicũ reparandã,
uniuerſam lætificauit ciuitatẽ dei. Iam
tertia die ſe cuneis pr̃iarchaꝝ & ꝓphe
taꝝ imiſcens, ea q̃ à ſctõ ſene Simeone
dudum audierant, ꝓprij uultus manife-
ſtatiõe approbauit. Sicq; expectatiõis
illoꝝ moras, iſtãtis iã redẽptiõis ꝓmiſ-
ſiõe cõſolãs, aĩæquiores atq; alacriores
reddidit uniuerſos. Meritò igr̃ poſt tri-
duũ iuenit̃ ĩ tẽplo ĩ medio doctoꝝ & ſe-
nioꝝ, ut pr̃næ pietatis d̃ hoĩm repatiõe
cõſiliũ ſicut ãgelis & ſctis carne exutis
q̃tũ uidebat̃, ꝓpalauerat: ita in oĩm lo-
coꝝ ſacratiſſimo tẽplo Hieroſolymiti-
co, & his primò q p̃tioſiſſimũ h⁹ ꝓmiſ-
ſionis: theſauꝝ in ſacris lr̃is cõſeruabãt,
paulatim incipet reſerare, primũ audiẽs
& interrogãs, deĩde ſacratiſſima myſte

ria ꝓdens. Deniq; mirabant̃ oẽs ſuper
prudentia & rñſis eius. Data eſt hęc pue
ris & adoleſcentibus humilitatis & re-
uerentiæ forma, ut in medio ſenioꝝ ta-
ceant, ut audiaut, interrogẽt & diſcant.
Indica mihi dilectiſſima dña mea mater
dñi mei, qd tibi fuerit animi, qd ſtupo-
ris, qd gaudij, cũ dulciſſimũ filiũ tuum
dñm Ieſum inuenires, nõ inter pueros,
ſed inter doctores: cũ oĩm oculos ĩ ipm
intẽtos, oĩum cerneres aures ad ipm ere
ctas: cũ de prudẽtia eius & rñſis puſilli
& magni, docti pariter & indocti loq̃-
Cant. 3. c rent̃. Inueni, inqt, quẽ diligit aĩa mea: te-
nebo illũ, nec dimittã. Tene ô dulcis do
mina, tene quẽ diligis, & triduanã eius
abſentiã multiplicatis delicijs recõpen
Luc. 2. g ſa. Fili qd eſt, ꝙ feciſti nobis ſic? Ecce pr̃
tuus & ego dolẽtes q̃rebamus te. Iteꝝ
dña mea dico: Quur dolebas? Credo
nõ famẽ, nõ ſitim, nõ inediã timebas pue
ro, quẽ deũ noueras: ſed tm̃ ſubtractas
uel ad modicũ ineffabiles pñtiæ ei⁹ de-
licias querebaris. Tã.n. dulcis eſt dñs
Ieſus guſtãtibus eũ, tã ſpecioſus ad uidẽ
dũ, tã ſuauis ad amplectendũ, ut breuis
eius abſentia, maxima doloris materia
ſit. Quid eſt ꝙ me q̃rebatis? Neſcieba-
tis qa ĩ his q̃ patris mei ſunt oportet me
eſſe? Iã hic cœleſtiũ myſterioꝝ, in qbus
ꝑ triduũ fuerat, obſeratũ incipit reſerare
ſecretũ. Vt humilitatis & obediẽtiæ, ſi-
mulq; ꝓprię uolũtatis deſerẽdę, ſenioꝝ
p̃ceptis, ẽt utilibus p̃termiſſis, obtẽperã
di expſſius & excellentius cõmendaret
exemplũ, his ſublimibus, tã utilibus, tã
deniq; neceſſarijs p̃termiſſis, ſenioꝝ ſe
ſubdit uolũtati, ut ait euãgeliſta: & de-
ſcẽdit cũ eis, & erat ſubditus illis. Sed
qd eſt ꝙ ait euãgeliſta. ſ. ꝙ ipſi nõ intel
lexerũt uerbũ qđ locutus fuerat? Non
Ibidem hoc de Maria dictũ arbitror, q̃ ex quo
ſpũſſctũs ſupuenit in eã, & ei uirtus altiſ
ſimi obũbrauit, nullũ filij cõſiliũ potuit
neſcire, ſed cæteris neſciẽtibus ſiue non
intelligẽtibus qđ dixerit, Maria ut ſciẽs
& intelligẽs cõſeruabat oĩa uerba hæc
cõferẽs in corde ſuo. Memoria cõſerua
bat, meditatione ruminabat, & hæc cũ
cæteris q̃ de eo uiderat & audierat, con
ferebat. Ita ẽt beatiſſima uirgo tũc miſe
ricorditer ꝓuidebat nob̃, ne tã dulcia,
tã ſalubria, tã neceſſaria ꝟba, aliq̃ negli
gẽtia laberent̃, & ꝑpea nec ſcriberent̃,
nec p̃dicarent̃, & ſic ſequẽtes h⁹ ſpũalis
mannæ delicijs fraudarent̃. Oĩa igr̃ hęc
uirgo prudẽtiſſima fidel'r cõſeruauit, ue
recũde tacuit, opportune ꝓdidit, & ſan
ctis diſcipulis & apl'is p̃dicãda cõmiſit.
De his uero q̃ ſequunt̃: Ieſus ꝓficiebat
ætate & ſapia & gr̃a apud deũ & hoĩes:
multi multa dixerũt, & diuerſi diuerſa
ſentiũt, de quoꝝ ſententijs non eſt nr̃m
iudicare. Alij aĩam xp̃i ex quo creata ẽ
& aſſumpta in deũ, æqualẽ cum deo ſa
piam habuiſſe putarũt. Alij quaſi crea-
turã creatori adæq̃re timentes, ſicut ꝑta
te, ita & ſapia ꝓfeciſſe dixerũt, euange-
liſtę innitẽtes authoritati, q̃ ait: Ieſus aũt
ꝓficiebat ætate, & ſapia, & gr̃a. Nec
miꝝ, inqunt, ſi minor dicat̃ fuiſſe ſapia,
cum mortalis atq; paſſibilis, atq; ꝑ hoc
beatitudine minor tũc fuiſſe ueraciſſime
p̃dicetur. De hoꝝ ſententijs iudicet qſ-
que ut uelit. Mihi ſufficit ſcire & crede-
re dñm Ieſum, ex quo cũ deo in unã eſt
aſſumptus ꝑſonã, fuiſſe ꝑfectũ deum, ac
ꝑ hoc ꝑfectam ſapiam, perfectam iuſti
tiam, perfectã beatitudinẽ, ꝑfectam fuiſ
ſe uirtutẽ & eſſe, & qcqd de eo ſecundũ
ſubſtantiã dici põt, de eo potuiſſe dici
ẽt cum in utero fuiſſet matris, non am-
bigo. Nec iõ aut reſurrectionẽ, aut mor
talitatẽ, aut paſſibilitatẽ abrogam⁹: cũ
eũ non phantaſticẽ, ſed uere hoĩem eſſe
cõfiteamur, & ueram hoĩs fuiſſe natu-
rã, in qua potuit ꝓficere. Vtrũ ætate aut
ſapia, ipſi uideãt q de hmõi contendere
norunt. Tu aũt fili, q̃õnes non quæris,
ſed deuotionem: nec un̄ lingua acuatur,
ſed un̄ aĩus excitetur. Et ꝑpea his quæ
ad hiſtoriam pertinent interim præter-
miſſis, ad ſpũalem intelligentiam enu-
cleandã, ſicut ipſe de quo loqmur, inſpi
rare dignabit̃, trãſeamus. Nũc redeũdũ
eſt ad te fili chariſſime, cuius aĩus eſt cõ
formari xp̃o, & ueſtigijs Ieſu arcti⁹ inhæ
rere, ſi forte ſufficiam de euangelica le
ctione

ctione tuum tibi explicare profectum,
ut hoc ipm legas in his ſchedulis, qđ in
teipſo ſuauius expiris. Credo.n. te trãſ-
iſſe ad Nazarenas de Bethlehemitica
paupꝑtate diuitias, & iam duodẽnem ef
fectum, de florib. Nazarenis ad fructus
Ieroſolymiticos aſcendiſſe, ubi nõ tam
in codicib. quam in ꝓprijs morib. hæc
myſtica ualeas lectitare. Sicut.n. Beth-
lehẽ ubi Xp̃s paruulus & paupꝑ naſcit̃,
bonæ uitæ eſt ĩchoatio: ſicut Nazareth
ubi nutrit̃, uirtutum eſt exercitatio: ita
Ieruſalẽ ad quam dñs aſcendit, eſt cœle
ſtium ſecretoꝝ contemplatio. In Beth-
lehẽ.n. paupeſcit, in Nazareth diteſcit, ĩ
Ieruſalem affluit delicijs. Paupeſcit qp-
pe ꝑfecta mundi abrenunciatione, dite
ſcit uirtutũ ꝑfectione, & delicijs affluit
ſpũaliũ ſapoꝝ dulcedine. Aſcendendũ
qppe eſt à conualle plorationis, inter
aſꝑa tentationis, ꝑ plana exercitij ſpũa
lis ad alta luminoſæ contẽplationis. In
Bethlehem nouę conuerſationi dedicat̃
infantia, q̃ rõnis impotens neminem lę
dit, neminẽ fallit, libera cupiditatis, ſuæ
uoluntatis inſcia, neminem iudicat, nul-
li detrahit, nihil cupit, nec de pñtib. an-
xia, nec de futuris ſolicita, alieno tm̃ ſu-
1. Cor. 3. d ſtentat̃ iudicio. Hanc nobis infantiam
uas electionis cõmendans, ſiqs (ait) in-
ter uos ſapiens uoluerit fieri, ſtult⁹ fiat,
Mat. 18. a ut ſit ſapiens. Et dñs in euangelio: Niſi
cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut par-
uuli, non intrabitis in regnum cœloꝝ.
Hac itaq; q̃libet aĩa initiata ĩfãtia, poſt
Herodianas ꝑſecutiones ſi cœpint in ea
q̃ſi in agro fertiliſſimo uirtutum flores
ubiq; pullulare, nõ ĩmerito Nazareth,
q̃ flos interp̃tat̃, q̃ſi ſeptẽnis inhabitans
duodecimũ annũ fœliciter expectabit.
Primo qdem neceſſe eſt ut ager cordis
nr̃i pc̃tõꝝ nr̃oꝝ recordatione & infir-
mitatis nr̃æ conſideratione inſtercoret̃,
deinde tentationum uomere multiplici
fatiget̃, ut ſic uirtutũ ſemina flores pa-
riant ſpũalium exercitioꝝ. Ergo illũ, à
quo iam ſpũs timoris uitia antiq̃ & in-
olitas cupiditates reſecauerit: unius an
ni pueꝝ exiſtimato. Si deinde mitẽ eũ
& obedientẽ ſpũs pietatis effecerit: biẽ
nẽ ſpũal'r iudicato. Iam ſi ſpũs ſciæ ſuæ
infirmitatis cognitionẽ, & auxilij diui-
ni deſiderium infuderit: triẽnẽ non dubi
tes acceſſiſſe. Quem ſi contra tentatio-
nes & carnales delectationes, quæ mi-
litant aduerſus aĩam, ſpũs fortitudinis
ĩmobilẽ reddiderit ac robuſtũ: annoꝝ
q̃uor pueꝝ admirare. Accedat ſpũs cõ
ſilij, & uirtute diſcretionis qnquẽnẽ fa-
ciet. Cui ſi ſpũs intelligentiæ meditatio
nẽ ſacrę legis indulſerit, ad ſexti anni æ-
tatẽ fœlici ꝓgreſſu ꝑuenit. Septimũ an-
num ſpũs ſapiæ aduehit, q̃ de legis diui
næ meditatione ꝓcedit. Quatuor uerò
uirtutes cardinales q̃ſi q̃tuor ẽt annoꝝ
lucem aĩæ inuehunt ꝓficienti, qb. nihil
eſt in uita utilius hoĩb. ſicut de ipſis ſcri
ptum eſt. Sobrietatẽ.n. docet, & prudẽ
tiam & iuſtitiam & uirtutem, qb. nihil
eſt utilius. hæ ſunt p̃cedentium uirtutũ
moderatrices, ſine qb. cæteræ nec hone
ſtè hr̃i, nec ꝑſeueranter pñt ſeruari. Agit
.n. ſobrietas, q̃ alio noĩe tẽꝑantia dr̃, ne
ſit ipſaꝝ uirtutũ ĩmoderata ꝓgreſſio.
Prudentia ne ſit eaꝝ indiſtincta confu-
ſio. Iuſtitia ne ſit uirtutum uſus ĩmode-
ratus. Virtus q̃ fortitudo dr̃, ut ꝑſeuerã
ter eaꝝ teneat̃ affectus. Seq̃t ann⁹ duo-
denus, iſq; contẽplationis, q̃ ad ipſam
cœleſtem Ierl'm aĩam ſubleuat æſtuãtẽ,
q̃ cœlum reſerat, q̃ portas Paradiſi apit,
q̃ ſponſum ipm, ſponſum ſpecioſum for
ma p̃ filijs hoĩm, q̃ſi per cancellos ꝓſpi
cientem puris mentis oculis exhibet cõ
templandũ, ut uocẽ illã ſuauiſſimã me-
reat̃ audire, Tota pulcra es amica mea, Cant. 4. b
& macula nõ ẽ ĩ te. Immaculata ſordib.
pc̃tõꝝ uel paſſionũ, euolãs à retib. oc-
cupationũ, oblita mœroꝝ ptõꝝ, euane
ſcẽtib. imaginib. exterioꝝ creatoꝝ, cor
dis ſui faciẽ ad cernẽdũ quẽ diligit, ſum
ma auiditate ſuſtollit. Et iõ audit: Tota
pulcra es amica mea, & macula nõ eſt
in te. Fauus diſtillãs labia tua. Hyems,
inqt, trãſijt, imber abijt & receſſit, flores
apparuerũt ĩ terra nr̃a. Hi ſũt flores odo
riferi nimiꝝ, licet adhuc ĩ q̃dã nouitate
uirtutes, q̃ poſt hyemẽ ꝑſecutionũ, & ĩ-

brem tentationum, in agro pctōris bñ
ꝓficientis fœliciter oriunť: quarꝝ Xp̄s
decore ſil' & odore delectatus, ab infe-
riorib. eam ad ſupiora inuitans, hyems,
ingt, tranſijt: imber abijt & receſſit, flo-
res apparuerunt in terra nr̄a. Et qm̄ ꝓ
gemitu compunctionis apiť uita contē
plationis, adiecit in ſequentib. Vox tur-
turis audita eſt in terra nr̄a. Recole fili
qd ſoleas in angulis ſuſurrare, cum. ſ. ad
inſtar turturis, q̄ auis caſtiſſima eſt, ſoli-
uaga & gemebunda, latebras q̄ris, &
licet inter multos conſtitutus, ſolitudi-
nem tibi ædificas quotidianam, qm̄ ge
mis, qm̄ æſtuas, qm̄ q̄ris quē diligit aīa
tua, & amoris uim patiens, iam optas
uidere quē amas, quē nunc blandiris, et
nunc ad amoris & deſiderij intentionē
ſuauiter indagas. Nunc moras accuſas,
nunc te cernis contēptū, nunc te uiſita-
tione confiteris indignū, & iterꝝ de eius
toties exptus bonitate p̄ſumis. Nūc q̄ſi
ulterius non ſuſtineas, ſpūali quodā liti
gio uel luctamine euincere retardantē
conaris. Quæ tunc lacrymæ? Qui gemi-
tus? Quæ ſuſpiria? Quę uoces? Nūc ocu
li fletu graues, cū intimis ſingultib. eri-
gunť ad cœlū: nunc manus extēdunť &
brachia: nunc pectoris tunſione aīæ tar
ditas accuſať. Proferunť interim uerba
ſine principio, ſine fine, quorꝝ nec ſnīæ
cohærēt ſibi, nec rōnes ſil'es ſunt, nec ali
cuius linguæ ſenſus uel idioma ſeruať,
qñ uox aliqñ rñdet affectui, & iterꝝ uo
cem affectus intercipit. Gaudet certe
piꝰ ille Ieſus tali certamine ſupari, & ta
lis aīæ tali Inſtantia delectatus, ad cir-
cunſtantes angelos gl'iať. Vox turturis
audita eſt in terra nr̄a, in terra uiuentiū.
Vox talis aīæ ſic æſtuantis audiť, cū ta-
lis deſiderij odor ſuauiiſſmus uniuerſam
demulcet ſuauitatē dei. Sic tibi in angu
3.Re.19. b lo q̄ſi Eliæ in ſpelunca, primo trāſit ſpūs
grandis ſubuertens montes, & cōterēs
petras. Non in ſpū dn̄s: Et poſt ſpm̄ cō
motio, ſed nō i cōmotione dn̄s. Et poſt
cōmotionem ignis, ſed nō in igne dn̄s.
Poſt ignem ſibilus auræ tenuis, & ibi
dn̄s. Hi ſunt qdam gradus per quos in

orone mens compuncta cōſcendit, q̄ſi
uirgula fumi ex aromatib. myrrhæ &
thuris, & uniuerſi gn̄is pulueris pigmen
tarij. Sed hæc tibijpſi non tam inueſti-
ganda, q̄ ipſa tua orone aīaduertenda
cōmitto. Diligenter ergo attendas cū
q̄ primum difficultate nonnunq̄ ingre-
deris cubiculū pectoris tui, ut inuenias
tibi ſpeluncam, in q̄ quodāmō ſepelia-
ris ab oib. q̄ mundi ſunt, & ores prēm
tuū in abſcondito. Vr̄ aliqñ cor in mo-
dum ſilicis duriſſimæ. Vr̄ q̄ſi mōs aliqs
interiacens interiorē aſpectū ab oibus
ſpūalib. excluſiſſe, donec ſpūs grādis ꝑ-
tranſiens ſubuertat montes, & cōterat
petras ante dn̄m. Quē nimirꝝ ſpm̄ ſeqť
cōmotio, qm̄ mens q̄dam compunctio
ne reſoluiť, & fluentib. lacrymis qcqd
in ſe ſordidum eſt, uel aduerſum cōme-
morat, interiori cōtritione detergit. Vñ
orta ſpe igne ineffabilis deſiderij exar-
deſcit, et ſpūale quoddā certamē init cū
deo, donec ſibilꝰ aurę tenuis illapſus p̄-
cordijs leni tactu ꝑſtrigit affectū, cūctis
cogitationib. cūctis motib. cūctis diſſē
ſionib. cūctis uerbis ipōnēs ſilētiū, uſq;
ad ipſas Ierl'm cœleſtis delicias animā
ſubleuat cōtēplatiuā. Tunc ille diu q̄ſi-
tus, toties rogatꝰ, tā ardēter deſideratꝰ,
ſpecioſus forma p̄ filijs hoim, q̄ſi ꝑ cācel-
los ꝓſpiciēs iuitat ad oſcula, ſurge, iq̄ēs,
ꝓpa amica & ueni. Tūc igrediēs Ierl'm
trāſit in locū admirabilē uſq; ad domū
dei, in uoce exultationis & cōfeſſionis.
Tunc amplexus, tunc oſcula, tunc inue
ni quem diligit aīa mea. Tenui illū nec Cant.3
dimittā. Tunc i Ierl'm affluit delicijs, &
fruiť bonis, & diē feſtū cū exultatione
colit. Obſecro itaq; fili chariſſime, me-
mēto mei cū bñ tibi fuerit, ut ſuggeras
dilecto tuo, regi tuo q eſt in ſctō, ut edu
cat me de iſto carcere, de his tenebris, d̄
his uinculis, ut tādē aliqñ reſpirē i prio-
ris gaudij libertatē. Sētiā & ego q̄ ma-
gna multitudo dulcedinis illius, quam
abſcōdit timentib. ſe. Sed heu, heu, rara
hora, & parua mora fœlix, q̄ triduo po
terit cōmorari i his delicijs. In his trio.
dieb. cōtēplatiōis lucē nō icōueniēter i-

telligo, qm̄ quicqd de deo poterit mēs
illuminata ſentire, aut ad potentiā eius,
aut ad ſapiam, aut ad bonitatem credi-
mus ꝑtinere. Cerniť itaq; dn̄s Ieſus, ali-
qñ fortis & potens in p̄lio, ut ſcias te ul'
ut ſentias te ſi dilexeris eum contra mū
dum, contra diabolū, contra oēm prin-
cipatum & ptātē, eius dextera ꝓtegēte,
cui reſiſtere nemo pōt, ſub quo curuanť
q portant orbē, q ſi tenuerit aquas, oīa
ſiccabunť: ſi emiſerit eas, euertet terrā.
Si igr̄ ſpūs ptātem hn̄s aſcenderit ſuper
te, ſi ſtimulos acedię exagitauerit, ſi acu
leos diuerſarꝝ paſſionum accenderit, ſi
aduerſum te cōmouerit mundū, ſi inflā
mauerit ꝑſecutiōes, ſi times, ſi trepidas,
ſi ꝑ ſingula momēta uinci formidas, &
ita ad Ieſum tuū anxius curris, ploras,
exponis pericula, opem flagitas: adhæ-
ret tibi quē diligis, in ſpecie potētiſſimi
regis, & ſcd'm oronem S. Dauid appre
hendet arma & ſcutum, & exurget in
adiutorium tibi: audieſq; ne timeas à fa
cie eorꝝ, qa ego tecum ſum. At ſi ſecre-
torꝝ cognitionē, uel cuiuſuis alicuius ſo
lutionem tibi deſideras reuelari, ſi mun
danæ confuſionis cās & rōnes anxius
admiraris, ſi mouenť pedes tui, qa pacē
pctōrꝝ uides, q in labore hoim nō ſunt,
& cum hoib. non flagellanť: q̄ris diuer-
ſorium ubi cum Ieſu ſolus cum ſolo fa-
buleris, clamas cum Ieremia: Iuſtus q-
dem tu es dn̄e, ſi diſputē tecum. Verūtn̄
Hier.12. a iuſta loquar ad te. Qr̄ uia ipiorꝝ ꝓſpať?
Sic itaq; q̄renti adhæret ille magr̄, q do
cet ſolus hoiem ſciam, hēt clauē ſapiæ,
& apit, & nemo claudit: claudit, & ne-
mo apit. Aderit in ſpecie doctoris ſua-
uiſſimi, in cꝰ dextera ignea lex, ut te illu-
minatione cognitione & charitate q̄ ex
legis meditatione ꝓcedit, inflāmet. Por
rò in ſiniſtra eius uirga æqtatis, uirga re
gni, ut & q̄rentis p̄ſumptionē arguat, et
curioſitatē cōpeſcat. Poſtremo ſi hæc
oīa etſi magna, etſi ſplendida, etſi ſubti-
lia: uniꝰ tn̄ oſculi deſiderio ſuauiſſimorꝝ
labiorꝝ illius, uno tm̄ tactu nō faſtidias,
incipiaſq; q̄rulis uocib. clamare cum ꝓ
pheta: Quæſiui uultum tuum, uultū tuū
dn̄e regrā. Quis mihi det te frēm meū

ſugentē ubera mr̄is meæ, ut inueniā te
foris, & deoſculer te? ueniet certe tibi i
odorē unguentorꝝ, & aromatum, ſicq;
cœleſte & diuinū quoddā tremēti im-
primens oſculum, oīa uiſcera tua ineffa
bili iucunditate ꝑfundet, ut clamare de
lectet: Diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis. Cū
legem & ꝓphetas legis, aīaduerte dili-
gēter, & inuenies ipſas aptiones, & cō Pſal.44.a
templationes multoties in figuris & æ-
nigmatib. qbuſdā deſignatas. Sunt. n.
multa gn̄a contemplationis, ac ſpūaliū
uiſionū, q̄ tn̄ oīa uel ad dei potentiā, uel
ad dei ſapiam uel ad dei benignitatē ꝑ-
tinere noſcunť. Nā ſi cogiteť deus reſpe
ctu oim ut cā, quorundā ut ſint, quorū-
dam aūt ut rōnales, ac ꝑ hoc ſapię capa
ces ſint, multorumq; ut bti ſint: primū
potentiæ, alterum ſapientiæ, ultimum
aſſcribam bonitati. Potentiæ quidem
eſt quòd ſine ipſo nulla creatura ſub-
ſiſtit: Sapientiæ, quòd ſine ipſo nul-
la doctrina inſtruitur. Bonitatis, q ſine
ipſo nullius rei uſus expedit. Apud ipm̄
ſecura ſunt oīa, cū nihil ſit, quo eius tur-
bari poſſit potentia. In ipſo creata ſunt
oīa, cꝰ non pōt falli ſapia. Ex ipſo recta
ſunt oīa, cꝰ natura nulla pōt deprauari
malitia. Ergo in rerꝝ creatura contēpla-
mur eius potentiā, in forma ſapiam, bo-
Ioan.1.b uos facere credẽtes. Verbũ caro factũ
eſt,& habitauit in nobis.Caro factus ẽ
carnalibus,ſicut ſpũs angelicis ſpiritib.
Agnoſcat eum caro in carne,hõ in hoĩe.
Agnoſcat,inq̃,& imitet̃,ut eum uidere
mereat̃ in maieſtate,q̃a ꝑ humilitatẽ ꝑ-
Rom.8.c tinget ad ſublimitatẽ. Si.n.cõpatimur,
2.Tim.2.b & cõregnabimus:ſi cõmorimur,& con
uiuemus.Agnoſcam⁹ eũ,inq̃,ſcd̃m car-
nẽ,donec calcatis motibus carnis,& o-
mnibus extinctis uel deuictis carnalib⁹
2.Cor.5.d deſiderijs poſſimus dicere cũ aplo:Et ſi
cognouimus eũ ſcd̃m carnẽ, ſed iã non
nouimus. Licet.n.glorioſum ſit uidere
uel ĩ memoria hr̃e ẽt ſcd̃m carnẽ ſpecio-
ſum forma p̃ filijs hoĩm,magis tñ ꝓpo-
nit̃ nobis caro eius ad medelã q̃ ad glo
riã,ad neceſſitatẽ q̃ ab beatitudinẽ.Al-
tera ſiq̃dẽ collata eſt beatitudo aĩæ, cui
nihil creatũ ſufficere põt,ẽt ſi cum terra
cœlũ poſſideret.Nec ſatiari põt eius cu
piditas,donec eũ hẽat cui⁹ imago eſt,q̃
ſolus p̃t implere angulo cupiditatis ſuę.
Sicut aũt mediator nr̃ duas naturas,hu
manitatẽ uidelicet & diuinitatẽ cõiun-
xit in una ꝑſona,ita ſingula eius oꝑa ad
hãc ſiue illã neceſſe eſt ꝑtinere naturã.
Ad hãc ſiq̃dẽ miſeria, ſed ad illã ꝑtinet
potẽtia.Quicq̃d ergo miſeriæ paſſus eſt,
ex hoĩe cõtraxit.Quicq̃d potẽter oꝑat⁹
eſt,à pr̃e habuit.Humanitate igr̃ & di-
uinitate altrinſecus poſitis,duo hẽs me-
dia,paſſionẽ,& reſurrectionem. Illa eſt
m̃iæ & miſeriæ:iſta eſt potentiæ.Vis an
nũtiari inter pẽnas colũbæ.i.inter perfe
ctos ſanctæ eccl̃iæ,quorꝝ uidelicet exẽ-
plo infirmi roborant̃, deꝑſſi ſubleuant̃?
Dormias neceſſe eſt iter medios cleros,
.i.inter paſſionẽ & reſurrectionem,hinc
ſtipatus fructibus,hinc fulcitus florib⁹.
Fruct⁹ ad paſſionẽ,flores ad reſurrectio
nẽ ꝑtinent.Quæ ſeminauerit hõ,hæc &
metet.Qui ſeminat ĩ carne,de carne me Gal.6.b
tet corruptionẽ. Seminauit uetus hõ in Ibidem
carne,meſſuit poſtmodũ corruptionẽ.
Quã?Paſſionẽ xp̃i.Niſi.n.uetus hõ trãſ-
grederet̃,nouus nõ pateret̃. O ꝓfundũ
& inſcrutabile redẽptionis nr̃æ cõſiliũ.
Vere diligentibus deũ oĩa cooꝑantur in Rom.8.c
bonũ.Dñe Ieſu Chriſte,ſi inobedientia
Adæ cooꝑata eſt nobis in bonũ, & tm̃
tamq; mirificũ bonũ,ut tu fieres corru-
ptibilis,tua obediẽtia in q̃d bonũ nob̃
cooꝑabit̃?Profecto ut hõ fiat incorru-
ptibilis.Si ſeminãtes in carne, tuã meſ-
ſuimus corruptionẽ: ſeminantes in ſpũ,
nr̃am metemus incorruptionẽ.Oĩm er-
go tꝑm,q̃ ſub cõuerſatione ueteris hoĩs
trãſegim⁹,fruct⁹ nr̃ eſt paſſio xp̃i:cui de
bemus configurari,mortificationẽ eius
circũferẽtes in carne nr̃a mortali. Vnde
ſicut ab initio cõuerſationis,ita ab initio
p̃dicationis ſuæ ꝓpoſuit nobis pñiam.
Agite,inq̃t,pñiam,qm̃ appropinq̃bit re Mat.3.a
gnum cœlorꝝ. Magnã refectionẽ ſenſe- Pſal. 41.a
rat,q̃ de fructu pñiæ dicebat: Fuerũt mi Pſal. 79.b
hi lacrymæ meæ panes die ac nocte.Et Pſal.59.d
alibi: Cibabis nos pane lacrymarꝝ,&
potũ dabis nob̃ in lacrymis in mẽſura.
Et iterꝝ:Potaſti nos uino cõpunctionis.

Qr̄ ergo nō dixerim pniam meſſem uel
fructū,quæ panis uocat̃ & uinum?Fru-
ctus ille amarus eſt,ſed ſalubris:qa pnia
amara eſt quidē ad tolerandū,ſaluber-
rima aūt ad cōualeſcendū.Proinde fide
lis aïa q̄ retro ſunt obliuiſci deſiderans,
& ad anteriora extendi:his fructibus ſti
pari & roborari deſideret,q̄tenus ipſis
interpoſitis ad ſecularia deſideria car-
niſq; illecebras nō poſſit reflecti. Sicut
aūt tp̄alitatem uetuſtatis nr̄æ recolētes,
finē eius & fructū habemus pniam : ita
æternitatē nouitatis nr̄æ meditādo pr̨-
currētes,quandā gaudioꝝ ſentimus fra
grantiā:q̄ merito floribus cōparatur,qa
uiſo flore ſpes fructus cōcipit̃,ſicut & ꝑ
hoꝝ ꝑguſtationē gaudioꝝ certius aïa-
mur ad expectationē futuroꝝ. Qđ.n.
Rom. 8.c nō uidemus,ſperamus: vñ & ꝑ patien-
tiam expectamus. Tēporis ergo ꝑteriti
fructus eſt cōpunctio,æui futuri flos eſt
deuotio. Dormias ergo neceſſe eſt inter
medios cleros.i.inter paſſionē & reſur-
rectionē,inter fructū & florē, inter cō-
punctionē et deuotionē. Qui ſunt q dor
1. Cor.7.e miunt? Qui flēt,tanq̄ nō flētes : qui gau-
2.Cor.6.b dent,tanq̄ non gaudētes:q utuntur hoc
mūdo,tanq̄ nō utantur:q ut ſeductores
& ueraces:ſicut q ignoti & cogniti,per
ignominiā et bonā famā,tam ꝓſpera q̄
aduerſa huius uitæ tranſeūt ac ſi nō ſen-
tiant. Btūs ſiquidē ppl's cui etiam in hoc
mūdo relictus eſt ſabbatiſmus. Qui dor
mit,expoſitus eſt,nullā ſui curā gerens,
1.Pet.5.b & tñ qeſcit. Ita & nos oēm ſolicitudinē
nr̄am in eū ꝓijciētes,tā in aduerſis q̄ in
ꝓſperis exponamur,tā ꝑ plana q̄ ꝑ aſpe
ra ducatui illius cōgratulātes: qui ideo
inclinauit cœlos & deſcēdit, ut reduce-
ret nos in uiā rectā,ut de loco ꝑegrina-
tionis iremus in ciuitatē habitationis.
Si hæc uia ardua eſt & ſtricta, ne defi-
cias,qa eo tutior & rectior eſt. Porrò ꝑ-
uius tuus fortis et pius eſt paratus utiq;
in defectu tuo te ſacris in humeris collo
care,& te portare ad gregē:qa q dux et
dn̄s tuus eſt,ipſe etiā & aſinus tuus eſt.
Gen.49.b Iſachar aſinus fortis & poſteriora dor-
Pſal. 76.c ſi eius in pallore auri. Ipſe dorſum nr̄m

cui imponant̃ onera cæteris mēbris im-
portabilia,ſicut & hœdus nr̄ emiſſarius
ipſe eſt,cui impoſita ſunt pctā nr̄a, qa
uere lāguores nr̄os ipſe tulit,& dolores Eſa.53.b
nr̄os ipſe portauit. Hinc ergo in memo-
riā reuoluētes paſſionē xp̄i,oïa blādimē
ta mūdi ut ſtercora reputemus, ut paſ-
ſionibus xp̄i cōformemur:inde ſpe tenē-
tes firmiter gloriā reſurrectionis, ne de-
ficiamus ſed gloriemur in tribulationi-
bus,qa paſſiones h⁹ tp̄is condignæ non Rom.8.d
ſunt ad futurā gloriā q̄ reuelabit̃ in no-
bis. Ager ergo pauꝑtatis merito plenus
dr̄,quē ſiľ & uer decorat floribus,& au
tumnus replet fructibus. Cui merito pr̄
cōparat filiū ſuum dicēs. Ecce odor filij Gen.27.d
mei ſicut odor agri pleni. In quo nimiꝝ
oïs ꝑfectio pauꝑtatis,& uirtutū plenitu
do ſuꝑabundauit, ita ut de plenitudine Ioan. 1.b
eius oēs accipemus. Cū.n.diues eēt, ꝑꝑ 2.Cor.8.b
nos factus eſt egen⁹, ut illius ditaremur
inopia. Ager iſte aqs irriguus,floribus
redolēs,& abundās fructibus,theſauꝝ
hēt in ſe abſcōditū, uidelicet cōtinentiā
carnis. Pretioſus ſiqdē theſaurus eſt poſ 1.Teſ.4.a
ſideres uas ſuū i ſanctificatione et hono
re,nō in paſſione deſiderij,ſicut gētes q̄
ignorāt deū. Noli q̄rere theſauꝝ hūc in
ter ſpinas & tribulos ſcl'aris illecebræ,
nec in ſyluis ruditatis antiq. Nō.n.i ſyl-
ua,ſed in agro abſcōditus eſt. Quæras i
agro ubi ſaturant̃ ligna cāpi, & ubi paſ-
ſeres nidificāt.i.ubi incōtinentes reſipi- Pſal.103.c
ſcūt,dignos pniæ fructus facientes, ꝓlē
gignūt,nō ſibi tm̄,ſed et alijs ꝓficientes.
Cōtinētiā tibi credas neceſſariā,ut ſpūs
ſctūs fiat in te fons aq̄ ſaliētis in uitā æ-
ternā. Aq̄ non ſurſum ſalit,ſed deſurſum
neceſſe eſt ut ueniat. Oē datū optimum Iacob.1.c
& oē donū ꝑfectū deſurſum eſt,deſcen
dēs à pr̄e luminū. Ergo qđ ſalit in uitam
ęternā,à uita ęterna ꝓfecto deſcēdit. Vñ
licet aq̄ deſurſum ueniat,niſi cōtinētē et
integrū hēat cōductū, ſurſum nō redit,
ſed diffluit. Deſcēdit in te ſpūſſctūs, uiui
ficauit aïam tuā,ut i te ſaliat i uitā æter-
nā. Cōtinēs neceſſe ē ut ſit corp⁹ tuū,q̄ti
nus obtures aures tuas ne audias ſangui
nē,& claudas ocl'os tuos ne uideas ma- Eſa.33.c

SERMO DE VERBIS SAPIENTIAE.

lū,ne gr̄a de ſuꝑis tibi collata, ꝑ minus
circunſpectos ſenſus tuos foris effluat,
ſpū tuo diffuſo in uanitates & inſanias
falſas. Nota aliud eē cōtinētē, aliud ca-
ſtū. Luxurioſus & caſt⁹ ſibi repugnant.
Luxurioſi eſt mot⁹ ſentire,& motib⁹ cō
ſentire. Caſti ē nec mot⁹ ſentire,nec mo
tib⁹ cōſentire. Cōtinēs ē i medio utrobi-
que ſumēs participiū, cū altero cōe hn̄s
mot⁹ ſentire,cū altero motib⁹ nō cōſen
tire. Iſte exn̄s i medio dom⁹,deōrſum lu
xurioſo, ſurſum uero collatus pudico,
etſi nō i mūditia cordis ꝑambulat,tñ in
innocētia cordis decātat miam & iudi-
ciū. Iudiciū,ꝙ motus ſentiat:miam, ꝙ
motibus nō cōſentiat. Iſte nolēs dimit-
Gen. 32.g tere angelū magni cōſilij incipiēte auro
ra nouæ lucis,ſed petēs obnixe benedi-
ctionē ꝑſeuerātiæ:etſi non oïno priuari,
claudicare tñ meret̃ altero pede. Qui ſūt
duo pedes? Motus ſentire,& motib. cō
ſentire. Illđ ē naturale,iſtđ eſt criminale.
Licet ergo nōdū ignorare poſſit prauos
motus deſiderioꝝ,ſed adhuc in ipſo ui-
geat pes iſte:ꝑ gr̄am tñ ſuꝑnę bn̄dictio
nis ita eneruat̃ in ipſo pes cōſenſus q̄ti-
nus etſi ipſe trahat,ipſi tñ inniti nō poſ-
ſit. Nō eſt oïno ſine eo, qa cū repentina
cogitatione cōcurrit multoties q̈dā de-
lectatio,q̄ tñ cū ſentit̃, gemitū magis q̄
cōſenſum extorq̄t. Inuēto hmōi theſau
ro i agro pauꝑtatis,ut i tuā theſaurus re
digat̃ poſſeſsionē,uade & uēde oïa quę
hēs,& eme agrū illū. Quid ē uēde oïa q̄
hēs? Abrenūtia oïb. q̄ poſſides,exiēs ad
Ieſum extra caſtra, ut portes improꝑiū
crucis ei⁹,q̄tūs tātæ hūilitatis merito đ
nemore exiēs i q̊ iuolutę ſūt ſemitę ipio-
Pſal. 11.a rū(q i circuitu ambulāt)agrū quē ꝑdixi
mus poſſideas,i quo abiectis occupatio
nib. curiſq; ſcl'arib. corꝑe compoſito,et
corde dilatato,curras alacer uiā manda
toꝝ dei,q̄ qdē deſiderabilia ſunt & dul
Pſal. 18.a ciora ſuꝑ mel & fauū. Qr̄? Quia i cuſto
Ibidem diēdis illis retributio multa. Planè mul
Matt. 19.c ta,qa cuſtodiētib. ea debet̃ uita ęterna.
Vñ ꝟitas: Si uis,inq̄t,uenire ad uitā, ſer-
ua mādata. In hoc gradu cōtinētię in q̊
refrenas qđ đlectat,& qđ nō đlectat o-

peraris,magna tibi icūbit tribulatio:qa
dū uolūtati tuæ repugnat rō,bellū gerit̃
iteſtinū. Noli ergo torꝑe,ſed leues ocu
los tuos ad eū q habitat in cœlis, à quo
ueniet tibi auxiliū ut nō ſolū ꝑmaneas,
ſed ēt gl'ieris i tribulatiōib. Qđ tñ al'r n̄
fit niſi tibi ſapiat de⁹. Quęras ergo neceſ
ſe ē ſapiam ꝑ quā tibi ſapiat de⁹, & mū
dus deſipiat:q̄ ꝑ ꝑtioſā ſignat̃ margari-
tā:quā q iuenit hō uadit et uēdit uniuerſa
q̄ hēt,& emit eā. Vtinā guſtares & ſenti
res q̄ dulcis ē dn̄s. Vtinā guſtares panē, Sap.16.e
qđ cœlo deſcēdit, hn̄tē oē delectamētū
& ſuauitatē ſaporis. Profecto ſiqđ hr̄es,
uēderes,& cōpararés eā. Quid tñ hēs uē
dere,q oïa q̄ poſſidebas uēdiſti ꝑꝑ agrū
pauꝑtatis cōparādū,i quo theſauꝝ iue-
neras cōtinentiæ? Vide ne forte duplex De uitio
ſit poſſeſſio tua:una iterior,altera exte- propriæ
rior. Exterior ē ſcl'aris facultas, iterior ē uolūtatis.
ꝓpria uolūtas. Scl'arib. facultatib. abre
nūtiaſti,exiens ad Ieſum extra caſtra h⁹
ſcl'i,adhuc tñ rudis,& uetuſtatis tuæ te
nebris obuolut⁹,ꝓpriæ uolūtatis tuæ ui
tiū n̄ itellexeras:q̄ ꝓfecto n̄ relinq̄t̃ quo-
ties fit exterior abrenūtiatio. Citius.n.
& leuius relinq̄t̃ facultas, q̄ cupiditas
amittat̃. Vñ dn̄s n̄ quoſcūq; pauꝑes,ſed
pauꝑes ſpū dicit eſſe btōs. Qui ſunt illi? Mat.5.a
Nō oēs utiq; q hn̄t,ſed q amāt pauꝑta
tē. Paꝝ ergo oïno,imò nihil ꝓdeſt exte
rior abrenūtiatio ſine interiori uel comi
tante,uel ſubſequēte. Propria ſiquidem
uoluntas deū impugnat,& aduerſus eū
extollit̃. Ipſa eſt q̄ paradiſū ſpoliat,& di
tat infernū:q̄ ſanguinē xp̄i euacuat,& di
tioni diaboli ſubiugat mundū. Vide q̄l'r
ꝓpria uoluntas aduerſet̃ deo. Nemo p̄t Mat. 6.c
duobus dn̄is ſeruire. Nō poteris obedi-
re ſil' & diuinæ & ꝓpriæ uolūtati. Si em̄
uoluntas tua uolūtati diuinę cōcordat,
iā nō ꝓpria uolūtas eſt,ſed cōïs:non tm̄
eſt hoïs,ſed hoïs et dei. Cæteꝝ uolūtati
dei ex debito creationis tuæ neceſſario
es obnoxius. Qr̄? quia ſola uolūtas dei
certa eſt, qr̄ creauerit & recreauerit te
deus,ſicut ait apl's Iacobus: Voluntarie Iacob. 1.c
genuit nos uerbo ueritatis. Facis qđ de
bes dū obedis ei. Debitū ēt uirtutis pē-

ſum fidelr̃ perſoluis,cum eius uolunta-
tem & hẽs in deſiderio,& ſeruas in ob-
ſeqo.Ecce aũt fallente diabolo & ſenſi
bus tuis ſc̃lo lenocinante,ad ea q̃ foris
ſunt curioſe egrederis,ad quoꝝ delecta
tionem dum propriæ uoluntatis attra-
heris concupiſcentia,quodãmõ abrenũ
cias deo,ac ſi abnegans diceres:Hucuſ-
que te colui,uolũtatem tuã feci,ſed nul
lam in me deinceps hẽas fiduciam, qa
aliĳ dño ſeruire fidemq́ꝫ ſeruare ꝓpoſui.
Ecce ꝓpriæ uoluntatis iniqtate abnega
ſti deum tuũ, ſed necdũ ſufficit tibi ipſa
negatio: qnimmo impudentiſſimus p̃-
do ſubſequẽter effectus, in poſſeſſiones
eius uiolenter debaccharis,tam alimẽ-
tis q̃ꝫ indumentis q̃ p̃parauit non contẽ
ptoribus, ſed ſeruitorib. ſuis, ad tantæ
maieſtatis iniuriam impudẽter abutẽs.
Si in monaſterio es,nihil comedis,nihil
bibis,nullo indueris qđ prius non aufe
ras:dũq́ꝫ de ſacrario uictualia rapis, la-
trocinio ſacrilegium iungis: accedis tñ
ad altare, & dñicum corpus & ſangui-
nem tractans,nihil in te criminale repe
ris,q(ſi ueritas ſubtilr̃ ĩdagat̃)deum ne-
gaſſe conuinceris,ac latro ꝓbaris ac ſa-
crilegus.Seqt̃ tertiũ,qđ grauiſſimũ eſt,
quẽ abnegaſti,quẽ depdatus es,ad ulti-
mum moliris occidere. Permanens.n.
in iniqtate tua, pctm̃ tuum uis eſſe im-
punitum, in quo deum uis eſſe iniuſtũ.
Exigit.n.iuſtitia eius ut unicuiqꝫ reddat
ſcđm opa ſua.Qui.n.deum uult eſſe in-
Rom.2.a iuſtum,uult deum non eſſe deum. Et q
deſiderat non eſſe deum,nonne quantũ
in eo eſt,ipſe deum occidit? Proinde q
uẽdidiſti exteriorem poſſeſſionẽ tuã, ut
abſconditum in agro rlaris diſciplinæ
theſauꝝ continentiæ emeres, uade &
uende interiorem ꝓprietatem,longe ꝓ
fecto grauiorem ad relinquendum, &
oĩo pnicioſam ad retinendum, ut p̃tio-
ſam margaritam ſapiæ cõpares: quam
q inuenit,btũs ſi tenuerit eã.Vis eã hr̃e?
Eccl.1.d Serua mandata. Sic.n.ſcriptum eſt:Cõ
cupiſti ſapiam?ſerua mandata, & dñs
dabit illam tibi. Impende igit̃ obedien
tiã,&recipies ſapiam.Qũo.n.poſſum⁹

deo placere, aut ipſe nobis ſape, ſi eius
mandatis contẽpſerimus obedire? Vñ Mat.19.d
interroganti in euangelio adoleſcenti,
diuina cõtinuo mãdata ꝓpoſuit ſeruan-
da,oñdens in nobis faciẽdam eſſe eius
uoluntatem, a quo æternam ſperamus
retributionem. Propter qđ dicit: Non
oĩs q dicit mihi, dñe dñe,intrabit in re-
gnũ cœloꝝ.Et alibi: Quid uocatis me, Matt.7.c
dñe,dñe,& non facitis q̃ dico?Hoc or- Luc.6.g
dine debes ꝓgredi. Cõtinere nõ potes
in ſc̃lo?fuge ſc̃lm,& apphende diſci pli-
nam, ubi ꝓfecto inuenies cõtinentiam.
Iugulatis poſtmodũ p confeſſionẽ car-
nalib.deſiderĳs, de uitĳs aĩæ poteris li-
berius iudicare, de quoꝝ radicib.flagi-
tioꝝ pullulant ſurculi, & in pfectũ tur-
pitudinis corpus excreſcunt.Hæc aĩę ui Eph.6.c
tia,ſpũalia neqtię uocat apl̃s,q̃ paꝝ diſ
cernere poteras dum carnalib. occupa
baris deſiderĳs,& in eis q̃ foris ſunt de
lectabaris.Poſtq̃ꝫ ergo exteriorem de-
lectationẽ amiſeris, niſi ſẽſeris ĩteriorẽ,
diu ſtare nõ poteris. Quæ eſt illa? Viſi-
tatio ſc̃ti ſpũs.Hãc tibi auferri iuenies p
ꝓpriã uolũtatẽ.Vẽde eã,mãdatis dei di
ligẽter obediẽdo,& ꝓ ea iuenies uitam
æternã.Dicit.n.ueritas:Si uis ad uitã ue Mat.19.d
nire,ſerua mãdata. Ecce hẽs cõtinẽtiã,
q̃ corp⁹ tuũ poſſideas ĩ ſc̃tificationẽ:hẽs
ſapiam,q̃ deo placeas ĩ deuotione. Hẽs
aliqd tibi,hẽs aliqd deo: ſed qd hẽs ꝓ-
ximo?Quid ẽ qđ dicit apl̃s: Siue ſobrĳ 2.Cor.5.c
ſum⁹ uob̃,ſiue excedim⁹ deo?Quib.loq
tur?Proximo loqt̃.Qui ergo exceſſũ ſuũ
dat deo, ſobrietatẽ ſuã ꝓximo, qd ſibi
retinet? Charitas nõ q̃rit q̃ ſua ſũt.Qr̃? 1.Cor.13.b
Quia nõ ẽ egena,& hẽt,& ſupabũdat.
Ita & tu neceſſe ẽ hẽas aliqd ad opus ꝓ
ximi,ut ꝓbes q̃ ſit uolũtas dei bona &
bñplacẽs & pfecta. Probas ĩ te uolũta
tẽ dei bonã p cõtinẽtiã, bñplacẽtẽ p ſa-
piẽtiã,reſtat ut ꝓbes pfectã p miſericor
diã,q̃ qdẽ ſignificat̃ p ſagenã miſſã ĩ ma
re,& ex omni genere piſciũ cõgregãtẽ.
Sagena ſiqdẽ miſericordiæ, p mare fra- Matt.13.f
ternę charitatis trahit̃,& bonos & ma
los piſces.i. tam amaras q̃ dulces affe-
ctiões cõtrahit,omnib⁹ ſe cõformãs,et

oĩm in ſe tã aduerſa q̃ꝫ ꝓſpa traĳciens,
flens cũ flentib.gaudens cũ gaudentib.
q̃ tandem ueniens ad litus, qñ uidelicet
de ſeruitute corpis h⁹ liberabit̃ in liber
tatẽ gl̃iæ filioꝝ dei,qcqd amaꝝ, qcqd
triſte, qcqd aduerſum eſt, deſtruet &
exuet,cui nimiꝝ erit lætitia,& lux luce
bit ppetua. Qꝫ congregationẽ mare di
xerim,nõ tibi uideat̃ abſurdũ: q̃ nimiꝝ
flante aura tẽtationis, ꝓcellis turbatio-
Pſa.106.e num multoties elidit̃. In q̃ ſunt q̃ꝫplures
q aſcẽdũt uſqꝫ ad cœlos p̃ſumendo, &
deſcendũt uſqꝫ ad abyſſos deſperãdo:
quoꝝ aĩa in ipſis tabeſcente turbant̃ &
mouent̃ ſicut ebrĳ,& oĩs ſapia (imo cõ
ſcientia) eoꝝ deuorat̃.Sed licet mirabi
les elationes maris, mirabilis tñ in altis
Pſal.92.a dñs: qa etſi qñqꝫ in naui dormire ſuſti-
neat,nouit tñ ſurgere ĩ tpe opportuno,
& eo impãte fluctib.& mari redit tran
quillitas magna. Ad inueniendos fines
ſapiæ(ut ꝓpoſuimus)tres poſuimus pa
rabolas euãgelicas, eaſq́ꝫ ꝓut dñs ẽdit
expoſuim⁹, primã de theſauro,ſcđam
de margaritis,tertiam de ſagena. Iam
uero deuicta tãntæ caliginis denſitate,
patet qũo ſapia attingat a fine uſqꝫ ad
finem fortiter. Sane ſcđm q ꝓceſſimus,
ſapia q̃ſi mediũ locũ tenet, hñs hinc cõ
tinentiam,inde miam. Attingit aũt mõ
ad iſtã,mõ ad illam,fortitudinẽ utrinqꝫ
miniſtrãs.Luxuria ſiqdẽ impugnat cõ-
tinentiam,auaritia miam.Luxuria flagi
tium eſt,auaritia ſpũalis neqtia. Vñ il-
lud uitiũ corpis,iſtud aĩæ.Vide qa nul-
lum eſt pctm̃ qđ ita inqnet corpus ſic-
1.Cor.6.d ut luxuria. Oẽ.n. pctm̃ qđ fecerit hõ,
extra corpus ſuũ eſt:q aũt fornicator, ĩ
corpus ſuum peccat. Silr̃ ſup oẽ pctm̃
auaritia inqnat aĩam:uñ & idoloꝝ ſer-
uitus dr̃.Incuruat.n.ad infirma & ege-
na elementa aĩam, q̃ ſoli creatori ſubie
Coloſſ.3.a cta,cæteris reb. dr̃et pẽſſe.Qui ergo p-
ſeuerant in cõtinentia,aſſultus ſentiunt
luxuriæ, ſed apud ſapiam fortitudinem
inueniunt reſiſtendi.Per hoc.n.q eis ſa
pit deus,&guſtare qñqꝫ merent̃ q̃ꝫ dul
cis eſt dñs,illam infœliciſſimã & fœten
tiſſimam dulcedinem luxuriæ reſpuũt,

& apud eum inueniunt refrigeriũ,cuius
apud ſe hñt deſideriũ. Silr̃ auaritia ſub-
uertere nitit̃ miam,& q̃ſi ſub ſpecie bo-
ni res monaſterĳ ꝓhibet uendere pro
neccesſitatib. infirmoꝝ, ac ſi corruere
debeat monaſteriũ ſi cura ſuſcipiat̃ in-
firmoꝝ.Sed qb.ſapit deus,nõ adeo ſa-
pit terrena ſuba qn infirmis compatiã-
tur.Auaritia aũt dũ ĩgerit ſupfluitates,
uult neceſſitates reſecare:ſed ſagẽa miæ
q̃ fit ex filis cõpaſſionis,& impẽdit cha
ritatẽ neceſſitatib.inueniẽdis, & hẽt diſ
cretionẽ in ſupfluitatib.reĳciẽdis. Dat
itaqꝫ ſapia uirtutẽ & fortitudinẽ plebi
ſuæ, uirtutẽ cõtra auaritiã, fortitudinẽ
cõtra luxuriã,& tñ ĩter tot pturbatiões
& inter tot anguſtias diſponit ut diligẽ Rom.8.e
tibus deũ oĩa coopent̃ in bonũ, Amen.

Lectio ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

i N illo tpe,dixit Ieſus diſcipulis
ſuis parabolam hanc: Silr̃e eſt Mat.25.a
regnũ cœloꝝ decẽ uirginib. q̃
accipientes lampades ſuas exierũt ob-
uiam ſponſo & ſponſæ. Et reliqua.

Homilia.

s Põſus Xp̃s ẽ,ad c⁹ uocẽ q amĩ-
cus eſt ſtat,& audit,& gaudio
gaudet pp uocẽ ſpõſi.Huic nos 2.Co.11.a
deſpõdit apl̃s,q ait:Deſpõdi uos uni ui
ro uirginẽ caſtã exhibere Xp̃o.Timeo
ãt q nõ poſſit hoc facere qđ ſpopõdit.ĩ.
aĩam nr̃am exhibere xp̃o uirginẽ,& uir
ginẽ caſtã.Caſtã addit,qa ſunt q̃dã uir
gines corpore,q̃ cogitatione fornicaria
deuirginant̃,& ſuaueolentẽ uirginitatis
florẽ,libidinoſæ affectionis pudore cõ
taminant. Et hæ qdẽ fatuis qnqꝫ uirgi-
nib.deſignant̃,q̃s nõ rectæ intẽtionis af
fectus infatuat.Virgo Xp̃s eſt,& uirgi-
nis fili⁹,& uirginẽ cõiugẽ uult hr̃e. Tu
ſi hẽs ãgelicã(pl⁹ dico uob̃)Xp̃i mr̃iſq́ꝫ
ſuæ gr̃am,hilareſce,tripudia, & in am-
plex⁹ Xp̃i feſtinabũda geſtiẽs illđ ama
toriũ clama ſuſpirãs.Oſculet̃ me oſcu- Cant.1.a
lo oris ſui. Sponſa ergo es Ieſu Xp̃i,ſed
hoc tuũ nomẽ diligẽter attẽde.Spõſę ul
ſpõſi nomẽ ab eo qđ ẽ ſpõdere,grãma-

probos aũt nõ tã uoluntas ꝙ ꝑtãs iudi
cis exhibebit, nec tam de monumentis
Sopho. 1.d exient ꝙ trahenť. Merito dies illa, dies
Augu. ubi iræ, dies calamitatis & miſeriæ, dies te-
ſupra nebraꝝ & caliginis p̄dicať, in q̄ iudicij
ſignũ, tellus ſudore madeſcet: in q̄ Deci
det è cœlis ignisq;, & ſulphuris amnis.
Pſal. 96.a Tartareũq; chaos mõſtrabit terra dehi
ſcẽs. Ignis.n. añ dñm p̄cedet & inflãma
bit ĩ circuitu inimicos eius, quos tũc in-
ſtar Sodomitaꝝ inueniet nudos & inte
ctos. Sic.n. reſurgẽtes ignis & ſulphuris
imber inũdãs igniet & cõburet. Erit tũc
oĩno miſerabile uiſu ꝙ incorruptibile et
incremabile corpus ardebit, nec interi-
Luc. 21.d bit: cõbureť, nec minueť. Capillus.n. de
capite nõ ꝑibit: qa nil corꝑis qđ incor-
ruptelam induerit, uel incidi poterit uel
Aug. lib. 21 aduri. Aſpice Salamãdrã ſuꝑ ignitas &
de ciuitate ardẽtes prunas illæſo corpore gradien-
dei. cap. 4. tẽ. Porrò asbeſtus lapis, talis ferť eſſe na
& 5. turæ, ut ſemel accẽſus inextinguibilr ar
deat, igne lapidi inhærẽte, nec tñ conſu-
mẽte. Tali uero mõ ut opinor ignis ille
ſulphureus inflãmabit inimicos dñi. Iu-
ſtos uero ſicut Babylonios tres pueros
Dan. 3.c non tãget oĩno, nec cõtriſtabit, nec mo
leſtiæ quicq; inferet, cũ reformabit dñs
corpus humilitatis nr̄æ cõfiguratũ cor
Prou. 2.c pori claritatis ſuæ. Rogo, qd inter hæc
erit mẽtis pc̄tõribus, q nunc lætanť cum
malefecerint, & exultant in rebus peſſi-
mis? Quid, inq;, animi tũc hẽbũt, arden-
tibus elemẽtis, terra dehiſcente, & hia-
tu terribili chaos demõſtrãte tartareũ,
cõſurgẽtibus mortuis, & iudice illo, cui
pr̄ oẽ iudiciũ dedit, cũ oĩbus angelis cœ
Ioan. 5.d litus aduenĩẽte? Miſeꝝ me, dũ hæc cogi
to & ſcribo, cor timore palpitat, humẽt
oculi, & tribularer nimiũ ſi neſcirẽ mĩas
dñi. Veꝝ ad ꝓpoſitũ reuertamur. Tũc
ſurrexerũt oẽs uirgines illæ, & ornauer̃t
lãpades ſuas.i. cõſcías cogitationibꝰ ac-
Pſal. 49.d cuſantibus, aut ẽt defendẽtibus. Arguã
te (inqt) & ſtatuã te cõtra faciẽ tuã. Po-
ſuimus nos pc̄tã nr̄a poſt dorſum nr̄m
dũ hic uiueremus, & tanq; de actibus
nr̄is nulla eſſet añ tribunal xp̄i facienda
diſcuſſio, ꝑ negligẽtiã pc̄tã multa obli-
uioni tradidimus. Sed qd ait? Statuã te
cõtra faciẽ tuã.i. totã uitã tuã, qcqd co-
gitatu actuq; peccaſti, añ tuæ faciẽ mẽ-
tis adducã: q̄ cũ oĩa ſil̃ uideris, dicã: Hęc
feciſti, & tacui. Sic fieri arbitror horã il-
lã, tale iudiciũ fieri, ueritate (q̄ xp̄s eſt) in
cordibus ſinglõꝝ iudicãte. Heu quãta
tũc in mẽtẽ ueniẽt, q nũc uel nulla putã
tes, incõfeſſa atq; impurgata relinqui-
mus. Quod metuens pius ac prudẽs rex
Ezechias: Recogitabo tibi (inqt) oẽs an Eſa. 38.c
nos meos in amaritudine aĩæ meæ. Re-
cogitabo.i. iteꝝ cogitabo, ne aliqd for-
te oblitus ſim, neq; aliqd iniudicatũ &
indiſcuſſum remaneat. Ornãt ergo lãpa
des prudentes uirgines oleo qđ in uaſis
repoſuerãt, ſed fatuaꝝ uirginũ lãpades
extinguunť, & qa tenebraꝝ oꝑa fece-
rãt, in tenebris remanſerũt. Date nobis
(inqũt) de oleo ur̄o. Stulta petitio. Vix 1. Pet. 4.
iuſtus ſaluabiť, & uix ẽt ſanctis iuſtitiæ
ſuæ oleũ ſufficit ad ſalutẽ, quãto minus
& ſibi & ꝓximis? Noe, Daniel, & Iob
nec filiũ liberabũt, ſed ſicut aĩa q̄ pecca Ezec. 14.
uerit ipſa morieť: ſic aĩa q̄ iuſtitiam fece-
rit, ſola ſaluabiť. Rñderunt prudẽtes di-
cẽtes, ne forte nõ ſufficiat nobis & uo-
bis, ite potius ad uẽdẽtes, & emite uob̃.
Tardatũ eſt: iã.n. neq̄q̄ iuſtitiæ oleũ ue-
nũdať. Iã ꝓphetæ & Apl̃i, aliiq; docto
res, q hoc diſtrahere & hr̃e uenale ſole
bãt, à tali mercimõio qeſcũt, nec iã ulte-
riꝰ dñt. Sumite pſalmũ, & date tympa- Pſal. 80.
nũ. Quid plura? q̄ patæ erãt, itrauer̃t cũ
eo ad nuptias. Virgines ad nuptias in-
trant q̄s introducet rex in cubiculũ ſuũ:
qa eaꝝ ſpẽm concupiuit. Ibi de cœleſti
cella uinaria ꝑmiť & ꝓpinať uinum no
uum, qđ pariter bibet & mõſtrabit filiꝰ
hoĩs. Et clauſa eſt ianua. Quæ ianua? Il-
la q̄ nũc patet ueniẽtibus ab Oriente &
Occidẽte, ut recũbãt cũ Abrahã, Iſaac,
& Iacob ĩ regno cœloꝝ. Illa q̄ ait: Eũ q
uenerit ad me, non eiiciam foras. Ecce Ioan. 6.
qũo patet nunc, quæ tunc in æternum
claudetur. Veniunt homicidæ, & admit
tuntur, ueniunt publicani & meretrices,
& recipiuntur, ueniunt Sodomitę, mol-
les, adulteri, fures, & quicunq; hmõi, &
patens

patens ei ianua non negatur. Multus.n.
eſt ad ignoſcendum, p̄ſtabilis ſuper ma-
litia q̄licũq; & quantatũq;. Tũc aũt qd
dicit? Clauſa eſt ianua. Ianua pietatis et
mĩæ Xp̄i. Quæ nũc lacrymis, gemitib.
ſuſpiriis & p̄cibus pnĩum facile patet,
clauſa eſt. Nullius pnĩa, nullius or̃o, nul
lius gemitus amplius admitteť. Clauſa
eſt illa ianua, q̄ Aaron poſt idololatriã
recepit, q̄ Dauid poſt adulterium poſt
homicidium admiſit: q̄ Petrum poſt tri
nam negationem non ſolũ non repulit,
ſed claues ſuas ei obſeruãdas tradidit.
Vigilate itaq;, qa neſcitis diem neq; ho
ram: qa uigilantib. & orãtib. non dor-
mientib. & pigritantib. regnũ cœloꝝ
p̄ſtať ꝑ dñm nr̃m Ieſum Xp̄m, cui eſt
honor & gl̃ia in ſecula ſclõꝝ, Amen.

De ſeptem gradibus confeßionis.

Pſal. 15.c Notas mihi feciſti uias uitæ, adi-
plebis me lætitia cũ uultu tuo,
delectatiões in dextera tua uſq;
in finẽ. At te qdẽ libẽter accedimꝰ dñe
Ieſu, diſcipuli ad magr̃m, infirmi ad me
dicũ, ſerui ad dñm. Tu es.n. magr̃ &
dñs, cuiꝰ ſchola ẽ in terris, et cathedra in
cœlis. Tu es ille eximiꝰ medicꝰ q ſolo u-
Pſal. 24.b bo reſtauras uniuerſa. Vias tuas demõ
ſtra nobis, & ſemitas tuas edoce nos.
Prou. 3.c Viæ.n. tuæ uię pulcræ, et omnes ſemitæ
tuę pacificę. Beati q ambulãt in uia tua
dñe uirtutũ: beatiores q currũt uiã mã-
datoꝝ tuoꝝ, q currũt ĩ odorẽ unguẽto-
rũ tuoꝝ. Exultas.n. ut gigas ad currẽdã
Pſal. 18.a uiã: & non ſolũ currẽs, ſed & ſaliẽs ĩ mõ
tibꝰ, & trãſiliens colles. Exultauerũt gi
gãtes pb̃i nõ ad currendã uiã tuã, ſed ad
q̄rendã uanã gloriã, euaneſcẽtes in cogi
tationibꝰ ſuis, nõ in humilitate aut ĩ uir
tutibꝰ tuis, ſed ſuis. Viã.n. ſapientiæ ne-
ſcierũt, neq; meminerũt ſemitarũ eius.
Nõ eſt audita in Chanaã, neq; uiſa eſt ĩ
Baruc. 3.c Themã. Maledicti q dixerũt dño Ieſu:
Iob. 21.b Recede à nobis: ſcientiã uiaꝝ tuaꝝ no-
lumus. Nos quęrimꝰ te de die in diẽ, &
ſcire uias tuas uolumꝰ. Principales uiæ
tuæ, duæ ſũt: confeſſio & obediẽtia. In
cõfeſſiõe oĩa lauãť, ĩ obediẽtia uirtutes
ſolidanť. Bonũ animæ ornamẽtũ cõfeſ-
ſio, q̄ & peccatorẽ purgat, & iuſtũ red-
dit purgatiorẽ. Si peccata ſunt, in cõfeſ
ſione lauãtur: ſi bona opera, cõfeſſione
cõmendãtur. Cũ mala tua cõfiteris, ſa-
crificium deo ſp̃ũs contribulatus: cum
dei beneficia, immolas deo ſacrificium
laudis. Abſq; cõfeſſione iuſtus iudicať ĩ-
gratus, & pc̄tõr mortuus reputať. Con
feſſio igr̃ eſt pc̄tõris uita, iuſti gl̃ia. Vi-
deo Dauid dicentem: Peccaui, & audiẽ 2. Re. 12. d
tem: Tranſtulit dñs pc̄tm̃ tuum à te, & Luc. 7. g
non morieris. Conſidero Mariã, ſi non
uerbis, tñ opib. publice ſua crimina cõ-
fitentem, & dñm ꝓ ea reſpondentem:
Dimiſſa ſunt ei pc̄tã multa, qm̃ dilexit
multũ. Reſpicio principem apl̃oꝝ ne- Luc. 22. g
gantem timide, amariſſime flẽtẽ, Xp̄m
illũ reſpicientẽ. Fœlicẽ latronẽ intueor
ſe accuſantẽ, Xp̄m excuſantẽ, & dñm
ꝓmittentem: Hodie mecũ eris in para- Luc. 23. f
diſo. O quã ſublimis iſta confeſſio, ꝑ quã
de patibulo ad regnũ, de terra ad cœlũ,
de cruce latro dãnatus ac crucifixus ad
paradiſum aſcendit. Gl̃ioſa confeſſio, q̄
Petrum apl̃m trinæ negationis crimine
liberauit: & ab apl̃atus culmine cadere
non ꝑmiſit. Fidelis inſtitutio, q̄ Mariæ
multum diligenti, multum dimiſit: &
amoris multi titulo inſignitam, diſcipu
loꝝ corpori ſociauit. Præclara miſera-
tio, q̄ regem & ꝓphetã multiplici crimi
nũ inundatione mũdauit, & in antiquæ
gl̃iam dignitatis perducendo reduxit.
Hæc eſt uia q̄ uiatorẽ ſuum nunq; fefel-
lit, q̄ nunq; deſeruit niſi deſerentem ſe.
Huius uiæ multiplices ſunt ſemitæ ad
inueniendũ, difficiles ad tenẽdũ, ad enu
merãdũ inexplicabiles. Prima ſemita et
primus gradus ĩ uia iſta eſt cognitio ſui.
De cœlo cecidit iſta ſnĩa: Noſce teip̄m
hõ. Vide ſi non & ſpõſus in amoris Cã Cant. 1. c
tico ſponſæ idem loquať: Si ignoras te
(iqt) ô pulcra ĩter mulieres, egredere, et
abi &c. Cognitio ſui ſtat ĩ trib. ut co-
gnoſcat hõ qd fecit, qd meruit, qd ami-
ſit. Quid uiliꝰ ô nobilis creatura, imago
dei, creatoris ſil̃itudo, q carnẽ tuã ille-
cebris carnalib. deturpare, & ꝓ breui

uoluptate torrentem perdere uolupta-
tis? Quid furioſius ꝙ rapi mentem ira,
ſuperbia extolli, uexari inuidia, & anxie
tate torqueri? Quæ i croceis es nutrita,
qr̃ ſtercora amplexaris? Recordare ẽt
ꝗd merueris. Subeat memoriam tuam
gehennalis olla, fornax ferrea magnæ
Babylonis, domus mortis, anxietatis
domicilium, flãmarꝝ globus, acerbitas
frigoris, tenebræ ſempiternæ. Conſide-
ra ordinẽ tormẽtorꝝ, tortorꝝ facies, mu
tationem pœnarꝝ, miſeriarꝝ infirmita-
tem, & intellectualib. oculis iſta diſcur
re, & poteris dicere: Melius erat mihi ſi
natus non fuiſſem. Reflecte oculos, &
ꝗd amiſeris aĩaduerte. Reminiſcere q̃-
lis ſit ciuitas gl'ioſa, cœleſtis habitatio,
locus uitæ, ſuauitatis palatium, ſplẽdor
gl'iæ, gr̃æ magnitudo claritas infinita.
Attende ordinem gaudiorꝝ, gaudentiũ
uultus, p̃miorꝝ uiciſſitudinem, multitu-
dinem deliciarꝝ, & potes exclamare:
Qui te ꝑdidit, totũ ꝑdidit dñe deus. Si
hoc triplici funiculo ligaueris aĩam tuã,
intelliges & aĩaduertes ꝗa initium ſalu
tis notitia pc̃ti eſt. Scd's gradus ẽ pnĩa.
Hæc duo ita ſibi inuicẽ coniuncta ſunt,
ut cognoſcere ſe ñ poſſit niſi pœniteat:
pœnitere non poſſit, niſi ſe cognoſcat.
Pœniteat igr̃ aĩa compunctionis iaculo
uulnerata, pnĩa triplici: ꝗa ĩnocentiam
amiſit, amiſſam non reqſiuit, & negle-
xit patientiam dei. Scio dñe Ieſu, ꝗa pri
mam ſtolã innocentiæ nobis in baptiſ-
mate reddidiſti: & amictu niueo candi
dati, in iuſtitiæ ſolio relocati, cito receſ
ſimus à uia quam oñdiſti nobis, & por
tionem ſubæ q̃ nob̃ contingebat, cum
ꝓdigo filio in diſſilitudinis regione ex-
pendimus. Venerunt ad nos uiliſſimi
ſpũs, & æternorꝝ ignium reges: ad mũ-
datos ĩmundi, ad ſaluandos dãnati, cur
ui ad rectos, & dixerunt aĩæ nr̃æ: Incur-
uare ut trãſeamus. Audiuimus illos, &
incuruati ſumus: trenſierunt ꝑ nos, & ĩ-
nocentiam amiſimus. Si culpa eſt ꝑdi-
diſſe, ꝗd putas erit non reqſiſſe ꝑditã?
Perdit aliqs aliqd in hac mortalitate:
q̃rit iudices, amicos conuocat, trahit in
cãm, nihil intentatum relinquit donec
uel amiſſa inueniat, uel ablata reſtituan
tur, & cuſtodiat reſtituta. Nos hæredi-
tatem nr̃am incorruptibilem, ĩmarceſſi
bilem, incõtaminatam in cœlis, uerſu-
tijs illius inſatiabilis homicidæ ꝑdidi-
mus, & non reqrimus? & incuruauit
nos, & non reſurgimus? Surgamus &
eamus ad pr̃em nr̃m, dicẽtes ei: Pr̃, pec-
cauimus in cœlum & coràm te. Et oẽm Luc. 15. d
euangelicæ lectionis textum percur-
rentes, offeramus pr̃i pnĩam mẽtis, cor-
dis contritionem, ſi forte cum adhuc lõ
ge ſumꝰ uideat nos pr̃, & mĩa moueat̃,
& currens cadat ſuper collum nr̃m, &
oſculet̃ nos oſculo oris ſui. Forſitan iu-
bebit ꝓferri ſtolam primã innocentiæ,
& indui nos ueſtimentis uirtutum, &
dari annulum ſecretorꝝ in manu nr̃a, &
calceari pedes nr̃os in p̃parationẽ euan
gelij pacis. Præcipiet fortaſſis adduci ui
tulum ſaginatũ, & occidi in ſatisfactio
nem reuertentis, & epulari, & exultare,
& ĩ ſymphonia & choro reduci ad ſuꝑ Ibidem.
næ gaudia ciuitatis, ubi gaudiũ eſt an- Pſal. 83. c
gelis ſuꝑ uno pc̃tõre pnĩam agẽte. Sci-
mus dñe Ieſu, ꝗa nõ priuabis bonis eos
ꝗ ambulãt ĩ ĩnocẽtia, ſed nec illos ꝗ am
bulãt in pnĩa. Quia.n. pc̃tm̃ non fecit ni Pſal. 31. a
ſi unus, btũs uir tñ, cui non ĩputauit dñs
pc̃tm̃. Oẽ qd' ipſe mihi non ĩputare de-
creuerit, ſit q̃ſi nõ fuerit. Cogita ẽt quã
ta ſuꝑbia patiẽtia dei uſus, imò abuſus
ſis. Videbat te peccãtẽ, & diſſimulabat
q̃ſi nõ uidẽs: uocabat, & nõ audiebas:
minabat̃, & nõ timebas: ꝓmittebat, &
cõtẽnebas, nec ꝓmiſſis illectꝰ, nec terro
re ꝑcuſſus. Ignoras ꝗa patientia dei ad Rom. 2. a
pnĩam te adducit? Tũc timore magno
ne theſaurizaueris tibi irã ĩ die iræ & re
uelatiõis iuſti iudicij dei, & memẽto, ꝗa
horrẽdũ ẽ ĩcidere ĩ manꝰ dĩ uiuẽtis. Liga Heb. 10. f
igr̃ hoc triplici cataplaſmate patientiæ
uulnꝰ aĩæ tuæ, & dic: Miſerere mei dñe,
qm̃ ĩfirmꝰ ſũ, ſana me, &c. Tertiꝰ gradꝰ ẽ Pſal. 6. a
dolor, ſed & ipſe trina ligatiõe cõnexꝰ.
Vere poſt cognitionẽ & pnĩam dolor
meꝰ renouatꝰ ẽ, & ĩ meditatõe mea ignis
ĩcãduit, ꝗa creatorẽ offẽdi, dñm nõ ti-

mui, ſpreui bñfactorem. Nũꝗd nõ ſicut
lutũ in manu figuli, ẽt uos ĩ manu mea,
dicit dñs? Inſuꝑ fecit te uas ĩ honorẽ, cur
Hier. 18. a te ĩ cõtumeliã facere p̃ſũpſiſti? Nunꝗd
dicit figmẽtũ figulo, cur me feciſti ſic?
Rom. 9. c Creatura creatorẽ, figmẽtũ factorem,
opꝰ opificẽ auſus es ꝓuocare? Memẽto
uiliſſima teſta, ꝗa ſi cecideris ſuꝑ lapidẽ
iſtũ, cõfrigeris: ſi ũo ſuꝑ te ceciderit, cõ
teret te cõtritiõe timẽda, ita ut ne ueſti-
giũ minimũ pareat. Tu ãt ſanguinẽ ſan
guini miſcuiſti, & creatorẽ offendẽs, &
dñm nõ timẽs. Seruꝰ eras illiꝰ dñi cꝰ iræ
reſiſter̃ nemo p̃t, & ĩ p̃ceptis eiꝰ accepas
uolũtatẽ. Noluiſti ĩtelligere ut bñ age-
res, ſed recalcitrãs dñi ĩpio, ꝓpria lege ĩ-
Luc. 12. f tra rẽpub. uiuere decreuiſti. Nã audiſti
quã ſniam excipiat ſeruꝰ neq̃: ꝗ ſciẽs uo
lũtatẽ dñi & nõ faciẽs, multitudini uer-
berꝝ reſeruat̃. Aſſiſtũt ãgeli ad audiẽdã
uocẽ ſermonũ eiꝰ. Stellę uocant̃, & dñt:
adſumꝰ. Vẽti & mare obediũt ei, & oĩa
legẽ p̃fixã ĩcõcuſſa retinẽt firmitare. Tu
ſolꝰ ꝑegrinꝰ es, & ĩꝑatoriæ decreta ma-
ieſtatis ñ curas? Audi ꝗa p̃t te mittere ĩ
tenebras exteriores, ubi fletꝰ & ſtridor
dẽtiũ ꝑpetua ĩfęlicitate crebreſcũt. Qđ
ſi te nõ mouet creatoris offẽſio, reuerẽ-
tia ptãtis: moueat ſaltẽ ingratitudo, ꝙ
tm̃ bñ factorẽ ĩ tãtis bñficijs cõtẽpſiſti.
Vbinã ſiſ'em bñfactorẽ inuenies, ꝗ tibi
miniſtrat ſyderꝝ curſus, tẽꝑiẽ aeris, fœ-
Rom. 8. f cũditatẽ terræ, fructuũ ubertatẽ? Ad ex-
tremũ, ut oĩm tibi bñficiorꝝ cumulũ ag
gregaret, ꝓprio filio ſuo nõ peꝑcit, ſed
ꝓ nob̃ tradidit illũ: tradẽs unigenitũ ꝓ
adoptiuis, dñm ꝓ ſeruis, iuſtũ ꝓ impijs.
Quid tibi ultra debuit facere & ñ fecit?
Si ergo iſto dolore dolueris, poteris di
Hier. 4. c cere cũ ꝓpħa: Vẽtrẽ meũ doleo, uentrẽ
meũ doleo, ſẽſus cordis mei turbari ſũt.
Quartꝰ gradꝰ ẽ cõfeſſio oris. Poſt cogni
tionẽ ſui, poſt pnĩam mẽtis, poſt dolorẽ
Rom. 10. c cordis, ſeqt̃ cõfeſſio oris. In his oĩb. cor-
de credit̃ ad iuſtitiã, ore aũt fit cõfeſſio
ad ſalutẽ. Sed & ipſa triplex ẽ, ſi uirtutẽ
ſalutis adſeqt̃. Debet. n. eẽ uera, nuda &
ꝓpria. Veritatẽ q̃rit altiſſimꝰ, & ubi ua
let falli, ꝗ fallere nõ ĩtẽdit? Nouimꝰ ple-
roſq; & expti ſumꝰ ꝗ ad cõfeſſiõis gr̃am
ueniẽtes, magis onerati ꝙ libati à pc̃tis
ad ſuã cõſciam redierũt. Dñt. n. ſi cleri-
ci, ea q̃ lr̃ario: ſi milites, ea q̃ gladiato-
rio geſſere cõflictu: ut ſub hũilitatis pal-
lio ſuꝑbiã ĩducãt, ĩ tãto ſe ſignaculo cõ-
dẽnãtes, ſub quo totiꝰ hũanæ ſalutis ſũ-
ma cõſiſtit. Ad hoc. n. confitent̃, ut ſaltẽ
ſpẽ uideant̃ cõfeſſi. An tu uerã illã putas
eẽ cõfeſſionẽ quã aut timor extorſit, aut
ſimulatio fecit, cũ ſpũs ſctũs diſciplinæ
effugiat fictũ, & gratuitã ſatisfactionẽ
ops q̃rat? Illa uero cõfeſſio uera ẽ, q̃ de Sap. 1. b
mẽtis cõtritiõe deſcẽdẽs, nec timore co
git̃, nec fictiõe palliat̃, ſed ĩ ſpũ cõtribu-
lato ꝓfert ea q̃ ſẽtit. Nudã ãt eã eẽ opor
tet, & totiꝰ abſcõſiõis exutã uelamine.
Quid. n ꝓdeſt partẽ pc̃tõrꝝ dicere, &
ꝑtẽ cælare? ex ꝑte mũdari, & ex ꝑte ĩ-
mũditię deſeruire? Nũꝗd đ uno eodẽq;
uaſe dulce & amarꝝ, ſapidũ & ĩſipidũ
ſtillare p̃t? Oĩa nuda & apta ſunt ocl'is Heb. 4. d
dei, & tu illi aliꝗd abſcõdis ꝗ dei locũ ĩ
tãto obtinet ſacro? Oñde & denuda q̃-
cũq; cor tuũ dilacerauerãt: detege uul- Sap. 1. a
nꝰ, ut ſentias opã medicãtis. In ſimplici Pſal. 11. a
tate cordis oportet te q̃rere dñm, nõ ĩ Eccl. 2. c
duplicitate: ꝗa uæ illis ꝗ loquunt̃ ĩ cor-
de & corde, & terrã duab. uijs ingrediũ
tur. Debet ãt eẽ ꝓpria. Sũt pleriq; ꝗ alio
rũ pc̃tã cũ magna grauitate numerãt,
& ſociorꝝ exceſſus multiformi đclama
tiõe loquunt̃: neſciũt ſua, aliena uero ꝑ-
petuæ memoriæ cõmẽdauerũt. Infœli-
ces & miſeri, ꝗb. datũ ẽ aliena plãgere,
relinquere ſua. An nõ legiſti, ꝗa iuſtꝰ in
pricipio ſermõis accuſator ẽ ſui? Sui, di Prou. 18. c
cit ſcriptura, ñ alteriꝰ. Nũꝗd oblitus es
apl'm Iacobũ dicẽtẽ: Cõfitemini alter- Iaco. 5. d
utrũ pc̃tã ur̃a? Vr̃a dixit, ñ aliẽa. Iniqta- Pſal. 50. a
tẽ meã ego cognoſco, & pc̃tm̃ meũ cõ
tra me ẽ ſp. Meã dixit ꝓpħa, ñ tuã. Quĩ
tꝰ gradꝰ ẽ maceratio carnis, ſed et ĩpa ter
nario nũero cõſecrata. Cõuẽit. n. ut fiat
occulte, licẽtioſe, diſcrete. Teneros artꝰ
tuos & exqſitis educatos đlicijs, diutur
no cõfrige martyrio, ut tãto te noueris
à licitis abſtinere, ꝙto memineris illici
ta ꝑpetraſſe. Hoc ãt occulte faciẽdũ ẽ, ut Mat. 6. a

neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextera tua.
Non.n.eſt in ore hoim̄ tanti boni repo
nenda cuſtodia,ſed in abſconſo cordis
2. Cor.1. c tui,ut ſit glr̄ia tua teſtimonium conſciæ
Mat.5. b tuæ. Non hoc dicimus ut nō luceat lux
tua corā hoib.ut glr̄ificēt prēm ur̄m q̄ in
cœlis eſt,ſed ne intentionem tuam in ui
lis glr̄iæ breuitate recondas. Nihil.n.in-
fœlicius ꝙ hic carnē macerare ieiunijs,
uigilijs affligere: & hic accipe glr̄iam,il-
lic gehēnam. Licentioſe uero facienda
eſt:q̄a q̄cq̄d fit paſtoris licētia, grōſius
eſt in conſpectu dei: & illam hoſtiam
ſinglr̄ accipit altiſſimus, q̄ non eſt de ꝓ
priæ ſnīa uoluntatis,ſed de p̄cipientis of
fert impio. Multū.n.ualet ad refellēdū
ſupbiam,ꝓpriæ uolūtatis excluſio:quā
extirpare non pōt,q̄ mundi h⁹ diligit ua
nitatē.Diſcretio aūt in hac diſtrictione
tenenda eſt, ne dū nimis flagellare cupi
mus,ſalutē pdamus: & dū hoſtē ſubige-
re q̄rimus,ciuem occidamus. Cōſidera
corpus tuū, & corporis tui polr̄itatē,in-
tuere carnis cōplexionē, impone modū
tuę diſtrictioni. Cuſtodi corpus tuū in-
colume ad obſeqū creatoris. Mlr̄os ui-
dimus ita in principijs carnē ſuā uerbe-
raſſe, & diſcretionis infregiſſe repagu-
la,ut inhabiles laudum ſolēnijs redde-
rent, & lautiorib. diuturnis fouerentur
tpib. Sextus gradus eſt correctio opis ī
apparatu, ſed & ipſe numero trinitatis
conſecratus, ut tibi malum non facias,
alteri non noceas,nec conſentias nocē-
ti. Expertus es ꝙ fragilis ſit uoluptatū
imerſio, & tu iterꝝ uadis illuc? Aīa duer-
tiſti q̄a tranſijt uoluptas, & pctm̄ remā
ſit. Reprime pedem ab īfandis itinerib.
imundiſſimæ libidinis. Colla ſubſterne
mandatis altiſſimi, ne ſit iniq̄tas in ma-
nib.tuis. Deſęuienti gulę ſolēnes epulas
Pſal.118.c & uana reſcide colloq̄a. Auerte oculos
ne uideant uanitatē, obtura aures tuas
ne audiant ſanguinem: & tūc dicere po-
Pſal.117.c teris: Caſtigās caſtigauit me dn̄s. Quid
aūt ꝓdeſt intra rectitudinis lineam tui
Pſal.14. a curſus opa cohibere,ſi alijs nocere de-
ſideras? Qui nō fecit ꝓximo ſuo malū,
Pſal.23. a & opprobrium non accepit aduerſus
ꝓximos ſuos,req̄eſcet in mōte ſctō dei,
accipiens bn̄dictionē à dn̄o, & miam à
deo ſalutari ſuo. Non aūt te innocētem
p̄ſumas,niſi impios & contra uirtutem
gradiētes quāta poteris authoritate re-
darguas & opponas te murꝝ ꝓ domo
Iſrl̄, caſtigans te, non nocens alteri, nec
nocenti conſentiens. Vera eſt.n.illa ſen
tentia: Qui cum emendare poſſit,negli-
git: participem ſe ꝓculdubio cōſtituit.
Cum.n.cā dei uentilat̄ in medium, &
falſitas p̄ponit̄ ueritati, q̄ cum perſona
quā gerit nō reſiſtit,de ſuo dānabit̄ ſilē-
tio. Septimus gradus eſt pſeuerātia,ſed
& ipſa ternarij numeri ſctīficatione di-
cata. Perſeuerantiā nāq; faciunt imita-
tio ſctōꝝ, breuitas tpm,fragilitas cor-
poꝝ. Quid nanq; pati non poſſis,cū ui-
deas iuuenes,pueros,uirgines,anus, ſe-
nes,decrepitos,diuerſa ꝓ Xp̄o, non ſo-
lum excepiſſe,ſed & exq̄ſiſſe tormēta?
Conſidera pueroꝝ ætatem, iuuenum
ignē,uirginū teneritudinē, anuum fragi-
litatem,ſenū infirmitatē,impolr̄itatē de-
crepitoꝝ, & ubicūq; reflexeris oculos,
inuenies in his ætatib. multitudinē exē-
ploꝝ ad palmam martyrij uirilr̄ cucur-
riſſe. Nunq̄d de eodem luto formatus
es tu, & eodē ſpū inſpiratus? Et forſitā
non ingruit pſecutio ut martyriū patia
ris,nec dānaris ſi Xp̄o ſeruis: imò lauda
ris, & ab oib. p̄dicaris. Qd̄ ſi & pſecu-
tio imminet,contēnenda eſt pp̄ breuita
tem. Bn̄.n.natura ꝓuidit, q̄ nullū dolo-
rē uel longum uel magnū eſſe demon-
ſtrat. Si.n. magn⁹ ē,lōg⁹ eē nō pt. Cōiū-
ctio.n. corpis & aīæ,exq̄ſita diu tormē
tam̄ ſuſtinet, ſed ſtuporis magnitudine
tremefacta,ſūma uelocitate diſſoluit̄.
Magni ergo aīē magna tormēta cōtēne
re,q̄ ī breui tātā pariūt mutationē,ut de
labore ad reqē,de miſeria ad glr̄iā patiē
tē faciāt euolare. Cōſiderāda ē.n. fragili
tas corpis,quā ſæpe aut aliq̄s leuiſſim⁹
caſus, aut īcādētis febriculæ cumulata
cōgeries,breui pn̄t ſuffocare mometō.
Tribue ergo uirtuti,ſi necītas fuerit,qd̄
qn̄q; debes neceſſitati,ꝓ breui piculo ſē
piternū p̄miū adepturus. Vides ergo ꝙ
difficilis

difficilis ſit uia confeſſionis ad currēdū,
ꝙ multiplices ſemitæ ad tenendū. Verꝝ
eſt qd̄ ille tātus ecclr̄iæ magr̄ ait: Faci-
lius inueni eos q̄ innocētiā ſeruauerunt,
ꝙ q̄ cōgruā egerunt pn̄iam. Hæc de uia
cōfeſſionis ꝓ modulo nr̄o locuti ſum⁹,
ſublimioribus ſublimiores ſnīas reſeruā
tes. Cęterꝝ obediētię uiā ſub alio ſermo
nis principio aperire tentabimus,ne un
quam ī faſtidium ueniant uerba dn̄i ſal
uatoris,qui eſt benedictus in ſecula.

De uirtute obedientiæ, & eius gradibus.

NOn poſſumus nos cogitare ali-
1. Cor.3.b quid à nob,q̄ſi ex nob: ſed ſuffi-
ciētia nr̄a ex deo eſt. Quid.n.in
hoc uaſe teſteo, & fragilitate cōplexio-
nis humanæ,cogitare ſufficit ſpūs carce
re incluſus,pctō corruptus,dep̄ſſus ter-
Sap. 9.d renis? Corpus.n. qd̄ corrūpit̄,aggrauat
aīam: & deprimit terrena inhabitatio
ſenſum multa cogitātē. Benignus tn̄ eſt
Sap.1.b ſpūs ſapīæ,q̄ & ſpm̄ īcluſum illuminat,
& corruptū ſanat, & alleuat dep̄ſſum.
Eſt.n. ſpūs pietatis,cōpeditos ſoluens,
cæcos illuminās, & erigēs eliſos. Eſt &
ſpūs ueritatis,q̄ docet nos oēm uerita-
tē: nō ſolū aūt docet,ſed ēt ſuggerit. Sug
gerit uidelicet ut q̄ramus, docet ut ītel
ligamus. Ipſe eſt,quē dn̄s Ieſus poſt pa-
tris obediētiā uſq; ad mortē crucis,apo
Acto.2.a ſtolis ſuis miſit,obediētib. ſuis. An non
tibi vn̄r ſingularis obediētiæ cōſcēdiſſe
faſtigiū,q̄ accepta licētia ſedēdi in ciui-
tate,intra unius domūculæ ſepta cōclu
ſi unanimiter in or̄one pſeuerabant? In-
Acto. 5.g tellexiſti q̄a ibāt aplr̄i gaudētes à cōſpe
ctu concilij,qm̄ digni habiti ſunt ꝓ noīe
Ieſu cōtumeliā pati? O quātis obediētię
uiribus innitunt̄,q̄ gaudēt ꝓ xp̄o ad cō-
ciliū trahi? Dignitatē ducūt ꝓ eo cædi:
glr̄iam q̄rūt ꝓ eo mori. Beatę aīę, & abū
dāti maieſtate ſpūs influētes: qb⁹ uilitas
ſublimitas, cōtumelia glr̄ia,patientia ui-
ctoria,mirabili mirabilitate uīr̄. Mul-
tū repleta eſt aīa eoꝝ,opprobriū abun
Pſal.122.a dātibus, & deſpectio ſupbis. Cernis ꝙ
lib̄a frōte pōtificū faciē,phariſeoꝝ ſup-
ciliū,tumultū plebis irrūpant dicentes:
Magis oportet deo obedire ꝙ hoib. In Acto. 5.e
tuere illa duo magna luminaria Petrū
& Paulū, & uniuerſum ordinem aplr̄ici
ſenatus obābula, & ibi uidebis obediē-
tię firmitatē īter tormētoꝝ multitudinē
uirilr̄ pſtitiſſe. Nōne ipſe filius regis,rex phil.2.b
regionis illius,q̄ cōtinuis gaudijs incla-
reſcit,fact⁹ eſt pr̄i obediēs uſq; ad mor
tē,mortē aūt crucis, & didicit obedien
tiā ex ijs q̄ paſſus eſt? Audiſti miſeriam,
audi & coronā: uidiſti piculū,uide præ-
miū: attēdiſti infirmitatē,attēde ptātē.
Propter qd̄ (inq̄t) & deus exaltauit il- Ibidem
lū, & dedit ei nomē q̄d eſt ſup oē nomē.
Sed taceam⁹ īterim de illius obediētia,
q̄ ſingulari p̄rogatiua claudit̄ & ſign̄at̄.
Procedat in mediū magnus ille pr̄iar-
cha,fidei lumē,obediētiæ forma,iuſtitię
principatus. Audit ab oīpotēte: Egrede Gen. 12.a
re de terra tua, & de cognatione tua, &
de domo pr̄is tui, & ueni in terrā, quā
monſtrauero tibi: & ad unius iuſſionis
uocē,patriā fugit,relinq̄t parētes, deſe-
rit hr̄ditatē, & alioꝝ fines hoſpes ingre
dit̄ nouus. Magna res, & primitiuæ di-
gnitatis priuilegio ī pr̄e multaꝝ gentiū
cōſecrata. Primus primū ſuis facultati-
bus renūtiat, & obediētiæ uiā indefeſſa
uelocitate pcurrit. Deniq; cū accepiſſet
filiū in ſenectute ſua,in quo totius mūdi
bn̄dictio fuerat cumulāda, dicit ei de⁹:
Tolle filiū tuū unigenitū, quem diligis Gen. 22.a
Iſaac: & offer illū mihi in holocauſtum.
O quāta ī uerbis iſtis amaritudo,quāta
à corde pr̄is ſeparatio pietatis? Iubetur
nāq; filiū occidere,os ex oſſib⁹ ſuis, &
carnē de carne ſua: filiū magnæ ꝓmiſſio
nis,extremæ ſenectutis,ꝓpriæ mulieris:
filiū mirabilr̄ ꝓmiſſū,fœliciter natum,
educatū inocēter. Et ne q̄d deeſſet,ut te-
nerrimū intra pr̄na uiſcera doloris incē-
diū exūdaret,addit̄,unigenitū. Sūt nan-
que multi filij,ſed nō unigeniti. Iſte ſic ē
filius,ut & unigenit⁹. Iſte unic⁹ pr̄i,uni-
genitus mr̄i,hr̄ditati reſeruatus. Ne re-
ſpicias ad Iſmael,q̄a q̄ in ſeruitute & ex
ancilla genitus fuerat,ad libertatē & hę
reditatē minime pertinebat. Quia uero
multi ſunt filij & unigeniti, ſed nō dile-

ctī:ad exaggerandam in corde p̄ris tri-
bulationē,& cōprobandā in mēte iuſti
obediētiā dn̄s ſubiūgit, quē diligis. Vt
uero teneritudo p̄ris ex memoria dile-
cti noīs recrudeſceret,& interior pietas
ad dilectę uocis ſonū tota ferueret,puer
noīat̄ ex noīe,qđ uocatū erat à dn̄o pri-
uſq̨ in utero cōcipet̄. Vides quātis tri-
bulationū malleis Abrahæ pietas feria-
tur,cui p̄cipit̄ ut filiū tollat,occidat uni
genitum,quē diligit immolet,Iſaac pcu
tiet? Multū tētatus,multum probatus,
aduſtus eſt multū:dulcis relatio filij ad
p̄rem,p̄ris ad filiū.Hāc dulcedinē & oīs
affectus uiciſſitudinē obliuiſcitur Abra-
ham,ſternit aſinū ſuū,ligna componit,
ignē accēdit,eximit gladiū.Nō à dn̄o q̄-
rit, qr̄:nō murmurat,nō conq̄rit̄,nō ſal-
tē uultū doloris oſtēdit: ſed oīum q̄ p̄ci
piunt̄ gnarus:in mortē filij pia crudelita
te feſtinat.Iō ſummæ & admirabilis o-
bediētiæ uirtus in Abrahā,& ſingularis
excellētiæ laudibus p̄dicanda. Fortiſſi-
ma res eſt obediētia uera,& q̄ in animū
deſcēdere nō pōt,niſi à mūdi h⁹ aſpergi
ne pure p̄ſſe q̨ deterſum.Vt aūt uia eius
euidētius eluceſcat,oñdamus quantum
poſſumus quæ ſit obediētia ſpecialis ad
deū,ppria ad hoīem,cōis inter deū &
hoīem. Sūt q̄dā ſummè mala,q̄dā ſum-
mè bona. Summè bona ſunt diligere
deū,amare pximū,ueritatē loq̄, nō fur-
tū facere,nō falſum teſtimoniū dicere,
nō adulterari: & alia multa q̄ ſermonis
breuitas numerare phibet. Sūme mala
ſunt eoꝝ cōtraria,& ſilia illis. Bona p̄-
cipit deus ut faciamus, à malis iubet ut
abſtineam⁹.Præcepti h⁹ ſctā & incōmu
tabilis authoritas nō ualet quoquo mō
refelli:q̄a illius eſt charactere cōſignita
Mala. 3.b q̄ dicit: Ego dn̄s,& nō mutor. Si ergo
hō ille,quē impoſuit dn̄s ſup capita no-
ſtra,alr̄ ſentire uoluerit,ponēs tenebras
lucē,& lucē tenebras, uel p̄cipiat p̄di-
cta bona relinq̄re, uel malis p̄fatis ad-
hærere:audacter refutādū eſt p̄cipiētis
Act. 5.e impiū,& lib̄a uoce dicēdū: Obedire o-
portet magis deo q̄ hoīb.Hæc eſt ſpūa
lis obediētia ad deū,q̄ nunq̨ eſt hoīs ar
bitrio tēperāda, ſed incōmutabili con-
ſeruanda pposito.Certā igr̄ rl'am tene,
ut nec impio p̄latoꝝ p̄dicta bona relin-
quas,uel facias mala. Inter ſummè v̄o
mala & ſumme bona, q̄dā media ſunt
ad alterutrū ſe habētia, & boni maliq̨
nomē aſſumūt. Media ſunt ambulare,
ſedere,loq̄,tacere, comedere, ieiunare,
uigilate,dormire,& ſi q̄ ſunt ſilia: quæ ſi
paſtoris licētia fiāt,ſummā expectāt re-
tributionē.In his igr̄ medijs ſubditi eſſe
& obediētes debem⁹ ad nutū p̄poſito-
rū,nihil interrogātes,pp cōſciam: q̄a in 1. Cor. 10.f
his nullū p̄fixit opus deus, ſed p̄latoꝝ
derelīq̄t impio diſponēda.Nō aūt te mo
ueat magr̄ impitus,indiſcreta ptās, ſed Rom. 13
memēto q̄a nō eſt ptās niſi à deo: & qui
reſiſtit ptāti,reſiſtit dei ordinatiōi.Hæc
eſt ppria hoīs obediētia quā hoī debe-
mus,q̄ hoī ſubditi ſum⁹. Cōis eſt ēt iſta
inter deū & hoīem:q̄a q̄cq̄d obediētiæ
prælatis exhibet̄,ei exhibet̄ q̄ dicit: Qui Luc. 10
uos audit me audit. Cū magna igr̄ cau-
tela hoc tramite dicim⁹ incedendū:quia
& multi gradus ibidē deliteſcūt,quoꝝ
q̄ unū reliq̄rit,cæteros ſine retributione
tenebit. Primus gradus obediētię eſt
obedire libēter. Oīs ætas ab adoleſcen- Gen. 8.d
tia ſua pna eſt ad malū,& unuſq̄ſq̨ uo-
lūtatē praui cordis ſui ſectat̄. Ab illa.n.
primæ p̄uaricationis anguſtia innat⁹ eſt
hoī amor ppriæ uolūtatis,q̄ uoluntatē
ſui creatoris relinquēs,ibi ſubdita eſt ſer
uituti,ubi uoluit dn̄ari. Difficile eſt ergo
ſuā relinq̄re uolūtatē,& alteri⁹ uolūtati
deſeruire.Quālibet aūt graue ſit,non p̄t
tn̄ primū obediētiæ aſcendere gradū, q̄
uolūtatē p̄cipiētis ſuā nō fecerit.In uolū
tate ſua iuſtus gl'iat̄ ſeſe dn̄o confiteri.
Vn̄ uolūtariè (inq̄t) ſacrificabo tibi. So- Pſal. 53
la ergo uolūtas eſt, q̄ totius opis ornat
effectū,ſine q̄ ēt nec bn̄ aliq̄d agit̄, ēt ſi
bonū eē uideat̄. Ex uolūtate igit̄ ſuſcipiē
da ſunt impia p̄latoꝝ,& ipm̄ cor à ſuis
uolūtarijs reflexiōib. abducēdū, donec
ppria uolūtas mactata mādatū diligat
impantis. Hoc ē ergo libēter obedire,p̄-
latoꝝ uolūtatē uolūtarie adimplere.
Scd̄s obediētiæ gradus eſt obtempare

Pro. 10.b ſimpl'r. Qui ambulat ſimpl'r,ambulat
cōfidenter.In ſimplicitate cordis q̄rere
dn̄m ſcriptura p̄mōſtrat. Multos uide-
Sap. 1.a mus poſt p̄cipientis impiū multas face
re q̄ōnes:cur,qr̄,quāobrē,ſæpius inter-
rogare:crebras ingeminare q̄relas:q̄re-
re,qr̄ hoc p̄cipit,un̄ hoc uenit, quis hoc
adinuenit cōſiliū.Inde murmuratio,īde
uerba murmurationē & indignationē
ſonātia,& redolētia amaritudinē. Inde
frequens excuſatio,ſimulatio impol'ita
tis,aduocatio amicoꝝ.Nō ſic Abrahā.
Audi q̄d dn̄s de ſimplici ppl'o ptēſtet̄:
Pſal. 17.g In auditu (inq̄t) auris obediuit mihi, ut
uidelicet oñderet uno eodēq̨ momēto
pceſſiſſe & impantis impiū, & obſeq̄ū
Gala. 6.b obſequētis. Nolite errare, deus nō irri-
det̄. Murmuras cōtra p̄latū in taberna-
culo corpis tui? eleuat manū ſuā ad pro
ſternēdū te dextera dei. Incede igr̄ ſim-
pliciter ī mādatis obediētiæ, addens uo
lūtati ſimplicitatē,intētioni illuminatio
nē. Fortitudo.n.ſimplicis uia dn̄i,q̄ obe
diētia eſt. Fortitudinē igr̄ induūt q̄ obe-
2. Cor. 9.d diētes ſunt,& ſimpl'r incedūt. Terti⁹
Ibidem gradus eſt hilariter obedire. Hilarem.n.
datorē diligit deus. Non ex triſtitia (in-
quit Apl's) aut ex neceſſitate. Serenitas
in uultu,dulcedo in ſermonib. multū co
lorāt obediētiā obſequētis. Vn̄ & gēti-
lis ille Poeta ait ſic: Sup̄ oīa uultus acceſ
ſere boni. Quis.n.locus obedientiæ,ubi
triſtitiæ cernit̄ ægritudo? Oñdūt plerū-
que uolūtatē aī ſigna exteriora, & diffi-
cile eſt ut uultū nō mutēt,q̄ mutāt uolū
tatē. Nubiloſa corpis cōpoſitio, & fa-
cies tenebris obfuſcata triſtitiæ, deuo-
2. Reg. 6.d tionem ab aīo receſſiſſe ſignāt. Reſpice
Dauid an̄ arcā dn̄i hilariter ſaltātē,& q̨
ſapiēter ſupbiētis fœmine reprimit indi
gnationē. Ludā (inquit) & uilior ero in
cōſpectu dn̄i. Cernis igr̄ q̨ neceſſaria et
cōueniēs ſit hilaritas ī obediētiæ execu-
tione. Quis impat libēter triſtitiā efflan
ti? Si uis ergo pfectus eſſe,hilariter et cū
magna uultus alacritate ſuſcipe iubētis
impiū,ut uoluntati cordis, ſimplicitati
opis,uultus hilaritatē adiūgas. Quar
tus gradus eſt obſecundare uelociter.
Velociter currit ſermo dei, & uelocem
hr̄e deſiderat ſequētē. Vides cū quanta Pſa. 147.a
uelocitate currit ille q̄ dicit: Viā mādato Pſal. 118.d
rū tuoꝝ cucurri. Fidelis obediēs neſcit
moras,fugit craſtinū,ignorat tarditatē,
p̄ripit p̄cipiētē,parat ocl'os uiſui, aures
auditui,linguā uoci, manus opi, itineri
pedes,totū ſe colligit ut impantis colli
gat uolūtatē. Vide dn̄m feſtinātei p̄ci-
piētē,& hoīem feſtinātei obediētē. Za Luc. 19.a
chæe (īquit) feſtinās deſcēde: q̄a hodie ī
domo tua oportet me manere. Et feſti-
nanter deſcēdit,& excepit eū gaudens.
Aīaduertiſti q̄a & feſtinātei deſcēderit,
& gaudēter excepit. Audiſti obediētiā,
audi & obediētiæ remunerationē: Quia
ſpũ, ferales corrige mores, & eſto mi-
tis.Tũc trãſito Iordane ingredieris ter-
rã repromiſſionis,q̃ eſt cõpunctionis.
Sic ĩ tertio loco octo beatitudinũ dicit̃:
Btĩ lugẽtes,qm̃ ipſi cõſolabunt̃. Quarto Matt.5.a
die reſuſcitatus eſt Lazarus:q̃rta uigilia
uenit ad diſcipulos Ieſus.Et tu fac tibi ui
gilias q̃tuor,ut reſuſciteris & ueniat ad
te Ieſus:duas timoris,pudoris duas.Co
gita deũ creatorẽ tuũ,cogita bñfactorẽ,
cogita pr̃em,cogita dñm. Ad ſingula
reus es,plãge ad ſingula, ad ſingula eui
gila,& ſingulorũ horũ ſinguli ĩtellect⁹,
q̃ſi ſinguli ĩ mẽte dies ſint,ĩ qb⁹ q̃ſi Laza
rus mortuus eras,q̃ſi fœtebas. Dum ꝑ
ſingulos lacrymaris, q̃ſi in quarto reſu-
ſcitaris.Primũ & ultimũ extinguunt ti-
morẽ:media duo pudorẽ. Pr̃ ſanè non
metuit̃,cum pr̃ ſit:pr̃is eſt ſꝑ miſereri &
parcere.Paterna uox eſt:Percutiam, & Deut.32.f
ego ſanabo.Nõ eſt proinde quod à pa
tre formides. Siqñ ferit,emendat,non
uindicat.Ad cogitantẽ quod pr̃em of-
fenderis,eſt certe quod pudeat, etſi nõ
quod

quod terreat. Voluntarie te genuit uer
bo ueritatis,deinde non peꝑcit unigeni
to,ut ꝓſit genito. Ipſe q̃dem pr̃em ita
exhibuit ſe tibi,ſed non tu illi ęquè filiũ.
Qua fronte attollis iam oculos ad uul-
tum pr̃is tam boni,tã malus filius? Pu-
deat indigne geſſiſſe gñi tuo: pudeat tã
to pr̃i uixiſſe degñem. Exitus aquaꝝ
deducant oculi tui,opiat confuſio faciẽ
tuam. Vultum tuum pudor ſuffundat,
occupetqꝫ caligo: deficiat in dolore ui-
ta tua,& anni tui in gemitibus.Prohdo
lor,quẽ fructũ habuiſti in illis, ĩ qb⁹ nũc
erubeſcis? Si in carne ſeminaſti,de car-
ne meſſuiſti corruptionem. Si mundus
ipſe tranſit,& cõcupiſcentia eius, con-
Malac.1.b fundere ad illã uocẽ q̃ dicit: Si ego pr̃,
ubi honor meus? Hoc de honore pr̃is.
Nunc ad bñficia ueniendũ.Vt alia inu-
mera taceã,h⁹ corꝑis uictũ, & uſũ tꝑis
h⁹, & ſuꝑ oĩa ſanguinem dilecti filÿ ſui
clamãtẽ de terra:pudet ingratitudinis.
Quid retribuiſti dño ꝓ oĩb. q̃ retribuit
tibi? Ad timorẽ quoqꝫ ueniamus. Si pu
dor minus partes ſuas exeq̃t̃, excitet̃ ut
excitet. Sepone pia uocabula bñfacto-
ris & pr̃is,ad auſteriora conuertere.Nã
ꝗ legit̃ pr̃ miaꝝ,& deus totius conſola
tionis: legit̃ nihilominus, deus ultionũ
dñs: & legit̃,terribilis in conſilÿs ſuꝑ fi-
lios hoim.Qđ pr̃ eſt,ꝙ bñficus eſt,tibi
eſt,ꝙ dñs ac creator,ſibi eſt. Etenĩ ꝑꝑ
ſemetipm̃ fecit oĩa. Quia ergo qđ tuũ
eſt,tibi defendit & ſeruat:putas princi-
patus ſui non req̃ret honorem? Req̃ret
uſqꝫ ad nouiſſimum q̃drantẽ, req̃ret &
retribuet abundanter facientib.ſuꝑbiã.
Req̃ret à redempto ſeruitium: honorẽ
& gl̃iam ab eo,quẽ plaſmauit. Eſto ꝙ
diſſimulet,& pr̃ ignoſcat beneficus,ſed
non dñs & creator.Pẽſa c⁹ ſit fortitudi
nis & honoris tuum atqꝫ oĩm contem-
pſiſſe factorẽ, contẽpſiſſe dñm maieſta
tis.Tangit montes & fumigabunt: &
tam tremendã maieſtatẽ audet iritare
uilis puluis, uno leui flatu diſpergẽdus,
& minime colligendus? Time gehẽnã,
time iudicis uultum. Contremiſce ab
ira potẽtis,à facię furoris eius,à fragore
ruentis mundi,à conflagratione elemẽ-
toꝝ,à tempeſtate ualida,à uoce archã-
geli,& à uerbo aſpero. Contremiſce à
dentibus beſtiæ infernalis,à uẽtre infe-
ri,à rugientib.p̃paratis ad eſcam.Time
uermẽ rodentẽ,ignẽ torrentẽ,fumum &
uaporẽ,& ſulphur & ſpm̃ ꝓcellaꝝ: ti-
me tenebras exteriores,& dicito:Quis Hier.9.a
dabit capiti meo aq̃, & oculis meis fõ
tẽ lacrymaꝝ,& p̃ueniã fletib. fletus &
ſtridores dentiũ & manuũ,pedũqꝫ du-
ra uincula,& põdus catenaꝝ p̃mentiũ,
ſtringentiũ,urentiũ,nec conſumentiũ?
Heu mr̃ mea, cur me genuiſti filiũ dolo
ris & amaritudinis, indignatiõis & plo
rationis? Qui ſic afficitur duplici metu
iſto & duplici pudore, quatuor uigi-
lias facit in mente, ſeu q̃tuor diebus in-
tus illuſtrat̃, in quoꝝ quarto quaſi La-
zarus quatriduanus reſuſcitat̃. Et ſicut
de uno fonte paradiſi oriunt̃ q̃tuor flu-
mina,q̃ irrigant terram: ſic quatuor af-
fectiones iſtæ ortæ de uno fonte cõpun
ctionis plenitudinem conſumũt irrigui
inferioris. Pariũt.n.ſuſpiria,gemitus &
fletus, q̃ dum ꝓ defectu uirtutũ agunt̃,
dñr irriguum inferius.Superius aũt irri-
guum, eſt uallis lacrymaꝝ. Pinguis in-
fuſio hæc cœlitus irrorata, nec extorta,
nec coactitia,pluuia uolũtaria eſt, quã
ſegregauit deus hæreditati ſuæ. Aquæ
iſtæ ſunt q̃ egrediunt̃ de templo à late-
re dextro,& fluunt impetu de Libano,
fluunt ẽt de fonte paradiſi,diuiſi in qua-
tuor capita. Paradiſus conſcia iuſti eſt,
quam non urit cura pungens,nec culpa
remordens: quam non attenuat ſenſus
egens,quã non grandinant corporeaꝝ
reꝝ irruentia phãtaſmata, fide florida,
uirtutib.fructifera,opinione odorifera.
Huius de medio fons orit̃,dũ uirtus in-
tegritate ſolidat̃. Hæc deinde diuidit̃ in
q̃tuor capita,iuſtitiã,prudentiã, fortitu
dinẽ,tẽperantiã. Iuſtitia fodit in altum,
& q̃rit aquas irrigui ſuperioris,pruden-
tia inuenit,fortitudo uẽdicat ſibi, tẽꝑã-
tia poſſidet. Iuſtitiã dico eſſe genus ad
oĩa p̃cepta dei:prudentiam diuinaꝝ,hu
manarumqꝫ reꝝ ſciam; fortitudinẽ ui-

gorem mentis inter aduerſa & ꝓſpera
erectum: tempantiã inter uelle & nol-
le, noſſe paꝝ & nimis, citra & ulra diſ-
cretionem. Legitime hæc cuſtodita pſe
ctum faciunt uiꝝ, cupiẽtem diſſolui, &
Pſal.119.a eſſe cum Xp̃o, qui dicat: Heu mihi quia
Zac.13.a incolatus meus prolongatus eſt: &, Si-
tiuit aĩa mea ad deum fontẽ uiuũ. Fons
iſte fons patẽs eſt domui Dauid in ab-
lutionem pctõris & menſtruatæ. Hic
eſt fons quem foderunt principes mul
titudinis, quos cõmemorauimus, iuſti-
tia. ſ. fortitudo & tẽperantia in datore
legis. i. cõpunctione: & in baculis ſuis. i.
in uigore ſolido perfectæ integritatis.
Mens itaq; à uitijs purgata, deũ ſitiens
iugiter, & ipſius aduẽtum in ſe ſuſcipiẽs,
frequenter delectata tantę ſuauitatis in-
enarrabili dulcedine, qa ꝓ uelle ſuo ſem
per eam hr̃e minime ualet, miro dolore
afficiť, & hęc ei conſolatio, ut p̃ eius de-
ſiderio iugi lacrymaꝝ pane paſcať. Fit
itaq; uallis lacrymaꝝ, dũ de ſe humil'r
ſentiens affatim abundat ubertate fle-
tuum. Et habet hoc irriguũ ſupius quo
mortua mundo ſuauiter & dulciter pa
ſciť, qa ꝑ irriguũ inferius emundata iam
cœleſtium cõtemplatione ineffabiliter
delectatur. Hæc duo irrigua, duæ oliuæ
ſunt, & duo candelabra lucentia ante
deum. Sunt hæc duo luminaria, duo al-
taria, duo exploratores, duo cherubim,
duo oſtiola, duo ubera: teſtamẽta duo,
hirci duo, leones duo, minuta duo, ta-
bulæ duæ, colũnæ duæ, ſorores duę, ma
nus duæ, & ſi q̃ ſint binaria, q̃ his conſo
nantia opinional'r queant inueniri. In ta
libus ſuſpirijs gemitu ac fletu, ac cõual-
le lacrymaꝝ ad te clamamus exules fi
lij Euæ: dña reꝝ, ſctã ſctõꝝ, uirt⁹ nr̃a &
refugium: decus mundi, gl'ia cœli: p̃cle-
cta ut ſol, pulcra ut luna, lunaris fulgor,
agnoſce omnes te diligentes. Audi nos:
nam te filius nihil negans honorat. Et
tu ſalua nos domine Ieſu, pro quibus
uirgo mater te orat, cuius regnum &
imperium ſine fine permanet in ſecula
ſeculorum, Amen.

Sermo unde ſupra.

a In te pererratis amboꝝ finibus
exul, aut Ararim Parth⁹ bibet,
aut Germania Tygrim, q̃ tuus
ẽ nr̃o labať pectore uultus, uirgo dei ge
nitrix, quem totus non capit orbis. Oĩo
neceſſariè uultum qdem tuum depreca
bunť oẽs diuites plebis, quanto magis
paupes plebis? Et ſi paupes plebis, mul-
tomagis egenus & pauper opprobriũ
hoĩm & abiectio plebis. Tibi dixit cor
meum, q̃ſiui uultum tuum. Vultum tuũ
dña reqram, ne auertas faciẽ tuã à me,
ne declines in ira à ſeruo tuo. Oſtende
faciẽ tuã, ſonet uox tua in aurib. nr̃is, qa Pſal. 26.c
uox tua dulcis, & facies tuas decora.
Vocẽ tuã audiuimus quater in euange-
lio, ô dña reꝝ. Primo ad angelum, ſcd'o
ad Elizabet, tertio ad filium, fili quid fe
ciſti nobis ſic? quarto item ad filium, ui
num non hñt. Quam haꝝ inquirimus?
Illam utiq;, uinum non hñt. Neceſſaria
nobis hæc eſt. Defecit uinum in cadis
nr̃is, uinum. ſ. lætificans cor hoĩs. Non
cauſamur de uino in quo eſt luxuria, il-
lud q̃rimus de quo ꝓpheta, qd' germi-
nat uirgines, haꝝ pincerna tu, uexillife-
ra tu. Vexilla regis ꝓdeunt in nobis, te
agente ꝓ nobis. Calix in manu tua uini
meri. In manu tua, in ptãte tua: uini me-
ri, amoris diuini: Dic dña reꝝ, dic ꝓ no-
bis filio tuo, uinum nõ hñt. Calix huius Zac.9.d
uini inebrians, quam præclarus eſt. In-
ebriat, calefacit, acuit, audaces facit &
fortes, obliuioſos, diſcretos, ſomnolen-
tos. Inebriat amor dei ad contemptum
mũdi: calefacit, qa feruẽtes facit: acuit,
quia erudit: facit audaces contra aduer
ſa, & fortes à carne, mundo, & dæmo-
nib. inuincibiles, obliuioſos coꝝ. ſ. quæ
retro ſunt, & in futura extentos, diſcre
tos erudiens ad iuſtitiam, ſomnolentos
ad tpalia, & tædioſos, & ad inuiſibilia
contemplanda pronos & promptos.
Hoc uinum lætificat cor hoĩs. Hoc à te
& ꝑ te ſperamus, non ſolũ uinũ, ſed & Pſal.103.b
panẽ. Panis. n. cor hoĩs confirmat. Panis
ille de quo ſcriptura: Panem angeloꝝ
mãducauit hõ. Panis ipſe filij tui dulcis
memoria, p̃ñtia ipſius plena tu. Et mẽſa Pſal.77.a

propoſitionis duodecim panum, nume
rum duodenarij dedicans. Duodecim
panes, duodecim ſunt prerogatiuę gra
tiaꝝ, in quibus gr̃a repleta es, & dñs
tecum. Porrò ne de corde meo uidear
prophetare, tuas has prerogatiuas Pau
lus apl's & noĩat pariter & enumerat di
cens: Fructus aũt ſpũs eſt charitas, gau
Gal.5.d dium, pax, patientia, longanimitas, be-
nignitas, mãſuetudo, fortitudo, mĩa, cõ-
tinentia, caſtitas. Panes certe admodũ
ſplendidi, ſapidiq;. Splendidi, in ſua na-
tura: ſapidi, in aĩoꝝ experiẽtia. Deniq;
ſummæ ſpũales delicię hę ſunt. Plus qp
pe his cõfirmať & delectať aĩus, quam
ullis carnalib. delicijs corpus. Neq; ue-
rò ꝓueniunt hoĩ à ſeipſo, imo fruct⁹ ſunt
ſpũs ſctĩ. Proinde uirgo btã poſtq; nun-
cius cœleſtis te p̃dicta gr̃aꝝ prærroga-
tiua perhibuit plenã, mox gratiaꝝ cãm
Luc.1.c ſubiungẽs, inquit: Dñs tecum. Dñs aũt
ſpũs eſt. Spũs ergo ſctũs magnificauit
facere tecum. Magnificauit, inquam, fa
cere in te duo opera ſua. Vnum erat, dũ
dignam te fecit quæ dei filium concipe
poſſes & parere: alteꝝ qñ ex tua carne
ſctã ac digna carnem filij dei formauit:
Fecit proinde te magnam & caſtam.
Magnam planè fecit ut immenſum ca-
peres: caſtam quatenus digne contine-
res. Magnam te fecit humilitate, caſtã
uirginitate. Itaq; tu ſctã, tu es caſtellum
in quod Ieſus intrauit, hñs turrim humi
litatis: qui. n. ſe humiliat, exaltať: & mu-
rũ uirginitatis. Muꝝ certe fortiſſimũ,
quippe qui nec ante partum, nec in par-
tu, nec poſt partum potuit uiolari. La-
pides muri diſciplina tua fuerunt & cõ
tinentia, ſine quibus nunq; conſtans eſt
Mat.10.g uirginitatis murus. In te duę ſorores fue
runt Maria & Martha, q̃ dñm ſuſcepe-
runt. Maria fuit intelligentia tua ſpecia
lis, qua deum & dei filium eſſe intelle-
xiſti quem genuiſti. At uerò Martha
rõnalis erat prudentia, qua ei in dño fi-
lioq; tuo in carne ſeruiſti. Tu ergo dña
naſus es ſpecioſus, ad quam dicit ſpon-
Cant.7.b ſus: Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ
ædificata eſt cum propugnaculus, mil-
le clypei pendent ex ea, omnis armatu
ra fortium. Naſus duo habet foramina
ꝑ q̃ ſpm̃ à capite emittit: ita tu dña uir- Thre.4.d
ginitate & humilitate tua de cœlo edu-
xiſti filium dei. Spũs oris nr̃i (dicente ꝓ
pheta) Xp̃s dñs. Spũs uerò eſt dñs xp̃s:
quippe qui ut ſpiritus oris nr̃i charitate
calefacit, cupiditatem nr̃am refrigerat,
ad bonam nos uoluntatem mouit, fide
iuſtificauit. Tu ergo naſus eccleſiæ ſimi
lis es turri, celſa uidelicet dignitate, fir-
ma grauitate. Turris es Libani: Liban⁹
mons qui dr̃ dealbatio, altam præ oĩb.
ſignat innocentiam tuam. Innocens fui
ſti ab originalib. & ab actualib. pctĩs.
Nemo ita præter te. Vnde authoritas
Auguſtini: Cum de pctĩs agitur, nullã
de B. Maria uolumus fieri mentionem:
ex eo. n. maiorem credimus ei collatam
uirtutem ad uincendum ex omni parte
pctm̃, quæ concipere & parere meruit
eũ qui nullum habuit pctm̃. Ex omni,
ĩquit, parte: hoc eſt ex parte originalis,
& ex parte actualis pcti. Ea ergo ſola
excepta: cæteri omnes quid dicere poſ-
ſunt, niſi quod ait apl's Ioannes: Si di- 1.Ioan.1.c
xerimus quod pctm̃ non habemus, ipſi
nos ſeducimus, & ueritas in nobis non
eſt? Ego quoq; pia fide opinor, in utero
matris tuæ ab originalibus te abſolutũ
peccatis: nec uana eſt fides, nec opinio
falſa. Deniq; & rõnes & authoritates Hier.1.a
inueniuntur iſta ſtipulantes. Et quidem Luc.1.d
ratio ſic: Si alij in utero mr̃is fuerunt ſan
ctificati, multo magis tu mr̃ dñi. Sed
Ieremias & Ioannes, alter ſanctificatus,
alter ſpũ ſctõ repletus in utero mr̃is le-
guntur. Ergo & tu Maria genitrix dei, q̃
ſola totam ſpiritus ſancti gr̃am poſſe-
diſti, quam alij habuere ꝑ partes. Te. n.
angelus Gabriel pronũciauit gratia ple
nam. Tuum odorem longe ante in filio Luc.1.a
patriarcha Iſaac trahebat dicens: Ecce
odor filij mei ſicut odor agri pleni. Tu
es ager plenus, plena uirtutum, plena
gratiarum. Tu protuliſti frumentum Gen.27.d
electorum, quod eſt etiam angelorum
cibus. Te benedixit dominus. Te,
inquam, benedixit dominus, ut ꝑ te be-

nedictam uita ueniret,ſicut mors ꝑ Euā
ꝓceſſerat maledicta.De te ſecretoꝝ cœ
leſtium conſcius Salomon dicit: Quæ
eſt iſta q̄ ꝓgredit̃ ſicut aurora cõſurgẽs,
pulcra ut luna,electa ut ſol, terribilis ut
caſtroꝝ acies ordinata? Aurora ſemꝑ
noctẽ ſequit̃,nox p̄cedit aurorā. Quid
aũt eſt nox frigida & obſcura niſi origi
nale pc̄tm̄, frigidũ concupiſcentia, ob-
ſcuꝝ ignorãtia? Tu ergo ꝓceſſiſti ut au
rora lucida & rubicunda,qa ſuꝑatis ori
ginalib.pc̄tis in utero mr̃is,nata es luci
da cognitione ueritatis, & rubicunda
amore uirtutis.Inde eſt qđ natiuitatem
tuā ſc̄tām ſc̄tā eccl'ia feſtiuis celebratio
nibus honorat,qđ alia's nõ faceret. De
niꝙ nulliꝰ p̄ter te,niſi dñi filij tui, & Ioã
nis Baptiſtæ(q utiꝙ ſc̄ti nati ſunt)colit
natiuitatem. Cũ igr̃ tã clare authorita-
tes diuinæ tuam ab utero teſtent̃ inno-
centiam,qs ultra dubitet ſc̄tām & ĩma
culatam huic mundo ꝓgenitam? Tu es
ꝓinde turris Libani cum ꝓpugnaculis
ædificata.Ab ineunte qppe ætate dile-
xiſti iuſtitiam,& odiſti iniqtatẽ.Qr̃ de
lectatio iuſtitiæ, odiumꝗ iniqtatis, cũ
qbus creuiſti, tua fuere propugnacula.
His qppe uiſis,hoſtib.certe ſuſpecta fui
ſti.Nõ.n.parꝝ formidabant,ne forte tu
eſſes(q̄ & eras) per quam expugnandi
erant & dānandi:ꝑꝑ qđ & terribilis fui
ſti eis ut caſtroꝝ acies ordinata. Nihil
uerò oio ꝓficit inimicus in te,eo qđ mil
le clypei pependerunt ex te, ois armatu
ra fortium.Denarius ſolidus millenariꝰ
eſt:ſiqdem denarius q̄dratus centena-
rium ꝑficit.Porrò decem ſunt p̄cepta le
gis.Primum eſt:Dñm deum tuum ado
rabis,& illi ſoli ſeruies.In hoc ſolius dei
Deut.6.a p̄cipit̃ cultus.Nulli qppe alij ſeruitus(q̄
Græce latria dr̃)debet̃.Siqdem qñ dæ-
monib.exhibet̃,idololatria uocat̃:qđ ꝓ
Ibid.5.b ximo inhibet̃ p̄cepto: Non aſſumas no
men dei tui in uanũ,Ac ſi diceret:Nulli
creaturæ dei honorẽ exhibeas, nihil ꝑ
incantationes aut auguria q̄ras. Porrò
ſpeciale obſequm deo p̄bet̃ in obſeruan
tia ſc̄tãꝝ ſolẽnitatum:unde tertium p̄ce
Ibidem. ptum contexit̃:Obſerua diem ſabbati:

qđ eſt,in ſacris ferijs te exerce',q̄tenus
ꝑ regem pñtem diſcas ſperare æternã.
Ac tria iſta ad deum duntaxat ꝑtinent',
q̄ de re in una ſolũmodo tabula ſcripta
fuerunt. Cæteꝝ cetera ad cõuerſationẽ
hoīs cum ꝓximo ſpectant,qr̃ & ipſa cõ
tinebant̃ in ſcđa. Et primum quidẽ ad
maxime ꝓximos.i.parentes ꝑtinet: Ho
nora,inqt,prẽm & mr̃em. Honoris no Ibidem.
mine non ſolum ſubiectionis reuerẽtia,
ſed ẽt ſubſidij obſequm accipit̃. Proīde.
filij debent honorare parentes,& in bo
nis obediendo,& tꝑalia,ſi opus habue
rint,ſubſidia miniſtrãdo. Non occides. Ibidem.
Id maximũ malum eſt qđ ꝓximis põt
inferri, ac ꝑꝑea primo oīm debuit ꝓhi-
beri. Fit aũt homicidiũ multis modis,
manu,p̄cepto,conſilio,conſenſu uel ne-
glectu.Si.n.morituꝝ aliquo mõ uiuifi-
care ualeas & negligis,ꝓculdubio eius
mortis reus teneris. Poſtea dicit:Non
fornicaberis. Fornicatio alia ſpũs,alia Ibidem.
corporis. Spũs fornicario eſt, deſerto
deo adhærere diabolo. Vñ: Perdes oẽs Pſal.72.d
q fornicant̃ abs te. Porrò corporis forni
catio eſt,paſſim cum meretricib. uel fœ
minis à legitimis uiris abſolutis,ſola li-
bidinis explendæ cã cõmiſceri.Deinde Deut.5.b
adiungit̃:Furtumꝗ non facies. In furto
comprehendit̃ rapina,uſura, peruaſio,
qcq̄d deniꝙ cum dãno alterius poſſi-
det̃. Deinceps ait:Falſum teſtimonium Ibidem.
ne dicas.Falſum teſtimonium, alieni pa
trocinium mendacij proprie dicitur.
Veruntamen in hoc loco pro omnibus
mendacij partibus uerisimile eſt poni.
Denique periurium,uoti ſolutionem,et
generaliter omne mendacium nõ per-
mittit, qui falſum teſtimonium nomi-
natim prohibuit. Nonum præceptum Ibidem.
eſt: Non concupiſces proximi tui uxo-
rem. Vbi nimirum adulterium uetuit,
atque abuſionem deo ſacratarum.
Sponſæ quippe ſunt dei: & utique
non minus eſt dei ſponſam uiolare q̄ꝫ
hominis. Decimum: Non concupi- Ibidem.
ſces rem proximi tui. Omnem dolum
& circunuentionem hoc ultimo uetat
præcepto,quibus miſeri mortales ſe in-
uicem

uicem decipiunt,boniſꝗ priuant terre-
nis.Hæc decem legis præcepta ſuos ob
ſeruatores tanquam clypei muniunt,et
à tormentis inferni defendunt, quaꝑꝑ
optimi decẽ clypei ſunt. Denarius por-
rò linearis numerus eſt, ſolam habens
longitudinem,quæ ſolo duntaxat capi
tur intellectu. Decem itaque clypeos
habet. At ſi denarius in altum extenda-
tur atque quadretur, centenarium uide
licet parit. Eadem quoque rõne ſi deca
logus poſt ſcientiam memoria firmet̃,
& dilatetur affectu:centum ꝓfecto cly
pei poſſidẽtur. Poſtremo denarius exal
tatus atque ſolidatus millenarium per-
ficit:ſic nimirum decalogum de affectu
in bonam producens operationem, o-
ptatos certe mille cœpit clypeos poſſi
dere. Non eſt dubium te benedictã in
tellectu & affectu, & actu hunc ſuper
omnes mortales decalogum habuiſſe
& obſeruaſſe:unde prorſus meritò mil-
le clypei ex te dñr pendere. Et non ſo-
lum clypei,ſed & omnis armatura for-
tium.Nihil eſt.n.uirtutis quod ex te nõ
reſplendeat:& quicquid ſinguli habue-
re ſancti,tu ſola poſſediſti. Lectulus es
Salomonis,de quo in canticis: En lectu
Cant.3.c lum Salomonis ſexaginta fortes am-
biunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenen
tes gladios,& ad bella doctiſſimi.

LIBER BEATI Bernardi de conſcientia.

COnſcientia in qua per
petuo aĩa manſura eſt,
ędificãda eſt, ſed prius
mundanda. Et quis eã
mũdabit? ꝓfecto deus
& hõ:hõ per cogitatio
nes & affectiones,Deus per miſericor-
diam & gratiam. Cogitationes & affe
ctiones neceſſariæ ſunt conſciæ emun-
dandæ:cogitationes inueſtigatione ue-
ritatis,affectiones in exercitatione uir-
tutis.Porrò miſericordia dei delet pec-
catum,gr̃a dat uirtutem reſiſtẽdi pc̄tõ,
nunc ſubtrahit pc̄ti occaſionem, nunc
immiſcet amaritudinem, plerunque ſa
nat affectionem:gratia adiuuat ad bo-
num,defendit contra malum,erudit ad
utrunque diſcernendum.

Anima dicitur beata firmata in pace.

b Eata eſt anima quæ in pace fir-
mata eſt cum exterius bella pa
titur:pax interius nõ turbatur.
Quæcũque foris moleſte perſtrepunt,
uſque ad ſilentium internæ quietis irrũ-
punt,qñ geſtu,internę dulcedinis tacta
tota eſt per deſiderium intus collecta,
nec foris iam emittitur, nec in carnis uo
luptate diſſoluitur:quia totum ĩtus poſ
ſidet,in quo delectatur atque iſta in ſe-
metipſa,ita in ſemetipſo. Dum nihil eſt
quod foris appetit,tota per amorem in
tus requieſcit:& cum ad internum gau
dium colligitur, ad imaginem dei refor
matur,quam ĩ ſe ueneratur. Talem ani-
mam frequenter uiſitant & honorant
ſancti angeli & archangeli, utpote dei
templum & ſancti ſpiritus habitaculũ.
Eſto igitur dei templum, & deus ex-
celſus habitat in te, anima enim deum
habens in ſe,templum dei eſt, & diuina
myſteria in ea celebrantur. Porrò quæ
non ſtudet in ſe conſiſtere, nec in amo-
re dei deſiderium figere, per oculos &
aures alióſque corꝑis ſenſus foras egre-
ditur, atque in exterioribus delectat̃,
ſed erit cum inuenerit portas iſtas clau
ſas, & tunc rediens ad ſe, & uidens ſe
nudam & ſolam, inæſtimabili confu-
ſione & horrore concutietur: & quia
mundi conſolationem quæſiuit,illa quę
à deo intus datur conſcientia non ha-
bebit. Non ſolum eam deus dedigna-
tur uiſitare, ſed ne ipſa quidem male
ſibi conſcia ſeipſam poterit tolerare.
Requiem in ſe non poterit habere,quo-
niam illum dereliquit: in quo habitare
& requieſcere debuit. Cogita ergo in
ſocietate aliorum poſitus, quia non po
teris ſemper manere cum illis, & inte-
rim elige ſocium, qui cum omnia ſub-
ſtracta fuerint,fidem ſeruat dilectoribꝰ
ſuis, nec recedit in tempore anguſtiæ.

Omnis igitur cordis diſtractiones, & mentis fluctuationes in unum collige,
& in ſolo deo totum deſiderium tuum
fige, ut tibi ſit cor tuum theſaurus tuus
deſiderabilis, multumq́ amabilis. Ipſe
frequenter uiſitat, & libenter inhabitat
tranquillitatem cordis, & otium quie-
tæ mentis, qm̄ pax eſt: & in pace locus
eius. Propterea talem te præpara ut te-
cum adſit deus, ſit in ore, ſit in corde, te
cum eat, tecum redeat, nec à te recedat
niſi tu prior eum dimiſeris. Nunquā te
ille dimittet ubicunque fueris, nunquā
ſolus eſſe poteris, ſed tecum deus erit.

Munda igitur conſcientiam, & ſemper
eſto paratus, ut q̄cunque hora uenerit,
& inhabitare tecum uoluerit, paratā ſi
bi in te inueniat manſionem, ipſe nāq́
dixit, Facite mihi ſanctuarium, & habi-
tabo in medio ueſtri. Studeamus ergo
templum deo ędificare in nobis: primo
quidem ut in ſingulis nobis dn̄s, ut in
omnibus nobis ſimul habitet, quia nō
ſingulos dedignatur, nec uniuerſos. Pri
mo ſtudeat unuſquiſque ne diſſideat i-
pſe à ſeipſo, qm̄ omne regnum in ſe ipm̄
diuiſum deſolabitur, & domus ſuper do
mum poſita cadet: nec intrabit Chr̄s
ubi parietes inclinati & macerię depul
ſæ. Vult hr̄e anima corpori ſuo domum
integram, & exire per eam neceſſe eſt ſi
fuerint in ſe, inuicem membra eius diſ-
perſa, uidetur igitur & ipſa ſi deſiderat
Chriſtum per fidem habitare in corde
ſuo, id eſt, in ſeipſa uideat & ſolicite ca-
ueat ne à ſe inuicem membra diſſideāt,
id eſt, ratio uoluntas & memoria. Di-
gnum habitaculum parat deo cuius nō
eſt ratio decepta, nec uoluntas peruer-
ſa, nec memoria īquinata. Fœlix illa ani
ma quæ ita domum ſui cordis & de pec
catorum ſordibus ſtudet emundare, &
ſanctis ac iuſtis operibus adimplere: ut
in ea non ſolum angelos, uerumetiam
dn̄m angelorꝫ habitare delectet. Mun-
data domo cunctiſq́ malis ab ea exclu
ſis omnibus bonis impleatur: ne ſit no-
bis neceſſe foris aliquid quærere, quæ
omnia forinſeca relinquimus. Redi igi-
tur ad cor tuum & diligenter diſcute te-
ipſum: conſidera unde uenis, quo ten-
dis, qūo uiuis: quid agis quid amittis,
& quātum quotidie proficis uel quan-
tum deficis. Quibus cogitationibus ma
gis incurſaris, quibus affectibus frequē
tius tangeris, uel quibus tentationū ma
chinis à maligno ſpiritu acrius impugna
ris: & cum totum interioris & exterio-
ris hominis ſtatum, habitum in quātum
poſſibile eſt plenè cognoueris non ſolū
q̄lis ſis, uerumetiam qualis eſſe debeas,
& cogitatione tui poteris ſubleuari ad
contemplationem dei. Quantum nan-
que quotidie ī cogitatione tui proficis,
tātum ad altiora ſemper tendis: ſed for
te iam aſcendiſti & ibi ſtare didiciſti, et
ita hoc ſufficiat tibi. Diſce ibi habitare
& manſionem facere, & qualicunque
euagatione ſi abſtractus fueris, ſemper
illuc redire feſtina, abſque dubio ꝑ mul
tum uſum quādoque uertetur in tātum
tibi oblectamentum: ut abſque la-
boris ulla difficultate poſſis ibi aſſiduꝰ
eſſe. Quinimo pœna potius tibi ſit ali-
bi quam ibi moram facere. Si ergo ꝓ-
ceſſeris deſideria tua circa dilectatiōes
exteriores affici, & cogitationes tuas
in eis iugiter occupari, cum magna ſoli-
citudine compelle illas ad cor tuum in-
trare & ibi habitare. Mens enim quæ
ad ſui conſiderationem non ſubleuat, ſi
per uana deſideria peruagatur, & uariȷs
cogitationibus huc illucq́ diſtrahitur:
nec per ſeipſam in unum colligere quæ
nondum nouit ad ſe ipſam intrare, ſed
adhuc in imo eſt: cogitatione & conuer
ſatione non pōt ad ea quæ ſuper ipſam
ſunt dulcedine contēplationis euolare.
Diſcat ergo diſperſiones cordis congre
gare, ſtudeat cogitationes mētis reſtrin
gere, & exteriora obliuiſci: aſſueſcat ī in-
timis ſuis immorari, diſcat ſola bona in-
teriora amare, & illa ſola frequētius co
gitare: qui ad cœleſtiū contemplatione
anhelat qui in diuinorꝫ lætitia ſuſpirat.
Cumq́ ſe diligenter attenderit & diu-
tius quęſierit, & eum tādem inuenerit q̄-
lis ſit: reſtat ut ex diuina reuelatione co-

gnoſcat q̄lis eſſe debet, & q̄le mentis æ-
dificium deo ꝑparare, & q̄bus obſeqȷs
eum placera oporteat. Qui ita euaga-
tiones mētis in unum colligit, & oēs cor
dis motus in uno æternitatis deſiderio
figit: profecto iā ad cor ſuū rediȷt, iā ibi
libēter immorat̃ ac mirabil̃r delectat̃:
& cum ipm̄ p̄ gaudio caꝑe non poſſit,
ſupra ſeipſum ducit̃ & per exceſſum mē
tis in ſumma eleuat̃: atq́ ita ꝑ ſemetipm̄
per cogitationē ſui aſcēdit ad cogitatio
nē dei, ut diſcat ſolū indeficienter cogi-
tare, & in eo delectabil̃r requieſcere: cū
amor Chriſti totū abſorbuit affectum
hoīs, ut negligēs & immemor ſui niſi ſo
lum Ieſum xp̄m, & ea q̄ ſunt Ieſu Chriſti
ſentiat: tūc demū, ut arbitror, perfecta ē
in eo charitas. Huic itaq́ ſi perfectus
eſt, nō eſt oneroſa pauꝑtas, iſte non ſen
tit iniurias, ridet opprobria, contemnit
dāna, mortē lucrū deputat, imò nec mo
ri ſe putat, cū magis de morte ad uitā ſe
trāſire ſciat, quē ſic amor intrinſecus li-
gat, tenet, nec ad modicū q̄d exire exte
rius ualet: ſed interius eius deſiderio fla-
grat: tāto amplius quāto familiarius: &
eo quā frequētius. Qui ſic in amore dei
iugiter delectat̃, frequēter mentis exceſ
ſus patit̃, frequēter ab oībus p̄ntibus, et
terrenis raptus corā deo p̄ntatur: & cū
pulcritudinē cōſiderat & magnitudinē
pulcritudinis attonitus in eius admira-
tione ſuſpendit̃, mirat̃ regis gloriā, regni
magnificentiā, ſuꝑnæ ciuitatis nobilita-
tē. Et cū fœlicitatē contēplat̃, gl'ię deco
rē, dei bonitatē, internæ ſuauitatis dulce
dinē, & æternæ q̄etis trāquillitatē: medi
tatur pr̄is potentiā, filiȷ ſapientiā, ſpūs
ſc̄ti benignitatem, & angelicę creaturę
beatitudinem. Delectat̃ de deo in deū,
dum eius pietatē mirat̃, & decorē cōtē-
platur. O quā iucundū, ſi nō eſſet tā mo
dicū, raptim rapit̃, ſola cœleſtia contē-
platur, cōtemplādo iocundat̃: ſed cū ibi
diutius ſtare conat̃, ſubito labit̃ rediens
ad ſe, nulli pōt intimare q̄d uidit, ſupra
ſe agitatione ſuauitatis allectus guſtat
dulcedinis ſuauitatē, & illā cœleſtē infu
ſionem lętitiæ ſpūalis intra ſemetipſum
mirat̃. Reuoluit ēt in corde tacita mēte
incorporeæ lucis claritatē, intimæ ſatie-
tatis ſaporē, & aliud internæ q̄etis ſecre
tū, & ſummę trāquillitatis arcanū, in hꝰ
amore contēplationis dulcis mens dele
ctabil̃r afficit̃, & mirabil̃r delectat̃. Vo-
let ergo ut non deficiat, uolet donec ꝑ-
ueniat an̄ regem gl'ię, ibiq́ ploret, & ſu
ſpiret, mactetq́ ſe in lacrymis, dep̄cet̃ ue
niam, poſtulet gr̄am: nec inde recedat,
quo ad uſq́ dn̄m, quē offendit placatū
ſentiat, & ab eo conſolationē recipiat.

Scientiam multi uolunt ſed pauci ſapientiam.

Multi quærunt ſciam, pauci uerò
conſcientiā. Si.n. tāto ſtudio &
ſolicitudine quæreretur, quāto
quæritur ſecularis & uana ſcientia: citiꝰ
apprehenderetur, & retineretur. Cogi-
tare nāque de conſcia ſenſus eſt cōſum-
matus: & qui cuſtodit illā, ſemper erit
ſecurus ſalua reuerentia ſapię, utilius eſt
enim currere ad conſcientiā quā ad ſa-
pientiā: niſi ſapia ſit, quæ ædificet con-
ſcientiā. Tunc.n. ſe intelligit anima, tūc
illuſtratur conſcia, tunc impletur cordis
ſcia, cum in ſe deum, & in deo mutua re
uelatione ſeipſum recipit, imago creata
nihil aliud niſi ſapiētia in aīa, niſi gloria
in conſciētia, niſi ſc̄tificatio in arca. O q̄
ineffabilis eſt dei pietas quæ tātā maie-
ſtatem inclinat ad tātā humilitatē. Qui
creauit nos, creatur in nobis: & qui po-
tuit eſſe, nos deum hr̄e pr̄em uult, & ſi-
bi in mr̄e: quicunque, inquit, fecerit uo-
luntatem pr̄is mei, ipſe meus fr̄ & ſo-
ror, & mr̄ eſt: & fr̄ obediendo, pr̄ ge-
nerando, ſoror per hæreditatis partici-
pationem, mr̄ per aliorum inſtructio-
nem. O infidelis expande ſinum, dila-
ta affectus, ne anguſtieris in uiſceribus
tuis, concipe quod totus mundus ne-
quiuit apprehendere, donec uirgo b̄tā
fide illum concepit, fide nāque Chriſtꝰ
concipitur, ubi prædicatione naſcitur,
deuotione nutritur, amore tenetur. Sit
ergo conſcientia plena ut deum condu-
cat ad hoſpitium, ſit ſolicita erga fidele
obſeqū, ne tāta maieſtas recuſet cordis
gremiū, ſit deuota, ut ſoli deo placeat:

ſoli deo intendat, nec à deo recedat. Talis conſcientia lætificat animam, exhibet deo gratiam, angelis & hominibus reuerentiam, ſibi ipſi pacatam & & quietam conſcientiam.

Duplex eſt conſcientia.

c Onſcientia eſt cordis ſcientia: & dupliciter intelligitur, uidelicet alia quę ſe nouit per ſe, alia quæ poteſt ſe & alia nouit ex ſe. Cor.n. ex ſe ſua & multa alia. Qñ nouit ſe, appellatur conſcientia: qñ poteſt ſe, alia nominatur ſcientia. Conſcientia bonus titulus eſt religionis & * bñdictionis. Ortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium angelorum, arca fœderis, theſaurus regni, aula dei, habitaculum ſpiritus ſancti, liber ſignatus et clauſus in die iudicij aperiendus. Nihil eſt iucundius, nihil eſt ſecurius bona conſciẽtia. Premat corpus, trahat mundum, creat diabolum, & illa erit ſecura. Secura, cum corpus morietur, ſecura cum aĩa coram deo præſentabitur, ſecura, cum utrunque in die iudicij ante terrificum tribunal iudicis ſtatuetur.

Quod conſcientia eſt bonum teſtimonium futuræ beatitudinis.

f Vturæ beatitudinis non eſt utilius remedium, nec certius teſtimonium, quam bona conſcĩa. Mundus enim uolubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, tranſeat, nunq̃ marceſcat conſcĩa, ſubiugetur corpus in pœna, ieiunijs maceretur, uberibus laceretur, eculeo diſtẽdatur, gladio trucidetur, crucis ſupplicio affligatur, & ſecura erit conſcientia, in ſpeculo conſciẽtiæ ſtatus interioris hominis & exterioris cognoſcitur. Anima uerò non nouit ſe, quæ ſine ſpeculo eſt. Speculum enim mundum, clarum & purum totius religionis eſt conſcientia. Sicut enim mulier quæ uiro ſiue amico ſuo placere appetit, quæ contuitu ſpeculi imaginem appoſitam reddentis, decorem & pulcritudinem faciei ſuæ componit: ſic anima in quibus ab imagine ueritatis diſcedit, uel in quibus ueſtigia cicatricis imaginis recipiat, imaginem in conſcientia relegit, & intellegit non immerito conſcientiam ſpeculo comparauit: quoniã in ea tanquam ſpeculo rationis oculus tam indecens quam quod decens in ſe eſt, claro aſpectu apprehẽdere poteſt. Bona eſt conſcientia ſi habet in corde puritatem, in ore ueritatem, in actione rectitudinem, pro his namq; merebitur trinitatis uiſionem. O beata uiſio in qua deus ſic erit notus atque conſpicuus, ut uideatur à ſingulis nobis, ĩ ſeipſo uideatur. Videatur in cœlo nouo, uideatur in terra noua atq; in omni quæ tũc fit creatura, bona conſciẽtia eſt domini unica, quam excolere debet peccatorum confeſſio et eorum ſatisfactio, exhibitio bonorum operum & cuſtodia eorum, unicuique eſt liber propria conſcientia, & ad hunc librum diſcutiendum & emendandum, omnes alij inuenti ſunt. Anima cum de corpore egreditur, nullum alium poteſt conſcientia ſuæ librum ſecum portare, poterit atque in illo cognoſcet quo debeat ire, et quod debeat recipere ex his quæ ſcripta erunt in libris iudicabimur, & ideo ſcribi debent ſecundum exemplar libri uitæ, ut ſicut aliter habent corrigantur, ne in illa ultima collatione, ſi quippiam aliter inuenti fuerint, habentes abijciantur. Beatus homo qui ſe poterit cognoſcere & deſpicere, probare, & improbare. Nam qui ſibi diſplicet deo placet, & qui ſibi uilis eſt, deo charus eſt. Multæ ſunt cõſcientiæ hominum, ſed nulla melior eſt illa qua cognoſcit homo ſeipſum. Quãobrem redeam ad cor meum, & ibi ſtare aſſueſcam, ut tam uitam meam poſſim diſcutere quam me ipſum cognoſcere, & omnes miſerias meas coram deo effundam ſi forte illa ſua magna pietas moueat eum. Confitebor tibi peccata mea, cum omnia nuda ſunt, & etiam apta: quem fallere non poſſum, quia ſapientia eſt nunquam effugere, quia ubique eſt. Audi ergo pijſſime deus confeſſionem meam, & reſpice ad pietatẽ tuã. Fac mecum ſecũdum miſericordiã tuã,

audi

audi quã ſæpe de memoria mea te expuli. Turba ruẽs cogitationũ plurimaꝝ q̃ uelut plebs ad aliqđ ſpectaculũ ſolent effluere in cor meũ dũ orare uel cãtare in monaſterio uolo: neſcio cuiuſmodi ſtulta cogitatio cor meũ rapit & ducit ꝑ diuerſa loca: cũq; illud ad me reuoco tenere nõ poſſum, ſed illud elabit̃ & huc atq; illuc dirigit̃ & ꝑ innumera effundit̃. Idcirco terrenaꝝ cupiditatum illecebræ & uanitatũ effuſio ita cor meũ occupat, ut qđ uitare ſtudeo hoc cogitẽ, aĩoq; uoluã. Nõ eſt in ptãte mea cor meũ, & cogitationes meæ q̃ ex improuiſo effuſæ mẽtẽ meã aĩumq; confundũt, atq; al's trahũt q̃ ego ꝓpoſuerã, ad ſcl'aria reuocãt, mũdana inferũt, uoluntaria ingerũt. Illecebroſa cõtexũt, ipſoq; ĩ tp̃e quo leuare mentẽ meã ad eũ paro, inanibus cogitationibus tractus ad terrena plerũq; deijcior: hmõi ꝑſtrepẽtiũ cogitationum tumultus à corde quotidie amouere uolo, nec ualeo, ſed uiſa & audita, dicta, facta ad memoriã reuocant̃, & in ea cũ magna importunitate perſtrepũt. Cogitata cogito, cogitata recogito atq; iteꝝ eadẽq; iteꝝ replicare nõ ceſſo, & cũ diu multumq; ꝗcqd potero cogitabo, ſine cogitationib⁹ eſſe nõ poſſum, ſed intrãt & exeũt, atq; aliæ al's inducũt & excludunt. Hic intus ſuſtineo, plerũq; tñ cõſentio, cũ ꝑ ea q̃ uidi uel feci ſine ulla utilitate abſq; oĩ diſcretione uaga mẽte diſcurro: ita mens ſꝑ mobilis ſꝑ uaga & uelut ebria ꝑ diuerſa diſtrahitur. Grauiter pecco cũ cor meũ derelinquo: qm̃ grauis iactura ꝑ negligentiã fit. Vim patior, cũ me illud deſerit cõfirma cor meũ deus, qm̃ cũ ſtare in ſeipſo nitit̃ à ſemetipſo aliquo modo ẽt neſcito deriuat̃ ita peccãdi conſuetudine. Et cũ neſcio pecco, cor meũ ꝑ infinita deducit̃, & in multa deſideria diducit̃. In nocte uero cũ dormire uolo, multaꝝ rerum imagines & phãtaſias clauſis oculis uideo, eaſq; inuitus tolero, quãtò que ab eis aciẽ mẽtis auertere nitor, tãto amplius illæ ſe inde ingerũt: & moleſtia turpiũ cogitationũ cor meũ maculãt, inde eſt qđ ſæpe mihi nocuit mortifera delectatio q̃ ex recordatione libidinis ꝓuenit. Nec.n.ẽ peſtis q̃ p̃ cęteris uitijs ẽ mihi familiarior, eo ad nocẽdũ ꝓcliuior et ad repellẽdũ difficilior. Nã cũ ea repellere uolo, nolẽti mihi ĩgerit̃ blãde oneroſa diſplicẽdo, placẽs & placẽdo diſplicẽs carnis libidinẽ nũq; fugere potui: ſed ſꝑ me ſequit̃ & cũ aliq̃ delectatione, uel uiſus intẽtione me cõprehẽdere põt, non dieb⁹ neq; noctibus reqeſcere ſinit, ſubtil'r intrat & mẽtẽ occupat: & niſi ſubito repellat̃ allicit & intẽdit: & qa uirus hẽt peſtilẽtia ꝑ totũ corpus paulatim ſe diffundit. Cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas gñat, delectatione illicita mẽtes afficit, ad cõciliũ prauitatis aĩum inflectit, oẽsq; uirtutes corrũpit. Hac peſte cũ aſtrict⁹ teneor diuelli ab ea uix poſſum: qm̃ famulos eius neſcio cõfiteri aut erubeſco tã ſubtiles & turpes ſũt. Re uera difficile eſt libidinis incẽdia extinguere: adiuua me dñe de⁹ meus, ut huic tã peſtifero uitio reſiſtere poſsi. Scio.n. qđ cũ mẽtẽ meã cogitatione immũda polluero, ei q mũditiæ author eſt placere nõ ualeo. Cor mũdum crea in me deus, qm̃ nõ ſolũ una cogitatio illud occupat & turpis inqnat, ueꝝ amare diſſipat. Sæpe nãque alia iniuria cõmotus de meis cogitationibus & tumultibus in corde p̃mor, hinc nec ſolicitus & cæcus occaſione uindictę de accepta iniuria tumeor. Cõſilia multiplico, & nihil aliđ niſi iurgia q̃ adſũt corde p̃ſago, pñtem nõ uideo, abñtibus nõ cõtradico, intra memetipſum cõtumelias ꝓfero, & recipio: receptis aũt duri⁹ rñdẽdo. Cumq; q obuiet, nullus adſumit, rixas in corde ꝓpono, inſidias inuidentiũ deſidero, & q̃cũque cõtra me mouere pñt, penſo, exquiro qđ rñdeam, & cũ nullã rẽ teneã, litigor uacu⁹ labore, ſicq; diẽ in otiũ, noctẽ uero cogitatione uerto, torpeo ab utili ope, qm̃ fatigor illicita cogitatiõe: ita mẽs ĩterius pugnat, cũ mẽte hõ repugnat. Nonnunq; uerò qđ egi ĩ corꝑe hoc poſtmodũ importũa cogitatiõe ꝟto ĩ mẽte, & multoties graui⁹

torqueor in recordatione quam prius
captus fuerã in opis ꝑpetratione. Sæpe
.n. ea q̃ nunq̃ feci nec in uolũtate habui
ita recogito q̃ſi pœniteat me illa non fe
ciſſe, ab occultis meis munda me dñe:
qm̃ cũ nihil exterius ago, intus grauiter
pecco. In corde .n. ſeruo depicta ea q̃ fe
ci, ideo tpalium reꝝ tumultus in corde
uerſare nõ ceſſo: cũ uaco opor. In cogi-
tatione .n. comedo, cum ieiuno loquor,
cũ taceo iraſcor, cũ ſum trãquillus, cor-
pus regeſcit, & aĩus huc illucq́ diſcur-
rit. Ita uitã iſtã ſine tumultu tranſire nõ
potui, nec hoc quidem quod laudabil'r
uixi ſine reatu aliquo eſt, ſi remota pie-
tate diſcutiatur.

Hic petit homo exui à ſuis tribulationibus.

d E neceſſitatibus meis eripe me
dñe. Crebro nãq; dũ neceſſitati
ſtudeo, reddere debita uolupta
tis ſtudio deſeruio, ſub uelamine neceſ-
ſitatis cado: in laqueũ uoluptatis ſæpiſ-
ſime nãq; coincidi, & bibi nõ ad neceſ
ſitatẽ ſed ad uoluptatẽ: & qđ neceſſita-
ti ſatis erat, uoluptati paꝝ erat. Cogi-
taui ẽt de cibo & potu qđ nõ debui, co
gitãdo de his in cogitatione ruminabã,
cũ tegẽdis mẽbris ueſtimẽta q̃ro non q̃
tegãt ſed q̃ congregant, ſed q̃ extollant
expeto & cõtra frigoris torporẽ, nõ ſo-
lum q̃ muniãt, ſed q̃ ꝑ colorẽ cordis ocu
los ſeducũt. Cũ pro aliq̃ neceſſitate licẽ
tiam loquẽdi habui, alicui loquutus ſũ,
nõ ſolũ de neceſſarijs ſed de his quę ad
me nõ ꝑtinebãt. De q̄bus licentiã non
habebã, inieci me colloquijs alioꝝ, &
ibi loquutus ſum non ad ædificationem
ſed ad deſtructionẽ: non quod decebat
ſed qđ libebat loquutus ſum illa otioſa
& uana & riſui apta uerboſitati deſer-
uiẽs, detractioni ſtudẽs os meũ menda-
cio & detractione inquinaui, & lingua
mea oĩ fallacia plena nocuit mihi pluſq̃
alia mẽbra. Nã ea q̃ uidi & audiui, nun-
quã eo modo quo facta uel dicta ſunt
poſſum referre, ſed alia affirmo pro alijs
& ſæpe multa interſero ſupflua: atq; ita
uel nimis laudãdo uel uitupando fere
quoties loquor mẽtior. Guttur inſatia-
bili ardet ingluuiæ, gula diuerſis ſapori
bus ſatiari nõ põt, cor prauũ & malitia
plenũ & dolo ꝑ purã cõfeſſionẽ tenere
nõ potui unq̃. Manus ad opus prauum
aptæ fuerũt, & pigrę ad bonũ opandũ.
Stomachus & inteſtina nimio cibo &
potu ſæpe ſunt diſtẽta: & ideo plena do
lore. Nã uñ gula delectat̃, uẽter inflatur,
corpus infirmat̃, & ſæpe mors ſequit̃ ꝑ
gulæ delectationẽ, corrui in uẽtris ĩglu-
uiem: & uñ mihi debui parare ſalutẽ, pa
raui nimiã comedẽdo ꝑniciẽ. Pedes me
uelocius portauerũt ad aliq̃ curioſita-
tem ſpeculandã quã ad eccleſiã. Oculi
iniquo intuitu me ꝑuerterunt, omneq;
motũ mei corporis ad innumera deſide
ria traxerũt. Aures citius apui uerbis o-
tioſis & uanis, quã ſanctis. Delectatus
eſt odoratus uarijs odoribus. Guſtus di
uerſaꝝ reꝝ diuerſis ſaporibus, nec non
& ſinguli alij ſenſus. Ita deus meus in o-
mnibus meis ſenſibus naturę modũ ex-
ceſſi, oĩa mea membra uolũt cõiuratio-
ne facta cũ inimico meo de me dñium
tradere, cum morte fœdus inire, pactũ
pangere cum inferno.

Hic petit homo exui ab omni peccato.

e Ripe me dñe ab hoĩe malo, à
uiro iniquo .i. à meipſo à quo re
cedere nõ poſſum: nã quocunq;
me uerto, me ſequitur uita mea: & quo-
cũque uadã conſcĩa mea me non deſe-
rit: ſed ſerpẽs aſſiſtit & quæcunq; facio
ſcribit. Idcirco q̃q̃ humana iudicia ſub-
terfugiã, iudicium conſcĩæ proprię fuge
re non poſſum, & ſi hoĩbus celo quod
egi, mihi tñ qui noui malum quod geſſi
celare nequeo, proprij reatus conſcĩa
non me requieſcere ſinit: ſed de die in
diem torquet & de die iudicij uehemẽ-
ter terret. Nam in die illa cum dñs ad iu
dicandum uenerit, uniuſcuiuſq; conſcĩa
ad teſtimonium adducetur, & aperto li
bro conſcĩæ oĩs culpa añ oculos reduce
tur: atque ita cogente conſcĩa unuſq́ſ-
que eſt accuſator ſuus & iudex, ꝑpea
modo ſtatuam conſciam meam añ me
& iudicabo me ipſum, ut illud extremũ
et tremẽs dei iudicium euadere poſſim.

Damnat me conſcĩa mea, q̃q̃ iudiciũ
diuinum me nondum damnet. Accuſat
me de homicidio, quod ſi opere non fe
ci, uoluntate tñ & deſiderio peregi. Ac
cuſat me de adulterio, & eodem modo
rñdeo. Accuſat me de inuidia, cõfiteor
& ego, qđ inuidia cor meum ſæpiſſime
laniauit: ꝑ inuidiam nãque ſancte uiuen
tium intra me feci inuidendo pctã. Nã
bona quæ ab eis fieri uel dici audiebã,
ea oĩno non credebam. Ipſas res bñ ge
ſtas in malum male interp̃tando cõuer
tebã: omne malum quod de his uel mẽ-
dax fama tractabat, ſtatim ac ſi ego ui-
diſſem, credebam: oĩa mala in eis æmu-
lus fingebam, & ex ꝑfectu eoꝝ deficie
bam, hoc uerò odium intra me abſcon-
debam & in meos cruciatus conuerte-
bam, proficiẽtibus inuidebã, improbos
fouebã, de malis eoꝝ gaudebam, & de
profectibus lugebã gratuitis, inimic⁹ ar
debam, & hãc malitiã mihi pectoris ap
prehendi, timebã ſꝑ erã auarus, et nunq̃
certus: & ita amicus erã diaboli & ini-
micus dei. Inter amicos diſcordiã ſemi-
naui, diſcordãtes in diſſenſionẽ confir-
maui. Opiniones bonoꝝ mẽdacijs dul
coraui, in ſpũalibus carnalia laudaui, ut
ſpũalia bona eiſdem ꝑſuaderem, amici-
tias ſimulãs ut eoꝝ qui ſe incaute mihi
cõmittebant qua poſſem arte decipe:
odioꝝ mihi occaſionẽ prauis ſuſpicio-
nibus coaceruaui: & ita dęmones quo-
rum facta ſectabar, lætificaui, multis ue
lut amicus fui, in obſequio hoſtis, in aĩo
corruptus, in uerbo turpis, in facto ꝑdi-
gus, ſctõꝝ ſequutionũ tenax malaꝝ ſu-
ſpicionum, utrobiq; ꝑuerſus: & ita pſe-
quutus eſt inimicus aĩam meam, & hu-
miliauit in terra uitam meam. Pijſſime
dñe uñ poſſum eſſe bonus, qñ in bono
die fui malus: ego peccabam, & tu diſſi
mulabas. Prolõgabã ego multo tꝑe ini
quitatẽ meã, & tu pietatẽ tuã: quia po-
tentiã & indulgentiam cogitabas. Da
miſericordiam mihi miſerrimo, q tãdiu
pepercisti criminoſo. Credo qm̃ q̃cq̃d
mihi donari decreueris, ſic eſt quaſi nũ-
quam fuerit. Non ſolũ inuidia cor meũ
affligit, uerum & uanitas circa uarias
delectationes languentẽ aĩum inuoluit,
per uanitatẽ nanq; de opibus quoꝝ mi
hi non erã conſcius, turpiter me iactaui.
Geſtiebã ẽt docere, q̃ neſciebã, credi de
me ſublimia uolebã, delectabilia graui
bus apponebã, execrabar uerbo quod
aĩo cõcupiſcebã, appellationes uirtutũ
meis uitijs imponebam, & ita me ip̃m
flagellabam, & non fauẽtes mihi deſpi-
ciebam. In promiſſione inhoneſta fui
uelox, in exhibitione mẽdax, à bono mu
tabilis, mali tenax, lætus ad proſpera,
fragilis ad aduerſa, inflatus ab obſeq̄a,
anxius ad opprobria, immoderatus ad
gaudia facilis ad humana, difficilis ad
honeſta, in uerbo fui, grauis in aĩo tur-
pis, ubiq; fallax. Miſericordiſſime ita
defecerunt dies mei, in q̄bus debui de-
flere commiſſam iniquitatẽ, excitare re
miſſam uoluntatem, inſpirare promiſ-
ſam fœlicitatẽ, p̃parare ad angelicã ſo-
cietatẽ, propitiare tuã maieſtatẽ. Tæ-
det me totã uitã meã deus meus: qm̃ di
ligenter diſcuſſa apparet mihi, aut ſteri
litas aut pctm̃: & ſiq̄s fructus in ea uĩ,
ſic eſt ſimulatũ aut impfectum, aut ali-
quo modo corruptũ non poſſit, aut nõ
placere aut diſplicere tibi. Et cum uere
ita res ſit, ſic eſt mihi quaſi ita non ſit q̃
eſt miſeria. Sic comedo, bibo & dormio
ſecurus, quaſi iã trãſierim diẽ mortis, &
euaſerim diẽ iudicij & tormẽta inferni.
Sic ludo & rideo q̃ſi iã regnẽ tecũ in re-
gno tuo. Idcirco multitudinẽ iniquita-
tũ meaꝝ expaueſcẽs, ſed de tua pietate
cõfidẽs, tibi creatori & redẽptori meo,
q ueniã & indulgẽtiã poſt reatũ ꝑ purã
& lacrymabilẽ cõfeſſionẽ aſſeq̄ promi
ſiſti. Confiteor, qđ in pctĩs meis fui con
ceptus, & ꝑ oẽ tp̃s uitæ meæ uſque ad
hãc diẽ, In pctĩs fui conſummatus. Nul
lum inuenio pctm̃, à quo nõ ſim aliquo
modo coinquinatus, ꝑ ſupbiã nãq; prę-
cepta tua & ſeniorum tuoꝝ trãſgreſ-
ſus ſum, ſilentium & taciturnitatẽ ſicut
rľa docet: non tenui quod mihi licitum
fuit, non habui, dedi & recepi. Clamo-
rem paupum ac miſeroꝝ libẽter ac mi-

ſericorditer non audiui, nec eos in ſuis infirmitatib. uiſitaui, ſuadentib. mihi in malum conſenſi. Facilius multa q̃ꝫ unũ cogito, facilius quam mea reprehendo uitia aliorꝝ. Hoc qđ in aliȷ̃s reprehẽdo, facere non erubeſco: facilius uniuſcuiuſque uitia q̃ꝫ uirtutes intendo: cũ aliorꝝ delicta cerno, mea non aſpicio. In meis delictis ſum clemens, in aliȷ̃s rigorẽ tenere uolens, ad irrogandas contumelias ſum ualidus, ad tolerãdas infirmus, ad obediendum piger, ad laſceſſendum uero alios importunus, ad ea q̃ facere ualeo nec debeo paratus: ita repleta ẽ malis aĩa mea pctĩs meis exigentib. ĩ eccl'ia deteriorẽ me repio, nunc intus maneo, nũc foras exeo: tanta eſt leuitas corpis nec non mentis: aliud canto, aliud cogito: pſalmos dico, uerba ꝓfero, & ſenſũ non attẽdo, ſed mẽte uagus, habitu diſſolutus, ocellis attonitꝰ huc & illuc ꝑficiſcens, q̃cũq; ibidem geruñt ꝑſpicio. Væ mihi, qm̃ ibi pecco, ubi pctã debeo emendare. Nuncq; uerò in ipſis bonis q̃ deo donãte ago, ad deterius appropinquo: qa mentis lætitiam pariunt: & qñ ſecuritatem gignunt, mens mea ſecura reddiť, & ĩ oĩ torpore laxať: ſæpe ẽt me ipm̃ & opa quę feci laudaui, & ab aliȷ̃s laudari uolui: plerũq; laꝰ humana, quã non q̃rebam, mihi oblata placuit: & cũ ea in ceruicẽ extolliť, ſubito multa, q̃ feceram, ad memoriam ueniebant, ut amplius ĩ collatione extolleret. qđ ſubtil'r replicans, atq; in unũ cũcta coaceruãs, cœpi magis magiſq; deceptus intumeſcere: nuncq; in mei admiratione occupatus deſiȷ̃ mihi dans gl'iam & non deo, à quo accepã. oĩm fructuũ merita amiſi: atq; ita didici, qm̃ q me laudabant, aduerſum me iurabant. Quanto.n. quiſq; in ſemetipſo gl'iať, tanto dei amore diſiungiť. Ita deus meus inferno appropinquauit aĩa mea, ſed uide liberator meꝰ, non hẽo uñ tibi rependam qa iuſtus es. Heu mihi q̃l'r uixi, quãta mala feci & dixi: pudet qđ ſic uixerim, & qđ natus fuerim, malens nõ eſſe quam talis eſſe. Bonus.n. erã, & malum nõ feci, utiq; q me ſponte feci miſerꝝ, conſcĩa mea mereť damnationem. Pnĩa mea nõ ſufficiet ad ſatisfactionẽ: ſed certũ eſt, qđ mĩa tua delet oẽm offenſionẽ: dele ergo pie dñe iniqtatem mea multitudine miſerationum tuarꝝ. Ego uſq; ad hãc diem ſine cã uixi, & amodo ſine cã uiuere nõ uolo. Sed heu miſer hoc tam ſępe ſic cõfeſſus ſurgens, cadens ſum defenſus, te petendo, toties cõfitendo cõſcius, multoties ꝓmiſi ut emendarẽ, & nuncq; tenui, ſed ſemꝑ ad pctm̃ meum rediȷ̃, & priorib. ſcelerib. noua & deteriora coniunxi. Nuncq;, ut debui, mores in melius mutaui, nec à malefactis receſſi: plurimos & me ꝑdens peccare feci, & multis cã mali extiti, & exemplis uitæ meę multi ſubuerſi ſunt. Ecce pctã mea miſericordiſſime deus nõ abſcondo ſed oñdo. accuſo me non excuſo, qm̃ iniqtatẽ meã ego cognoſco: nec idcirco iuſtus, qm̃ ſi alter me accuſat non ego ipm̃ me accuſo, patienter ſuſtinere non poſſem ueſperas ut potuiſſem; ꝑꝑ magna pctã & uitia, culpas & negligentias infinitas, q̃ egi & quotidie indeſinenter ago corde ore & ope: & me oĩb. modis quibus humana fragilitas peccare põt, niſi uerbũ tuũ cõfirmaret & habitaret ĩ nobis, ſed deſperare nõ audeo, qm̃ ſubditus ille tibi tulit chirographum pctõrꝝ meorꝝ & affigens illud cruci pctm̃, crucifixit & mortem. Gr̃as ago tibi deus meus, qm̃ uiſitaſti me, & oſtẽdiſti mihi pctã, nunc primum te inſpirãte dediſti ad cor meũ redire, & me ipm̃ cognoſcere, aduocabo aliquẽ de amicis tuis, & ei oĩa delicta exponã, ſicut mihi p̃cepiſti: ut eiꝰ cõſilio & auxilio poſsi ab oĩb. meis iniqtatib. lib̃ari & tibi recõciliari.

Rogat ut audiat.

a Vdi ergo pr̃ miſerrimum pctõrem, audi uocẽ lacrymantis ſeu pœnitentis, attende q̃ꝫ grauiter peccaui, & dominũ offendi creatorem meum, deo iubente ad cor meum rediȷ̃, & me ipſum & totam uitam meam diſcuſſi, tãto diligẽtius quãto familiarius:

unde unum fateor nihil aliud inueni, niſi locum erroris & uaſtæ ſolitudinis cõſcientiam uidelicet diu neglectam, oĩo incultam, ſpinis & tribulis obſitam, & oĩ errore plenam. nullũ.n. uitium eſt, à quo non traxerim aliqđ contagiũ: turbauit me ira, lacerauit me inuidia, inflãmauit me ſupbia, inde contraxi mentis inconſtantiam, oris ſcurrilitatẽ, opprobria ꝓximorꝝ, ſcelera detractionũ, linguæ effrænationẽ, ſeniorꝝ meorꝝ impa ta non ſeruaui, ſed indicaui. de meis negligẽtȷ̃s obiurgatus, aut rebellis fui, aut murmuraui, p̃ferri me meliorib. impudenter affectaui, ſimplicitatẽ ſpũalium frm̃ irridenter exagitaui, meas conſcĩas ꝓcaciter iactaui, de lata obſeq̃a faſtidiui, negata q̃ſiui, iuniores meos elatus deſpexi, non obſeruaui in obſeq̃o reuerentiam, ĩ ſermone modeſtiam, neq; habui in morib. diſciplinã, ſed in tẽtatione iactantiã, in humilitate fui fallax, in odio ꝑtinax, ſubiectionis impatiens, potẽtiæ execrator, ad opus piger, ad obſeqũ durus, ad loquẽdũ q̃ neſciebam prõptus, ad litigandũ paratus, frnę ſocietatis inhumanus, temerarius in audiendo, clamoſus in loquẽdo, faſtidioſus in audiendo, p̃ſumptuoſus in docendo, efferatus deformiter in cachĩnãdo, oneroſus amicis, infeſtus q̃etis, ingratus bñficis, inflatus obſequȷ̃s, impioſus ſubiectis, ſæpe feciſſe q̃ non fecerã, me iactaui uidiſſe qđ non uiderã, dixiſſe qđ non dixerã, negaui non dixiſſe qđ dixeram, non uidiſſe & audiuiſſe qđ uideram, & audiueram: & ita ex oĩ parte ſum reus, reus in ſcl'o, reus in clauſtro: ſed ibi ꝑ ignorãtiam, hic uerò ꝑ negligẽtiam, & utraq; me terrent. uerũtñ multo amplius terret me, qđ in monaſterio añ conſpectũ dei, deteriorẽ inuenio. Collocauit me deus in loco uoluptatis, in domo ubertatis, in paradiſo deliciarꝝ: ego uerò miſerabilis inter menſam epulantium ꝑeo fame, ſitio iuxta fontẽ, algeo añ ignem, & ad uentrẽ manus extendere, nolo tã piger ſum & deſidioſus: ita tp̃s amitto qđ deus pietate ſua mihi indulſerat ad agendum pniam, ad obtinẽdum ueniã, ad acq̃rendũ gr̃am, ad ꝓmerendũ gl'iã. Quaſi monſtrũ añ filios dei ſto habitu monachi non conuerſatione. hñs.n. magnam coronã & amplã cucullã ſalutem mihi æſtimo. terrã arbor ſterilis occupo, & uelut uile iumentũ plus cõſumo quã ꝑficio, altiorẽ locũ teneo, & nullũ offm̃ ſuppleo, ſed ſum ſicut truncus ſine frondib. & fructib. aliȷ̃ me paſcũt de laborib. manuũ ſuarꝝ ſicut p̃bendarium ſuum, ego aũt tanq; pauꝑ & miſer, nec clericũ gero, nec laicũ: cantare nequeo, laborare neſcio, ſed opprobriũ pctõrꝝ uilius, peius cadauere, tolerabilius fœtet putridus canis hoĩb. quam aĩa deo peccatrix. Idcirco tędet me uiuere, uiuere erubeſco, qa parꝝ ꝑficio: mori timeo, qa nõ ſum paratus: malo tñ mori, & noĩ dei cõmittere & cõmẽdare, qa benignꝰ & miſericors eſt, quã de mala cõſuetudine ſcandalũ alicui facere, tota die uerecundia mea cũtra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me. Cũ uideo me ſomnolentũ ad uigilias, tardũ ad horas canonicas, & pigrũ ad opa manuum: alios aũt uideo tam ſtrenue & tã deuote diuinis laudib. ineſſe, alios reuerẽter & alacriter corã deo aſſiſtere, & eũ laudare, ego aũt ad lacrymas nequeo cõpungi, tanta eſt duritia cordis mei. cantare non libet nec orare, meditationes ſctãs nõ ĩuenio, tãta ſterilitas aĩę meę et deuotiõis ĩopia quã patior. heu me ĩ circuitu meo oẽs uiſitat dñs, ad me aũt nõ appropinq̃t. Nũc tueor aliũ abſtinẽtiæ ſingularis, aliũ patiẽtiæ admirãdæ, aliũ ſũmæ humilitatis & mãſuetudinis, aliũ m'l'tæ mĩæ & pietatis. Illũ ĩ cõtẽplatiõe frequẽter excellere hũc ꝓpulſare & penetrare cœlos or̃onis, iſtãtia, alios ĩ aliȷ̃s p̃eminere uirtutib. oẽs cõſidero & ꝑſpicio feruẽtes, oẽs ĩ xp̃o unanimes, oẽs donis cœleſtib. & gr̃a affluẽtes tãq; reuera ſpũal'r q̃s deꝰ uiſitat. In me ṽo nihil eorũ ĩuenio qm̃ deꝰ declinauit ĩ ira à ſeruo ſuo, ĩde eſt qđ cũ aliȷ̃ uigilãt ego dormio: qñ aliȷ̃ cãtãt ĩ monaſterio, ego huc illucq; diſcurro. Qñ aliȷ̃ ĩ aliq̃ ſecreto lo

co ſe furant̃ à colloquĳs hoim, ut ibi loquant̃ cum rege angelorꝝ, ego q̃ro colloq̃a hoim: cum alĳ uacãt lectionibus, ego fabulis & uerbis otioſis: cum alĳ diſcurrunt, atq; dĳudicant ſemetipſos, ego iudico alios: alĳs placet cõis uita, diſciplina cõis, & cõe ſtudium, & mihi placẽt anguli & diuerticula: ſic ex quo peccare potui, nuſquã à pctis & malis opibus ceſſaui, pctã pctis accumulaui, & pctã q̃ aliunde implere non potui, malis uolũtatib. & malis deſiderĳs nuſquam ceſſaui, ſup oĩa mala & delectatio carnis q̃ ab ipſis cunabulis ſp mecũ creuit, mihi ſp affuit, nec adhuc iam p̃ ſenectute deficientib. mẽbris me deſerit, multis & alĳs modis infœlicẽ aĩam maceratã diſſoluit, captiuauit oĩ uirtute deſtitutã, inanẽ & debilẽ reddidit. fateor hꝰ opib. nefarĳs & imundis recordationibus ſæpe eſſe pollutũ incenſum, ardores non modicos, & inhoneſtos, & nõ ſolum delectationum mearꝝ malas & ſtultas cogitationes hẽo quotidie, q̃ mihi nocẽt, ſed aliorꝝ & facta & mihi malefacta uariata p recordationes ſordidas ad memoriam reducta cor meum non paruo ueneno. Iniq̃tas macularꝝ et in hoc mirabil̃r miſerabilis ſum, q̃a non tm̃ doleo quantũ dolendũ me cognoſco, ſed ſic cæcꝰ torpeo uelut qđ patiar ignorẽ: hoc uerò mihi eſt oĩ infœlicitate miſerius, qđ ita ope puerſo, ore pollutus, corde ĩmundus ad altare accedo et Xp̃i corpus ptractare manib. meis non ptimeſco, accedo elatus ad humilem, iratus ad mitẽ, crudelis ad miſericordẽ, & tñ patit̃ humilis elatum, mitis iratũ, miſericors crudelem, accedo ſeruus ad dñm non amore, ſed timore: non deuotione: ſed uſu: ad dñm accedo cꝰ pcuſſi ſeruum: ad p̃rem accedo cꝰ occidi filiũ, pcuſſi uerbo, occidi exẽplo, nec timeo dñm, nec reuereor p̃rem. manens in turba frĩm turbaui aliquos, & ab aliquo turbatus, qñ accedo ad pacificum. appropinquo ẽt talis ad oſculum pacis, q prius recõciliatus facere debuiſſem ad oſculum turbati frĩs. conuincit me reũ, & dei inimicum mea iniquitas, pctm̃ meum ſemper ſeparauit me à deo.

Idcirco obſecro te p̃r ut me inſtruas qũo poſſim ſemp ſtare cum deo meo, aut redire cum ab eo pctis meis exigentibus motus fuero. Non longe es fili à regno dei, notitia nãq; pcti initium eſt ſalutis. Confido in dño, qm̃ qcqd minus eſt in te feruoris & boni opis, humilitas ſupplebit confeſſionis. Quacunq; nãq; hora pctõr conuerſus fuerit & ingemuerit, ſaluus erit: ut quanto qs frequentius quantoq; uehemẽtius de ſuo reatu interno dolore afficit̃ tanto certior, tantoq; ſecurior de indulgentia uenia efficit̃: tñ eſt qđ pniæ lacrymis afflictam, tam frequenter uiſitat, libenter cõfortat, qđ ſua ſcl'a flendo dãnare, & damnando flere cõſiderat. Incipit ex tũc q̃dam familiaritas inter deum & aĩam, ex eo qđ ſe ſentiat ab ipſo ſæpius uiſitari, & eius aduentu, nõ tm̃ conſolari, imò aliquoties quodam ineffabili gaudio repleri. nulla eſt. n. tam grauis culpa, q̃ non habeat ueniam p purã confeſſionẽ. ꝓuocat eũ ad compaſſionem dei, humilis miſeriæ confeſſio. melius. n. eſt, ut uites uitium quam ut emendes, ne forte cum incurreris reuocare non poſſis.

Rogat ut audiat.

QVoties te ſentis turpibus cogitationib. pulſari aut illicita delectatione affici, toties pone añ mentis oculos, qũo crucifixus eſt deus tuus pro te: intuere, qũo à Iuda traditus Iudæis, & quam uiliter pertractatus blaſphematur, & colaphizatur, condemnatur, & exprobratur, & flagellatur, ad ultimum uero contumelĳs & opprobrĳs affectus, inter duos latrones ſuſpẽditur, clauis confixus, ſputis deriſus, ſpinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus ſanguis emanauit, & inclinato capite, tradidit ſpiritum ita redemptor dominus pro te, & tua neſcio cuiuſmodi ſordida cogitatione ſordueris in mente. Sufficere poſſet hæc cogitatio ad excludendas cogitationes illicitas, ſed ecce alias conſidera

qũo morieris, qñ aliqua graui infirmitate uexatus & ad extrema deductus, & ibi ad terram proiectus inter longa ſuſpiria & difficiles ſingultus, inter diuerſos dolores & timores aĩam expirabis: tunc uenit corpus in pallorem & horrorem, in ſaniem & fœtorem, & erit uermis & cibus uermium: aĩam uero mox capient & rapient terribiles illic facies, & ex oĩ parte tenebunt eam dæmones. Cogita quis eam defendet à rugientib. præparatis ad eſcam, cum teterrima illa mõſtra dæmoniorꝝ occurrentia contra eam uidebis: aut qs te ducet p ignotam regionem. Attende & quam cito ueniet dies ultima. Subito ueniet, ſed et forſitan hodie eſt. Iam adeſt, iamiã pñtaberis añ tremendũ iudicem, accuſaberis multis & magnis offenſis: non uno nec paucis, ſed innumeris criminibus, non paruis ſed immenſis, non dubĳs, ſed certis, non breui accuſatione, ſed tã longa quam longa eſt tota uita tua, nõ una accuſatione, ſed tot quot ſunt delicta tua. Ipſe iudex erit accuſator tuus: oẽs ẽt ſpũs boni & mali corã deo te accuſabũt. Tot iudicib. proprĳs aſtabis, quotquot te p̃ceſſerunt in ope bono iniquitates tuæ, oĩbus ppl'is nudabunt̃, & cunctis agminibus patebunt uniuerſa ſcelera tua, non ſolũ actuũ uerꝝ cogitationum & locutionum. Multa uero tũc uenient ex improuiſo q̃ſi ex inſidĳs q̃ modo non uides: & forſitan plura & terribiliora his q̃ nõ uides. Vndiq; erũt tibi anguſtiæ, hinc erũt accuſantia peccata, tremens iuſtitia, ſubtus patẽs horridum chaos, deſuper iratus iudex, intꝰ uermis conſciæ, foris ardens mundus. Si iuſtus uix ſaluabit̃, pctõr ſic deprehẽſus in quam partem ſe tuebit̃? Latere. n. impoſ'e eſt, apparere ĩtolerabile. Iudex erit uehementer iratus & terribil̃r diſtrictus: ſnĩa. n. ſil' oblata erit immutabilis, tortores horribiles qui nunq̃ miſerent̃, parati erunt ut ſnĩa te condemnent ad tormenta. Timor conturbabit te cum terra aperiet̃ corã te. Tu rues in ſtagnũ ſulfuris ardentis & fœtentis, ignis exterius carnem tuam cõburet, uermis interius conſciam corrodet. Ibi eris ſine fine ueniæ & mĩæ, deum uidere non poteris, & bonis oĩb. carebis q̃ ĩ ptãte habuiſti. Si uis cogitatiões malas à corde tuo expellere hęc ſępe cogita ſupra ſcripta.

Sermo Beati Bernardi de ſancto Andrea apoſtolo.

ET quietum ſtudium & attentum ſilentium, & tanta tanti uiri ſoleunitas mouent, imò compellunt aliquid dicere ad oſtẽdendum gl'iam deitatis, g̃ram apl'icę dignitatis, confeſſionis uirtutem. Demus gloriam laudi eius quem laudant omnes gẽtes, qui miniſtros & laudat & laudabiles facit, ipſe eſt cui aſſiſtunt angeli ad audiendum uocem ſermonum eius, q ſtellas uocat & dñt, aſſumus: cuius manus extẽdit cœlos, q fundauit terrã ſup ſtabilitatem ſuam, qui graditur ſup fluctus maris, q fecit mirabilia ſolus, in quẽ deſiderant angeli proſpicere, ipſe qui fecit omnia, q̃cunq; uoluit fecit. Huic ſeruire regnare eſt, qui ſeruiuit pro nobis dura, & graui neceſſitate, & purpuram ſuæ diuinitatis cilicio nr̃æ mortalitatis operiens, pauper & mendicus uenit in regionem nr̃am. Nunq̃d non ludus uobis ur̃ Iudæi, pagani, hæretici, & omnis illa ſubſanantium, imò inſanientium turba, cũ dicimus filium dei carnẽ, mortem, clauos & lanceam toleraſſe? Ludus ꝑfecto uñ ſic nobis ludit̃, ut uobis illudat̃. Vnicus ille ſapiens hꝰ myſterĳ nõ ignarus, ludum iſtũ elegãti ſermone p̃luſit. Delectabar inq̃ p ſingulos dies: ludens corã eo in orbem terrarꝝ. Luſit q̃ppe corã deo cum carnem ex eius p̃cepto ſuſcepit, & in orbem terrarꝝ, q̃a ad terminum orbis terrarꝝ delectatus p ſingulos dies in ſingulis Apoſtolis iocundatus, dũ uni tradit regnũ cœlorꝝ, alteri de pectore ſuo reclinatoriũ facit. Et deliciæ meæ eſſe cum filĳs hoim. Putabã ego dñe Ieſu qđ deliciæ tuę eſſent eſſe non cum filĳs hoim, ſed cum choris angelorꝝ, ubi diuinitatis gloria thronis

& ꝑtãtibus admirandus ſuperioꝝ oculos reuerberas naturarum, ibi lucem inhabitas inacceſſibilem & circunſtantiã clariſſimoꝝ luminum, tui luminis obtegis maieſtate. Sed illa clemẽtiſſima tua pietas & benignitas adoranda, delicias ſuas dicit eſſe cum filijs hoĩum. Iſti ſunt filij hoĩum qui ſperauerunt ſub tegmine alaꝝ tuaꝝ, quos elegiſti de plebe, quorum lauiſti pedes, quibus tuum ſpm̃ infudiſti, qui fidẽ tui noĩs quadrigis euangelicis per orbem quadrifidum portauerunt. Nota tñ quod dicit nõ cum hominibus, ſed cum filijs hoĩum. Ego puto hoĩes ad ueterem hoĩem, filios hoĩum ad filium hoĩs pertinere, iuxta quam intelligentiam puer cithariſta ſic intonat.

Quid eſt hõ ꝙ memor es eius: aut filius hoĩs qm̃ uiſitas eum? Vidésne quia deũ hoĩs eſſe memorem, filium uerò hoĩs ſe uiſitare confirmat? Præſumimus & ſuſpiramus, quia fecit nobis miſericordiã ſuam, in conſpectu filioꝝ hoĩum, ſi interim protegat nos in abſcondito faciei ſuæ à conturbatione hoĩum. Igitur & dñs nr̃ cuius ſchola eſt in terris, & cathedra in cœlo, ex his oĩbus quos elegit & præelegit, Andream elegit apl'm, cuius ſolennitatem & uocibus & cordibus inclamamus. Dulcis Apl's & primitiua uocatio dñi ſaluatoris, qui in ipſum apl'icum choꝝ tanti prioratus inſigniẽ faſtigio non ſubterfugit uos, quia quodammodo tenerrimus eſt, & dulcior in cordibus fidelium, cuius paſſio tãta ſpiritus deuotione diſtillat: ut mentes audientium adipe & pinguedine replere uideatur. Vñ non immeritò in ſingularem authoritatis arcẽ ſuſcepta eſt, quã qui uiderunt ſcripſerũt orbi, & miniſtri fuere ſermonis. Vocatio eius uita eius et paſſio cognita ſunt uobis, & nunc quid ſupereſt ut à me amplius expectetis? Verũtñ mouet me lectio apl'ica, aliquãtiſꝑ de ea ur̃æ reuerẽtiæ colloq̃mur. Ait enim. Corde creditur ad iuſtitiam: ore aũt confeſſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura: oĩs qui credit in ipſum non cõfundetur. Tria proponuntur hic & corde credere ad iuſtitiam, & ore cõfiteri ad ſalutem: & in illum credere, in quem qui crediderit non confundetur. Solum cor hoĩs capax eſt rõnis & ſuſceptibile myſterioꝝ dei, qđ purgatum atq; politum ipſam diuinitatis ſub̃am conſiderat: etſi non comprehendit, tñ cor eſt in pectore, aĩa in corde, mens in aĩa, fides ĩ mente, Chriſtus in fide. Et hoc eſt puto quod dicit Apl's, habitare Chriſtũ per fidem in cordibus noſtris. Hoc igitur in meraciſſimam eliquatum eſt puritatem, cum omnia myſteria chriſtianæ fidei, fide percipis inconcuſſa, nihil eſt qđ tibi dubitationem parit, licet nõ uideas rationem. Hæc eſt conſummata iuſtitia, perfecta ueritas, & uera perfectio.

Si tñ oris confeſſio ſubſequatur. Fides enim cordis ſine oris fide, aut nulla eſt aut parua, ſaluatore dicẽte: Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, etc. Et propheta. Perijt fides & ablata de ore eorum. Non dixit de corde, ſed de ore: quia nihil ualet fides cordis, ſine fide oris, nec fides oris ſine fide cordis: cum iſta iuſtitiam, illa docet ſalutem: quia ſalus à iuſtitia uel iuſtitia à ſalute ſeparari non pñt. Crede ergo & confitere nihilóminus cõfitere & crede: quia fides ad iuſtitiam, confeſſio fit ad ſalutẽ. Et qñquidem in hęc deuenimus loca, & occaſio confeſſionis ſe obtulit: reddẽdũ ẽ qđ alibi ꝓmiſim⁹, totũq; cõferẽdũ qđ de cõfeſſione ſentimus. Patiẽtes aũt eſtote, & ſi forte ꝓtẽſi⁹ ſermonẽ extẽdero, uos ĩtẽdite q̃ dñr: q̃a ur̃ę utilitati ꝓferunẽ. Via.n. eſt ſine q̃ nemo uenit ad pr̃em: quã q ꝑdidit, ꝑdidit deũ. Cũ.n. de uitioꝝ abyſſo diſpõis emergere, ad illũ ꝑcipuè ſit refugiũ tuũ, cui tua aĩa cõmiſſa ẽ, quẽ ĩpoſuit de⁹ ſuꝑ caput tuũ. Nec te moueat ſi illiterat⁹ ſit, uel ĩdiſcret⁹, q̃a hoc ipm̃ ſignũ humilitatis eſt, q̃ gñat cõfeſſionẽ. Memento q̃a nõ eſt ꝑtãs niſi à deo. Suꝑ cathedrã inquit Moyſi ſedẽt ſcribæ & phariſæi. Et attẽde nõ ſedẽtẽ ſed ſedẽ, cathedrã non ꝑſonã. Quid ſi fortè uel licentia eius ad alium trãsfugere ꝑmittatẽ? Tu tñ prius

ei reueles

ei reueles tui cordis arcanum, quia non eſt plena ſalus ſi ille fugiẽ aut contẽniẽ, cui adhærere & honorare debueras.

Quid ſi minus ſufficiens tibi ur̃ eius inſtructio? patet ad libertatem uia: ut corã alio lr̃ato atq; diſcreto effundas cor tuum. reſeruato illi priuilegio ſuo, cui tu tuam aĩam cõmendaſti. Nec tibi blandiaris ſi grauiter peccanti leuior pnĩa, uel à neſciente, uel à diſſimulante dictatur, cum purgatorius ignis ꝑficere debeat qcq̃d hic minus feceris, q̃a dignos fructus pnĩæ q̃rit altiſſimus. Licet autẽ non euaſerit manus omnipotentis, q tibi non plenè conſuluit: tibi tñ rõ in gr̃a ꝑſidet, q̃ te doceat tm̃ à licitis abſtinere: quantum te memineris illicita ꝑpetraſſe. A' ueſtibulo igr̃ huius ſacratiſſimæ uirtutis oẽs illos excludimus, quos ad confeſſionem uel timor cogit: quia extorta confeſſio non eſt confeſſio, uel alioꝝ accuſatio trahit, q̃a non eſt cõfeſſio, ſed offenſio, uel ſui excuſatio ducit, q̃a non eſt confeſſio, ſed defenſio, uel iactantia inanis rapit: q̃a nõ eſt confeſſio, ſed illuſio, & ſi q̃ aliæ ſunt ſpẽs, q̃ obumbratorio uelamine tanti ſacr̃i ſimulent ſctĩtatem. Cor ĩ ſemetipſo & ex ſemetipſo contritum & humiliatũ: ad huius purificationis põt aſcendere puritatẽ.

Oñdam tibi unũ iuſtoꝝ iuſtiſſime cõfitentem. Quæris quiſnã ſit? Pſaltes dñi eſt. Dixi, inq̃, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã dño: dixi, hoc eſt in corde ꝓpoſui, non coactus, nõ compulſus, ſed ſpontaneus. Iniuſtitiam meam, ait, non alienam, aduerſum me arguens & accuſans. Vides q̃a nõ timore alterius, uel ad alium accuſandũ, ſed ſeipm̃ ſctũs dño confiteẽ. Pro hmõi confeſſione remittes tu dñe impietatẽ pctĩ mei. Pro hac orabit ad te oĩs ſctũs in tꝑe opportuno. Hęc ꝑmium in corde germinat ad iuſtitiam, poſthæc in ore naſciẽ ad ſalutem. Primus eius gradus eſt, cognitio pctĩ. In hac cognitione uidendũ eſt q̃d egeris, quantis cõtumelijs affeceris corpus tuum, ambulans in paſſione deſiderij, ſicut & gentes q̃ ignorant deum, poſſidens uas tuum in immundítia & uilitate, non in ſctĩficatione & honore. Cõſiderandum eſt ẽt q; merueris ignem. ſ. illum qui paratus eſt diabolo & angelis eius, & oĩa gñа pœnaꝝ, quæ in illis pœnalib. locis cumulanẽ & creſcũt. Inſpiciendũ uerò q̃d amiſeris, bona uidelicet illa q̃ ocl's non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hoĩs non aſcenderunt, q̃ præparauit deus diligentibus ſe. Hoꝝ igr̃ oĩum cõſideratione perterritus trãſi ad pnĩam ultricem uitioꝝ, altricem uirtutum, pœniteat te qđ tot & tantis flagitijs inuolutus, in luto fęcis & miſeriæ diutius iacuiſti. Pnĩam agẽs corpus tuũ conteres, & furibundo carnis aſello lincentiuoꝝ ſemina ꝑfigurаueris, pœnitenda amplius nõ admittas, ne uulnus uulneri frequenter ingeminans confringas oſſa aĩæ tuæ, quę cuſtodit in iuſtis dñs, unum ex his, inq̃, non contereẽ. Et qđ hæc duo ita ſibi inuicẽ coniuncta ſunt, ut ſe cognoſcere non poſſit, niſi pœniteat: & pœnitere nõ poſſit, niſi ſe cognoſcat. Sic ergo tibi cognitus & in te pœnitens trãſuola ad tertiũ gradũ dolorem cordis, & iam plantata erit iuſtitia plãtatione illa quam plantauit pr̃ tuus cœleſtis. Dole igr̃ q̃a creatorẽ offendiſti, c⁹ legẽ cœleſtia & terreſtria ꝑter te indefeſſa ſtatione conſeruant. Et in tanta republica dei tu ſolos peregrinus es, & imperatoriæ maieſtatis decreta non curas. Surgat & acrior dolor, quod cum creatorẽ etiã pr̃em offenderis, & illum pr̃em q tibi miniſtrat ſydeꝝ curſus, fœcunditatem terræ, fructuum ubertatẽ.

Accedat & acerrimus q ꝑtrãſeat aĩam tuam, qđ tm̃ bñfactorem contempſeris, qui dolorẽ crucis ſuſtinuit, ne dolores inferni amplius ſuſtineres. Sic igr̃ in interiori hoĩe iuſtitia germinante, ſurculus erumpat in arborem, & loquaẽ lingua qđ ſcientia loquebaẽ. Quartus itaque gradus eſt confeſſio oris. Hęc purè facienda eſt, q̃a nõ eſt pars una pctõꝝ dicenda, & altera reticenda, neq; leuia cõfitẽda, & grauia diffitenda. Nec alter accuſand⁹ & ipſe excuſandus, ſed cũ iu-

ſto dicendũ eſt. Non declines cor meũ
in uerba malitiæ: ad excuſandas excuſa
tiones in pc̃tis. Hæc.n. ſunt uerba mali-
tiæ, & grauis malitiæ q̃ grauior uix poſ-
ſit eſſe. Confitendum eſt & humilr̃, ut
idem ſit in corde, qđ ſonabit in ore. Sũt
.n. nõnulli qui narrare in confeſſionibus
ſolent, q̃ uel argutè literatorio & forti-
ter gladiatorio geſſere conflictu ꝓh do
lor ſub humilitatis pallio ſupbiam indu
centes, & putantes ſe poſſe uitare ocu-
los iudicis cuncta cernentis. Nõne uti-
que reges Saul & Dauid redarguti à
ꝓphetis Samuele & Nathan, dixerũt,
peccaui, & tñ Saul audiuit, tranſtulit
dñs regnum à te, & dabit illud æmulo
tuo. Et Dauid, tranſtulit dñs pc̃m̃ tuũ,
& non morieris. Quid eſt hoc, niſi quia
qđ Saul habuit in ore, nõ fuit in corde,
& humilitas q̃ ĩ ore Dauid extitit, in cor
de ẽt radiauit? Dicendum eſt & fidelr̃,
ut in fide eccl'iæ credat ſibi pc̃tã dimit-
ti, qa Cain & Iudas purè & humilr̃ cõ
feſſi ſunt, ſed nequaq̃ fidelr̃, qa alter eo-
rem deſperãs ad laqueum cucurrit. Al-
ter illud grãde ſcelꝰ euomuit: maior eſt
iniqtas mea q̃ ut ueniam merear. Men
tiris latro, qa maior eſt pietas dei q̃ q̃-
uis iniqtas: qa miſerationes eius ſup oĩa
opa eius. Sequit̃ qntus gradus, macera
tio carnis, q̃ ieiuniĳs, uigiliĳs attenuanda
eſt, ne noua prurigine uoluptuoſam re-
uoluat prauitatem. Hæc aũt faciẽda eſt
licentioſè: qa qđ ſine licentia ſit, uanæ
gl'iæ deputabit̃ non mercedi. Occultè,
ut neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dexte
ra tua. Diſcretè pp debilitatem corpo-
ris, & multimodas infirmitates. Pluri-
moſq; uidemus in principio conuerſio-
nis ita diſcretionis ĩfregiſſe repagula, ut
laudum ſolẽniĳs inhabiles redderent̃, et
apparatu lautiori diuturnis fouerentur
tpibus. Iam ſic illuminatus ꝓcedat ad
ſextum, q̃ eſt correctio opis. Prohibe er
go linguam tuam à malo, opare qđ bo
num eſt, & ſenſuales motus tuos conti
nentiæ frænis infræna, & ſic erit pax in
terra carnis tuæ. Argue malos ꝓ pſona
quam habes: & te pñte iuſtitiam non

ſinas ſepeliri. Veni ad ſeptimum gradũ:
& hic eſt perſeuerantia bonitatis. Et in
hoc ſeptimo uocabit te dñs cum Moy
ſe de medio caliginis: & in ipſam diuini
tatis ſubãm interiores oculos infiget.
Perſeuerantiam aũt faciunt expectatio
præmioꝝ, pœnaꝝ recordatio, primitiæ
ſpũs & donum cœleſte, de qbus loquit̃
Apl's. Quod nec expertus ignorat, nec
inexptus intelligit. Stultitia eſt.n. illi, &
non põt intelligere q̃ ſunt ſpũs dei. Au-
dite & br̃ quem oporteat ordinari ad
diſpenſationem myſteriĳ huius. Opor-
tet eum eſſe non minus literatum q̃ re
ligioſum, ut zelum dei habeat, & ſcđ'm
ſciam, cum indiſcreta religiõ magis ob-
eſſe ſoleat q̃ ꝓdeſſe. Lr̃atum iõ, ut ſciat
qd iniungat, cui parcat, qñ parcere de-
beat, quam conſolationem proferat de
ſcripturis. Religioſum uerò idcirco &
ut puras manus leuet ad deum, & pro
pc̃tõribus fiducialr̃ intercedat. Videat
ne unq̃ de his quæ ſub ſignaculo con-
feſſionis accepit aliquam faciat mẽtio-
nem, uel alicui loquenti conſentiat. Ca
ueat ẽt ne uileſcat in conſpectu eius q ei
ſuam uilitatem oñdit, nec ſit ſuſpectus,
nec de præterita futuram uitam ęſtimet
pc̃tõris. Quod ſi fortuitu de his quæ in
confeſſione ſuſcepit cã corã eo fuerit uẽ
tilata, non tanq̃ conſcius in partem de
clinet, ſed quaſi neſcius iudiciarium or-
dinem pmittat exerceri. Habeat in uo-
luntate compati & liberare eum, & ni-
tat̃ aliqd detrahere ſeueritati, imitans
dulcedinem dñi ſui, de quo dicit ſc̃tũs:
Qm̃ feciſti iudicium meũ & cãm meã.
Sed ꝓh dolor tpibꝰ nr̃is per uniuerſum
mundum peſtilentialis morbus excre-
uit, ut præferant̃ eccleſiĳs, quos nec ſcĩa
nec uita cõmendet, cæci duces cæcoꝝ
& p̃cipitati ad p̃cipitium perducentes.
Audiuimus de confitente, & de confeſ-
ſione ſuſcipiente, audiamus nunc q̃ im-
pediant confeſſionẽ. Quantũ colligere
poſſum, quatuor p̃cipuè occurrunt, pu-
dor, timor, ſpes & deſperatio. Nihil for
tius ad expugnãdũ grãm dei q̃ pudor
hũanus, qa dũ erubeſcimꝰ cõfiteri q̃ cõ-

miſimus, deum minus q̃ hoĩes reuere-
mur. Hæc eſt confuſio adducens pc̃m̃.
Opponamus ei conſiderationem ratio
nis, reuerentiam intuentis dei, compa-
rationem maioris confuſionis: ut.n. cõ-
fiteamur ratio monet, deus cogit qui-
dit. Etſi confundimur hic dicere qd erit
in illa magna confuſione, ubi omnibus
oĩa patebunt? Timor pleroſq; oppri-
mit, ne graui pñia pcellant̃, & pferre nõ
poſſint. Vere q timet pruinã, irruet ſup
eum nix. Hic conſiderandum, q̃ grauis
ſit pœna gehẽnæ, quam longa, quàm
infructuoſa. E contrario aũt pñia pñs, le
uis, breuis & fructuoſa. Spes aũt mul-
tos obruit, q dum bona pñtium cupiũt,
aperire conſcias ſuas nolunt: ne ſi q̃les
ſint hoĩbus appareant, ad nulla pñtis ui
tæ bona conſcendant. Quibus inculcã-
dũ eſt, qa bona hꝰ ſcl'i parua ſunt, incer-
ta & momẽtanea, & illa illius uitæ ma
xima, & certiſſima, & ęterna. Plurimos
deſperatio ĩterficit, q hoc ſolũ metuũt,
ne poſſint continere. Veꝝ eſt qa pc̃tõr
cum uenerit in pfundum maloꝝ, cõte-
mnit. Hanc obtinere debemus uigore
cõfeſſionis, gr̃a humilitatis, & compaſ-
ſione illius cui apimus conſciam nr̃am.
Sciendum aũt, qa alia eſt confeſſio quę
pc̃m̃ plãgit, alia q̃ laudem canit. Bonũ
aĩæ ornamentum confeſſio, q̃ & pc̃tõrẽ
purgat, & iuſtum reddit purgatiorem.
Sequit̃: Qui credit in illum non confun-
det̃. Credere deo, eſt uerbis eius fidem
adhibere. Credere deũ eſt confiteri ubi-
que eſſe. Credere in deũ eſt oẽm ſpem
ſuam in illum dirigere. Deũ & deo cre-
dunt dæmones, ſed in illũ non credunt:
in quem qui credit non cõfundet̃, quia
ſpem ſuam non ponunt in illum. Ecce
quantum potui, etſi nõ quantum uolui
de confeſſionis diſſerui ſacramento.
Sed ſermonem in longum protraxi-
mus, finem loquendi pariter audia-
mus. Det nobis credere ad iuſtitiam,
ore confiteri ad ſalutem: & in ſe cre-
dere, ſponſus eccleſiæ filius Mariæ:
qui eſt deus benedictus in ſecula,
Amen.

In feſto S. Nicolai epiſcopi,

Sermo B. Bernardi.

NIcolaꝰ iſte meus, imò & ueſter:
electus ab utero, ſc̃tũs à puero,
iuuenum gl'ia, ſenum reuerẽtia,
ſacerdotum honor, pontificum ſplen-
dor, reuerentia ſua nr̃am lætificat feſti-
uitatem. Hic eſt Nicolaus, cꝰ miracula
per totam mũdi latitudinẽ diffundunt̃:
quẽ laudat orbis terræ, & q habitãt in
eo. Tot.n. & tãta miracula cumulant̃,
ut oẽs literatoꝝ argutiæ uix ad ſcribẽ-
dum ſufficiant: nos ad legendũ. Et licet
ſcholarium numerus in incude rhetori-
ca ſub Quintiliani uel Ciceronis mal-
leis, tenuiſſimas orõnũ laminas exten-
dat: ſupat tñ gl'ia confeſſoris uocem &
mentẽ, linguam & conſciam. Crebre-
ſcũt.n. quotidie mirabilia, nec requieſcit
ſpũs dei, ad memoriam militis ſui, ſua
continuare miracula. Gl'ificat̃ in mari,
laudat̃ in terra: in oĩbus piculis inuoca
tur. Deniq; q deſcendunt mare in naui
bus, facientes opationes in aqs multis:
ipſi uiderunt opera dñi, & Nicolai, per
dñm mirabilia in pfundo. Nonne poſt
memoriam uirginis ſingularis, tam dul
cis pietas, uel pia dulcedo in cordib. fi-
delium obſeruat̃: ut in die tribulationis
nomẽ Nicolai teneat̃ in ore, & requieſcat in
corde? Si coruſcationes fulgurant, & p-
cellis detonantib. à ſupnis uindicta pce
dit: Nicolaus in p̃ronum aſſumit̃, Nico
laus dulciter inuocatur. Si tempeſtas ſę
uiens & crudelitas maris nauigantibus
intentant̃, Nicolaus flebilr̃ exorat̃ ut au
diat, ſupplr̃ inuocat̃, ut ueniat: ut eruat
miſericorditer acclamat̃. Si pulſamur ĩ-
cõmodis ul' offẽdiculis ĩdolemꝰ, ſtatim
ſc̃ti cõfeſſoris nomẽ pſilit ĩ os nr̃m: Ni-
colaꝰ ĩgeminat̃, p̃rocinium q̃rit̃ Nicolai.
Ne putetis ãt ĩde declamatoriè loq, uel
uenuſtate rhetorica, uerboꝝ aggregare
ſplẽdorẽ: cũ oĩs mũdꝰ bñficia ſentiat cõ
feſſoris, nec ſit q ab amore eiꝰ ſe abſcõ-
dat. In teſtimoniũ ſũt pegrinatiões ad
ſc̃tm̃ illiꝰ corpꝰ à finib. terrę ſuſceptę: ut ui
deant̃ q̃ p eũ fiãt miracula. Nõ ſolũ aũt
xp̃ianis, ſed & paganis in tãtã reueren-

tiam ſancti nominis aduolauit auctori-
tas:ut certatim confluant, ad laudan-
dum & gl'ificandum nomen ſctm̄ eius.
Præcipuè ſctōꝝ ſacerdotū, & clericoꝝ
turba, tanta deuotione circa cultū eius
afficit̃: ut in toto orbe terraꝝ undiqꝫ cō
uadant & concurrant, ad obſequendū
tantæ ſolēnitati. Lætant̃ pueri, iuuenes
cōgratulant̃, ornant̃ uirgines, ſenes exhi
larantur: & oīs ætas perſonal'r alludit.
Vnuſqſqꝫ aūt hēt materiam gaudioꝝ,
ut laudent pueri pueꝝ ieiunantē, iuue-
nes iuuenem liberantem: uirgines uirgi
num infamiam ꝓpulſantem, ſenes ſenis
inopiam redimentem. Iuuenes & uirgi
nes ſenes cū iunioribus laudent nomen
eius. Et nunc poſt actus eius Græcoꝝ
excellentib. linguis inſigniter diffama-
tos, qd audeat ſermo paupcul⁹ balbuti
re? Verūtñ ne tergiuerſationes inducere
uidear excuſatorias, recurro ad euange
licam lectionē: & qđ' de cōi accepi, ꝓfe
ro in cōe. Ait.n. Hō qdam nobilis abijt ī
regionem longinquam: accipere ſibi re
gnum & reuerti. Et ait ſeruis ſuis: Nego
tiamini dum uenio. Non paruum mihi
fiduciæ robur præſtat, qđ' ille ſummus
imperator negotiator meus factus, &
negotium meum ſine otio egit quādiu
fuit in terris, & ꝑtioſaꝝ mercium ſarci-
nas portans ad prēm, ipſi uultui dei, &
qd emit', & qd redemit, & uñ redemit
oñdit. Tu ergo illo negotioſo otioſus eſ
ſe diſponis, illo laborāte quieſcere? Ipſe
uenit negotiari in regionem lōginquā:
& tu ad regiones proximas ambulare
cōtēnis? Aggredere & ingredere regio
nem diſſimilitudinis, uidelicet mūdum
iſtum: & uide qꝫ frequentes ibi nūdinæ,
quantæ ibi germinent & regerminent
uanitates. Prorſus diſſimilitudinis, quia
regionem ſil'itudinis ubi ad ſil'itudinem
dei facti ſumus amiſiſſe uos conſtat.
Nunquid non magna diſſimilitudo de
paradiſo ad infernum, de angelo ad iu-
mentum, de deo ad diabolum? Vade p
forenſes tumultus, & hincinde decertā
tes circunſpice: & quantum colligo in
tribus cauſis uacat oīs uoluptas: alij di-
uitijs, alij honorib. alij gl'iæ innituntur.
Curris ad Indiam, Aethiopiam circuis,
tranſis maria: & alium orbem tibi apis
nauigando, ut diuitias congreges. Fu-
gis pr̄iam, ignoras filios, diuelleris ab
uxore: & oīm neceſſitudinum oblitus,
q̄ris ut acq̄ras. acq̄ris ut pdas, perdis ut
doleas. Aſcendis mōtes niue obſeſſos,
& horribilem eoꝝ altitudinem tanqꝫ
plana quæqꝫ ꝑambulas: faciem abyſſi
latentis non reputas, latronū gladios,
& uias inſidiaꝝ quaſi planas ꝑtranſis:
oblituſqꝫ humanitatis tuæ, nec fulminā
tem cœli faciem, nec æſtus uel frigora
magnipendis: theſaurizas & ignoras
cui congreges ea: Nec deeſt plerunque
potentia fortioris, q detecta fronte ca-
piat uel rapiat: & una hora paupē & hu
milem te faciat, quem diuitē & ſublimē
longa ætas ꝓuexerat. Audi & br̄ de ho
noribus. Ducē te cōſtituere, & data eſt
tibi facultas: ut miſer ſis, & amplius nō
q̄eſcas. Cumulat̃ materia ſolicitudinū,
& inter ærūnas cor ipm̄ excedentes: ne
ceſſe eſt uultū inducere gaudioꝝ. Nun-
quā ī honore ſine dolore, ī ꝑlatione ſine
turbatione, in ſublimitate ſine uanitate
qs eſſe pōt. Miſeri iuxta pħm mercedē
miſeriaꝝ amamus, & ipſas execram⁹.
Audi & de gl'ia. Si q̄ris gl'iam: omnibus
inuidiæ ſemina præbuiſti. Inflatus es, &
in uentilatorio plenius diſrumperis, nec
attendis quot te ſequant̃: Sed quot ꝑce
dant. Conglomerant̃ oēs ad detrahen-
dū tibi, ad maledicendū linguas acuūt,
& argutiſſimus es, ſi uel manum uel lin-
guam inuidoꝝ poſſis euadere. Ecce uñ
gl'ioſus eſſe uolebas: inglorioſus eſſe cō
uinceris. Nullum.n. inexorabilius ꝑſeq̄t
multitudo: qꝫ illū q ſibi multitudinis ar
rogat pricipatū. Decurſa igr̄ hac regio-
ne, & (qđ' ꝑtioſi⁹ ē) īde ſublat⁹: trāſi ad
ſcđam q̄ ē ꝑadiſus clauſtralis. Verè clau
ſtrū ē ꝑadiſus. Hic prata uirētia ſcriptu
raꝝ: ꝑterfluens lacrymaꝝ undoſitas,
quā de puriſſimis affectib. amor ille cœ
leſtis eliquat. Hic ſunt arbores erectiſ-
ſime chori ſctōꝝ, nullaqꝫ ē q̄ nō multa
gaudeat fruct⁹ ubertate. Hic ē ſublimis

illa menſa, in qua deus eſt & cibans &
cibus, munerans & munus: offerens &
oblatum. conuiuans & conuiuium. Hic
aggeſtæ ſunt opinionis diuitiæ: hic refu
ſa eſt gloria angeloꝝ. Putas ne ullas hic
eſſe nundinas: & otiari illos qui habitāt
unius moris in domo? Videas hunc ſa-
cris lectionibus intendentem, illum oc-
cubantē orōnibus: hunc pro ſuis exceſ-
ſibus lacrymātem, illum in dei laudib⁹
exultantē: hunc uigilātem, ieiunantem
illum: & officia pietatis ſubīnuicē inui-
dere. Nocte conſurgunt ad confitendū
ei, ueſpere & mane & meridie narrant
& annunt̄iāt laudem eius: & omnis il-
loꝝ ſedulitas, in orbē diuini rotatur ob-
ſequij. Relicto mūdo, & modo uiuendi
ſuſcepto: tranſi ad tertiā, quæ eſt regio
expiationis. In hac benignus pr̄ exami-
nat filios rubiginoſos ſicut examinatur
argētum: ducit per ignem & aq̄ꝫ, ut edu
cat in refrigeriū. Tria loca ſunt. ſ. cœlū
& terra & infernus: & hñt ſingula ha-
bitatores. Pro his q̄ in cœlo ſunt nō eſt
orādum: quia eos, non pro eis orare de
bemus. Pro his qui in inferno ſunt, ſuſpē
dendæ ſunt ꝑces: qbus clauſa eſt ianua,
miſericordiæ, & totius ſpes intercluſa ſa
lutis. Pro illis tm̄ uigilandum eſt in orō-
nibus, & ſubueniēdum ſacrificio ſingu-
lari, qui in locis purgatorijs emundant̃:
ut benignus pr̄ pnīam eorum in ſatisfa-
ctionem, in glorificationem cito conuer
tat. Quarta eſt regio gehennalis: regio
dura extimeſcenda, terra afflictionis &
miſeriaꝝ: terra tenebraꝝ, terra turbinis
& caliginis: terra maledictionis & mor
talitatis, terra ſitis & famis, terra cōbu-
ſtionis & frigoris: in qua nullus ordo,
ſed ſempiternus horror inhabitat. To-
tus tremo atqꝫ horreo, ad memoriam
regionis iſtius, & concuſſa ſunt omnia
oſſa mea. Illic eſt ignis qui non ſuccen-
ditur, uermis qui non moritur: frigus
horrendum. Ibi fœtor intolerabilis ex
corporibus damnatoꝝ exoritur: percu
tientes mallei reſonant inceſſanter: ob-
fuſæ tenebræ cumulatius indenſantur:
Ibi fletus & ſtridor dentium: planctus
& gemitus & alternantia mala impios
ſine pietate diſcerpunt. Quinta regio
eſt paradiſus ſupcœleſtis: regio btā &
glorioſa: plena uoluptatis & gr̄æ, ſuauiſ-
tatis & lætitiæ, benignitatis & gloriæ,
ibi requies à labore, iucunditas de noui
tate: de æternitate ſecuritas. Illic oēs ui
uunt, nullus moritur, omnes exultant in
uoce exultationis, quam nobis conce-
dat dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui
cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & re-
gnat deus, per omnia ſecula ſeculorum,
Amen.

DESCRIPTIO POſitionis ſeu ſituationis monaſterij Clareuallis.

SIſitum Clareuallis noſ
ſe deſideras, hæc tibi
ſcripta ſint pro ſpecu-
lo. Duo montes non
longe ab abbatia ha-
bēt initium, qui primo
anguſtæ uallis interiectione diſtincti,
quo magis ad abbatiam appropiant,
maiore hiatu fauces dilatant, quo-
rum alter alterum abbatiæ latus dimi-
dium, alter totum occupat. Alter fœ-
cundus uinearum, alter frugum fertilis,
iucundum uiſui, & uſui commodum mi
niſterium præbet: dum per deuexa la-
tera in altero creſcit, quod comedatur,
quod bibatur in altero. In ſummis mon
tium frequēs monachis labor eſt, amœ
nus quidem, & quiete iucundior, rama
le uetus colligere, & colligare faſcicu-
los ad comburendum. Squalentes ex-
tirpare dumos, & ſolis aptos ignibus,
ignibus aptare, eruderare ſentes, euel-
lere, deſtruere, diſperdere (ut ſecundum
Salomonem dicam) ſpuria uitulami-
na quæ creſcentium arborum, uel ligāt
ramos, uel radices ſuffodiunt. Ne im-
pediatur rigida quercus ſublimi ſaluta
re ſydera uertice, tilia mollis brachia
explicare, fiſſilis & flexilis fraxinus li-
bere ſe in altum extendere, patula'ue
fagus in latum expandere. Porrò abba-

tiæ pars poſterior,in latam deſinit pla-
nitiem, cuius partem non modicam mu
rus occupat, ꝗ abbatiam diffuſo cingit
ambitu.Intra hꝰ ſepta multę & uarię ar-
bores uarijs fœcũdę fructibus inſtar ne
moris pomariũ faciũt,qđ infirmorum
cellæ cõtiguũ,infirmitates fratrum non
mediocri leuat ſolatio, dum ſpacioſum
ſpaciantibus p̃bet deambulatoriũ, æ-
ſtuantibus quoqꝫ ſuaue reclinatorium.
Sedet ægrotus ceſpite in uiridi, & cum
inclementia canicularis immiti ſydere
terras excoq̃t,& ſiccat flumina, ipſe in
ſecuritatẽ & abſconſionẽ,& umbracu-
lũ diei ab æſtu, frõde ſub arborea feruẽ
tia tẽperat aſtra : & ad doloris ſui ſola-
tium, naribus ſuis gramineæ redolent
ſpecies. Paſcit oculos herbarum & ar-
borum amœna uiriditas, & pendentes
ante ſe atque creſcentes immenſæ eius
deliciæ, ut non immerito dicat : Sub
umbra arboris illis quam deſideraue-
ram ſedi , & fructus eius dulcis gut-
turi meo . Aures ſuaui modulamine de-
mulcet pictarꝫ concẽtus auium: & ad
uniꝰ morbi remediũ,diuina pietas mul-
ta ꝓcurat ſolatia,dũ aer nubilus ridet ſe
renitate,terra fœcũditate ſpirat, & ipſe
oculis,auribus,naribus,colorꝫ,canorꝫ,
odorꝫ delicias haurit. Vbi pomarium
deſinit,incipit ortus interciſis diſtinctꝰ
areolis, uel potius diuiſus riuulis inter-
currentibus. Nam licet aqua dormitãs
appareat,pigro tñ decurrit elapſu. Pul-
crum & hic infirmis fratribus prębetur
ſpectaculum, dum ſuꝑ uiridẽ puri gurgi
tis marginẽ ſedẽt uitrea uidere ſub un-
da piſciculos ludere, & natatu obuio
militarẽ repræſentare congreſſum. Aq̃
hæc piſcibus alendis, & rigandis oleri-
bus duplici miniſterio ſeruit , cui Alba
famoſi nois fluuius indefeſſo meatu fo-
menta miniſtrat. Hic ꝑ multas abbatiæ
officinas tranſitũ faciens, ubiqꝫ ꝓ fideli
obſeqo poſt ſe bñdictionem relinq̃t : q
ad hoc cum multo quidẽ labore con-
ſcendit,nõ integer,nec tñ otioſe ꝑtran-
ſit. Ipſe quidẽ mediã uallẽ flexuoſum in
terſecãs ꝑ alueum quem nõ natura, ſed

frm induſtria fecit, dimidium ſui mittit
in abbatiam,q̃ſi ad ſalutandum fr̃es, &
ſe ꝙ totus non uenerit excuſandum, q̃p
pe qui totius capax canale non inuenit.
Et ſi forte amnis ipſe inundãs impetuo-
ſo excurſu proruit, obiectu muri retro-
actus,ſubtus quo eum neceſſe eſt fluere,
in ſeipſum recurrit, & refluum denuo,
defluus amplexatur. Intromiſſus uero
quãtum murus(portarij uice)permiſit,
primum in molẽdinum impetum facit,
ubi multum ſolicitus eſt, & turbatur er
ga plurima,tum molarꝫ mole far cõmi
nuẽdo,tum farinam cribro ſubtili ſegre-
gãdo à furfure. Hic iam in uicina domo
caldariã implet , & ſe igni coquendum
cõmittit,ut fratribus potum paret,ſi for
te ſterilis uindemia cultoris induſtriæ
nõ bñ rñderit,& defectu ſanguinis uuę,
de filia fuerit feſtucæ ſupplendus. Sed
nec ſic ſe abſoluit: eũ.n.ad ſe fullones ĩ-
uitãt,qui ſunt molẽdino confines, rõnis
iure exigẽtes, ut ſicut in molẽdino ſoli-
citus eſt,quo fr̃es ueſcant, ita apud eos
paret quo & ueſtiant. Ille aũt non con-
tradicit,nec q̃cq̃ eorꝫ negat quæ petit,
ſed graues illos, ſiue piſtillos , ſiue mal-
leos dicere mauis , uel certe pedes li-
gneos(nã hoc nomẽ ſaltuoſo fullonum
negotio magis ur̃ cõguere) alternatim
eleuãs atqꝫ deponens, graui labore ful-
lones abſoluit: & ſi ioculare q̃ppiã licet
interſerere ſerijs,pc̃tũ eorum pœnas ab-
ſoluit. Deus bone,q̃ta paupibꝰ tuis ꝓcu
ras ſolatia,ne abũdãtiore triſtitia abſor
beãtur:q̃ta pœnitẽtib.pœnæ alleuiamẽ
ta diſpẽſas, ne laboris uiolẽtia nõnunq̃
fortaſſis opprimãtur . Nã quot equorꝫ
dorſa frãgeret,quot hoim fatigaret bra
chia labor,à quo nos ſine labore amnis
ille gratioſus abſoluit,ẽt cũ ſine ipo nec
indumẽtũ nobis pararet nec alimentũ.
Ipſe uero nobiſcũ participat , nec aliud
de labore ſuo(quo laborat ſub ſole)mer
cedis expectat,q̃ ut cũ oia diligẽter ꝑfe
cerit,liber ꝑmittat abire. Tot ergo uolu
biles rotas rotatu rapido circũducens,
ſic ſpumeus exit,ut ipſe q̃ſi moli & mol
lior fieri uideat. Excipit deĩnc à domo

coriaria,ubi conficiendis ijs quę ad frm
calceamẽta ſunt neceſſaria,oꝑoſam ex-
hibet ſedulitatẽ. Deinde minutatim ſe,
& ꝑ mẽbra multa diſtribuens, ſingulas
officinas officioſo diſcurſu ꝑſcrutatur,
ubiqꝫ diligẽter inq̃rẽs q̃d quo ipſius mi
niſterio opus hẽat,coquẽdis,cribrãdis,
uertẽdis,terẽdis,rigãdis,lauãdis,molẽ-
dis,molliẽdis,ſuũ ſine cõtradictione p̃-
ſtans obſequiũ. Poſtremo ne q̃d ei deſit
ad ullã gr̃am, & ne ipſius q̃q̃ uerſum im
perfecta ſint oꝑa,abſportans immundi
tias,oĩa poſt ſe munda relinq̃t. Et iã ꝑ-
acto ſtrenue ꝑꝑ qđ uenerat, rapida ce-
leritate feſtinat ad fluuiũ,ut uice Claræ
uallis agẽs ei gr̃as pro uniuerſis bñficijs
ſuis,ſalutationi eius, reſalutatione cõdi
gna rñdeat,ſtatimqꝫ refundẽs ei aq̃s,q̃s
nobis trãsfuderat,ſic de duobus efficit
unũ,ut nullũ appareat unionis ueſtigiũ:
& quẽ diſceſſu ſuo tenuẽ & pigrũ fece-
rat,miſtus ei morãtẽ p̃cipitat. Sed q̃a eũ
loco ſuo reſtituimus, redeamus ad riuu
los quos poſt nos relinq̃mus , ꝗ deriuari
à fluuio,paſſiuis ꝑ prata uagant̃ excur-
ſibus,ut inebriẽt terrã & infundãt eã,et
germinare eã faciãt:ne cũ uerna tempie
terra p̃gnãs in partũ ſoluit̃, renaſcentia
gramina humoris inopia marceſcãt,nec
opus habeãt mẽdicatis nubiũ guttulis
irrigari,ſufficiẽter cognati fluminis fota
beneficio. Hi riuuli uel potius ſulci poſt
pactũ offm̃,fluuio ꝗ eos euomuerat,ab-
ſorbent̃, & iã totus ſiſ Alba collectus,
prono decurſu per deuexa feſtinat. Sed
q̃a iã eũ lõgius cõduximus,et ipſe ſcđm
Eccl. 1.a Salomonẽ ad locũ ſuũ reuertit̃,reuerta-
mur & nos unn̄ digreſſi ſumus , & diffu-
ſam prati planitiem ſuccincto ſermone
trãſiliamus. Multũ hẽt locus ille amœ-
nitatis,multũ qđ mẽtes feſſas alleuet,
luctuſqꝫ ſoluat anxios, multũ qđ q̃ren-
tes dñm ad deuotionẽ accẽdat, & ſuꝑnę
dulcedinis ad quam ſuſpiramus admo-
neat,dũ ridẽs terræ facies multiplici co
lore,uernanti pictura oculos paſcit, &
ſuaueolẽtẽ naribus ſpirat odorẽ. Sed &
dũ uideo florẽ, dũ ſentio floris odorẽ,hi
ſtorias ueterꝫ memorãt mihi prata die-

rum. Nã cũ odoris delicias haurio, oc-
currit aĩo fragrãtiã ueſtimẽtorꝫ patriar-
chæ Iacob,ſuaueolẽtiæ agri pleni fuiſſe
aſſimilatã. Dumqꝫ oc̃los colore reficio,
hãc recordor ſpẽm purpurę Salomonis
fuiſſe p̃latã, ꝗ in omni gloria ſua liliorꝫ
agri decorẽ æq̃parare nõ potuit, cũ tñ
nec ars ipſius ſapiæ,nec potẽtiæ deeſſet
materia: & ſic dũ foris fruor miniſterio,
non parꝫ latẽti delector myſterio. Hoc
ergo pratum intercurrẽtis fluuij fouet̃
irriguo, & ad humorẽ eius mittit radi-
ces ſuas: iõ ñ timebit cũ uenerit ęſtus. In
lõgũ aũt tanto tractu diſtẽditur, ut cũ
tõſum uellus gramineũ ſol in fœnũ tor-
ruerit,bis denis diebus conuctũ laſſare
ſufficiat. Nec tñ ſolis monachis labor il-
le relinq̃tur,ſed cũ monachis tã cõuer-
ſorꝫ,donatorꝫ,qꝫ conductitiorꝫ innume
roſa multitudo deſectas colligit her-
bas, & tõſam raro pectine uertit humũ.
Hoc pratũ inter ſe duæ grãgiæ diuidũt,
q̃bus Alba ad dirimẽdã litẽ, æquus ar-
biter & mẽſor accedit,q̃ ſui cuiqꝫ partẽ
ĩ funiculo diſtributionis aſſignãs, ſeip̃m
limitẽ facit,quẽ altera ad inuadẽdã alte
rius partẽ trãſire non audeat. Grangias
has nõ conuerſorꝫ eſſe habitacula , ſed
clauſtra monachorꝫ crederes,niſi uel iu
ga boũ,uel aratra,uel inſtr̃a alia ruſtica
nis apta laboribus,habitatores ſuos ꝓ-
derent, & niſi ꝙ in eis libri non explicã
tur. Nã quãtum ad ædificia ſpectat, ea
magno monachorꝫ conuentui diceres
& ſitu conuenire, & decore uenuſtante
& capacitate ſufficere. In parte prati q̃
eſt muro contigua,de campo ſolido fa-
ctus eſt lacus liquidus: ubi prius æſtuãs
oꝑarius,fœnũ falce ſecabat acuta,ibi fr̃
aquarius ſedens mobili ꝑ lubricã liquẽ-
tis cãpi planitiẽ equo uectus ligneo, le-
uẽ remũ pro calcaribus hẽt,quo curſum
urgeat, & pro fræno quo flectat. Expli
cat̃ rete ſub undis quo implicet̃ piſcicu
lus, & parantur ei eſcæ quibus libenter
ueſcitur,ſed latet hamus in illis quo ca-
pitur incautus : quo exemplo docemur
ſꝑnere uoluptates: q̃a nocet empta do-
lore uoluptas: cꝰ triſtes eſſe exitꝰ nemo

neſcire ꝑmittitur:niſi qui uel non peccauit,uel non bñ de pctō pœnituit.Longe aũt faciat deus à nobis delectationem, ſecus cuius introitum mors poſita eſt:q̄ ſcd̄m ſapientis deſcriptionē, apum paruolãtum,ubi grata mella fudit, fugit,et nimis tenaci ferit icta corda morſu.Laci ambitus ꝑ altũ ripæ marginē cōſerti uimineis ligatur radicibus, ne uñ alluēti cedat terra fathiſcens.Præterfluēti riuo lacus hic paſcit̄,q uix ſexies ſenis pedib. ſeiunctus, per meatus exiles infundit ei aquas qbus alatur:& ipſas quoq; eadē exilitate refundit. Vñ & ſic|in eodē ſtatu ꝑmanet,ut nec maior ſit influētibus , nec effluentibus minor:qa eadē mēſura & recipit & reijcit eas. Sed dũ ꝑ plana curſu feror uolatili, dũ anhelus in arduis illa duco,uel purpureā prati ſupficiē manu ipſius ſapiæ pictam, uel comata arboribus montiũ iuga deſcribo , arguit me ingratitudinis fons ille dulciſſimus ſæpenumero mihi bibitus , & bñ quidē meritus de me, ſed à me male remuneratus.Obijcit mihi cum exprobratione ꝙ ſæpe extinguēdæ ſiti meæ ſeruierit,ꝙ ſe meis non ſolum manibus, ſed & pedibus lauandis humiliauerit, ꝙ multa mihi impenderit humanitatis ac benignitatis officia:bono merito, mercede mala me rñdiſſe,ſe in locoꝝ catalogo locũ ultimum,& penè nec ultimũ fuiſſe ſortitũ,cui tñ ꝓ ſui reuerētia primus dr̄et. Et uere diffiteri nequeo ſero me ipſius meminiſſe,qñ añ ipm alicuius memini. Veꝝ ipſe per decurſus & diſcurſus ſubterraneos tacite labens , ita ut nec leni murmure tranſitus eius ualeat dephendi,inſtar aquaꝝ Siloë q̄ cum ſilētio uadunt,quaſi ꝓdi metueret,ubique caput ſuũ cooperit,&ſuos declinat aſpectus. Quidni crederē uelle taceri , quē uideo non niſi ſub tecto uelle uideri? Hic ergo fons (qd' boni fontis eſſe fert̄ indicium) ex oppoſito ſolis Oriētis oritur , ita ut æſtiuo ſolſtitio roſeam rutilantis auroræ faciem ex aduerſo ſalutet. Tugurio uel(ut maiori reuerētia dicā) tabernaculo paruo & pulcro cooperit̄,& claudit̄, ne undecunq; ſordes admittat. Vbi eũ mons euomit,uallis deglutit:& in loco quo orit̄,eodē quaſi morit̄,quin & ſepelitur.Sed ne expectes ſignum Ionæ ꝓphetæ,ut tribus diebus & tribus noctibus deliteſcat abſconditus: ſtatim ad mille paſſus intra clauſtrũ monaſterij, quaſi de corde terræ reſuſcitatus ꝓgreditur , & quodammodo rediuiuus apparet,uiſui tm̄,et uſui fratrum ſe offerēs, ne cum alijs quàm cum ſanctis ſors illi⁹ amodo ſit futura.

Epiſtola Bernardi Sylueſtris , uiri equidem eruditiſſimi de cura & regimine rei familiaris, ideo in hoc appoſita uolumine, quòd nonnulli eam à ſancto Bernardo putant fuiſſe compoſitam.

g Ratioſo & fœlici militi H.Raymũdo caſtri Ambroſij,Bernardus in ſenium deductus ſalutē.

Doceri petis à nobis de cura & modo rei familiaris utilius gubernandæ, & q̄liter patresfamiliâs debeant ſe habere. Ad quod tibi ſic reſpondemus,quod licet oium rerum mundanaꝝ ſtatus, & exitus negotioꝝ ſub fortuna laborent, non tñ hoc timore uiuendi eſt r̃ſa omittenda. Audi ergo & attēde,quod ſi i domo tua ſumptus & reditus ſunt æquales , caſus inopinatus poterit deſtruere ſtatũ eius. Status hoīs negligentis,domus eſt ruinoſa. Quid eſt negligētia gubernãtis domũ? Ignis ualidus in domo accēſus.Diſcute diligēter eoꝝ diligentiã & ꝓpoſitũ q tua adminiſtrãt. Labēti.n.nōdũ lapſo facultatib.minus uerecũdiæ eſt abſtinere,quã cadere.Sæpius reuidere quæ tua ſunt,& qũo ſint,magna prouidentia eſt.Cogita de cibo & potu, aīalium tuorum:nam eſuriunt,& nō petunt.Nuptiæ ſumptuoſæ, damnũ ſine honore conferunt.Sumptus ꝓ militia,honorabilis eſt.Sumptus pro iuuãdo prodigos,perditus eſt. Sumptus ꝓ iuuando amicos,rationabilis eſt. Familiam groſſo cibo,non delicato nutrias. Qui guloſus effectus eſt,uix aliter quam

morte

morte mores mutabit. Guloſitas,uilis & negligētis hoīs putredo eſt.Frugalitas ſoliciti & diligētis hoīs ſolatiũ eſt. Diebus Paſchalibus abũdãter, non tñ delicatè paſce familiã.Fac gulã litigare cũ burſa , & caue cuius aduocatus exiſtas. Si aũt inter gulã & burſam iudex exiſtas,ſæpius, ſed nō ſꝑ ꝓ burſa ſniam feras.Nã gula affectionibus probat,& ſic teſtibus non iuratis.Burſa euidenter ꝓbat,iam arca & cellario euacuatis,uł breui tꝑe uacuãdis. Tunc male iudicas cōtra gulam,qñ auaritia ligat burſam. Nunq; recte inter gulã & burſam auaritia iudicabit.Quid eſt auarus? ſui homicida. Quid eſt auaritia? pauptatis timor,ſemꝑ in pauptate uiuens.Recte uiuit auarus,in ſe nō ꝑdēs diuitias,ſed alijs reſeruãdo.Melius eſt.n.alijs reſeruare , ꝗ in ſe ꝑdere. Si blado abũdas,nō diligas cariſtiã: qa diligēs cariſtiam , cupit eſſe pauꝑꝝ homicida. Vēde bladũ cũ ſatis ualet,nō qñ ꝑ pauꝑem emi nō pōt. Vicinis minori pretio uēde, ēt inimicis. Nō ſꝑ gladio,ſed ſæpe ſeruitio uincitur inimicus. Supbia cōtra uitiũ,balneũ eſt expectãs tonitruũ cũ ſagitta.Hēs inimicũ? q̄ras tuũ ocl'm pro tui cuſtodia. Si hēs inimicũ,cōuerſationē nō hēas cum ignotis.Semꝑ cogita ꝙ inimicus ſagax cogitat inimici uias. Debilitas inimici non eſt loco pacis,ſed tregua ad tp̄s. Si te ſecuras nō cogitare inimicũ tuũ, quē tu cogitas,ꝑiculo te exponis. De fœminis tuis ſuſpectis qd agãt , ignorãtiã,nō ſniam q̄ras.Poſtꝗ ſciueris crimē uxoris tuæ,à nullo medico curaberis. Dolorē de mala uxore tũc mitigabis,qñ audies de uxoribus alienis.Cor nobile & altũ nō inq̄rit de opibus mulieꝝ. Malã uxorē potius riſu ꝗ baculo caſtigabis.Fœmina ſenex & meretrix oēs diuitias adnullabit.Fœmina ſenex & meretrix , ſi lex ꝑmitteret,uiua ſepelienda eſſet.

De ueſtibus. Nota ꝙ ueſtis ſumptuoſa,probatio eſt pauci ſenſus . Veſtis nimis apparēs,cito uicinis tædium parit. Stude bonitate placere, nō ueſte . Mulieris petitio habentis ueſtes & ueſtes quærentis , non indicat firmitatem.

De amicis. Tene ꝙ maior eſt amicus qui ſua tribuit,ꝗ q ſeipm offert. De uerbis eſt magna copia amicoꝝ. Amicum nō repũtes,q te pñtem laudat. Si conſulis amico,non q̄ras placere ei,ſed rōni. Dicas in cōſulēdo:ſic mihi uĩ,non ꝑciſe ſic agendũ eſt:qm̄ facilius de malo exitu conſilij redargutio ſequit̄,ꝗ de bono laus. Audiui ꝙ ioculatores te uiſitant. Attēde q̄ ſequunt̄.Hō impēdēs ioculatori,cito uxorē hēbit , cuius nomen erit pauꝑtas.Sed quis erit h⁹ uxoris filius? Deriſio . Placet tibi uerbũ ioculatoris? finge te nō audire,ſed aliud cogitare.Ridēs & gaudēs de uerbis ioculatoris , iã pignus ſibi dedit.Ioculatores improperantes digni ſunt ſuſpēdio. Quid eſt ioculator? mala improꝑans, aīal homicidiũ ſecũ portãs.Ioculatoris inſtrã deo nō placēt.

Audi de famulis. Famulũ alti & elati cordis repelle , ut futurꝝ inimicũ.Famulũ tuis morib⁹ blãdientē repelle.Famulo & uicino te pñtem laudãtibus reſiſtas,alr̃ cogitant te decepiſſe.Famulũ ſe de facili uerecũdantē,dilige ut filiũ.Si uis ædificare domũ , inducat te neceſſitas,nō uolũtas.Cupiditas ædificãdi,ædificãdo nō tollit̄. Nimia et inordinata ædificãdi cupiditas, parit cito,& expectat ædificioꝝ uenũdationē. Turris cōpleta, & arca uacuata faciũt ualde,ſed tarde hoīem prudentē. Vis aliqñ uēdere? Caue cũ uēdere uolueris , ne partē hæreditatis uēdas. Nō uendas potētiori,ſed potius minori ꝑ̄tio des minori:totũ aũt uēde plus offerēti. Melius eſt grauē pati famē,ꝗ patrimonij uēditionē. Sed melius eſt partē uēdere, ꝗ ſe uſuris ſubijcere.Quid eſt uſura? uenenũ pr̄imonij. Quid eſt uſura legalis? latro ꝑ̄dicēs qd' intēdit.Nihil emas in cōſortē potētioris.Paruũ cōſortē patiēter ſuſtineas,ne tibi fortiorē ſociet. Quæſiuiſti de uſu uini. Qui in diuerſitate & abũdantia uini ſobrius eſt, ille eſt terrenus deus.Ebrius nihil recte facit, niſi cum i lutũ cadit.Sētis uinũ? fuge cōſortiũ. Sentis uinum? quære ſomnum anteꝗ col-

loquium. Qui ſe ebrium uerbis excuſat, ebrietatẽ ſuã aperte accuſat. Male ſedet in iuuene uina cognoſcere. Fuge medicũ ſcia plenũ, & exercitio nõ ꝓbatum. Fuge medicũ ebriũ. Caue tibi à medico uolẽte in te expiri, quaľr alios de ſiťi morbo curabit. Catulos ualde paruos dimitte clericis & reginis. Canes cuſtodes utiles ſunt. Canes ad uenandum plꝰ conſtant ꝙ̃ conferunt. Habes filios? diſpenſatores tuoꝝ bonoꝝ nõ inſtituas, ſed dices: Si aduerſetur fortuna, quid prodeſt uiuẽdi doctrina? Audi quid de hoc uiderim (ſtultorum omittens cõtingentia) & tandem ſe excuſantes ſub fortuna. Euenit aliqñ fortuna. Sed ſeruans doctrinam, raro accuſabit fortunã. Raro .n. diligentiam cum infortunio ſociabis, ſed rarius à pigritia infortunium ſeparabis. Expectat piger ſibi ſubueniri à deo, qui in mundo iſto uigilare præcepit. Tu ergo uigila, & leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compenſa. Appropinquat ſenectus? conſulo ꝙ deo potius ꝙ̃ filio tuo te committas.

Diſponis legata? conſulo ꝙ primo ſeruitoribus ꝙ̃ ſacerdotibus ſolui mãdes. Diligentibus perſonam tuam non committas animam tuam. Committe aĩam tuam diligentibus ſuam. Diſpone de rebus ante morbum. Sæpe quis efficitur infirmitatis ſeruus, & ſeruus teſtari non poteſt: liber ergo teſteris, antequã ſeruus efficiaris. Sufficiat tibi quod de te dictum eſt. De filijs audi. Mortuo patre filij quærunt diuiſionem. Si nobiles ſunt, melior eſt ſæpe eorum per mundum diſperſio, ꝙ̃ hæreditatis diuiſio. Nam ſæpe eſt grauis eorum diſſolutio, huiuſmodi hæreditatis diuiſio. Si laboratores ſunt, faciunt quod uolunt. Si mercatores ſunt, tutior eſt eorum diuiſio quàm communio, ne unius infortunium alijs imputetur. Mater uero forte remaritari quærit? ſtulte agit: ſed ut ſua peccata deploret, utinam ipſa ſenex accipiat iuuenem. Nam non ipſam, ſed ſua quæſiuit: quibus habitis, bibet cum eo doloris calicem quem optauit, ad quem perducant merita ſua damnabilis ſenectutis.

FINIS.

TRACTATVS BEATI Bernardi abbatis de lamentatione uirginis Mariæ.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymaꝝ ut poſſim flere per diem & noctem, donec ſeruo ſuo dñs Ieſus appareat uiſu uel ſomno, cõſolans animam meã? O uos filiæ Ierľm, ſponſæ dilectæ dei una mecũ lacrymas fundite, donec nobis ueſter ſponſus in ſua ſpecioſitate benignus appareat uel occurrat. Recolite, recolite, et ſedula mẽte penſate quam ſit amaꝝ ab ipſo ſeparari, cui uos promiſiſtis ac nupſiſtis, cui uos in omni ſanctitate uouiſtis. Vouiſtis uota, reddite ea: uos ipſas Chriſto uouiſtis: uos ipſas Chriſto reddide. Currite filiæ, currite uirgines ſacræ, currite mr̃es Chriſto caſtitatẽ uouẽtes, oẽs ad uirginẽ currite q̃ ꝑpit xp̃m. Ipſa .n. portauit regem glr̃iæ, illum omni petenti datura. Ipſa genuit eũ, lactauit eum, die octaua circũcidit, & quadrageſima p̃ntauit in templo, duos turtures uel duos pullos colũbaꝝ pro eo offerẽs in holocauſtũ. Fugiẽs ab Herode ip̃m portauit ĩ Aegyptũ, lactãs eũ & nutriẽs, curã illius hñs, ſequẽs eũ ferè quocũqꝫ ꝑgebat. Credo ẽt firmiter qđ ipſa mr̃ Ieſu erat ĩter illas fœminas, q̃ ip̃m ſequebanť miniſtrãtes ei. Nullus debet inde admirari ſi ſeq̃batur eũ, cũ ipſe eſſet totus eius dulcor, ſolatiũ, deſideriũ, & ſolamẽ. Hanc ẽt arbitror fuiſſe inter illas dolẽtes atqꝫ gemẽtes q̃ lamẽtabanť flẽtes dñm. Poterat ẽt & hæc eẽ ĩter illas fœminas filias Ierľm, ad q̃s Ieſus tũc nõ clarus impio ſed plenus opprobrio, ſpinis coronatus, ſputis illitus, flagellis afflictus, ſibi in angariã mortis crucẽ baiulãs, cõuerſus dixit: Filiæ Ierľm nolite flere ſuꝑ me, ſed ſuꝑ uoſ ip̃as flete, et ſuꝑ filios ur̃os. *Luc. 23.* Putas'ne dña mũdi, dña mea, mr̃ dilecta eiuſdẽ Xp̃i, eſt ne ueꝝ qđ dico? En obſecro, ut dicas ſeruulo tuo decus paradiſi, gaudiũ cœli, ueritatẽ hꝰ rei. Obliuiſcere tñ cãm doloris rogo, quẽ tũc paſſam te fuiſſe non dubito. Vtinã dolor ille ſic quotidie inhęreret uiſceribus meis, ſicut inhęſit tũc tuis. Vtinã die q̃ aſſumpta fuiſti in cœlũ ut in æternũ gauderes cũ filio tuo, mihi indicaſſes lacrymas tuas ut ꝑ illas cognoſcerẽ q̃tũ tibi amaritudinis fuit cũ Ieſum dilectũ tibi, heu heu, & paꝝ dilectũ mihi, clauis ĩ ligno cõfixũ, capite inclinato ſuũ ſctiſſimũ exhalare uideres ſp̃m. Sed peto dña mea, ne te moueant uerba mea q̃ dico, cũ tñ ſaxa dr̃ent ſcindi ad illa. Quis unq̃ regnãs in cœlo ſurſum, aut ꝑegrinãs ĩ terra deorſũ, audiẽs uel mẽte ꝑtractãs qũo factus eſt opprobriũ hoĩm ipſe dñs angeloꝝ, poterit lacrymas cõtinere ẽt ĩ cœlo ubi ẽ impoľe flere? Qr̃ ego miſer ñ ploro, cũ abiectio plebis factus ẽ filiꝰ dei pr̃is? Veruntñ tu dña gaude gaudio magno ualde, ab ipſo nũc glr̃ificata in cœlis, q̃ ĩ mẽte tantis clauis amariſſimis fuiſti cõfixa ſuæ pij̃ſſimæ mortis. Mihi tñ, obſecro, lacrymas illas ĩfunde, q̃s ipſa habuiſti in ſua paſſiõe: & ut his affluar largiꝰ, de paſſione filij tui dei mei & dñi ei ũba adinuicẽ cõferamꝰ. Teneris ꝓmiſſione: redde, q̃a hoc nob̃ ſuꝑius ꝓmiſiſti. Memini te mihi ĩ primo exordio nr̃i ſermonis fuiſſe locutã de dolorib. quos ipſa portaſti ꝓ morte unigeniti tui. Qđ, ut audiui, nõ modicũ ꝑturbatꝰ cœpi q̃rere dolẽs q̃ eſſẽt illi tui ſermões. Cui ipſa dixiſti: Qui ſũt iſti mei ſermões, iterim recogita ĩ amaritudine aĩæ tuę, donec de his adinuicẽ cõferamꝰ. En narra mihi te flagito ſeriẽ ũitatis, q̃ mr̃ es & uirgo, & tẽplũ totius trinitatis: Ad quẽ illa: Illđ qđ q̃ris, cõpũgitiuũ eſt magni doloris. Sed q̃a glr̃ificata ſum, ultra iã flere nõ poſſũ, tu cũ lacrymis ſcribe ea q̃ cũ magnis dolorib. ego ꝑſenſi. Cui inq̃: Flere ꝑopto, q̃a & nihil aliud mihi libet, ſed ego miſer cor lapideũ hñs flere nõ poſſũ. Regina cœli, mr̃ crucifici, da qđ iubes, & ꝑbe qđ cupio. loquere, q̃a audit ſeruus tuus. Dic dña mea, dic mr̃ angeloꝝ, mr̃ mĩæ, ſi in Ierľm eras qñ filius tuus captꝰ fuit & uinctus, & in Annę atriũ tractus & ductꝰ. Cui illa rñdit: Fui itaqꝫ ĩ Ierľm qñ hæc audiui, & greſſu qualicunqꝫ potui, et uix potui, ad dñm meum ueni plorans. Cumqꝫ ipſum fuiſſem intuita pugnis percuti, alapis cædi, in faciem conſpui, ſpinis coronari, & opprobria hominum fieri: commota ſunt omnia uiſcera mea, & defecit ſpiritus meus, & nõ erat mihi ferè ſenſus, neque uox, neque ſonus. Erãt etiam mecum ſorores meę, & aliæ mulieres multæ, plangẽtes eum quaſi unigenitum. Inter quas erat Maria Magdalene, quæ ſuper omnes, excepta me, quæ tecum loquor, dolebat & plorabat. Cumqꝫ Chriſtus deus præcone clamante, Pilato imperante ſibi baiulans crucem ad ſupplicium traheret, factus eſt concurſus ppľoꝝ poſt eum euntium, alij ſuper eum plangẽtes, alij illudentes, & proijcientes lutum fimum & immũditias ſuꝑ caput eius. Seq̃bar ego eũ ꝓut poterã eius mœſtiſſima mr̃ cũ mulierib. q̃ eum ſecutæ fuerãt à Galilæa miniſtrãtes ei, à q̃bus uelut emortua tenebar & ſuſtentabar, quouſqꝫ ꝑuentũ eſt ad locũ paſſionis ubi crucifixerunt eũ añ me. Et ip̃e me uidẽs, fuit ĩ cruce leuatus, & ligno duriſſimis clauis affixus. Stabã & ego uidẽs eũ: & ipſe uidẽs me, plus dolebat de me quã de ſe. Ipſe uerò tanqꝫ agnus corã tõdẽte ſe uocẽ nõ dabat, nec aꝑiebat os ſuũ. Aſpiciebã ego infœlix & miſera deũ meũ & filiũ meũ in cruce pẽdentẽ, & morte turpiſſima moriẽtẽ. Tãtoqꝫ dolore & triſtitia uexabar in mẽte, qđ nõ poſſet explicari ſermone. Nec miꝝ. Erat .n. aſpectu dulcis, colloquio ſuauis, & omni cõuerſatione benigniſſimꝰ. Manabat nãque ſanguis eius ex quatuor partibus rigantibus undis, ligno manibus pedibuſqꝫ cõfixis. De uultu illiꝰ pulcritudo effluxerat oĩs, & q̃ erat ꝑ filijs hominũ

ſpecioſus forma,uidebatꝰ oĩm ĩdecorus.
Videbã ꝙ cõplebatꝰ illud ꝓpheticũ in
eo:Vidimus eũ,& nõ erat ei ſpẽs, neq;
Eſa.53.a decor. Vultũ.n.illius iniquoꝝ Iudæoꝝ
fœdauerat liuor.Iſte erat dolor meꝰ ma
ximus, qa uidebã me deſeri ab eo quẽ
genuerã,nec ſupererat alius, quia mihi
erat unicus. Vox mea ferè perierat oĩs,
ſed dabã gemitꝰ ſuſpiriaq; doloris.Vo-
lebã loqui, ſed dolor uerba rumpebat:
quia uerbũ iam mente conceptũ,dũ ad
formationẽ procederet oris,ad ſe imꝑ-
fectũ reuocabat dolor intimus cordis.
Vox triſte ſonabat foris, uulnus denun
cians mentis.Verba donabat amor,ſed
raucè ſonabant,qa lingua magr̃a uocis
uſum ꝑdiderat loquendi.Videbã moriẽ
tem,quẽ diligebat aĩa mea,& tota liq̃-
fiebã p̃ doloris anguſtia.Aſpiciebat &
ipſe benigniſſimo uultu me mr̃em plo-
rantẽ, & uerbis paucis uoluit me conſo
lari,ſed ego nullo mõ conſolari potui.
Flebã dicẽdo,& dicebã flendo:Fili mi,
fili mi.Væ mihi,uę mihi, Quis dabit mi-
hi ut ego moriar ꝓ te fili mi? O' miſera
ꝗd faciam?Moritꝰ filius meus.Cur ſecũ
non moritꝰ hæc mœſtiſſima mr̃ eius?Mi
fili,Fili mi. Amor unice,fili dulciſſime,
noli me derelinquere poſt te, trahe me
ad teip̃m,ut & ego moriar tecũ. Male
ſolus moreris. Moriatꝰ tecũ iſta tua ge-
nitrix. O' mors miſera noli mihi parce-
re,tu mihi ſola p̃ cũctis places, exagge
ra uires,trucida mr̃em: mr̃em cum filio
perime ſiľ. Fili dulcor unice, ſingulare
gaudium,uita aĩę meę,& oẽ ſolatiũ,fac
ut egoipſa nunc tecum moriar q̃ te ad
mortẽ genui,ſine mr̃e noli mori. O' fili,
recognoſce miſerã, & exaudi p̃cẽ meã.
Decet.n.filiũ exaudire mr̃em deſolatã.
Exaudi me obſecro,ĩ tuo me ſuſcipe pa
tibulo,ut qui una carne uiuunt, & uno
amore ſe diligunt,una morte pereãt. O'
Iudæi impij,ô Iudæi miſeri, nolite mihi
parcere.Ex quo natũ meũ crucifixiſtis,
& me crucifigite, aut alia q̃cũq; morte
ſæua me perimite, dũmodo cũ meo fi-
lio ſiľ moriar.Male ſolus moritꝰ. Orbas
orbem radio,me Iudæa filio,gaudio &
dulcore.Vita mea moritꝰ,& ſalus ꝑimitꝰ,
atq; de terra tollitꝰ tota ſpes mea. Cur
ergo uiuit mr̃ poſt filium ĩ dolore? Tol
lite,ſuſpendite mr̃em cũ pignore. Non
parcitis ꝓli,non parcatis & mihi. Tu
mihi ſoli mors eſto ſæua: nũc ſũmè gau
derẽ ſi mori cum filio ſiľ poſſem. Dulce
eſt mihi miſeræ mori, ſed mors optata
recedit. Væ mihi & tibi fili,mors ipſa p̃
cipitata uenit. Morte mori melius eſt
mihi quam uitã ducere mortis. Sed fu-
git à me miſera, & infœlicẽ me relinq̃t,
cui ipſa mors multũ optata nunc eſſet.
O' fili chariſſime, ô benigniſſime nate,
miſerere mr̃i tuæ, & ſuſcipe p̃ces eius.
Deſine nũc mihi eſſe durus,q cunctis ſꝑ
fuiſti benignus. Suſcipe mr̃em tuam in
cruce,ut uiuã tecũ poſt mortẽ ſꝑ. Nihil
mihi dulcius eſt q̃ te amplexato in cru
ce tecum mori: & nil certe amarius q̃
uiuere poſt tuã mortẽ. O' uere dei nate,
tu mihi pr̃, tu mihi mr̃, tu mihi filius, tu
mihi ſponſus,tu mihi aĩa eras. Nunc or
bor pr̃e, uiduor ſpõſo, deſolor filio, oĩa
ꝑdo. O' fili mi,ultra ꝗd faciã? Væ mihi,
uæ mihi. Quò uadã chariſſime? ubi me
uertã dulciſſime? ꝗs mihi decætero cõ-
ſiliũ & ſubſidiũ p̃ſtabit? Fili dulciſſime
oĩa tibi poſſia ſunt, ſed & ſi nõ uis ut mo
riar tecũ, mihi ſaltẽ relinque aliqđ beni
gnum cõſilium. Tunc iam dñs anxius
in cruce annuens oculis & uultu de Ioã-
ne ait: Mulier ecce filius tuus. Erat.n. Ioan.19.d
Ioãnes pñs,uultu triſtis, & corde mœ-
ſtiſſimus,lacrymis ſꝑ plorans. Ac ſi di-
ceret: O' mr̃ dulciſſima mollis ad flen-
dũ,mollis ad dolendum,tu ſcis quia ad
hoc ueni, & ad hoc de te carnẽ aſſũpſi,
ut per crucis patibuiũ ſaluarẽ genus hu
manum. Q̃uo ergo implebuntꝰ ſcriptu-
ræ? Sic.n.oportet me pati ꝓ ſalute gñis
humani. Die nãq; tertia reſurgã,tibi &
diſcipulis meis patenter apparens: deſi-
ne flere, & dolorem depone, quia ad
pr̃em uado, & ad gl̃iam pr̃næ maieſta
tis ꝑcipiendã aſcendo. Congratulare
mihi,quia nunc inueni ouẽ errantẽ quã
tàm longo tp̃e perdiderã. Moritꝰ unus,
ut totus inde reuiuiſcat mũdus. Vnius

ob meritum cuncti periere minores, &
nunc ſaluantꝰ unius ob meritum. Quod
placet deo pr̃i,q̃uo diſplicet tibi? Mr̃
dulciſſima, calicem quẽ dedit mihi pr̃,
non uis ut bibam illum? Noli flere mu-
lier, noli flere mr̃ ſpecioſiſſima: non te
deſero,non te derelinquo. Tecum ſum,
& tecum ero oĩ tp̃e ſcl'i. Scđm carnem
ſubiaceo imperio mortis, ſcđm diuini-
tatem ſum & ero ſꝑ ĩmortalis & impaſ
ſibilis. Bñ ſcis uñ ꝓceſſi, & uñ ueni. Qr̃
ergo triſtaris ſi illuc aſcendo uñ deſcen
di? Tp̃s eſt ut reuertar ad eum q me mi
ſit. Et quo ego uado,tu non potes ueni-
re mõ,uenies aũt poſtea. Interim Ioan
nes qui eſt nepos tuus, reputabitur tibi
filius,curam habebit tui, & erit ſolatiũ
fideliſſimum tibi. Inde dñs intuitus Ioã
nem ait: Ecce mr̃ tua. Ei ſeruies,curam
illius habebis,eam tibi cõmendo,ſuſci-
pe mr̃em tuam, ĩmo magis ſuſcipe ma-
trem meam. Dum hæc pauca diceret,
illi duo dilecti lacrymas fundere nõ ceſ-
ſabant. Tacebant ambo illi martyres,
& p̃ nimio dolore loqui non poterant.
Iſti duo uirgines audiebant Xp̃m uoce
rauca & ſemiuiua loquentem,ip̃m uide
bant paulatim morientem: nec ei pote-
rant rñdere uerbum,quia illum uidebãt
q̃ſi iam mortuum. Erant.n.illi duo q̃ſi
iam mortui, uñ ſpũs illoꝝ uoces exha-
lare nequibant. Defecerant ſpũs illoꝝ,
& uirtutem loquendi amiſerant. Audie
bant & tacebant, qa p̃ anguſtia loqui
non poterant. Solus illis dolor luctuſq;
remanſit amicus. Amabant flere, & fle-
bant amare. Amare flebant,qa amare
dolebãt. Nam gladius mortis Xp̃i,aĩas
utrorumq; tranſibat. Tranſibat ſæuus,
ſęuus ꝑimebat utrũq;. Quo magis ama
bat,ſæuior fiebat in mr̃e. Vulnera Xp̃i
morientis,erant uulnera mr̃is dolentis.
Dolores ſæui, fuerunt tortores in aĩa
mr̃is. Mr̃ erat laniata morte chari pi-
gnoris. Mente mr̃ erat ꝑcuſſa cuſpide te
li,quo membra Xp̃i ſerui foderunt ini-
qui. Ipſa.n.erat, quam dolor tenebat.
In mente eius creuerant ĩmenſi dolores,
nec poterant extra refundi. Intus atro-
cius ſæuientes dolores nati, mr̃is aĩam
gladiabant. In carne Xp̃s ſoluebat de-
bitum mortis,qđ grauius erat, q̃ mori
in aĩa mr̃is. Interim Xp̃s mr̃e cõmẽda-
ta Ioãni,dixit: Sitio. Et dederunt illi qui
crucifixerunt eum,acetũ cum felle mi-
ſtum. Qđ cum guſtaſſet, noluit bibere:
Dixitq;: Conſũmatum eſt. Et exclama
uit uoce magna,dicens: Heli Heli lama
zabachthani? hoc eſt,deus meus,deus
meus,ut quid me dereliq̃ſti? Et hæc di-
cens,expirauit. Tunc terra tremuit, &
ſol ſua luminaria clauſit. Mœrebantq;
poli,mœrebant ſydera cũcta. Oẽ ſuum
iubar amiſit luna dolendo. Receſſitq;
oĩs ab alto æthere fulgor. Finduntꝰ duri
lapides,ſcinduntꝰ faſtigia templi. Petræ
duriſſimæ ſciſſæ ſunt, & monumenta
aperta. Surrexerũt multi ap̃tis tumulis,
fatentes uoce magna Xp̃m eſſe deum.
Cogitare nunc libet quãtus dolor, tũc
infuit mr̃i cum ſic dolebant,quæ inſenſi
bilia erant. Nec lingua poterit loq̃,nec
mens cogitare ualebit, quanto dolore
afficiebantꝰ pia uiſcera Mariæ. Nũc ſol-
uis uirgo cum uſura,qđ in partu nõ ha-
buiſti à natura. Dolorem pariendo filiũ
non ſenſiſti, quem milies replicatũ filio
moriente paſſa fuiſti. Iuxta crucem xp̃i
ſtabat emortua mr̃, q̃ ip̃m ex ſpũſctõ
concepit. Vox illi nõ erat,qa dolore at-
trita iacens pallebat. Quaſi mortua ui-
uens uiuebat moriẽs, moriebatꝰ uiuens,
nec mori poterat q̃ uiuẽs mortua erat.
In illius aĩa dolor ſæue ſæuiebat. Opta-
bat mori magis, q̃ uiuere poſt mortem
Xp̃i, q̃ malè uiuẽs mortua erat. Ibi ſta-
bat,dolẽs,ſæuo dolore cõfecta. O' ueꝝ
eloq̃ũ iuſti Simeõis, quẽ ꝓmiſit gladiũ
ſẽtiebat doloris. Expectãs corpꝰ xp̃i de-
poni,plorabat dicẽs: Heu me,heu me:
Reddite, uel ſaltẽ nunc mœſtiſſimę mr̃i
extĩctũ filiũ. Vel certe,ſi magis libet me
morte illi cõiũgite,ut cũ dolorib. ſuis ꝑ-
eãt, & dolores mei. Deponite illũ, q̃ſo,
đponite mihi,ut mecũ habeã corpꝰ ex-
aĩe,ſitq; meꝰ unicꝰ mihi ĩ ſolatiũ,uľ deſũ
ctꝰ. Stabat iuxta crucẽ Maria ĩtuẽs uul-
tu benigne Xp̃m pẽdẽtẽ ĩ patibulo,pe-

dumq́ꝫ ſummitatibus innitens manus leuabat in altum, amplectens rubricatam crucem, ac in oſcula eius ruens ea parte, q̃ unda p̃cioſiſſimi ſanguinis defluebat. Surſum manus niſu, quo poterat, extendebat unicum ſuum amplecti deſiderans, nec ualebat. Sperat.n. amor multa, q̃ nunq̃ꝫ uel raro fieri pñt. Impatiẽs ſiq̃dem amor credit, ꝙ ſibi debeãt cedere uniuerſa. Volebat amplecti xp̃m in alto pendentẽ, ſed manus fruſtra ꝓtẽſæ in ſe comploſæ complexæ redibant. Leuabat à terra ſurſum, ut dilectũ ſuũ contingeret, ip̃m q́ꝫ tangere neq̃ens, duriſſime recollidebat ad terram. Ibi doloris immenſitate oppreſſa ꝓſtrata iacebat: ſed maxima uis amoris qua inceſa mens eius ardebat, eã erigere cõpellebat: & amoris impetu ſurgens, reextenſis manibus ſuum attrectare filium affectabat: & rurſum magno cruciata dolore, terram repetere cogebat. O quã male tunc illi erat? Grauius illi erat uita uiuere tali, q̃ꝫ diro gladio ſęuè necari ab impijs. Tanq̃ꝫ mortis pallor eius uultũ ꝑfuderat, genis & ore tm̃ cruore Xp̃i rubentib: cadẽtes guttas ſanguinis ore ſacro tangebat, terram deoſculans ſæpiſſime quam cruoris unda rigabat. O graue martyrium. O frequens ſuſpiriũ. O languẽs pectus uirgineum. Aĩa eius tota liquefacta eſt, facies pallet roſea, ſed p̃tioſo filij ſanguine rubet reſperſa.

Interim uir quidã nobilis noĩe Ioſeph, q̃ erat diſcipulus eius, occulte tñ, ad Pilatum acceſſit, poſtulãs ſibi donari corpus dñi Ieſu Xp̃i. Quo ſibi cõceſſo, accerſiuit quendam uirꝝ ſapientem & legiſperitum noĩe Nicodemũ diſcipulum Xp̃i occultum ſil'r, & uenerunt ad locũ ubi erat dñs crucifixus, ſecum inſtr̃a ferentes quibus clauos extraherent, & ut eum de cruce deponerent. Quos cũ benigniſſima & mœſtiſſima mr̃ aſpiceret, & ſciret eos unicum ſuum uelle deponere de cruce, q̃ſi d̃ morte cõſurgens paululum reuixit aĩa eius, & de terra feſtina exiliens ubi iacebat dolens uiolẽtia ꝓſtrata, qđ poterat adiutoriũ, debiliſſima illis miniſtrabat. Vnus duros illos ac diros clauos trahebat è manibus, alius, ne corpus exaĩe caderet, ſuſtentabat. Stabat & Maria brachia leuans in altum, uulnera contemplans, manus ꝑforatas ſacroq́ꝫ ſanguine reſꝑſas intuẽs, uix ſuſtinere ſe potuit. Iáq́ꝫ manus, brachia ſctã & caput ſupra triſte pect⁹ ſuſcepit, ut hoc ultimo & miſerando ſolatio poſſet conſolari. Quem ut attingere ualuit, amore mr̃no ruẽs in dulciſſimos amplexus & oſcula, de ſuo ſic male tractato filio non poterat ſatiari. Sed cum de cruce corpus eius fuiſſet total'r depoſitum, p̃ doloris uehementia & amoris ĩmenſitate q̃ſi exaĩs facta fuit. Stabat ad caput extincti filij mœſtiſſima mr̃, & eius regalẽ faciẽ mortis obfuſcatã palloribus, magna rigabat affluentia lacrymaꝝ. Aſpiciebat illud reuerendiſſimũ caput coronæ ſpineæ diris aculeis ꝑforatum, manus illas & pedes ſacros clauis ferreis crudeliſſime ꝑforatos, latúſque ſuffoſſum lancea, cum cæteris mẽbris laceratis, & amariſſimè ſuſpirãs ac flens dicebat: O fili mi dulciſſime, quid feciſti? Qr̃ crudeliſſimi Iudæi te crucifixerunt? Quæ cã mortis tuæ? Cõmiſiſti ne ſcelus ut tali morte damnareris? Nõ fili non fili, ſed ſic tuos redimere dignatus es, ut poſteris exempla relinquas. In gremio meo nũc te mortuum teneo. Quid ego tua mr̃ fili mi dilectiſſime faciam? Væ mihi fili mi, dulcedo mea, conſolatio mea, uita mea. Vbi eſt illud gaudiũ indicibile qđ in tua admirabili natiuitate habui? Væ mihi fili mi, in quãtũ dolorẽ & triſtitiã uerſũ ẽ illđ tã magnificũ gaudium? Succurre mihi fili mi, & ſp̃m ſctm̃ mihi iterĩ ĩfũde, q̃a iã gaudij illi⁹ qđ ĩ obũbratiõe & ãgelica ſalutatiõe cõcepi, ferè p̃ dolore ĩmemor d̃ficio. Interĩ aũt frõtẽ & genas, naſũ, ocl'os, oſq́ꝫ ſil'r frequẽti⁹ oſculabat, tãta ꝑfluẽs affluẽtia lacrymaꝝ, ut carnẽ cum ſp̃ũ reſolui putares ĩ lacrymas. Rigabat fœlicib. lacrymis corp⁹ exaĩe filij, & monumẽtũ ĩ quo poſuerũt eũ, mõ mirabili madidabat, ubi & ei⁹ lacrymę adhuc apparere

dñr, indicatiuæ doloris intimi qui aĩam eius tanq̃ꝫ gladius acutus pertranſiuit. Cogitabat mirabilia facta unici ſui: & duriſſima opprobria & tormenta quæ uiderat oculis ſuis, & aurib⁹ audierat, reuoluebat in mente, quis uidelicet, q̃lis & quantus fuerat quem ipſa uirgo concepit illæſo pudore, & pepit ſine dolore, quem ẽt cum ſũma diligentia lactauerat, cuſtodierat & educauerat, q̃ erat ei uita, dulcedo, gaudium, & ſolatium, conſilium, refugium & auxilium uitæ ſuæ. Videbat inq̃ꝫ dñm & deum ſuũ unicum ſuum filium ſic uil'r & crudel'r pertractatum. Vñ dicebat: Dic fili dilectiſſime, Dic amor unice, uitæ meæ ſingulare gaudium, unicum ſolatium, qr̃ ſic me dolore ꝑimi ꝑmittis? Cur tam longe factus à me? Deus meus conſolare aĩam meam, miſerere mei & reſpice in me. Dicat q̃ põt, cogitet quantum põt, meditetẽ ſi põt q̃ doloris ĩmenſitas tũc mr̃nã aĩam cruciabat. Non credo plene enarrari uel meditari poſſe dolorẽ uirginis, niſi tm̃ fuiſſe credamus, quantum unq̃ꝫ dolere potuit de tali filio talis mr̃. Veruntñ rectum erat amoris & mœroris continens modũ. Non deſperabat, ſed pie & iuſte dolebat, ſperans tñ firmiter fortiterq́ꝫ tenens ip̃m ſcđm ꝓmiſſũ ſuũ tertia die reſurgere. In ipſa.n. ſola in triduo illo fides eccl'iæ ſtabat: & dũ unuſq̃ſq́ꝫ hæſitabat, hæc q̃ fide concepit, fidem quam à deo ſemel ſuſcepit, nunq̃ꝫ ꝑdidit, ſpeq́ꝫ certiſſima dñi reſurgentis gl'iam expectauit. Aderant ſecũ q̃dam ſanctæ & paucæ mulieres, paruuſq́ꝫ uiroꝝ numerus, qui Xp̃m dñm cum mr̃e flente amariſſime flebant. Erant ſil'r & angeli dolentib. condolentes. Dolebãt q̃dem pio iuſtoq́ꝫ dolore, morti cõpatientes dei & dñi ſui, ſi tñ dolere q̃ũlibet poterant. Sed credo qđ gaudentes erant eo qđ genus humanum miſeꝝ et captiuũ miſericorditer redimebat. Flebant & ipſi (ut arbitrot) amariſſime mẽte turbati, uidentes dñam ſuam mr̃em utiq̃ꝫ dei ſui tam uehementi dolore repletam, tot riuulis affluẽtiũ lacrymaꝝ perfuſam. O quis tunc angeloꝝ archãgelorumq́ꝫ ẽt contra naturã ſuã non fleret, ubi author naturæ, deus ĩmortalis, hõ mortuus iacebat? Videbãt Xp̃i corpus ſic male tractatũ ab impijs, ſic laceratum à peſſimis iacere exaĩe, ſuo ſanguine cruentatũ. Videbant ẽt illam pijſſimã, illã ſctiſſimã ac btiſſimã uirginem mr̃em eius tantis cruciari ſingultib⁹, tã amaris repleri dolorib. tã abundantib. lacrymis madidari, ſic amariſſime flere, qđ nullo mõ poterat ſuas lacrymas refrænare. Et q̃s poterat tũc à lacrymis ſe abſtinere? Fiebat ꝓinde mœror & luctus ab angelis ibidem pñtib. q̃lis decebat ſp̃ũs almos: imò mirarer ſi oẽs angeli in illa btitudine ubi flere eſt impoſ'e, non fleuiſſent. Credo pp̃ qđ & loquor, q̃a dolebant ſi dolere ualebãt. Sicut.n. fuit poſ'e deum ꝑ aſſumptũ hoĩem mori, ita forte poſ'e angelos bonos dolere de morte dñi dei ſui. Ioſeph aũt ab Arimathia uir ſctũs & iuſtus, q̃ corpus Xp̃i cũ Nicodemo depoſuerat de cruce (ſicut euangeliſtæ teſtant) mercatus ſindonem inuoluit illud, p̃cioſis conditum aromatib. & in monumento nouo, qđ ſibi exciderat, ſepeliuit. Tunc angeloꝝ milia milium q̃ ad Xp̃i ſepulcrũ conuenerant, dulces ei ac deuotas exeq̃as & uictoriam decantabãt. Illi dño laudes canebant, ſed Maria gemitus & ſuſpiria emittebat. Dũ igr̃ Ioſeph & Nicodemus dñm ponerent in ſepulcro, uolebat ſil'r cum illo mr̃ mœſtiſſima ſepeliri. Erat.n. ĩnixa ſuꝑ dilectũ ſuũ: q̃ẽ amplectẽs ſuauiterq́ꝫ deoſculans, ſic dicebat: Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem uos amici mei. Illũ adhuc paululũ mihi relinq̃te, ut faciẽ ipſi⁹ ſublato uelamine ualeã cõtẽplari, & p̃ amore ipſi⁹ aliquãtulũ uidẽdo cõſolari: Nolite q̃ſo eũ tã cito tradere ſepulturę, ſed ip̃m reddite mihi miſerę mr̃i ſuę, ut illũ mecũ habeã ſaltẽ ul' d̃fũctũ: aut ſi illũ ĩ ſepl'cro recõditis ibidẽ me miſerã mr̃em cũ ipſo ſepelite, q̃a male poſt ip̃m ſupero. Vt q̃d poſt ipſũ uiuã? Illi ponebãt dñm ĩ ſepulcro, et illa niſu q̃ poterat illũ ad ſe trahere cona

batur. Illa uolebat eum ſibi cum totis
uiribus retinere, & ipſi uolebāt eū trade
re ſepulturæ. Sicq; pia lis erat & cōten-
tio miſerāda īter ipſos. Oēs tñ uirgineo
cōpatiētes dolori, pio deſiderio coacti
ſic amariſſime flebāt, ut nullus eoꝝ poſ
ſet ad plenū uerba formare. Videbant
etem̄ piā mr̄em omni quidē ſolatio de-
ſtitutā, et ſuꝑ ipſam potius quā ſuꝑ dñm
ſuū extinctū plangebāt. Maior illis in-
erat dolor de dolore mr̄is, quā de mor-
te dñi ſui: flebāt igit̄ oēs miſerabili dolo
re gemētes cū xp̄m Ieſum uitæ dñm &
mortis traderēt ſepulturæ. Sepulto ita-
que dño mr̄ eius ſepulcrū amplectit̄, &
uoce, qua poterat, ſuū bn̄dicebat filium
iā ſepultū, ingemiſcēſq; uocabat. O ſin-
gularis uirgo & mr̄, iā dicere poteras:
Aīa mea liquefacta eſt ut dilectus locu
tus eſt in cruce qñ dixit: Mulier ecce fi-
lius tuus. Nūc dicere potes: Quæſiui &
nō inueni illū. Vocaui & nō rñdit mihi,
.ſ. ad ſepulcrum. Ibi ſedēs innixo capite
manus extēdebat, deſuꝑ illud oſculans,
amariſſimiſq; ſingultib. ſuū filiū deplo-
rabat, Acceſſit aūt nouus filius eius Ioā-
nes, cui de cruce xp̄s eā cōmendauerat,
diligēter lugēs & ipſe incōſolabil'r ipsā
lugētē ac gemētē leuauit. Nam cruciata
gemitibus, fatigata doloribus, afflicta
ploratibus, pedibus ſe ſuſtinere nequi-
bat: tñ ſicut potuit à mulierib⁹ honeſtis
ac ſanctis adiuta cūctis ſil' plorantibus
Ierl'm ingredit̄. Multæ aūt fœminę uidē
tes eā, cōmotæ pietate ſuꝑ illius dolori-
bus, amaꝝ cōuertebant̄ ad luctū. Quę-
dā uerò poſt ipſam eūtes lamentabant̄
& ipſæ. Dolor etem̄ eius cūctos intuen
tes dolere cōpellebat, uixq; lacrymas
cōtinere ualebāt, ꝗ eā plorantē conſpi-
cerent. Tā piè plorabat, tā amare dole-
bat, quod ſui ploratus pietate multos
ēt inuitos ad lacrymas ꝓuocabat. Fie-
bat plāctus quacūque Maria trāſibat.
Omneſq; plorabāt qui obuiabāt ei. Sic
igr̄ perducit̄ à plorātibus & dolentibus
ipſa plorās & gemēs, quouſq; peruene
rūt ad domū Ioannis. Ibi reſedit, ibi ꝑ-
manſit, ibi in ſua domo Ioānes retinuit,
& ſuꝑ ꝓpriam mr̄em omni charitate di
lexit. Erat. n. ſibi datus ī filiū, ſed ip̄e ſe fe
cerat ſeruulū eius, in oībus & ꝑ oīa ſibi
familiariter ſeruiēdo. Deniq; reſurgente
filio, p̄ nimia debilitate membroꝝ defi
ciens, pia mr̄ ad ſepulcrum ire neqbat.
Tūc currētibus alijs, & unicum filium
cernentibus dicere potuit uirgo Maria:
Filiæ Ierl'm, nuntiate dilecto, ꝗa amore
lāgueo. O fœlix & beate Ioannes, cui ta
lē theſauꝝ dñs dignatus eſt cōmēdare.
O xp̄i dilecte præ oībus, & prudēs quē
conſtituit dñs priuatū camerariū aulæ
ſuæ ſpecioſiſſimæ. Retribuet tibi dñs ui
ciſſitudinē amoris mercedēq; dilectio-
nis quā in eius ac tua mr̄e tal'r deſolata
uſq; ad finē uitæ ſuæ exhibere curaſti.
Bn̄dictus quidē tu es à dño. Bn̄dictus
à mr̄e dñi, quā dilexiſti, & cui ſeruiſti pu
ro corde, & mundo corꝑe. Bn̄dicti ſint
oēs ꝗ diligūt illā mr̄em, & ſuper oīa ſit
bn̄dictus fructus uentris ſui Ieſus Chr̄s
dñs noſter, qui cū patre & ſpū ſancto
uiuit & regnat deus in ęternum, & in ſe
cula ſeculorum, Amen.

Sepulto itaque domino, à Iudæis ſi-
gnatum eſt monumentum, & traditum
eſt cuſtodibus ut cuſtodirent illud. In-
terim uirgo Maria in domo Ioannis ma
nebat, ibiq; iacebat, quia nimio dolo-
re confecta non poterat niſi cum diffi-
cultate magna ambulare. Ibi enim die
noctúque plorans gemebat, nec erat
qui conſolari eam poſſet ex omnibus
charis ſuis, nec ſuæ ſorores, nec etiam i-
pſe Ioannes. Ibi amaro corde oppro-
brioſam paſſionem dilecti filij ſui reuol
uebat, modo ſputa, modo ludibria, mo
do colaphos, alapas & flagella, modo
crucis angariam, modo dira clauorum
uulnera, modo lanceam, modo coro-
nam ſpineam, modo aceti & fellis po-
cula, mortem, uerbera & improperia,
modo mortem, mortē aūt crucis. Hæc
aūt cogitando plorabat, atq; plorādo
& eiulando clamabat: Fili mi Ieſu, Ieſu
fili mi, bone ac benigne, ac creator oīm
deus, qui factus hō, morte turpiſſima
es peremptus: quem terra, pōtus, æthe-
ra, capere nequeunt, modo arcto clau-
ſus es ſepulcro. Iacet filius meus extin-
ctus, & ſub lapidib. clauſa eſt uita mea.
Sumens. n. corpus fragilitatis humanę,
dignatus eſt ad terrā deſcendere: & ſui
eū nō recepūt, ſed malū ſemꝑ machina
ti ſunt contra eum. In illū ſeuiebat He-
rodes ille tyrānus iniquus cum turba
crudeliſſima Iudæoꝝ: qñ. ſ. ad magoꝝ
uerba turbatus eſt, & oīs Ieroſolyma
cum illo, paruulumq; & tenellum ad
ubera mr̄na pēdentē morte crudeliſſi-
ma ꝑdere nitebat̄. Dehinc ꝓficiēs ætate
& ſapīa corā deo & hoīb. factus eſt uir
diſcurrēs ꝑ ciuitates & caſtella, p̄dicās
& annunciās regnū dei, elemētis & dę
monib⁹ imꝑabat, infirmos ſanabat, &
mortuos ſuſcitabat. Et cū talia faceret,
ſuſtinebat inſidias, ſuſtinebat calūnias,
ſuſtinebat blaſphemias, q̄s pricipes ſa-
cerdotū, ſcribæ & phariſæi, & oīs ppl's
contra eius īnocentiā inuehebāt: ſed cū
eoꝝ ꝑfida & ꝑuerſa nequitia unici filij
mei bonitatē ſuꝑexcellētē ſuſtinere nō
poſſet, ip̄m auferre de terra nefariè cogi
tātes, ligauerūt, flagellauerūt, deturpa-
uerūt, crucifixerūt, dilaniauerūt, & mor
te turpiſſima occiderūt: ſicut p̄ns dies li
quido manifeſtat. Ergo uos oēs fideles
Xp̄i, recolite de morte & paſſione dñi
nr̄i Ieſu Xp̄i, & ꝑ totum iſtum uenerabi
lem diem lacrymas fundere non ceſſe-
tis, ut in die reſurrectionis dñi ad laudē
& honorē illius reſurgere ualeatis. Qui
cū pr̄e & ſpū ſctō uiuit & regnat de⁹ ꝑ
infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Finis lamentationum beatæ uirginis Mariæ.

DOCTRINA BEATI Bernardi.

QVando ſurgendum eſt
ad uigilias, præparan-
dus ē aīus ad deuotio-
nē, ita ut feruenter ex-
ilias de lecto, & corꝑe
diſcuſſo gratias diuinę
miæ agas ꝓ qete indul
ta, ꝓ cuſtodia & protectione angelica.

Deinde ueniens ad eccl'iā, pone manū
ſuꝑ oſtiū, & dic: Expectate hic cogita-
tiones malæ, intētiones & affectus cor-
dis, & appetit⁹ carnis. Tu aūt aīa mea
intra in gaudiū dñi dei tui, ut uideas uo
luntatē dñi & uiſites templū eius. Sicq;
ueniens añ crucē dic: Adoramus te xp̄e
& bn̄dicimus tibi &c. Deinde quoties
dixeris uerſum in choro tuo, illū ꝗ ī cho
ro altero dr̄, dicas ſilenter, & uerſus ſin
gulos ſaltē aliquo piꝑe cōſperges, medi
tatione. ſ. aliq̄ ſpūali: ꝗa aīum delicatū
hēs, & eſcæ eius electæ debent eſſe. Et
ne defiges oculos tuos longe añ te, quā
longe ꝓtendit̄ ꝓceritas corporis tui: ꝗa
hoc multū impedit uagationes animi.
Et depinges ibi q̄ſi reſupinatum ante te
dñm in cruce, & nunc ꝓ clauis, nunc ꝓ
ſpinis, nunc ꝓ ſputis, nunc ꝓ lateris ef-
foſſione ſuſpirabis, & gr̄as ages. Cum
exeundum fuerit à choro, dices dño:
Adhuc haheo dñe priuatas laudes &
bn̄dictiones tibi dicere, quas . ſ. nunc à
publicis exiens cantabo tibi & pſallā ī
gl'ia mea. Cum ad miſſam uentū fuerit,
ſuſcipe inuitantem ad miſſas priuatas
ac ſi panem angeloꝝ tibi delapſum de
cœlo uideres. Si quem amouere uolen-
tem intueberis, ac ſi fame deficienti è
fauce buccellam panis auferre conaret̄.
Cum ad capl'm ueneris, diligenter ac-
cipies armaturam dei in galea prouidē
tiæ, in lorica patientiæ, in ſcuto manſue
tudinis, ꝗbus poſſis clamationes iuſtas
uel iniuſtas elidere. Si peccaſti, dic tm̄
emendabo. Si non, dic non memini. His
nec amplius nec minus aut clamoribus
aut uerberibus à te extorqueat̄. Cogita
cum accedis ad iudicium capl'i, deū &
priorem, Pilatum & phariſæos claman
tes in eum, & milites uerberantes eum
ſine cauſa. Cogita capl'm duꝝ ſctōꝝ
martyꝝ cum ſtarent ante reges & p̄ſi-
des, cum pertinentijs ſuis. i. cum pœnis
& tormentis quæ patiebant̄. Cogita fu
tuꝝ capl'm tuum in morte corā deo, cū
milia dæmonum clamabunt contra te,
& decies cētena milia aduerſum te: etſi
quid hic tecum durius agit̄, illoꝝ cōſi-

deratione leuiget. Cogita ꝙ ille qui cla
mat te, nouacula dei eſt, & pilos uult ti
bi tollere deformes, ut ſpecioſus fias.
Cogita ꝙ pitãtia eſt de cœlo miſſa cor
rectio. Quicũꝗ te clamauerit, eadẽ die
renumerabis eum obſeqo q̃cũꝗ ſi po-
tes, eo qđ te à deformitate pc̃ti releua-
re uoluerit. Cum ad laborem ueneris,
ſic temperabis opus agendum, ut ſolici
tudo opis intentionẽ aĩ tui ab ĳs q̃ dei
ſunt non auertat. Qñ pauſandũ eſt, no-
li angulos conſectari, uel à cæteris ſemo
tus ſedere, ſed ſint ocl'i tui ad fideles ter
ræ, ut ſedeãt tecũ: & tu cõſede ĩ medio
Exemplũ. doctoꝝ. Quidam fr̃ cum apud nos
pauſantib. cæteris ſolus longe ſederet,
grauiſſimo cœpit carnis ſtimulo urge-
ri, audiuitꝗ uocem dicentẽ ſibi: Vade
ad caſtra. Et cũ ueniſſet ubi cæteri erãt,
quieuit ſtimulus. Cum ueneris ad refe-
ctionem, nec primus intrabis nec ulti-
mus. Si non potes ſumere q̃ apponunt̃,
non ea ꝑmittas non oĩo mutari, ſed uel
modicum ſume, ut comediſſe uidearis.
Siqs inſtet ut comedas, hoc tm̃ ſigno
rñde, bonum eſt multũ eſt, ſcm̃ eſt. Co
gita qđ multoꝝ labore, infinitis nauigã
tium periculis haleca, piſces, uel cætera
tibi neceſſaria ꝓcurant̃, ut carnis tuę de
ſiderĳs ſatisfiat: & per ſingulas buccel-
las age gr̃as. Interim cogita Xp̃m cru-
cifixum expectare gr̃as tuas, uel ad por
tam reliqas tuas paupem p̃ſtolantem.
Abſtinentiam oĩo interdico tibi ne fa-
cias, ſed quotidie ſcđ'm menſuram co-
mede. Si ꝑ noctem illuſio tibi acciderit,
ne cõtriſteris, ſed in craſtino cõfitere: &
aliquo te inuitãte ad miſſã ut miniſtres,
caute corã oĩbus te excuſa per ſignum,
ut eſt cõſuetudinis, quatenus oẽs illam
tuam pollutionẽ intelligant. Fecit hoc
aliqs apud nos ẽt nullo uocante ad miſ
ſas, ut magis erubeſceret, & à tentatio-
ne carnis liberatus eſt, intm̃ ut uix aliqd
tale poſtmodum ſenſerit, nec niſi ſemel
uel ſcđ'o ꝑ annum pruritum hmõi pa-
tiebat̃. Ex quo patet ꝙ uera ſit ſñia dei
dicentis: Ego gl'ificantes me gl'ificabo.
Luc. 14. Et oĩs q ſe humiliat exaltabit̃, & humi
libus dat gr̃am. Qñ legendum eſt, con-
uerſa facie ad eccl'iam antepoſito libro
utere ſoliloquio tuo, & ubicũꝗ occur-
rerint dei bñficia dic: Quid retribuam *Pſal. 115.*
dño pro omnibus q̃ retribuit mihi? quã-
tum debes aĩa mea? Et conuerſus ad an
gelos dic. Venite audite, & narrabo oẽs
qui timetis deum, quanta fecit aĩæ meę:
& ad ip̃m deum deflectens oculos: ue-
rè, inquies, dñe mĩa tua magna eſt ſuper
me. Si aũt ſolicitante te in hũc modum
corde, & pulſante oſtium paradiſi, ali-
qua cogitatio maligna interſtrepit, ſta
tim ꝓpone & dic: Cuius eſt imago hæc
& ſupſcriptio? & audiẽs ꝙ Cæſaris eſt,
hoc eſt, principis mundi. ſ. diaboli, dic:
Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ. Iam
oſtium clauſum eſt, & dñs hic Paſcha
manducat, non uacat mihi apire tibi. Si
aũt adhuc ſteterit cogitatio mala, ap-
pone illi ſignum crucis. Sc̃timonialis *Exemplũ.*
q̃dam apud nos in tãta ueneratione ha
buit ſignum crucis, ut cũ efferẽda eſſet
ad tumulum, facies crucifixi uerterent̃
poſt eã ĩ parte illa ꝑ quã elata eſt, & ſic
caput imaginis in partẽ illã intẽdẽs, ꝑpe
tuò contra ſolitum ſic ꝑmaneret. Alia re
uelauit cuidã cõputruiſſe manus ſuas,
ſed pollicẽ non poſſe corrumpi, quo ſi-
gnũ crucis ſibi imprimere conſueuerat.
Caue ne in tactu alicuius uel cõſenſu fa
cias, ul' tibi fieri ꝑmittas, uñ te oporteat
erubeſcere. Colloqa priuata nec fugias
nec reqras: cogita tñ ꝙ poma ſylueſtria
ſunt. Cũ uideris aliquẽ in or̃one, in le-
ctione, in ſilentio, in patiẽtia, in obediẽ-
tia & ſĩl'ib⁹ ſtudioſum: gr̃as age deo ꝙ
ſpeculũ tibi miſerit, & ñ iuideas. Cũ ali-
quẽ turbatũ uideris: gr̃as age ꝙ nubes
illa ꝑ te ñ trãſĳt, & dic: Quid illa tẽtatio
đ me feciſſet, ſi de⁹ ꝑmiſiſſet? & nõ iudi-
ces alienã ip̃fectionẽ, neꝗ fodias ꝑietẽ
cõſciẽ ei⁹. Cũ aliqd rogatur⁹ à priore ue
neris, p̃para te ad repulſã ſp: & ſi cõtige
rit negari tibi qđ poſtulas, dic apud te:
Quid decebat aſellũ niſi frenũ & ſtimu
lus? Ego nihil ꝓprie uẽdicare poſſũ ĩ do
mo iſta, niſi ciliciũ & crucẽ: ciliciũ ĩ mor
te, & crucẽ ĩ foſſa, hęc ẽ hr̃ditas mea. Ita

tñ ut modica gleba terrę crucẽ cooꝑiat.
Et hoc habebis in memoria qñ cubitũ
uadis Et cum ſagum & cooꝑtorium ui
deris, lectum tumulo comparãs quaſi
ſepeliendus intrabis. Si dormire pote-
ris, bñ eſt: ſi non potes, exꝑtum eſt qđ
ſi cogitando ꝓcures, dormies. Abſcõde
ſuper oĩa hmõi ſtudia tua, & diſſimula
apud alios meditatiões tuas ſc̃tãs quã-
tũ potes, & in oĩbus obſeqo ſedulum te
exhibe uniuerſis. Præcipua exiſtima lu
cra alioꝝ in obſequĳs publicis & priua
tis. Inſuꝑ paratus ſis ad obediendũ ala
Exẽplum. cri aĩo & uultu. Cogita monachum
illum Gerardũ noĩe, q cum de dei mĩa
ultra modũ deſperaret, infirmatus ad
mortem iacuit ꝑ triduũ oculis clauſis ĩ
mentis exceſſu, & uiſitatus ab abbate
oculis aꝑtis ait: Bona eſt obedientia.
Ad tribunal xp̃i fui, animas ſc̃tõꝝ uidi,
ip̃mꝗ facie ad faciem uidi dicẽtẽ mihi:
Ecce locus tuus inter fr̃es tuos. Nullus
tui ordinis peribit ſi ordinem amauerit,
aut in morte purgabit̃, aut in breui poſt
mortẽ: Salui aũt q de ordine tuo ſunt,
aut in ordine apl'oꝝ, aut martyꝝ, aut
confeſſoꝝ ſortem accipient. Et hæc di-
cens cõione accepta diſceſſit. Ad oĩa q̃
ĩſurgũt, diſce remediũ aliqđ adhibere.
Cũ torpore deprimeris, cogita ꝙ hodie
oꝑari licet, cras forte non licebit. Cum
libidine pulſaris, cogita ignem æternũ.
Si inobedientia te teneat, cogita ꝙ q̃ſi
ſcelus idololatriæ eſt nolle acqeſcere.
Si impatiẽtia uexaris, cogita qd ꝓ te ꝑ-
tulit Xp̃s. Cũ ſuꝑbia tentat, cogita me
liores. Cum mala uolũtas, cogita ꝙ̃ ꝓ
modico damnat̃, q ꝓ ſola uoluntate ſi-
ne effectu operis reprobat̃. Cum uanita
te pulſaris, cogita qa multa non feceris:
& quo magis nunc occultaris, eo gl'io-
ſius in iudicio innoteſces. Cũ de uigore
corporis uel decore hilareſcis, agnoſce
ꝙ̃ celeriter febre tenuiſſima tolli põt.
Cum te moleſtat religionis pondus, &
diſciplinæ aſſiduitas, cogita illud Beati
Hieronymi. Nullus labor durus, nullũ
Hieron. tp̃s longum debet uideri, quo gloria æ-
ternitatis acqrit̃. Illud fili dulcis tanꝗ
dæmonium meridianum fuge præ alĳs
hoſtis antiqui aſtutĳs, quod cauẽdum
tibi ſummopere denuncio, ut ex eo tp̃e,
quo religionem intraueris, nunꝗ cogi-
tationem illam ſuſcipias, foueas, aut ei
credas, qua ſuggerit̃ te minus utilem in
religione manere ſuſcepta, & in alio ſta
tu uel habitu magis tibi uel alĳs poſſe
ꝓficere. Nam ſi cordis aurem hmõi phã
taſĳs inclinaueris, diuident & diſtendẽt
animum tuum, ita ut nullum ſaporis ſpi
ritualis condimentum poſſis retinere.
Eritꝗ cor tuum quaſi uas confractum
quod oẽm ſapiam non tenebit. Indeꝗ
nõ ſolum tædium, ſed horrorem deſpe-
rationemꝗ boni opis p̃concepti immi
nere neceſſe eſt, dum animus tuus circa
multas profeſſiones ſtudiaꝗ diuerſa di
uidit̃. Vnde quidam patrum in collatio
nibus. Solẽt animi leues minimeꝗ fun-
dati, cũ audierint quoſdam in diuerſis
uirtutibus ac ſtudĳs bonis magnifice
prædicari, ita eoꝝ laude ſuccendi, ut eo
rum imitari ſtatum protinus deſiderẽt,
at fruſtra. Nam ex hmõi mutatione ac
uarietate propoſiti, diſpendiũ capiunt,
non profectum: quia qui multa ſequi-
tur, nihil integre conſequetur. Ideo hoc
unicuique expediens eſt, ut ſecundum
propoſitum quod elegit, & gratiam
quam accepit, ſummo ſtudio ac dili-
gentia ad operis arrepti perfectionem
peruenire feſtinet, alioꝝ laudes amet,
& admiretur uirtutes, ac nequaquam
à ſua, quam ſemel elegit, profeſſione
diſcedat. Multis nanque uĳs ad deum
tenditur, & ideo unuſquiſque uiam
ſemel arreptam, irreuocabilis cur
ſus ſui intentione conficiat, ut
ſit ſaltem aliqua profeſſio-
ne perfectus. Singulare
autem contra omnia
mala remedium eſt
mortis me-
moria,

FINIS.

BEATI BERNARDI
homilia de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, ſecundum Lucam.

Luc. 24. b IN illo tpe. Duo ex diſcipulis Ieſu ibãt in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorꝶ ſexaginta ab Ierl'm, noíe Emaus. Et ipſi loquebanť adinuicẽ de his oíbus quę acciderant. Et reliq̃: Homilia lectionis eiuſdem B. Bernardi abbatis.

Conuertere aía mea in requiem tuam: quia Xp̃s reſurrexit à mortuis primitię dormientium. Recordatione tantæ dulcedinis, tuorꝶ mitiga dolores fletuum, ut offeras reſurgenti cum aſſato piſce mellis fauum, & paſchalis agni ſuauitas tẽpet amaritudinẽ agreſtiũ lactucarꝶ. Elige an uidere Ieſum deſideres cũ Maria Magdalena ſub ſpecie hortulani, an cum duobus diſcipulis in habitu p̱egrini. Nam utraq; uiſio & collocutio, fidelis conſcíæ ſunt inbilus & dulcedo. De duobus condiſcipulis uř dulcius ſape. Hæc.n. lectio mel in ore, & iubilus eſt ĩ corde, extaſis mentis deuotæ. Dulcor eius oẽm excedit eloquentiam, & totã abſorbet conſciam, & transformat in ſupernæ iubilationis imaginem, & deliciarꝶ cœleſtium nouitatẽ. Conſiderata huius lectionis mira ſuauitas totas inebriat medullas aíę. Ex ſingulis etenim clauſulis ſentiť q̱dam ignis erumpe, qui ſi in ſinu abſcõdiť clauſus, in oſſib. totos depaſcit angulos amantis conſcíæ. Si ſcintillet exterius, uř ſolis iubare ſplẽdidius radiare. Ibãt duo. Quæ fuerit cã h⁹ itineris, non declarat textus hiſtoriæ, ſed hoc fuiſſe diuinæ prouidentiæ arbitror, ut qui pro morte dñi tm̃ erant deſolati, in uia qua ambulabãt cõſolationem reciperent de ipſius dulciſſima uiſionę. Et forte p̱p̱ hoc duo pariter ambulabant, ut dolores ſuos cõfabulatione mutua mitigarent, & corda deſpãtia ad ſpei refrigerium reuocarent. Vñ dñr in Emaus proficiſci, quod interpretať deſiderium conſilij. Deſiderabant.n. amaritudinem titubationis ſuæ ſalutari conſilio releuare. Sed ut de fauo mel exprimamus, & in auro rutilante flammiuomas gemmas inſeramus, ſi quid in tam dulci hiſtoria dulcius lateat, inquirere ſtudeamos. Vt arbitror, iſti duo dici poſſunt oratio & meditatio, quæ coniunctione neceſſaria ſibi adinuicem copulantur. Et per orationem illuminatur meditatio, & in meditatione exardeſcit oratio. Quoties igitur in contemplatione dominicæ paſſionis ſuſpendimur; ex recordatione tantæ admirationis in oratione compungimur. Meditatio ruminat liuores uulnerum, fixuras clauorum, lanceam, & acetum, perſecutorum ſæuitiam, apoſtolorum fugam, & mortem turpiſſimam, corporis ſepulturam. Oratio fundit ſuſpiria, píæ deuotionis ſtillat aromata, tota reſoluitur in lamenta. Et factum eſt dum fabularentur & ſecum quærerent, ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorem tenebantur ne illum agnoſcerent. Talibus confabulantibus appropinquat Ieſus. Quid eſt Ieſus, niſi uita & ſalus? Etenim in talibus ſermocinationibus eſt uita & ſalus animæ: & eis dicitur Ieſus appropinquaſſe: quia iuxta eſt dominus ijs qui tribulato ſunt corde. Pſal. 33. d Oculi autem eorum tenebantur ne poſſent eum agnoſcere: quia etſi ſunt iuſti & ſapientes, atque opera eorum in manu dei, neſcit tamen homo utrum ſit dignus odio uel amore. Si dixero (inquit Iob) conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquẽs mecum in ſtratu meo, terrebit me per ſomnia, & per uiſionem horrore concutiet. Iob. 7. c In lectulo notatur quieta meditatio, & per ſtratum in quo releuatus colloquitur, uirtus orationis exprimitur: quia in his duobus tribulatis corde, ueræ conſolationis requies inuenitur. Sed cum ſnb pennis earum deargentatis refrigerium interne quærimus, & occurrunt imaginationibus noſtris

nr̃is q̃ꝫ diſtrictæ in extremo iudicio ſũt ſnîæ iudicantis: ibi triſtitiam inuenim⁹, ubi ſolatium quærebamus. In hoc autẽ ꝗ appropinquans dř cum illis ire Ieſus, aliud põt deſignari iucundius. In appropinquatione.n. illa ſignať ille ſibilus auræ tenuis quam Eliphaz gloriatur ſe audiſſe dormientibus cęteris, per quam ẽt 3. Re. 19. b Eliæ conſiſtenti in oſtio ſpeluncæ legimus dñm adueniſſe: q̱a non in commotione, non in igne, non in ſpũ, ſed in ſibilo auræ tenuis uiſus eſt pertranſiſſe. Hic eſt ille radius ſuauiſſimus contẽplationis, quo aía per cincinnum capitis eleuatur, cum meditatione exardeſcẽte, & orõne ſcintillante. Naſcitur in corde iubilus quidam .ſ. mellifluus cordis riſus, quem nemo ſcit niſi qui ſentit, nec etiã ipſe q̱ ſentit, q̱a cito pertrãſit. Fœlix hora, ſed breuis mora, q̱a factũ eſt ſilẽtium Apoc. 8. a in cœlo quaſi media hora. Norunt exp̱ti q̃ dico, qui hæc exp̱ĩẽtia ſuauitatis intimæ didicerũt: quia cũ in feruore orõnis admiſceť ardor meditationis, erumpit ille contẽplationis radius de medio earꝶ, quaſi ſp̃es electri, hoc eſt de medio ignis. Et ſcintillæ quaſi æris candentis, ſuſpiria.ſ. conſciæ iubilantis. Oculi aũt illorꝶ tenebanť ne illũ agnoſcerent. Infirmitatis aũt ſuæ conſcia humana conſciẽtia, præ ineffabili tãtæ ſuauitatis gloria cõtremiſcit. Vñ Elias uultum op̱uit, & Eliphaz totus inhorruit: nec Moyſes auſus eſt aſpicere cõtra dñm. Et ſi uenerit ad me, ait Iob, nõ uidebo eũ. Oculi illorꝶ tenebanť. O ſi dñm cognoſcerent, quantũ gauderẽt? Quantũ ipſi gauderemus ſi eum in p̱pria ſp̃ẽ propius uideremus? Quis nõ accederet imò curreret et teneret pedes eius? Sed adhuc loquitur Ioſeph p̱ interp̃tẽ fratribus ſuis. Adhuc diſſimulat ſuã nobis exhibere dulciſſimã uiſionẽ. Quid.n.? Mortales ſumus, ĩ exilio degimus, nec illã perfectæ uiſionis lætabũdã beatitudinẽ præ multitudine gloriæ cap̱e ualemus. Quis.n. poſſet inter illa ſupereffluentis iubilationis gaudia ſpirare q̃ dabunť in patria, cum illa ẽt ſtilla dulcedinis, quã nobis in uia exhibet, in patria p̱egrina, totã mentem inebriet, & totã cordis latitudinẽ nouis delicijs coãguſtet? Iõ tenebanť oculi eorũ, q̱a dñs erat in habitu p̱egrini. Et cũ eũ quotidie p̱ſpicimus in altari ſub ſp̃ẽ panis & uini, nobiſcũ habitat in habitu p̱egrini. Nõne p̱ oculos intelligere poſſumus amorẽ & deſideriũ? Diligimus enim deũ & p̱ximũ, deſideramus regẽ & regnũ. Sed q̱a (ut ait btũs Greg.) incognitũ eſt nobis dũ in hoc corpore ſumus, quãtũ diligamus deũ & p̱ximũ, & qñ ex hoc exilio trãſmigrãtes adipiſcamur regnũ, & uideamus deũ, cæcitatem patimur ocl'orꝶ. Vñ ĩ Ezechiele dř q̱a porta & thalamus hẽt tectũ. Nec p̃termittendũ eſt qđ cõfabulãdo gradiũtur in caſtellum Emaus, quod erat ĩ ſpatio ſtadiorꝶ ſexaginta ab Ierl'm. Dulce colloquiũ & fœlix cõfabulatio, cũ meditationẽ tractat orõ. Hñt.n. mel & lac in lingua. Labia eorꝶ ſicut uitta coccinea, dũ hæc inuitat ad contẽptũ mũdi, & illa incitat ad amorẽ dei. Vñ diciť in Emaus p̱ficiſci, qđ interp̃tať deſideriũ cõſilij. Nunq̱d ambulabũt duo pariter niſi ijs cõuenerit? O btã cõuentio quam adinuicẽ ſuſurrãt orõ & meditatio. Profecto ire deſiderãt in Emaus caſtellum, qđ ab Ierl'm eſt in ſpatio ſtadiorꝶ ſexaginta. Sexagenarius numerus ex denario cõſtat & ſenario, q̃ ſexies decem, uel decies ſex faciũt ſexaginta. Stadiũ loc⁹ eſt in quo curriť. Denarius ſignat decalogũ, in quo decẽ mãdatorꝶ ſeries cõtineť. In ſenario uero figurať ſcl'i abrenũciatio, & morꝶ cõuerſio: abiectio p̱prię uolũtatis, & abiectio ſine fuco ſimulationis: cuſtodia cordis, & circũſpectio ſermonis. In his ſtadijs currendũ eſt, ut cũ dñs dilatauerit cor nr̃m, curramus in uiã mãdatorꝶ ſuorꝶ, & poſt deuoluam⁹ p̱ uiã. Et in his uijs appropinquans dñs ueniet nobis, ſicut ſcriptũ eſt de ſapía, q̱a p̃occupat q̱ ſe cõcupiſcũt, in uijs oñdit ſe illis hilariter, & ĩ oí p̱uidẽtia oſtẽ- Sap. 6. b dit ſe illis. Et ait ad illos: Qui ſũt hi ſermões q̃s cõfertis adinuicẽ ambulãtes, & eſtis triſtes? Interrogatio iſta amoris

ſubminiſtrat incendia, & quaſi oleum
ꝓijcitur in flamma. Dū.n.peregrin⁹ in-
terrogat qd triſtes adinuicē colloquun
tur, & ille quē tā dilexerant & adhuc di
ligūt, ad memoriā reducit: dulcis dolor
augmentat̄, & amor ſemimortuus in ca
minū ꝓrūpēs de igniculo, in cordibus
eoꝝ uehementius debacchat̄. Qui ſunt
hi ſermones quos &c. Putas in allocu-
tione pegrini aliꝗ̄ non pſentirent dul-
cedinē amoris diuini? Immo totus ī me
dullis eorum reuixit & refloruit amor
xpi. Qui ſunt hi ſermones quos &c.
Deus deus, q̄tas iubilationes iſtæ triſti
tiæ genuerunt, & quā ſuaues ſuauitates
ruminatæ, & quā dulcia ſuſpiria percur
rūt in corde? Bone Ieſu, quā iucūdo cō-
ſolaris ſuſurrio, quos de tua uides abſē-
tia cōtriſtatos? Quā libēter aſtas orāti-
bus, & aſſiſtis ſuſpirātibus, reſpiciens p
feneſtras, pſpiciēs p cācellos? Quam iu
cūdus latitas poſt parietem nr̄m, ut au-
dias uoces orātiū, & dulceſcāt tibi do-
lores diligētiū, de pœnis rideas innocē-
tiū. Et rn̄dēs unus cui nomē Cleophas,
dixit ei: Tu ſolus pegrinus es in Ierl'm, et
nō cognouiſti q̄ facta ſunt in illa his die
bus? Cleophas q interp̄tat̄ increpans o-
re, formā or̄onis ur̄ exprimere, q̄ ponit
corā deo iudiciū, & replet increpationi
bus os ſuū, nūc accuſans cordis duritiā,
nūc incōſtātiā, nūc torporis frigore cō-
ſtrictū, nūc inepta lætitia diſſolutū. Tu
ſolus pegrinus es? Corda ſolet amātiū
familiarius mœror cōpūctionis affice-
re, cū tot uident inde ſpālr̄ faſtidire ſtu-
dia, & à deſiderio cœleſtis patriæ tepe-
ſcētis ſpēm pietatis in ſolo exteriori ha-
bitu retinere. Reſpōdet ergo Cleophas
quoties taliū pditioni ex intimis condo
lētes tales, tales in or̄ones pfundūt q̄ri
monias. Dn̄e, tu ſolus fuiſti tp̄e paſſio-
nis, abnegāte Petro, fugiente diſcipulo
quē amabas, oblito tui amoris priuile-
gio, fugiētibus ēt cæteris. Sed, heu heu,
tp̄e cōpaſſionis q̄ nūc eſt, religioſos ui-
demus nō ſolū nō participare p cōpaſ-
ſionem paſſionibus tuis, nec fugere nec
negare turbatione alicuius tentationis
ſubitæ: ſed iniq̄tas eoꝝ pcedit quaſi ex
adipe, trāſierūt in affectū cordis. Appo-
nēdo.n. iniq̄tatē nō uerent̄ ſup dolorem
uulneꝝ tuoꝝ addere, q cū ſanctis mulie
ribus debuerāt piæ deuotionis aroma-
tibus delinire. Tu ſolus peregrinus es in
Ierl'm. Dereliquerūt te oēs amici tui, lō
ge facti ſunt à te noti tui, poſuerūt te ab-
ominationē ſibi. Oēs q̄ ſua ſunt quęrūt,
ſeipſos diligūt, de exilio fecerūt pr̄iam,
opibus diffitent̄ ſe pegrinos ſup terrā &
hoſpites. Tu ſolus pegrinus es ī Ierl'm.
Nos ēt excellentiori pfeſſionis priuile-
gio æſtimamus exp̄ſſius fieri cōformes
humilitatis tuæ pegrinationis, colloca- Pſa.124.a
ti ſumus in obſcuris ſicut mortui ſeculi.
Sed & prudētiores ſumus in poſſeſſio-
nibus ampliādis, & glorioſiores in ædi
ficijs erigēdis, callidiores in pecunijs cō
gregādis. Inueniri pn̄t ēt pauci, q fidel'r
incedāt ſemitas ueritatis. Tu ſolus pere
grinus es. Iā nō miraт̄ Behemoth ſi ab- Iob. 40.a
ſorptus eſt fluuius: q̄a pars maxima Ior
danis influit in os eius, & deiecit de for
titudine, & de ſtellis, ſtrauit ſibi auꝝ q̄-
ſi lutū, & ſub ipſo ſunt radij ſolis. Tu ſo
lus pegrinus es in Ierl'm, in eccleſia.ſ. mi
litante deo, q̄ uidelicet nō poſſidet ad-
huc pacē: & nō cognouiſti q̄ facta ſunt
in illa diebus iſtis? His diebus ſanguinē
tuū fudiſti pro ſalute gn̄is humani, et tot
dolores & opprobria ad ultimū, crucis
ſuppliciū ptuliſti Et cū tāta pro mūdo
paſſus ſis his diebus, & te oīa trahere ad
te ip̄m pmiſeris ſi à terra eſſes exaltat⁹,
ecce exaltatus es ſup cœlos. Imò cur nō
eruis eos q ducunt̄ ad mortē, cur ex Ba
ſan nō cōuertis, cur oēs nō trahis, cur tā
paucos de multis eligis, q̄ſi tuæ imme-
mor paſſionis? Nō cognouiſti q̄ fcā ſūt
in Ierl'm diebus iſtis? In Ierl'm diebus
iſtis tu ille excelſus admirabilis occiſus
fuiſti, cui Moyſes & Elias in transfigu- Mat.17.a
rationis tuæ uiſione pulcerrima ſunt lo-
cuti. Vere dn̄e nimis exceſſiſti: q̄a cū ſis
ſplēdor pr̄næ gl'iæ, & figura ſub̄æ ei⁹, et
cū ſis dn̄s maieſtatis, & tremētibus ele
mētis, cœli luminarib⁹ obſcuratis, & ſtu
pētib⁹ angelis, pati dignat⁹ es tormētū
abiectiſſimæ paſſionis. Vere fuit exceſ-
ſus cū dediſti uellētibus genas tuas, cū
faciē tuā nō auertiſti ab increpantib. &
cōſpuētibds, qn̄ cū iniq̄s es deputatus.
Tu ſolus pegrinus es in Ierl'm. Cur non
trahis nos poſt te, ut curramus ī odorē
unguētoꝝ tuoꝝ? Cur das alienis hono
rē tuū, cū p nobis cōſumpſeris carnē &
corpus tuū? Cur ſoliū gl'iæ tuæ in quo
iudicaſti principē h⁹ mūdi, nō recorda-
ris? Cur ſp̄m gr̄æ & p̄cū ſup nos nō effū
dis? ut nō ſolū lingua, ſed & ope & ueri
tate cōfitētes nos aduenas & pegrinos
ſup terrā, abſtineamus à carnalibus de-
ſiderijs, & trahamur ad te in funiculis
Adæ, in uinculis charitatis. Dum hæc
Cleophas loquit̄ in tribulatione ſpūs,
& amaritudine mētis, uerba iſta quāto
putas repleāt cōſciam ſciſcitātis? Quib⁹
ille dixit: Quæ? Nō eſt interrogatio ne-
ſcientis, ſed adiocātis, & q̄dā reciproca
tio doloris. Et dixerūt: De Ieſu Nazare
no q fuit uir ppheta, potēs in ope & ſer
mone corā deo & oī pp'lo: & q̄uo tradi
derūt eū ſummi ſacerdotes & pīcipes
nr̄i in dānationē mortis, & crucifixerūt
eū. Primo ſolus Cleophas rn̄diſſe legi-
tur. Nūc rn̄det tā ipſe quā ille cuius no-
mē in hiſtoria nō hr̄. Vn̄ q̄a eſt ſine noīe,
ur̄ formā meditationis exprimere, quā
qn̄q; cogitationē, qn̄ contēplationem
Col.4.c ſolem⁹ q̄ſi pprio noīe nūcupare. Scd̄m
uerò btm̄ Greg. iſtū fuiſſe Lucā aliq æ-
ſtimauerunt. Lucas q medicus fuiſſe ab
Ap'lo dr̄, q cōſurgēs uel eleuās interp̄ta
tur, interp̄tatione ſui noīs imaginē reprę
ſentat meditationis, q̄ medicamentum
eſt cōtribulati ſpūs, & cōſciæ ægrotan
tis. Quæ ſicut ſtellio manib. nitit̄, ut mo
ret̄ in ædibus regis, & cōſurgēs ab infi-
mis eligēdo ſuſpēdiū, deſerit trāſitoria,
& ſe eleuat ad ſup̄na. Adiūgit̄ itaq; me
ditatio or̄oni, ut ex amboꝝ rn̄ſione dul
cioris balſamus melodiæ, diffuſiores ſpi
ret delicias in aurib. pegrini. De Ieſu, in-
quiūt, Nazareno. Oleū effuſum eſt no-
mē eius. Oleū, inq̄, effuſum, unguētum
aromatū, iubilus cordiū Ieſus Nazare-
nus rex Iudæoꝝ. Sed frāgat̄ alabaſtrū,
pflet auſter ortū aromatū, myrrha det
odorē ſuū, diffluāt riuuli balſamoꝝ, cru
cifixus ſit in memoria, crucifixi replicet̄
iniuria, crucifixi ruminentur opprobria,
& charitas indefeſſa. Oīa interiora nr̄a
loquantur de Ieſu Nazareno, qui lauit
nos à p̄ctis nr̄is in ſanguine ſuo, ut ſim⁹
potētes ope & ſermone. Nōnulli poten
tes ſunt in ope, ſed nō in ſermone. Alij in
ſermone, ſed nō in ope. Quidā potentes
ſunt in utroq;. Qui ſtrenuus eſt in exer-
citatione corporali, bona q̄ p̄ualet, non
negligit opari. Patiēs in tribulatione, et
gaudens ad laborem obedientiæ, pōt
dici potens in opere. Sed ſi minus hunc
delectat aſſiduitas or̄onis ſi non eſt ſoli
citudine pia deuotus in uigilijs, uel forte
non habeat gratiam prædicationis, po Cant.7.b
tens eſt in opere, ſed non in ſermone. Vi
deas aliquem frequenter in or̄one deuo
tum, cuius oculi ſunt ſicut piſcinæ ī Eſe-
bon præ multitudine lacrymaꝝ, ſed re
cuſat ferre iugum obedientiæ, uotū ſuū
offerre ſe æſtimat offerendo hoſtiā am-
putata aure, ſuam plangit in or̄one ſup-
biam, ſed hora cōpunctionis tranſacta,
ita ſuperbus eſt ſicut ante. Vel ſi leuis in
moribus, poſt or̄onis ſuæ deuotionem
in eādem recidit leuitatem, oſſa eius re-
plentur uitijs adoleſcentiæ eius, ut nun-
quam in conuerſatione ſua ſit maturus.
Licet ad modicum or̄onis tp̄e ſit deuo-
tus: uox quidem uox Iacob eſt, ſed ma- Gene.27.c
nus, manus ſunt Eſau. Tales potentes
uīr in ſermone, ſed non in opere. In ope
& ſermone ſunt potentes, qui hn̄t ī mo
ribus honeſtatem, in operibus uirtutē, ī
ſermone ſciam, deuotionem ī or̄onis aſ-
ſiduitate, grauitatem in conuerſatione,
perſeuerantiam in amore. Pię ſiquidem
operationis or̄o deuota, eſt reclinato-
rium, & deuotæ or̄onis exercitatio pręe
bet bonoꝝ opeꝝ fulcimentum. Hęc eſt
enim plenariæ compunctio ſalutaris,
quam cōmendat conſciæ latitudo. Vn̄
cum ſapiam & diuitias dediſſet dn̄s Sa
lomoni, dedit ei & latitudinē cordis: q̄a
nihil eſt ſapia, nihil diuitiæ, ſi in corde
non redundauerit, qui tranſuadari non

pōt fluuius charitatis. Nec parcit dñs
uerbis potẽtibus, & ad dep̄candũ com
poſitis: ſi ſic potẽs es in ope & ſermõe,
eſto corã deo & omni ppl'o. Corã deo
te cõmendet puritas intẽtionis, corã po
pulo utilitas opis, ut ſint lũbi mẽtis tuæ
ſuccincti, & lucerna ardens in manibus
tuis. Et bñ corã oĩ ppl'o: qa charitas ne-
ſcit angl'm, non amat ꝓpriũ, deſeruire
deſiderat utilitatibus ſingl'oꝝ: Hinc eſt
qđ apl's ſe cõmendat ad oẽm cõſciam
hoĩum, ꝓuidẽs bona, non tm̃ corã deo,
ſed ẽt corã oĩbus hoĩbus, ut tã deo, quã
oĩ ppl'o ſit acceptꝰ. Sed beatiſſimo apl'o
Eſa. 64. c nemo ſe audeat cõparare. Quãtũ. n. di-
ſtat ortus ab occidẽte, tm̃ à uijs noſtris
fuerũt uiæ eius, & ſemitæ eius à nr̃is ſe-
mitis exaltatæ: qa (ſicut dicit Eſaias) fa
cti ſumus immũdi oẽs nos, quaſi pãnus
mẽſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ nr̃æ. Poten
tes nõ ſumus in opibus: & qd oremus,
ſicut oportet, neſcimus. Ille ſolus ſpe-
cioſus forma p̄ filijs hoĩum, ſingulari pri
uilegio fuit ꝓpheta, potẽs opere & ſer-
mone, q potẽter opatus eſt ſalutem no-
ſtrã in medio terræ. Ptãte plenus fuit in
ſermone, qñ oĩa creauit, qñ dixit & fcã
ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. For-
tis fuit in ope cũ hoĩem reparauit, & iu-
Eſa. 88. f xta uaticiniũ Eſaiæ opus ſuũ ut faceret,
opus ſuũ alienũ opus fecit. Vere fuit opꝰ
alienũ, ſi cõſideres qũo tradiderũt eum
ſummi ſacerdotes, & crucifixerũt eum.
Dñe audiui auditionẽ tuã, & timui: con
ſideraui opera tua, uias tuas, & expaui.
Subſannauerũt te ſub ſannatione, dẽtib.
ſuis ſup te frẽduerũt, aduerſum te lætati
ſunt & cõuenerũt, te ſummi ſacerdotes
& principes tradiderũt. Illi q regere gre
gẽ debuerũt p uiã ſalutis, facti ſũt laqus
& ruina in p̄cipitiũ dãnationis. Ex ipſis
flãma inuidiæ erupit: qa ſicut in Iob legi
Iob. 1. d tur, ignis dei de cœlo cecidit, & tactas
oues pueroſqꝫ cõſumpſit. Nos igr̃ q q̃ri-
mus crucifixũ, crucis attẽdamus myſte
riũ. Ipſa eſt ſtatera corpis xp̄i, quã deſi-
Iob. 6. a derabat, q dicebat: Vtinã appẽderentur
pctã mea qbus irã merui, & calamitas
quã patior, in ſtatera. Crux facta eſt ſta

tera corpis xp̄i, qđ eſt eccleſia: Cũ. n. i-
pſe crucifigeret̃, appẽſa ſunt cũ ipſo pec
cata q̃ cõmiſimus, calamitas quã incur
rimus. Ipſe erat innocẽs, impollutus, ſe-
gregatus à pctõribus, & excelſior cœ-
lis conuerſatio eius: non. n. pctm̃ fecit,
nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Et qm̃
talis ac tãtus, tã indigna dignatus eſt in
cruce pati, p̄põderare cœpit calamitas,
& crimina leuigari. Cũ adhuc tñ ĩ cruce
erectꝰ ſtaret, uacillare uidebat̃ ſtatera,
nec plenè cognoſcebat̃ q̃ cadere dr̃et,
cũ inclinato capite emiſit ſpm̃: ut cala-
mitas p̄ponderãdo caderet, & q̃ſi are-
na maris grauior appareret. Gentes q̃ſi
momentũ ſtateræ reputatæ ſunt. Nã in
ſtatera ceciderũt: qa partes aduerſæ da
mnationes nr̃æ chirographũ amiſerũt.
Trituratus eſt Moab ſub dño, expãdit
manus ſup eũ ſicut natãs ad natãdũ, ne
demergeret̃ in ꝓfundũ: & ut ipſe ſuble-
uaret nos in excelſũ, expandit alas ſuas,
nos aſſũpſit & portauit in humeris ſuis,
ſicut aqla ꝓuocãs ad uolãdũ pullos ſu-
os. Sic aſcẽdẽs ſup oẽs cœlos, de excel-
ſo miſit ignẽ in oſſibus nr̃is: ut q̃ ſurſum
ſunt, ſapiamus, & nr̃a cõuerſatio ſit in
cœlis. Potẽs fuit corã deo & oĩ ppl'o: qa
factus eſt angelus loquẽs pro nobis, &
interceſſor exñs pr̃i reconciliauit huma
nũ genus: utrũqꝫ ſolus potuit arguere,
& ponere manũ in ambob. Et qũo ſum
mi ſacerdotes & principes crucifixerũt
eũ. Per ſacerdotũ qppe pſuaſionẽ ppl's
dimitti Barrabbã, xp̄m crucifigi accla-
mauit, & Pilatꝰ fieri adiudicauit: linguis
nõ manibus ip̄m crucifixerũt. Vñ dicit
Dauid: qa linguas ſuas ut gladiũ acue-
rũt. In hoc forte minꝰ rep̄hẽſibiles, quã Pſal. 139. a
noui crucifixores, q manibus & uerbis
mortẽ illi accerſiũt: immortalẽ mortifi-
cãt, incrucifigibilẽ crucifigũt. Quę ab i-
pſis in occulto, uel ẽt in apto fiũt, turpe
eſt dicere. Ponere uereor os meũ ĩ cœlũ,
ut nõ dicam in cœnum, & Saul ad pur-
gationẽ uẽtris inclinatũ occidere: ſuffi-
cit ſi orã chlamydis abſcindã gladio Ie Mala. 3. b
remiæ: cũ dñs dicat p Malachiã: Vos Ier. 5. b
me configitis, gens. ſ. tota. Oſtendit
Ieremias

Iere. qũo ſũmi ſacerdotes & principes
eũ crudelꝰ crucifigũt. Ibo, inqt, ad opti
mates, & loquar eis: ipſi. n. cognouerũt
uiã dñi, & iudiciũ dei ſui. Et ecce hi ma-
gis ſil' fregerũt iugũ, ruperũt uincula, et
à ꝓpheta uſqꝫ ad ſacerdotẽ oẽs faciũt
dolum. Ecce qũo ſummi ſacerdotes &
principes crucifixerũt eũ. Nos aũt ſpe-
rabamus qđ ipſe eſſet redẽpturus Iſrl',
qđ interp̄tat̃ uir uidẽs deũ. Per qđ lr̃ati
& religioſi, q ſpecialius p̄ cęteris debẽt
deũ p intelligẽtiã & affectũ, ſignantur.
Hinc eſt nõ minima cã triſtitiæ nobis:
qa ẽt lr̃ati & q uñr religioſi, cõparantur
iumẽtis, & immundiores facti ſunt illis.
Ipſi. n. nõ ſolũ ſpinis pctõꝝ ſuoꝝ cruci-
figũt deũ, ſed alijs facti ſunt in ꝓuerbiũ
& excẽplũ. Nos aũt ſperabamus qđ ip̄e
eſſet redẽpturus Iſrael. Nõ eſſet doloris
materia, nec res tã ſtupẽda, ſi plebs quę
nõ nouit legẽ, ſola caderet in errorẽ: qa
releuari poſſet p lr̃atoꝝ & religioſoꝝ
prudẽtiã, ſi ipſi nõ fuiſſent primi ad rui-
nã. Nos aũt ſperabamus qđ ipſe eſſet
redẽpturus Iſrael. Nã ſi dicit regi apo-
ſtata, & uocat duces impios, ſi ſupplan
tet optimates, & ducit ſacerdotes ĩglo-
rios: & ipſi forſitã nõ ſunt lr̃ati, & igno-
rant legẽ dñi, filij ſunt diffidẽtiæ, nec de
ipſis ſumus in admiratione: ſed de lr̃atis
ſtupemus, & q p̄tendũt habitũ religio-
nis, q bonũ uerbũ dei guſtauerũt, & do
nũ cœleſte, uirtuteſqꝫ ſcl'i uẽturi, & ecce
uaccæ pingues Samariæ facti ſunt arbo-
res autũnales eradicatæ bis mortuæ, fa
cti hoſtes in capite, q docere debuerãt
uiã uitæ. Nos aũt ſperabamus qđ ipſe
eſſet redẽpturus Iſrael. Et nunc ſup hæc
oĩa tertia dies eſt, quo hæc facta ſunt.
Primus dies, quo crucifixus eſt Chr̃s,
pſecutoꝝ & hæreticoꝝ ſignat tp̄s, qui
primitiuã eccleſiã tormẽtoꝝ aſperitati
bus uexauerũt, q̃ corpus eſt eius. Scđa
dies, q̃ ſepultus fuit, tp̄s figurat hypocri
taꝝ, q xp̄m q̃ſi ſepultũ in terra reputãt,
terrenis cõmodis & honoribus inhian-
tes, q nullã niſi terrenę fœlicitatis gloriã
ꝓ ſuis laborib. expectãt. Sup hęc oĩa ter
tia dies eſt, in quo debemus aliud gra-

uius p̄iculũ cõſiderare. ſ. in falſis fratrib.
Et in hac tertia die xp̄s debuerat reſur-
rexiſſe: qa putabamus his diebꝰ ubiqꝫ
diffundi uirtutẽ ueræ fidei, & p loca re-
ligioſa charitatis radios dilatari, ut poſt
Orionas & Hyades appareret interio-
ra auſtri. Sed qa penè oẽs declinauer̃t,
& adhuc in iniqtatibus ſuis xp̄m cruci-
figũt, ſuper hæc oĩa dolemus, qa tertia
dies eſt ex quo hæc oĩa facta ſũt. Sed et
mulieres q̃dã ex nr̃is terruerũt nos, quę
añ lucẽ fuerũt ad monumẽtũ, & nõ in-
uẽto corpore eius uenerũt, dicentes ſe
ẽt uiſionẽ angeloꝝ uidiſſe q dñt eũ uiue
re. Mulieres piæ ſunt cogitationes. Per
monumentũ clauſtrum religioſoꝝ põt
intelligi, in quo ſumus xp̄o p tp̄alium
delectationũ mortificationẽ, & ſanctæ
ꝓfeſſionis uinculũ cõſepulti. Tũc mulie
res uadũt ad monumẽtũ q̃rere dñm, qñ
cogitamus ſi faltẽ uel in clauſtris religio
ſus ſit reqrens ac diligens deũ. Añ lucẽ
uenerũt, & corpus eius nõ inuenerunt.
O quã dulce eſt añ lucẽ ſurgere ad q̃ren
dũ dilectũ. Dulcis eſt q̃renti illũ. In le- Cant. 3. a
ctulo meo q̃ſiui p noctes quem diligit
aĩa mea: q̃ſiui, & nõ inueni illũ: reſtat er
go ut uadã ad monumentũ. i. ad religio
ſoꝝ clauſtrũ, ad uigilias clauſtraliũ: qa
ibi dilectũ inueniã, etſi non ſcđm corpꝰ.
Etenim ſi cognouimus ſecũdum carnẽ
Chriſtum, ſed iam nunc non nouimus.
Ciuitatem cuſtodiunt iſti uigiles, ange
li ſunt quoꝝ uiſionem ſe uidiſſe aſſerũt
mulieres, quæ dñt eum uiuere, & per
feruorem ueræ dilectionis oſtendunt
Chriſtum in ſuis cordibus habitare.
Iſti ſunt uigiles obſeruantes omni tp̄e
cuſtodias dñi. Ipſi excubant ad oſtium
tabernaculi, ipſi ſunt Oriones & Hya-
des, & interiora auſtri. Quã delectabi-
le eſt eis intereſſe uigilijs, cõſurgunt de
nocte in principio uigiliaꝝ ſuaꝝ, ut effũ
dant cor ſuum coram dño, & orõ eoꝝ
apud altiſſimum, ibi in medio iuuencu
larum tympaniſtriarum principes con
iunguntur pſallentibus. Ibi in exceſſu
mentis Beniamin adoleſcentulus, ibi re
ſonat cœleſtis ſimul contentus. Ibi ſunt

ſeraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus clamātia, & cherubim ſeſe uerſis uultibus in ꝓpiciatoriū reſpiciētia. Ibi iubilant oēs filij dei, laudāt dn̄m ſidera matutina. Ipſi ſunt uere ſil'es angelis, ꝑ ſtudium angelicæ cōuerſationis. Ipſis cōmiſſa eſt cuſtodia monumēti. ſ. obſeruātiæ rl'ares clauſtri. Monumētū iſtd̄ xp̄s nō deſerit, q nobiſcū ſe ꝓmiſit eſſe uſq; ad cōſummationē ſcl'i: & tunc nos erimus ſecū cū nos accepit ad ſeip̄m. Mulieres ſe dn̄t illū nō inueniſſe, ſed uiſionē angelorū uidiſſe, q dn̄t eum uiuere, quoties uerſamus in cogitationib9 n̄ris: qa etſi ſunt uere ſil'es angelis q de die ī diē, & in nocte laudē dn̄i decantāt in terris, ſicut illi in cœlis: nō tn̄ poſſident gl'iam æternæ beatitudinis ſumma ſanctitate cōſummata. Paululū, inqt, cū ptranſiſſem eos, inueni quē diligit aīa mea. Sed qd eſt qđ dr̄, terruerūt nos? Nō eſt terror q incutiat horrorē, ſed q nouam cordis parturiat exultationē uel admirationem. Dū. n. cogitamus q; fœlices deliciæ abundāt in clauſtro, ſup hoc expaueſcit cor n̄rm, & q̄dā dulci reuerētia mouetur de loco ſuo. Et abierūt qdā ex noſtris ad monumentū, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerūt, ip̄m aūt nō inuenerūt. Abierūt quidā ex n̄ris. Iſti ſunt affectus religioſæ mētis, q oīa ſicut mulieres inueniunt, non tn̄ reuertunt̄, ſicut de mulieribus legit̄. Qn̄. n. ſolis cogitationibus de amore religionis tractamus in cordibus n̄ris, mulieres ad monumētū uadūt & redeūt. Sed cū affectus mētis ad cōuerſionis deſideria cōuertunt̄: nō iam tm̄ mulieres, ſed quidā ex n̄ris ad monumētū uadūt, q non reuertunt̄, ſed nec ip̄m inueniūt. Hoc aūt expimento cognoſcimus: qa cū feruore nouitij ad cōuerſionē uenerimus, hic Ieſum inuenire nos æſtimamus: qa pfectæ trāqllitatis & ſanctitatis gaudia apphēdere nos ſperamus. Sed cū ꝓceſſu tp̄is expimur miſerias humanæ fragilitatis, tūc recognoſcimus qm̄ nō inuenim9 dn̄m, uiſionē tn̄ angelorū aſpicimus, exēpla. ſ. feruentiū monachorū. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credēdum in oībus q̄ locuti ſunt ꝓphetæ. Nōne hæc oportuit pati xp̄m, & ita intrare in gloriam ſuam? Scaturire uīr hæc uerba teneritudinē amoris, & q̄ſi muſtū qđ dirumpit nouas lagunculas, de medullis procedere diligētis. Dedit dn̄s uoci ſuæ uocē uirtutis, ut eſſent hæc uerba eius, ſicut malleus cōterens petram, & ſicut ignis, teſtimonio Ierem. Verba eius ſicut
Iere. 23. f
ignis & malleus, ut de igne aſcendat uirgula fumi ex aromatibus & puluere pigmentarij, & cōterat malleus. Libet paululū ad ſuauitatē hiſtoriæ mētis oculos inclinare. Dū interp̄tatur ſcripturas, dū exponit Moyſen & prophetas, ꝓcedens ex ipſius ore mira ſuauitas mētes refrigerat mœrore & tædio cōſternatas, inæſtimabilis redūdabat ī labijs Ieſu ſermonis elegātia ſup mel & fauū, dulceſcebat eius eloquiū ſup oīa aromata. Profecto ordinē cœli nouerat, & pōnebat rōnem eius in terra. Impleta gaudēt uiſcera luctu in lætitiā mutato. Iā refulget in cōſciētijs dn̄i reſurrectio. Reſurgēti magis gaudere incipiūt, q; condoluerant crucifixo. Hinc eſt ꝙ appropinquauerūt caſtello quò ibant: qa impleri cœpat deſideriū cōſilij qđ q̄rebāt. Et ipſe ſe finxit longius ire, ut dū uellet eos deſerere, dilectionis igne quo ſuauiter ardere cœpant, mirabilius æſtuarēt. Quid eos putas tunc animi habuiſſe, cū ſe ſingeret lōgius ire? Aeſtimo forſitan talibus eū q̄rimoniis interpellaſſe: Ne decedas dulciſſime, ne deceſſeris à nobis: ſed adhuc de Ieſu Nazareno ſonet uox tua in auribus n̄ris. Loq̄re, q̄ſum9, de gaudio reſurrectiōis: mane nobiſcū, qm̄ adueſperaſcit, & īclinata eſt iā dies, ſed agem9 uigilias noctis. Nō. n. ſufficit dies ut ſaturet̄ auris auditu de dulciſſimo Ieſu. Et coegerūt eū: qa cohibere ſe nō poterat uis amoris. Nūc ad delicias reuertamur moralitatis. O ſtulti et tardi corde ad credēdū in oībus q̄ locuti ſunt ꝓpſ̄æ. Nōne hæc oportuit xp̄m pati, et ita intrare in gloriā ſuā? Impletū eſt tp̄s qđ dixit dn̄s in euangelio; Vbi duo uel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi
Mat. 18. c
ſum ī medio eorū. Cōgregati ſunt ī noīe eius duo. ſ. orō & meditatio, ut turt̄ & colūba q̄rimonias dulces ſubmurmurēt in foramine petræ, in cauerna maceriæ, condolētes de dn̄i paſſione. Sed cōtra hæc ſuſurria, hæc deuota ſuſpiria, tā gratioſa ſunt in oculis eius q ſcrutat̄ renes & corda, qđ nō poſſit diu abſcōdere multitudinē dulcedinis ſuæ quā abſcōdit timētibus & diligētibus ſe: ſed ſępius ꝑ occultā inſpirationē, ſæpius per ſcripturæ ſacræ lectionē, talē triſtitiā in iubilū ſolet cōmutare. O ſtulti & tardi corde ad credēdū. Cogitāti mihi dulcedinē h9 increpationis, flere magis libet q; aliqd dicere: qa qdā mirifici odoris balſam9 pflat areolā mētis meæ. Diſputare cū deo cupio: nō qdē ex æq̄litate, ſed exponēdo fragilitatē humanæ conſciētiæ. Dn̄e, quoties paſſionis tuæ amaritudinē in cordibus n̄ris ruminamus, toties de nobis expaueſcimus: qa dediſti metuētibus te ſignationem, ut fugiāt à facie eius. Si. n. ex hoc mūdo tranſiſti ad p̄rem cū tātis cruciatibus, qd fiet de nobis pctōribus? Si in uiridi ligno hæc fiūt, in arido qd fiet? Dū tales in orōne fundimus q̄rimonias, cōſolat̄ nos dulciter increpādo illa uera & ſumma charitas ꝑ ſcripturarū authoritatē, ſeu ꝑ occultā inſpirationē. Quid de mea paſſione tam triſtes eſtis? Nolite timere puſillus grex, paſſus ſum ut uos gaudeatis. Theſaurizaui uobis theſauros exultatiōis, qa theſaurizare debēt parētes filijs. Oīa. n. opa ur̄a opatus ſum uobis, reſurrexi ut iubiletis. Dico uobis, cur nō creditis? Incipiēs à Moyſe & ꝓphetis, interp̄tabat̄ illis in oībus ſcripturis, q̄ de ip̄o erāt. Beati q nouerūt guſtu fœlicis expiētiæ, q; dulciter, q; mirabil'r in orōne & meditatione ſcripturas dignat̄ dn̄s reuelare. Et qdē ſciarū dn̄s eſt, pōt eas ſi uoluerit diſpēſare. Incipiēs à Moyſe & ꝓphetis interp̄tabat̄ illis in oībus ſcripturis q̄ de ipſo erāt. Hæc facit, qn̄ corda n̄ra illuminat radijs charitatis. Ille tenet & q̄ latēt, & q̄ patēt in diuinis ſermonibus, q charitatē ſeruat in moribus. De ſola dilectione pēdēt Moyſes & ꝓph̄æ. Tunc appropinquamus caſtello quò tēdim9, qa ꝑ infuſionē charitatis deſideratū uitæ conſiliū obtinemus. Ipſe aūt finxit ſe lōgius ire. Dixi, ſapiēs efficiar: & ipſa ſapiētia receſſit lōgius à me. Incipiēti diffi- Eccl. 7. d
ciles uiæ dn̄i uīr, ſed currit̄ ꝑ eas, dū cor cœpit dilatari. Vn̄ & coegerūt eū. Non eīm leuiter ad pfectionis culmē attingitur, ſed paulatim uirtutū gradib9 ad apicē charitatis ꝑ uiolētiā ꝑuenit̄. Coegerūt eū. Ne mireris ſi uim patit̄ regnū cœlorū, qn̄ & ipſe dn̄s eorū. Si igit̄ q̄dā naturali duritia cor tuū ſenſeris indeuotū: inſta orōnibus, intēde meditationibus, curre ubi eſt impetus ſp̄ūs, ne aſſenſum carni dederis. Ingere te uigilijs, ꝑ lacrymarū uiolētiā uince dn̄m maieſtatis, & dic ei: Mane nobiſcū dn̄e, qm̄ adueſperaſcit, & inclinata eſt iā dies. Hāc clauſulā multipl'r poſſumus intelligere, & in ea multas delicias īuenire. Mane nobiſcū, qm̄ adueſperaſcit. Cū ꝓſperamus in uirtutum ſucceſſibus, in die ſumus. Cū nos obnubilant tribulationū anguſtiæ, incipit nobis adueſperaſcere. Cum triſtitia nos confundit, nobis adueſperaſcit. Et quia ad te confugimus, qui ſolus laborem & dolorem conſideras: mane nobiſcū, qm̄ adueſperaſcit. Iam ueniūt aquę uſque ad animam. Iam deuotionis deliciæ uertuntur in miſeriam, iam oēs angulos mētis n̄ræ uentus tentationis cōcutit: mane nobiſcū, qm̄ adueſperaſcit. Tu tribulatis cordib9 es refrigeriū, tu refugiū, tu ſolatiū: tua eſt potentia, tuū eſt imperium. Intenti ſunt ad te oculi oīum, te ſolum ſitiens aīa concupiſcit: mane nobiſcum, qm̄ adueſperaſcit. Sine te nihil poſſumus facere. Tu ſolus carmina das in nocte, tu turris es fortitudinis à facie tribulantis. Tuæ pietatis ocl's circa ea quæ ſub cœlo ſunt reſpicit: mane nobiſcum, qm̄ adueſperaſcit. Per te conſurgit nobis ad ueſperum fulgor meridianus, & orimur ut lucifer cū nos conſumptos putamus. Non confunditur omnis qui in te confidit: mane

nobiſcum, qm̄ aduesperaſcit. Inclinata
eſt iam dies, facti ſunt ueſperi lõgiores:
ꝗa appropinquante mundi termino ſu-
per exc reſcit iniqtas, & charitas refrige
ſcit. Ne extinguat̃ in nocte lucerna nr̃a:
mane nobiſcum, qm̄ aduesperaſcit. Ver
gente mundi ueſpere, ſole iuſtitię, frigus
iniqtatis genus humanum opprimit.
Oẽs occupat nox ꝑfidiæ, lux ueritatis
deficit. Ne deficiamus cum deficientib.
mane nobiſcũ, qm̄ aduesperaſcit. Vitæ
meæ iam inſtat ueſpera, corpus conſu-
mit ægritudo perualida. Iam mors mi-
nat̃ aſpera. Timor & tremor totam cõ-
ſcientiã concutit, terribilẽ ſnĩam iudicij
ꝑtimeſcit. Sed tu dñe cui pr̃ oẽ iudiciũ
dedit: mane nobiſcũ, qm̄ aduesperaſcit.
In manus tuas cõmendo ſpm̄ meum.
Ne tradas aĩam confitentẽ tibi ꝑtãtib.
tenebraꝝ. In te ſolo eſt ſalus nr̃a, ad te
ſunt oculi nr̃i, ne ꝑeamus. De multitudi
ne miſerationis tuæ mens fiduciam cõ-
cipit: mane nobiſcum qm̄ adueſꝑaſcit.
Vel ꝑ ueſperã poſſumus intelligere ue-
xatæ mẽtis refrigerium, ut oĩ feruore tri
bulationis recedente, orõ & meditatio
tranqllũ in ea deo parent hoſpitium, ut
eũ cogant ad manendũ, & inuitent ad
Apoc. 3. d cœnandũ, iuxta qđ ſcriptũ eſt: Siqs ape
ruerit mihi ianuam, intrabo ad eum, &
cœnabo cũ eo, & ipſe mecũ. Factus eſt
ſicut uiator declinans ad manendum.
Vñ & intrauit cũ illis. Fcm̄ eſt aũt cum
recumberet cum illis, accepit panem et
bñdixit, fregit, & porrexit illis: & aꝑti
ſunt oculi eoꝝ, & cognouerunt eum.
Panis iſte panis eſt gr̃ę. Hunc panẽ ipſe
ꝑ ſe accipit: quia non q̃ſi inferior, ſed pr̃i
æq̃lis, dona gr̃æ ꝓut uoluit non ad mẽ
ſuram accepit, Bñdicit panem, qñ bñdi
ctionem ſuam nobis dat legiſlator, ut
eamus de uirtute in uirtutẽ. Frangit &
porrigit illis: ꝗa non uolẽtis neq; currẽ-
tis, ſed miſerantis eſt dei. Nec panẽ por
rigit integrũ, ſed fractum, ꝗa diuiſiones
gr̃aꝝ ſunt: ſed idem dñs, qui ſicut buc-
cellas mittit cryſtallum ſuam. Et quid
eſt qđ dr̃: aꝑti ſunt oculi eoꝝ, & cogno
uerunt eũ in fractione panis? In fractio-
ne panis fit diminutio q̃dam & exinani
tio. In fractione uirtutẽ humilitatis in-
tellige, ꝑ quam ſeipm̃ fregit, diminuit, et
exinaniuit ipſe ẽt qui panis eſt uitæ. Et
qm̄ ſe exinaniuit, cognitionẽ ſuã nobis
dedit. Ipſe eſt panis deſiderabilis quẽ ꝑ
dies multos Daniel non comedit: quia Dan. 10. d
multi iuſti & ꝓphetæ uoluerunt uidere
& non uiderũt incarnatam ſapiam dei
pr̃is. Multis ęſtuarunt ſuſpirijs p̃ deſide
rio uidendi filium hoĩs, ſed abſconditus
erat in ſinu pr̃is. Paruuli petierũt panẽ,
& non erat q frangeret eis. Sapia abſ-
condita pr̃is, & theſaurus integer & oc
cultus q̃ utilitas in utriſq;? Frange dñe
eſurienti panẽ tuũ panẽ teipm̃, ut aꝑian
tur oculi hoĩs, nec reputet̃ hoĩ ad pctm̃
ſi uoluerit eſſe ſicut tu, ſciens bonum &
malũ. Te cognoſcat in panis fractione,
q ab initio uoluit integrũ attentare uel
attrectare. Frange te, ut ſeſe diſcat fran
gere, ꝗa non cognoſceris niſi in fractio-
ne panis. Audiuit Balaã ſermones dei,
& uiſiones oĩpotentis intuitus eſt: ſed
cadebat aꝑtis oculis, ꝗa non cognoſce
bat dñm in fractione panis. Sic multos
uidetis hodie ſtudẽtes in ſcripturis, do-
centes in cathedris, p̃dicantes in eccl'ijs,
ſed oꝑa eoꝝ non concordãt cũ uerbis.
Confitent̃ uerbis ſe noſſe deũ, ſed negãt
factis: ꝗa non cognoſcit̃ niſi in fractio-
ne panis. Et qdẽ nob̃ dñs fcũs ẽ panis,
& nos ſum⁹ panis ei⁹. In ſudore uult⁹ ſui
dignatus ueſci pane ſuo, ut nr̃o ueſcere-
mur ĩ gaudio. Sĩ uis ipm̃ cognoſcere, ſi-
cut ſe fregit, ita te frãge: ꝗa q dicit ſe in
xp̃o manere, debet ſicut ille ambulauit,
& ipſe ambulare. Nõ ẽĩ ſermõe regnũ
dei, ſed ĩ uirtute. Frãge igr̃ te ad laborẽ
obediẽtiæ, ad humilitatẽ pnĩæ. Porta in
corꝑe tuo ſtigmata Ieſu Xp̃i, formã ſer
ui accipiẽs, ñ ꝑlati. Et cũ te exinaniueris
& fregeris, cognoſces dñm ĩ fractione
panis. Sed qm̄ cœpim⁹ loq đ pane gr̃æ:
dũ frãgit̃, ocl'i aꝑiunt̃, & dñs cognoſcit̃:
ꝗa cũ cæteris gr̃aꝝ donis ĩfũdit̃ uirt⁹ hu
militatis. Tũc eũ cognoſcim⁹, ꝗa ex ac-
ceptis donis nos ei humil'r ſubdim⁹, cũ
ꝗcꝗd boni accepim⁹, ad ipm̃ referim⁹,

& ſapiens atteſtat̃ qđ ab humilib. ho-
norat̃ deus. Vide q̃ũo dictis nr̃is cõcor
det B. Gregorius. Qui, inqt, uirtutes cæ
teras ſine humilitate cõgregat, q̃ſi pul-
uerem in uẽtũ portat. Et uñ ferre aliqd
debuit, inde deterius ſequat̃. Vera ergo
humilitas aꝑit oculos, dũ uirtutes cæte
ras ꝑ q̃s uento ſuꝑbiæ poterat excæca
ri, frãgit & diminuit, & hõ ſe ex ſe nihil
eſſe cognoſcit. Et quãto qs decreſcit in
deſpectione ſui, tãto amplius ꝓficit ĩ co
gnitionẽ dei. Vt ergo cognoſcat̃ dñs in
fractione panis, frãgat hõ ſi q̃s hẽt in ſe
uirtutes, frãgat ꝓprias uoluntates, imi-
tans illũ q ꝓ nobis factus eſt obediens
uſq; ad mortẽ crucis. Et ipſe euanuit ab
oculis eoꝝ. Mira res. Cũ incipit magr̃
cordi dulceſcere, tũc fugit, ut de abñtia
ſua faciat nos dulciter dolere. Tales
ſunt amoris delicię, oculi amoris ipm̃ fa
ciunt auolare. Fuge dilecte mi, & aſſimi
lare capreæ, hĩnuloq; ceruoꝝ, ſuꝑ mõ-
tes aromatũ. Aſcẽde ſuꝑ Cherubim, &
ambula ſuꝑ pẽnas uentoꝝ. Eſto tñ fil'is
capreæ hĩnuloq; ceruoꝝ, ut oculos di-
lectionis tuæ non auertas à nobis: etſi à
nr̃is te ſubtrahis, q humilia reſpicis, &
alta à lõge cognoſcis. Et dixerunt adin-
uicem: Nõne cor nr̃m ardens erat in no
bis de Ieſu dũ loqueret̃ nobis in uia, &
aꝑiret nob̃ ſcripturas? Clauſula iſta nõ
eſt exponẽda, ſed ruminanda. Quoties ĩ
nobiſmetipſis marceſcit aĩa nr̃a, & poſ
ſident nos dies afflictionis, quoties tæ-
dijs uel tẽtationũ uul'neramur ſagittis:
ad memoriam reuocemus qd aliqñ in
orõne ſenſerimus, qd ĩ meditatione gu
ſtauerimus, q̃l'r locutus ſit nobis dñs cũ
ſ. tranſmigraremus in delicias cõtẽpla-
tionis. Nõne cor nr̃m ardens erat in no-
bis de Ieſu? O' dulcis ardor, dulcis ſplẽ-
dor, dulcis amor. Ardor cõfortans, ſplẽ
dor illuminans, amor inebrians. Quam
dulciter ardes, quam mirabil'r ſplẽdes,
quam ſufficiẽter totũ cor hoĩs imples?
Quis poterit habitare de uobis cũ igne
deuorãte, cum ardoribus ſempiternis,
cum iam nõ erit ignis in Siõ, ſed camin⁹
in Ierl'm in ſplendorib. ęternitatis? Tũc
ẽt recordabimur de hoc paruo igniculo
quẽ ſentimus in cõualle plorationis, cã-
tabimus & pſallemus, & dicemus ad-
inuicẽ: Nõne cor nr̃m ardẽs erat in nob̃
de Ieſu? Cũ ſub pauꝑtate degerem⁹ mi-
litiæ r'l'aris, & ſtaremus ad pſallendũ in
nocturnis uigilijs, & poſt uigilias abſ-
cõditi incũberemus orõnib. illis btiſſi-
mis interuallis, q̃; magna tũc erat ĩ cor-
dibus nr̃is multitudo dulcedinis. Nõne
cor nr̃m ardens erat in nobis de Ieſu?
Nõne nox erat illuminatio in delicijs?
Nõne cor nr̃m tũc ardẽs erat in nobis,
cũ in clauſtro reſidẽtes meditaremur in
ſilentio, qñ ſecretò deus erat in taberna
culo nr̃o, cũ ſuꝑ Ierl'm cor aſcenderet,
& cogitaremus pr̃iæ gaudia, cũ cõcẽt⁹
cœli reſonaret in cõſcia? Nõne cor nr̃m
ardẽs erat in nobis de Ieſu, cũ diuinaꝝ
ſcripturaꝝ dulcedine nr̃as reficeremus
aĩas, inuenientes in illis mirabiles dele-
ctationes ſuper oẽs diuitias? Nõne nos
tunc docebat unctio Xp̃i de oĩbus, me
dullatas infundendo nobis delicias?
Nõne cor nr̃m ardens erat in nobis de
Ieſu dum loqueret̃ nobis in uia? Et ſur-
gẽtes eadem hora reuerſi ſunt in Ierl'm,
& inuenerunt congregatos undecim,
& eos q cũ ipſis erãt, dicẽtes: Quia ſur-
rexit dñs uere, & apparuit Simoni. Nõ
incõgrue eadẽ hora dñr ſurgere, ꝗa non
niſi ad horã nec ad horã qdẽ eſſe pñt in
aĩa tales deliciæ: cito trãſeũt, abeũt, eua
neſcũt. Iõ fugiunt, ut eaꝝ plenitudinẽ q̃
debet̃ in pr̃ia, feruentius appetamus: iõ
aĩum alliciunt & inflãmãt, ut ſurgam⁹,
non ut in Iericho deſcendamus. Ibi inſi-
diant̃ ut ſpoliẽt ul' necẽt deſcẽdẽtes. Sed
nobili q̃dã ſuꝑbia deſpicere debet hæc
tꝑalia q̃ mutabilia ſũt ſicut luna, aĩa cœ
leſtib. delicijs aſſueta. Surgẽtes igr̃ orõ
& meditatio reuertunt̃ ĩ Ierl'm, cũ poſt
ſpũaliũ deliciaꝝ refectionẽ pacis ĩtimę
poſſidẽt qetẽ. Vndecĩ iſti q ĩ Ierl'm ſũt cõ
gregati, dona ſeptiformis ſpũs, et q̃tuor
prĩcipales uirtutes pñt ĩtelligi. Illi q cũ
eis ſũt, fides, ſpes, charitas, & ſiq̃ ibi ſũt
alia gr̃aꝝ dona, dici pñt. Cõgregatos
iſtos orõ et meditatio ĩueniũt, nõ cõgre

gauerunt: qa etſi pro poſſe nr̄o intendamus uirtutibus congregandis, nihil ſine patre luminum poſſumus, qui & uelle & perficere in nobis operatur. Iſtis dū oratio & meditatio coniunguntur, dn̄t quia ſurrexit dn̄s uere, qn̄ amanti conſcientiæ inſibilat gaudium reſurrectionis dn̄icæ. Sed quid uult ſibi quod ſubditur: apparuit Simoni? Videte ne forte pp nos dictum ſit, qui ſpecialiter filij ſumus obedientiæ, qui ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus ſine contradictione uocis, ſine rancore murmurationis obedire. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, magnum lætitiæ cumulum parturiens obedientibus, quia dn̄s apparuit Simoni, & ipſi ſoli ſpeciali prærogatiua prę omnibus. O' ſi deuotæ mentis memoria reuoluamus q̄ dulcis ſit eius apparitio obedientiæ filijs in illo agone terribili, & in illa hora miſerabili, ubi cogitur anima à corpore ſeparari. Non præſumimus quę neſcimus aſſerere, poſſumus tn̄ pijs imaginationibus tale aliquid cogitare. Forte aliquibus tunc apparet Chriſtus cum uexillo obedientiæ, & ineffabili exultatione exhilarat obedientis animam in illa tribulatione: & his poteſt ſermocinationibus conſolari. Ne timeas fili obedientiæ, ne timeas intueri manus pp obediētiam cruci affixas: conſidera pedes expoſitos fixuris clauoꝝ, & latus lancea perforatum: attende ꝙ pp obedientiam mortuus ſum: & ſi pp fragilitatem humanæ conditionis obedientia tua ſit minus aliquid perfectum hn̄s, uolo ut plenitudo meæ obedientiæ ſit tuæ minus ſufficientis obedientiæ ſupplementum. Quid in illa hora poteſt eſſe ſuauius tali conſolatione: quid imprimi poteſt humano cordi dulcius? Ponite hæc ſuper corda ueſtra filij obedientię, gaudete & exultate, quia ſurrexit dn̄s uere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in uia, & qūo cognouerunt eum in fractione panis. Extremam hanc clauſulam referre poſſumus ad illa beatæ quietis gaudia, cum ſedebit unuſquiſq; ſub uite ſua, & ſub ficulnea in pulcritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta: cum plateæ Ieruſalem ſternentur auro, & per omnes uicos eius halleluia cantabitur, & implebitur infantibus & puellis ſequentibus agnum quocunq; ierit in ueſtibus albis. Tunc narrabimus quæ geſta ſunt in uia, qūo cognouimus dn̄m in fractione panis, q̄ dulciter nos humiliat hic in loco afflictionis, ut delicietur in cordibus noſtris, qui ſecreta ſua abſcondit à ſapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Tunc recordabimur periculoꝝ in quibus uerſamur, tribulationum quibus affligimur, miſeriarum quibus inuoluimur: & mirabiliter lætabimur, quia hæc omnia uelut umbra tranſierunt, & de ſplendoribus in quibus erimus, oſſa noſtra iubilum germinabunt. Tunc plantabimus uineas in monte Samariæ, & audiemus uocem gaudij, & uocem lætitiæ, uocem ſponſi, & uocem ſponſæ, & uidebimus gloriam regis, & decorem reginæ. Tunc lætabitur uirgo in choro, diadema regni portans in capite ſuo, & oſtendet nobis fructum ſanctiſſimi uentris ſui. In humanitate noſtra uidebitur dominus maieſtatis. Tunc uidebit & affluet & mirabitur & dilatabitur cor noſtrum, ſimul laudabimus: quia oculo ad oculum, aſpectu contra aſpectum uidebimus, facie ad faciem cognoſcemus, ore ad os colloquemur dicentes: Tibi domine poteſtas & imperium, tibi honor & gloria, te laudet omnis ſpiritus in ſecula ſeculorum, Amen.

FINIS.

LVDOVICVS MIRAEVS ROSETANVS OPTIMO CVIQVE ET EXCOLENDAE PIETATIS CANDIDATO, S.

QVVM amœniſſimi huius iuxtà ac ſanctiſſimi doctoris commentationes: prælo ſudante, perinde ac nauis ſolet paſſis uelis, ad umbilicum contenderent pie lector, uiſum eſt in rem tuam fore, ſi quæ reſederāt eiuſdem ſancti lucubrationes nōdū euulgatæ aut cōmiſſæ typis, noſtra ſedulitate ac ſolerti induſtria undecūde eruerentur in apertam lucē, exemptæ tineis & blattis ac liberiore cœlo perfruituræ. Id quàm probè nobis curatum ſit, teſtari abunde poſſunt nec pauci, nec indocti, In primis è S. Crucis cœnobio tria hæc exhibita nobis ſunt, De Cœna domini homilia cuius principium eſt, Sediſti ad menſam, Hanc habes folio. 321. De S. Andrea homilia item una fol. 341. De S. Nicolao homilia fol. 342. acceſſit opuſculum De conſcientia fol. 338. Quæ porrò continet proxima appendix, deprompta ſunt ex archiuis partim ſcholæ Sorbonicæ, partim Cartuſiæ Pariſiēſis, præter homiliā de paſſione domini: Ieſum NaZarenum &c. Hæc autem ſunt è Sorbona, De amore dei, De natura & dignitate amoris diuini. Hæc benignè nobis ſuggeſſit Sorbōa, indicāte D. Frāciſco Comeſt. Theolog. laureæ candidato. E' Cartuſia quæ ſubiunximus, nobis nihil inuitè exhibuit D. Godefridus Tilmannus, In primis tractatum De domini paſſione ſup illud, Ego ſum uitis uera, quem et priuata recognitione reſtituit in gratiam non huius mundi eloquentium, ſed piorum. Nam phraſis ipſa docet authorem penè infantē, tantum abeſt ut adſcribi debuerit facundo et eloquenti Bernardo. nec illi tribuiſſemus, niſi nos eò inuitaſſent, imò perpuliſſent cauſæ aliquot haudquaquam leues. Primum liber ipſe in membrana deſcriptus & initio & à fine præfert Bernardi & Claræuallenſis abbatis, ut authoris, nomenclaturam, idq; miniatis literis. Eſtq; hoc opuſculum tantæ antiquitatis, ut credi poſſit ſcriptum mox à ſancti obitu, uerſibus tam multis penè interlitis, ut in legendo lynceis oculis, in reſtituendo, cōrectore Oedipo opus fuerit. Eſt liber ante annos aliquot inuentus in Cartuſia Montis dei in cella quæ in hunc uſq; diem dicitur S. Bernardi, ad quam is ceu ad portum tranquilliſſimum anachoreticæ ſolitudinis amantiſſimus non rarò diuertebat. Proinde doctrina ſalutaris id promerebatur, conſentiente inſcriptione operis. Pro infantia phraſeos reſponderi poteſt, quod ſtylum attemperarit captui uirginum quas Nōnas uocant. Ad eas enim hoc opis ſcriptum eſſe ex lectione colligo. Huic ſubieci proſas aliquot Rhythmica modulatione excurrentes, ceu ſunt: Oratio de paſſione domini, Salue mundi ſalutare. Iubilus eiuſdem, Ieſu dulcis memoria. Tertia eſt oratio ad Chriſtum & ad eius intemeratam matrem ac uirginem, Summe ſummi tu patris unice. Has treis multo excellit eodem Bernardo authore & dictionis elegantia & contextu rhythmicæ modulationis, quæ in Natali dominico concini paſſim ſolet: Lætabundus exultet fidelis chorus Halleluia. Ad parilem contextum pertexta eſt de ſancta Catharina: Sanctiſſimæ uirgini uotiua feſta, recolamus. De S. Ludouico, Lætabunda, pſallat plebs cum mente munda, Chriſtiana. Vtriuſq; authorem non facile dixerim. Ad has proxime appreſſimus formulam priuatæ confeſſionis, nihil indignam uiri iſtius pietate: In unione acerbiſſimi doloris &c. Viſum eſt his ſubtexere opuſculum eiuſdem ad ſororem uirginem ſemel quod ſciam, excuſum typis, Eius uideri poteſt idem eſſe author, qui & tractatus præſcripti de paſſione. Tametſi præmiſerimus opuſculum unum De conſcientia uti nobis dictum eſt, nihil tamen inſolens aut diſſentaneum rationi feciſſe uidebor pijs, ſi clauſulæ loco aut uice coronidis appreſſero alterum eadem de re, nimirum de conſcientia, quando & nomen præfert, & iuſtius priore adſcribitur Bernardo. Lege igitur & fruere his lector.

DIVI BERNARDI abbatis Clareuallis De amore dei, Liber.

Caput primum.

Eſa.2.a VEnite aſcendamus ad mõtem dñi, & ad domũ dei Iacob, & docebit nos uias ſuas, intẽtiones, cogitationes, uolũtates, affectiões, & oĩa interiora in ea. Venite, aſcẽdamus in mõtẽ, uel locum, ubi dñs uidet, uel uĩr. Curæ, ſolicitudi-
Exo. 24.c nes, anxietates, labores, pœnæ, ſeruitutes, expectate me hic, cũ aſino corpore iſto, donec ego cũ puero, rõ. ſ. cũ intelligẽtia uſq; illuc ꝓꝑantes, poſtq; adorauerimus reuertamur ad uos. Reuertemur.n. & heu reuertemur q; citiſſime. abducit.n.nos à uobis charitas ueritatis, ſed ꝑꝑ frẽs abdicare & abiurare uos nõ patiẽ ueritas charitatis. Sed licet retrahat uĩa neceſſitas, non ꝑꝑ uos oĩno omittẽda eſt illa ſuauitas. Dñe deus uir
Pſal.79.b tutũ conuerte nos, & oñde faciẽ tuã & ſalui erimus. Sed heu heu dñe deus q; ꝑpropeꝶ eſt, q; temeratiũ, q; inordinatũ, q; p̃ſumptuoſum, quã alienum à rĩa uerbi ueritatis, & ſapĩæ tuæ, corde immundo uelle uidere deũ. Sed ô ſumma bonitas, ſummũ bonũ, uita cordiũ, lux oculoꝶ interioꝶ, ꝑꝑ bonitatẽ tuã dñe miſerere. hæc eſt.n. mũdatio mea, hęc fiducia mea, hęc iuſtitia: cõtemplatio bo-
cor immũdum alienum eſt à uidendo deo nitatis tuæ bone dñe. Ergo ô dñe, deus meus, q dicis aĩę meę, modo quo tu ſcis, ſalus tua ego ſum. Raboni, ſũme magr̃, unice doctor uidẽdi, q̃ uidere deſidero, dic cæco, mẽdico tuo, Quid uis faciã tibi? Et tu ſcis, q iã hoc ip̃m das q̃m ex omnibus ſuis receſſibus abiectis, procul oĩb. ſcl̃i h⁹ altitudinibus, pulcritudinib. dulcedinib. & qcq̃d cõcupiſcentiã carnis, uel oculoꝶ, uel ambitionẽ ſpũs attentare p̃t, uel ſolet, tibi dicat cor meũ. Exq̃ſiuit te facies mea, faciẽ tuã dñe requirã. Ne auertas faciẽ tuã à me: ne declines in ira tua à ſeruo tuo. Impudens
Pſal. 26.c q̃ppe, & improbus ſum, ô adiutor me⁹ antique & ſuſceptor indefeſſe. † Sed ui-
† Exẽplar Sorbonicũ habet, Sed amore amoris tui hoc facio. de q̃a amore amoris tui hoc facio. Cũ enim ex munere gr̃æ tuæ dñe ad ea quę carnis ſunt, faciẽ cordis nõ habeam, ſed poſueris ea mihi dorſum & mũdum, et q̃cũq; eius ſunt poſueris mihi deorſum: q̃d eſt obſecro ꝙ in toto corde meo ex-
Sicut uides me nõ uidẽtẽ te, & ſicut dediſti mihi deſideriũ tui, & ſi quid tibi placet in me, & cito ignoſcis cæco tuo ad me curren ti, & manũ das aliquibus in currẽdo offendenti. quirens te, cũ faciẽ tuã app̃hendiſſe me gratulor, quã ſolã facies mea deſiderat, repẽte me inuenio ſeorſum? Cur eã abſcõdis? Nunq̃d arbitraris me inimicum tuũ? Nũ cõſumere tu me uis pc̃tis adoleſcentiæ meæ? Nunquid ego non ſum ad te cueruerſus, uel tu adhuc es à me auerſus. Si nõ ſum cõuerſus, deus uirtutũ cõuerte me. Si tu es auerſus, deus uirtutũ cõuertere. Tu dixiſti, Si conuerteris Iſrael, cõuertere. Et iteꝶ: Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Tu ſcis donũ gr̃æ tuæ in corde paupis tui. paratũ cor meũ deus, paratũ cor meũ. Præcipe qd̃ uis, fac me intelligere quod p̃cipis: da poſſe q dediſti uelle, & fiet ĩ me uel de me q̃cq̃d uis. Deus uirtutum cõuerte nos, & oñde faciẽ tuam & ſalui
Reſpondet erimus †. Rñdet q̃ppe mihi intus in aĩa
1.Reg.3.a mea, & mẽte mea tumultuans in me, et
Exo.33.d cõcutiens oĩa interiora mea uox teſtifi-
Mat.9.c cationis tuæ: & caligant oculi mei interiores à fulgore ueritatis tuæ ingerentis mihi, q̃a non uidebit te hõ, & uiuere põt. Ego.n. uerè in pc̃tis totus uſq; adhuc, necdũ potui mori mihi, ut uiuam tibi, ſed tñ ex præcepto tuo, & dono tuo ſto in petra fidei meæ, fidei chriſtianæ, ĩ loco, q uerè eſt penes te, in quo ut poſſum interim fero patiẽter, et amplector, & deoſculor tegẽtẽ, & protegentẽ me, dexteram tuam, & aliquoties contemplãs, & uidere geſtiens poſteriora uidẽtis me, & ꝑcurrẽs ſemitã diſpenſationis humanæ xp̃i filij tui ſuſpicio, nec cũ accedere geſtio ad eũ, & uel ſicut hęmorroyſſa illa infirmæ & miſeræ aĩæ meę à ſalutifero tactu uel fimbriæ eius q̃ſi furari geſtio ſanitatẽ, uel ſicut Thomas ille uir deſideriorum, totum eum deſidero uidere,

ro uidere, & tangere: & non ſolum: ſed
Ioan.20.f accedere ad ſacroſc̃tm̃ lateris eius uulnus oſtium arcæ, qd̃ fcm̃ eſt in latere, ut non tm̃ mittam digitum, uel totã ma-
Ardens erga Chriſtum Zelus. num, ſed totus intrẽ uſq; ad ip̃m cor Ieſu: in ſc̃tm̃ ſc̃tõꝶ, in arcam teſtamẽti, ad urnam auream aĩam nr̃æ humanitatis, continentem intra ſe mãna diuinitatis,
Apo.22.c heu dr̃ mihi, Noli me tangere. Et illud de Apocalypſi, Foris canes: ſicq; cum dignis conſcĩæ meæ uerberib. expulſus & ꝓpulſus improbitatis, & p̃ſumptionis meæ pœnas cogor luere, rurſumq; in petram meam me recipiens, q̃ refu-
Pſal. 103 gium eſt herinacijs ſpinis pc̃tõꝶ plenis, reamplector, & reoſculor tegentem, et ꝓtegentem me, dexteram tuam: & ex eo, ꝙ uel leuiter ſenſi, uel uidi, magis accenſo deſiderio uix patienter expecto, ut à me auferas manũ tegentem, & infundas gr̃am illuminantem, ut tandem aliq̃n ſcd̃m rñſum ueritatis tuæ mortu⁹ mihi & uiuens tibi, reuelata facie ipſam tuam faciem incipiam uidere, & affici tibi à uiſione faciei tuę. Et ô facies facies, q; btã facies, q̃ affici tibi mereẽ uidendo te, ædificans in corde ſuo tabernaculũ deo Iacob, & oĩa faciẽs ſcd̃m exemplar qd̃ ei oñdiẽ in monte, hic uero & cõpe-
Pſal. 26. c tenter cantaẽ, Tibi dixit cor meum, exq̃ſiuit te facies mea, faciẽ tuã dñe req̃rã. Itaq; ut dixi, ex dono gratiæ tuæ contẽplans oẽs angulos conſcĩæ meæ, uel terminos, unice & ſingl̃r deſidero uidere te, ut oẽs fines terræ meæ uideant ſalutare dei ſui, ut amẽ cũ uidero quẽ amare, hoc eſt uere uiuere. dico.n. mihi in languore deſiderij mei, Quis amat qd̃ non uidet? Q̃uo põt eſſe amabile, qd̃ nõ eſt
Rom.1.c aliquatenus uiſibile? Sed te deſideranti amabilia quidem tua occurrunt, & à cœlo & à terra, & ab oĩ creatura tua ſe mihi ultro offerunt & ingerũt, ô in oĩb. adorande & amabilis dñe. Quę quãto te manifeſtius & uerius p̃dicant, & approbant amabilem: tanto ardentius te mihi faciunt deſiderabilem, ſed heu nõ ad fruendi ꝑfectam ſuauitatem, & gaudium: ſed ad intẽtionis, & defectus, (nõ tñ ſine aliqua ſuauitate) tormentũ. ſicut .n. mea non tibi perfecte placent oblata, niſi mecum, ſic bonoꝶ tuoꝶ contẽplatio reficit nos quidem dulciter, ſed non ſatiat perfecte niſi tecum.

Capitulum ſecundum.

h Aec eſt aĩæ meæ aſſidua exercitatio: hinc aſſiduè ſcopo ſp̃m meum, & cum bonis, & amabilibus tuis, quaſi pedibus, & manibus, & totis innitens uiribus ſurſum tendo ad te, in te ſũme amor, ſũmum bonum: ſed quanto tendo fortius: tanto retrudor durius in terram, in memetip̃m, ſub memetipſo. Sic ergo reſpiciens, & diſcernens & dijudicans meip̃m, factus ſũ mihi ipſi de meipſo laborioſa & tædioſa q̃õ: tñ dñe, certus ſum ꝑ gr̃am tuam, deſiderium deſiderij tui, & amorẽ amoris tui, hr̃e me in toto corde, & in tota aĩa mea. Huc uſq; te faciente ꝓfeci, ut deſiderẽ deſiderare te, & amẽ amare te, ſed hoc amans q̃d amẽ neſcio. Quid eſt .n. amare amorem, deſiderare deſiderium? amore amamus ſiquid amamus, deſiderio deſideramus, q̃cq̃d deſideramus. Sed forſitã cum amo amorem, nõ amo amorem, quo amo qd̃ amare uolo: & amo q̃cq̃d amo, ſed me amãtẽ cũ in dño laudaẽ & amatur à me aĩa mea, quam ꝓculdubio deteſtarer, & odio hr̃em, ſi eam alibi, quam in dño, & in eius amore inuenirẽ. Sed & de deſiderio q̃d dicemus? Si dicam deſidero eſſe deſiderans, iam inuenio me deſiderãtẽ. Sed nũq̃d deſideriũ tui deſiderãtẽ, q̃ſi ñ habeã, aut deſideriũ maius quã habeã? Cũ igr̃ hoc mõ d̃ficiãt, & caligẽt, & cęcutiãt ĩteriores ocl̃i mei, oro ut citi⁹ à te
Gen.3.b apiantẽ, nõ ſicut apti ſunt Adæ carnales oculi, ut uideret cõfuſionẽ ſuã, ſed ut uideã dñe gl̃iã tuã: ut oblit⁹ paruitatis & paupertatis meæ, tot⁹ erigar, & ruã ĩ amplex⁹ tui amoris. uidẽs quẽ amauero, & amãs quẽ uidero: & moriẽs ĩ me, uiuere ĩcipiã ĩ te, & bñ mihi ſit ĩ te, cui peſſimè ẽ ĩ ſe. Sed feſtina dñe, ne tardaueris. hẽt .n. ſapĩæ tuæ gr̃a dñe, uel gr̃æ tuæ ſapĩa, ſua cõpẽdia: & ꝙ rõnis, ul̃ rõcinationis

nullis argumẽtis,nullis diſcuſſionib.q̃ſi
q̱buſdã ſcalis cõſcẽdit ad torrentẽ.ſ. uo
luptatis tuæ,ad plenum amoris tui gau
dium. Cui hoc datum eſt fidel'r q̃rens,
fidel'r pulſans, ſæpe repente ibi ſe inue-
nit.Sed ô dñe ſi qñ qđ ꝙ raꝝ eſt,me in
aliq̃ h⁹ gaudij parte inuenio:clamo,uo-
Mat.17.a ciferor.Dñe bonum eſt nos hic eſſe,fa-
ciamus hic tria tabernacula: fidei unũ,
ſpei unum,amori unum. Nunq̱d neſcio
q̱d dicam,cum dico, Bonũ eſt nos hic
eſſe:ſed repente cado in terram q̃ſi mor
tuus,& reſpiciẽs nihil uideo,& me,ubi
prius eram,inuenio, in dolore.ſ.cordis
& aſflictione ſpũs,uſq; quo dñe? uſq; q̊?
Quandiu ponam cõſilia in aïa mea? do
Pſal.12.a lorem in corde meo ꝑ diem? quandiu
Gen.6.a nõ ꝑmanebit ſpũs in hoïb.q̱a caro ſunt,
Iuan.3.a ſed uẽit,& uadit,& ſpirat ubi uult.Sed
Pſal.125.a in conuertendo dñs captiuitatem Sion
facti erimus ſicut conſolati.Tunc reple
bit̃ gaudio os nr̃m,& lingua nr̃a exulta
tione.Interi heu mihi q̱a incolatus me⁹
ꝓlongatus eſt: habitaui cũ habitantib.
Pſal.119.a Cedar,multũ incola fuit aïa mea. Sed
rñdet mihi int⁹ in corde meo ueritas cõ
ſolatiõis tuæ,& cõſolatio ueritatis tuæ.

Capitulum tertium.

St amor deſiderij, & eſt amor
e fruitionis. amor deſiderij meret̃
aliqñ uiſionem; uiſio fruitionẽ,
fruitio amoris perfectionem.Gr̃as ago
gr̃æ tuæ,q loq dignaris ad cor ſerui tui,
& anxijs eius q̃õnibus aliq̃tenus rñdes,
ſuſcipio,& amplector hanc ſpũs tui ar
ram,& lætus expecto in atra ꝓmiſſio-
nem tuam: deſidero itaq; amare te, &
amo deſiderare.& hoc mõ curro,ut ap
prehendam in quo apph̃enſus ſum.ſ.ut
q amẽ te ꝑfectè aliqñ,ô prior nos ama
ſti amande,& amabilis dñe.Sed eſt ne
aliqñ,aut alicubi dñe hic amoris tui ꝑ-
fectio?hæc in amore tuo btitudinis con
ſũmatio ut ſitiens aïa ad deum fontẽ ui
uum,ſic ſatiet̃,ſic impleat̃,ut dicat, ſuffi-
cit.miror q̱cũq;, ubicũq; ille ſit, ſi non
deficit,ſi dicit,ſufficit.Sed ubi iſtius ſuffi
cientiæ eſt defectio,q̃ põt eſſe ꝑfectio?
Nuſq; igr̃,& nunq; perfectio.Sed & in-
iuſti dñe, nunquid regnum tuum poſſi-
debunt?Iniuſtus aũt eſt,q non tm̃ deſi-
derat, & debitorẽ ſe ſentit & intelligit
te amare quantum ab aliqua creatura
rõnali poſ'e eſt amari te. Conſtant btã
illa Seraphim,q̃ à uicinitate p̃ñtię tuæ,à
claritate uiſionis tuæ ardentes & inter-
pretant̃,& ſunt,plus amare te, ꝙ aliq̱s
q minor eſt in regno cœloꝝ.Qui ſi ĩ re-
gno cœloꝝ non dicã minimus, ſed nõ-
nullus eſt utiq;, tm̃ deſiderat̃ amare te,
quãtum ab aliquo uel potes amari,uel
debes.& hoc forſitan eſt, in quẽ deſide
rant angeli proſpicere. Deſiderat ergo 1.Pet 1.b
btũs ille minor,q̱cũq; ille ẽ,tm̃ te ama-
re, quãta amat q̱cũq; plus eo amat nõ
æmula inſectatione, ſed pia & deuota
imitatione.Si uerò & in amore proficit
quanto fœlicius illuminatis oculis in in
teriora ꝓcedit: tanto dulcius ſentit &
intelligit ſi ingratus non eſt & iniuſtus,
& te plus poſſe amari,& ſe debitorem
plus amare,uel quãtum te amant Che-
rubim & Seraphim.Sed q deſiderat qđ
aſſeq non põt,miſer eſt. Miſeria uero à
regno btitudinis ꝓrſus aliena eſt.aſſeq̃t
ergo qđ deſiderat q̱ſq̱s ibi aliq̱d deſide
rat.Quid dicemus ad hæc?q̱d inq; dice
m⁹?Loquere obſecro dñe q̱a audit ſer-
uus tuus.Nũq̱d & magni,& parui oẽs
q ſunt in regno dei,unuſq̱ſq; in ſuo ordi
ne amat,& amare deſiderat,& amoris
unitas ñ ſinit,ut ſit diuerſitas: dũ amat,
cui datũ eſt hoc ardentius. Minor aũt ĩ
amore ſine inuidia bonũ ubicũq; uidet,
amat qđ ipſe ſibi deſiderat,& hẽt utiq;
amorẽ quantuſcũq; eſt quẽ in amante
hẽt & amat. Nimiꝝ amor eſt q amat̃ q
ex magna bonitatis ſuæ affluentia &
natura amantes,& coamãtes,gauden-
tes & cõgaudẽtes,pari implet gr̃a,licet
diſpari menſura. & quanto ſe amantiũ
ſenſib.largi⁹ ĩfũdit:tãto eos ſui capacio
res efficit, ſatietatẽ faciẽs, ſed ſine faſti-
dio,de ipſa ſatietate nõ minuẽs deſide-
rium,ſed augẽs,remota oĩ anxietudinis
miſeria.amor.n.ẽ. ut dcm̃ ẽ q amat̃, q à
uoluptatis ſuæ torrente oẽ ab amatore
ſuo repellit uľ ſatietate faſtidiũ,uľ de-

ſiderio anxietudinis,uel ĩ zelãdo ĩuidiæ
Pſal.35.c miſeriã.Illuminãs eos ut dicit apľs à cla
ritate ĩ claritatẽ,ut ĩ lumine uideant lu-
men,& in amore cõcipiant amorẽ.Hic
eſt.n.fons uitæ q ſꝑ fluit, & nunq; ꝑef-
fluit.Hæc eſt gľia,hæ ſunt diuitiæ in do
mo bti amatoris tui,q̱a p̃ſtò eſt deſide-
rãti & amãti qđ đſiderat,& qđ amat.
Iõ & q deſiderat ſꝑ amat deſiderare, &
q amat,ſꝑ deſiderat amare,& deſiderã
ti & amãti qđ deſiderat & amat.Sic fa
cis abũdare ô dñe, ut nec anxietas deſi
derãtẽ,nec faſtidiũ affligat abũdãtẽ. Et
nũq̱d,obſecro dñe, hæc eſt uita æterna
Pſal.138.a de q̃ cantat pſalmus,Et uide ſi uia iniq̱-
tatis in me eſt,& deduc me in uia æter-
na: hæc eſt affectio, hæc eſt ꝑfectio, ſic
Philip.3.c ſꝑire,hoc eſt ꝑuenire.Vñ Apľs tuus qui
pauloante dixerat nõ qđ accepim aut
ꝑfectus ſim, ſequor aũt ſi comprehẽdã
à quo cõprehẽſus ſum in Xp̃o Ieſu: unũ
aũt q̃ retro ſunt obliuiſcẽs,ad ea uero q̃
ſunt priora extendens me ad deſtinatũ
ꝑſequor,ad brauium ſuꝑnæ uocationis
dei in xp̃o Ieſu.Quicũq; ergo,inq̱t,per-
fecti ſumus hæc ſentiamus.

Capitulum quartum.

T hoc eſt amare tuum, quo tu
e amas te amantes, à dulcedine
bonitatis tuæ quam habes ad
creaturã tuã,amator, creator bone, in-
ſpirare eis hoc deſideriũ amandi te, &
amorem quo amant & deſiderare &
amare te. Non.n.afficeris ad nos uel à
nobis cũ nos amas,ſed es ꝙ es, q ſemꝑ
ad ip̃m es cui hoc ẽ eſſe qđ eſſe bonũ.
Bonũ aũt tibi in te,& oĩ tuæ in te crea-
turę.Nos aũt à te ad te & ĩ te afficimur,
cum te amamus, q poſſum⁹ miſero ali-
quo mõ eſſe,& non amare te.i.eſſe, &
male eſſe:tibi aũt q ſꝑ idẽ es nihil acce-
dit,ſi amãdo ꝓficimus ad te,nihil dece-
dit ſi deficimus à te. Cũ aũt nos amas
non niſi ꝑꝑ te nos amas, cũ ueriſſima ſũ
mæ iuſtitiæ rľa ẽt nos nil amare ꝑmit-
tat extra te. Et cũ te poſ'e eſt amori dñi
amantis ubi magna occurrit gr̃a eo ꝓfi
cere,ut nec te nec ſe amans ꝑꝑ ſe, & te
& ſe ꝑꝑ te ſolum amet, & ꝑ hoc refor-
met̃ ad imaginem tuam ad quam crea-
ſti eum,q ex ueritate p̃ſtantiſſimæ natu Gen.1.
ræ tuæ,& natura ueritatis tuæ,nec te ni
ſi ꝑꝑ te,nec angelum, nec hoïem amare
potes niſi ꝑꝑ te. Et ô fœlicẽ & fœliciſſi-
mã aïam,q̃ deo ſic à deo meret̃ affici, ut
ꝑ unitatem ſpũs in deo ſolũ amet deũ,
nõ ſuũ aliqđ priuatum,nec niſi in deo,
amet ſeip̃m & deus in ipſo amet uel ap
probet qđ amare uel approbare debet
deus.i.ſeip̃m,imò qđ ſolum debet ama
ri, & à creatore deo & à creatura dei.
amoris.n.uel nomen uel affectus, nulli
competit uel debet̃, niſi tibi ſoli, ô uere
amor & amãde dñe.Et hęc eſt in nobis
uoluntas filij tui, hæc ꝓ nobis or̃o eius
ad te deũ pr̃em ſuũ:uolo ut ſicut ego et
tu unũ ſumus, ita & in nobis ipſi unum
ſint.Hic eſt finis,hęc eſt cõſũmatio,hęc Iouu.17.b
eſt ꝑfectio, hæc eſt pax,hoc eſt gaudiũ
dñi,hoc eſt gaudiũ in ſpũ ſctõ,hoc eſt ſi
lentium in cœlo. Quandiu q̱ppe in hac
ſumus uita hoc fœliciſſimę pacis ſilẽtio
in cœlo.i.ĩ aïa iuſti q̃ ſedes eſt ſapiæ ali-
qñ fruit̃ affectus:ſed hora eſt dimidia uľ
q̃ſi dimidia.intẽtio uero de reliquijs co
gitationis diẽ feſtũ ꝑpetuũ agit tibi. In
illa uero btã & æterna uita de q̃ dr̃, In-
tra in gaudium dñi tui: ſola erit ꝑfecta Mat.25.b
& æterna fruitio,& tanto fœlicior quã
to iam remotis oïbus quæ hoc tardare
uel impedire uñr, amoris eius indiſſolu
bilis ęternitas irrefragabilis ꝑfectio, in-
corruptibilis erit beatitudo.

Capitulum quintum.

Amor ueni in nos, poſſide nos,
ô diſpereant à facie tua in nobis
oïa fœditatis noïa, q̃ à concupi
ſcentia carnis & oculoꝝ,& ſuꝑbia uitę
huic innaſcuntur affectui: quaſi ſpuria
quædam uitulanima, affectui inquam
qui amor in nobis dicitur & corrum-
pitur ſæpius iuſto morbis animæ à te
& ad te creatæ: ad te ſolum creatus &
concretus & reluctans noſter affectus
legi naturali & reclamans, cogitur
uocari luxuria, gula, uel auaritia, &
his ſimilia, qui incorruptus & in ſua
permanens natura ad te ſolum eſt do-

mine,cui ſoli amor debetur. Eſt.n.aíæ
rõnalis amor,ſicut dicit quidã ſeruus
tuus, motus uel qeta ſtatio,uel finis ul-
tra quem nihil appetat uel appetendũ
iudicet uolũtatis appetitus.Vltra te ue-
ro,uł ſupra te q q̃rit aliqd tãq̃ meli⁹te,
nihil eſt qđ q̃rit, qa nihil eſt melius uel
dulcius te. Iõ nihil efficiť recedẽdo à te,
q ſolus amãdus es uere,imò & fornicať
& luxuriat in alienis affectib. aliena ut
dixi noía hñtib.at uerus amor, ut dcm̃
eſt,& ſæpe dicendũ eſt ad te ſolum eſt
dñe,in quo ſolo eſt qcquid uere eſt,ubi
Ecce ſitiunt irrōnales beſtiæ ſanguinē
hoīs, & non ſitiam ego ſanguinem filiȷ̃
dei? Beſtiæ quanto plus guſtauerint, tā
to plus ſitiunt ſanguinem humanū: &
ego faſtidiā ſanguinē dei & hoīs beni-
gni Ieſu? Beſtiæ corruūt in mortē ſuam
dulcedine ſanguinis humani attractæ.
Ego non feſtinabo ad uitā meam & ſan
guinem rubicundi Ieſu & candidi? imò
uere feſtinabo, emā & bibā. Emā abſq̄ꝫ
argento & abſq̄ꝫ ulla cōmutatione ui-
num & mel: q̄ nobis ſapīa pr̄is altiſſimi
benignius miſcuit in cruce cordis ſui ni-
mirꝶ ſanguinem ſuum, p̄tium uitæ nr̄æ.
Propate mecum, q diligitis dn̄m: emite
non corruptilib. auro & argento: ſed cō
mutatione morꝶ & conuerſationis ur̄æ
uinum & lac, ſanguinem illum dico pu-
riſſimū, p̄tioſiſſimū, inebriantē ꝑfectos
& uinum & lac paruulos nutrientē. Si
ꝑfectus, ſi fortis es: uinū eſt tibi ſanguis
iſte, ſanguis meraciſſimus. Si adhuc in-
firmus es & cui opus ſit lacte, lac eſt ti-
bi ad nutriendū te. Bibe ergo ſanguinē
hunc meraciſſimū fide, memoria, & in-
tuitu ſpūali. Ecce ſub compendio, ite-
rumq̄ꝫ reduco tibi multiplicem ſangui-
nis effuſionem largiſſimi Ieſu: q̄ roſam
paſſionis & charitatis ſuæ rubricauit.
Charitatis qdem illius ardorem huma
nus comprehendere non ſufficit intelle-
ctas, niſi quantum ex paſſione ipſius q̄
cunctis apparuit, comprehendit.

De roſa charitatis, Cap. 34.

VErūtn̄ prius de roſa charitatis,
q̄ꝫ de roſa paſſionis uideamus.
Ardorem roſæ charitatis ꝑpen
demus: ſi diligenter uideamus, qs, q̄lis,
quantū, qr̄ amauerit amator miſericors
& mirabilis. Amator nr̄ eſt ille quo ni-
hil maius, nihil ditius, nihil fortiꝰ, cui oīs
ſpūs cōfitet̃, qm̄ deꝰ meꝰ es tu, qa bonorꝶ
meorꝶ nō eges. In hoc breui uerſu com
prehēdit̃, qs amator nr̄ ſit, qs deꝰ, & qr̄
amauerit ex ỽbo ſequēti elicit̃, uidelicet
nō iō amauit nos ut aliqd nr̄i accipet, q
bonorꝶ nr̄orꝶ nō eget, ſed gratuita gr̄a
ſua. Qđ ſi ēt ī nob̄ eēt aliqd boni qđ ille
appeteret, nō hoc à nob̄, ſed ab illo hr̄e-
mꝰ. Qual̃r āt amauerit nos amator nr̄,
exponit ille q ait, Cū adhuc & inimici

eſſemus, reconciliati ſumus deo. Iuſtus enim iniuſtos, ſolus bonus & pius pctõres & impios adamauit. O quanta dignatio. Iam uero quantum amauerit, uideamus. Quis hoc ſufficienter dicat?

De roſa paſsionis, Cap. 35.

e Cce in expoſitione hꝰ uerbi neceſſarium hẽmus, roſam paſſionis roſæ charitatis coniungere: ut roſa charitatis in paſſione rubeſcat, & roſa paſſionis igne charitatis ardeſcat. Tm̃.n. dilexit nos dilector nr̃, ut charitatis ardore cogente ruborem paſſionis incideret, traderetq́ in mortem aĩam ſuam, mortem aũt crucis, non br̃ tranſeuntis, ſed à principio ortus ſui uſque in finem mortis duriſſimæ pduran tis. Sicut etem̃ ſupius urǽ cõmendauimus charitati, crux optimi Ieſu Xp̃i, nõ tm̃ fuit unius diei: ſed tota uita illiꝰ crux fuit & martyrium. Oĩa ergo q̃cũq; paſſus eſt dñs in dieb. carnis ſuæ, ad ruborem utiq; paſſionis ptinent roſæ paſſionis, q̃bus effuſionib. crebris ſacratiſſimi ſanguinis ipſiꝰ ſpãlr̃ fuerit rubricata. Sed qa oĩa q̃ paſſus eſt enumerare non poſſumus, ſanguinis effuſiones ſalutiferas nos non pigeat iterare: ut q̃ iugiter ſunt memoranda, tenaci memoriæ arctius imprimantur.

De ſeptem effuſionibus ſanguinis uitis noſtræ Ieſu Chriſti, Cap. 36.

p Rimam ſanguinis effuſionẽ legimus in circũciſione, qñ nomẽ eius uocatum eſt Ieſus iam tũc myſticè ſigñando, qđ effuſione ſanguinis ſui futurus nobis eſſet uerus Ieſus .i. ſaluator, audiant & intelligant tã pueri teneri q̃ puellæ & frequenter eoꝝ mẽtibus inculceñ matuꝝ martyrium innocentis Ieſu. Vñ & Eſaias de natiuitate eiđem Ieſu Xp̃i loquens, Puer, inquit, natus eſt uobis, & filius datus eſt nobis: cꝰ impium ſup humeꝝ eius, crucẽ quã impꝗ noĩe ſigñauit natiuitati ſtatim adiungendo: qa pfecto à natiuitatis exordio paſſio crucis ſil̃ exorta eſt. Non modicũ.n. ptinet ad cõmendationem rubicundæ paſſionis, q; ſaluator nr̃ in alieno loco, in media hyeme, in medio noctis, ĩ ſtabulo diuerſorij ex mr̃e paupcula natꝰ ẽ, licet ibi ſanguis eiꝰ effuſus nõ fuerit, qđ tã puo tpis ĩteruallo .i. ſeptẽdieꝝ ſpatio ſecutũ ẽ. O quãta charitas. O quãta cõmẽdatio charitatis. Vix natus eſt cœli glĩa, cœli diuitiæ, cœli deliciæ, dulcis Ieſus: & ecce recenti ortui crucis ignominia, crucis dolor, crucis pauptas copulañ, ſed redemit miſeriam crucis, imperij nomen ueꝝ. Cruce etem̃ totũ mũdum ſil̃ & inferos ſubiugauit, q regnauit à ligno fortis Ieſus. Propter.n. crucẽ ad quã humiliauit ſeip̃m fcũs obediens, exaltauit illũ deus pr̃, & dedit illi nomẽ, qđ eſt ſup oẽ nomen: ut in noĩe Ieſu oẽ genu flectañ cœleſtium, terreſtrium, & infernoꝝ. Bñ ergo in prima effuſione ſanguinis agni puriſſimi aptatum eſt ei hoc nomen Ieſus, eo qđ iam tunc purã ſaluationem ſanguinis fundere incipet, qui in completione ſalutis noſtræ totus erat effundendus.

Secunda effuſio ſanguinis, Cap. 37.

s Ecunda ſanguinis effuſio Ieſu Chriſti, qua paſſionis roſa colorañ, inueniñ in ſudore ſanguineo orantis & agonizantis benigni Ieſu. Ita.n. ait euãgeliſta. Et factus in agonia plixius orabat: & factus eſt ſudor eius ſicut guttę ſanguinis decurrentis in terram. Vt ceſſent oẽs cæteræ ſanguinis puriſſimi effuſiones: nunquid hæc ſola non poterit roſam noſtram ſufficienter rubricare? Vere poteſt conſcindere cor meum miſerum, & ſanguineis lacrymis madefacere: quia ecce creator meꝰ p me ſanguineo cruore perfundiñ, nec leui quidem, ſed decurrente in terram, uæ miſero cordi: qđ tali & tãto ſudore non madeſcit perfuſum. Inſpice tribulationem ipſius mitiſſimi cordis q̃ angebañ, cum totum corpus ex oĩ parte ſanguineo ſudore manaret. Neq; .n. corpus extrinſecus tanto taliq́ ſudore deflueret: ſi corpus extrinſecus nullius doloris moleſtia frangereñ. Contritum eſt cor meum in meipſo, ait pph̃eta. Sciſſo igitur corde, interius, ſciſſa eſt & exterius pellis nr̃i Salomonis: effuſus eſt ſudor ſanguineus ſup terram. Rubricata eſt roſa paſſionis & charitatis Xp̃i rubicundi Ieſu. Ecce q̃ rubicundus & q̃ totus rubicũdus: nec uacat à myſterio iſta ſanguinis Ieſu effuſio gñalis. Sudauit.n. toto corpore ſanguinem, q nr̃as uenerat tollere infirmitates ex corpore nr̃o & ſanguine contractas: ut ad conualeſcentiam & ſanitatem totius corporis, ſpũaliſq́ eccl̃iæ ſufficeret ſudor ſanguineus ab oĩ parte corporis, capitis. ſ. nr̃i dñi Ieſu Xp̃i effuſus. Liberati ergo ſumus de ſanguinib. deo gr̃a ſit authori ſalutis nr̃ę benigno Ieſu q ſuũ p nobis ſanguinẽ liberaliſſimè effudit. Vel hoc certè ſigñabat ſudor ſanguineꝰ à toto corpore capitis nr̃i effuſus, qa in toto corpore ſuo ſpũali, qđ ẽ eccl̃ia, ſãguis erat martyꝝ effũdẽdꝰ, & eccl̃ia rubricãda.

Tertia ſanguinis effuſio, Cap. 38.

t Ertia ſanguinis effuſio fuit ĩ uellicatione genaꝝ, cꝰ teſtimoniũ hẽmus in pph̃eta dicente ex pſona ipſius crucifixi, Corpus meũ dedi pcutientib. & genas meas uellentibus. Qđ qdã exponunt de laceratione maxillaꝝ facta cum unguibus impioꝝ Iudæoꝝ: qdam aũt de contractione barbæ dñi. Põt utrunq; fuiſſe ueꝝ. Credo non ſine aliq̃ ſanguinis effuſione id peractũ. Video ergo ſacrilegas manus impijſſimæ gentis non ſaturatas colaphis & alapis & conſpuitione deſiderabilis uultus Xp̃i: ſed ẽt ad genaꝝ ipſius uellicationem exarſiſſe, & à uultu quoque dulciſſimo ad rubricationẽ roſæ nr̃ę ſanguinem elicuiſſe. Video agni illius immaculati patientiam admirabilem & imitandã, p quam genas pudiciſſimas impudiciſſimoꝝ unguib. lacerãdas cũ oĩ mãſuetudine p̃buit: ut patienter ſufferamꝰ, ſi aliqñ nr̃am faciẽ opiat cõfuſio pp ip̃m, imò & ſiqs nos cædat in faciẽ uerbis & factis propter dulcem Ieſum.

De quarta effuſione ſanguinis, Cap. 39.

q Vartam ſanguinis puriſſimi effuſionẽ in corona inuenire poſſumus, in corona ſpinea non tñ leuiter impoſita, ſed inuidè impreſſa capiti dulciſſimo capitis mei dulcis Ieſu. Satis.n. conſentit ueritati: ut q oderant ueritatẽ, nõ ſolũ opprobrium illius, ſed ſuppliciũ regrant. Nec hic puto qdem riuos ſanguinis defuiſſe, q à capite irriſoriè & inuidè coronati defluerent in collũ ſil̃ & in faciẽ dulcis Ieſu, qa ſi noluiſſent coronato pœnã ſil̃ cũ irriſorib. irrogare, facilius de alijs ramis uel uirgulis arboris alicuius potuerant plexiſſe coronam: ſed ut moꝝ ſuoꝝ aculeos demonſtrarent, nunc gl̃ia & honore coronatũ, tunc ſpinaꝝ aculeis coronauerũt agnũ mitiſſimum, dulcẽ Ieſum. Et licet in irriſione coronent: tñ ignorantes & irridẽtes coronatum regem fatenñ, qa regum eſt coronari. Coronatus ergo rex eſſe à neſcientibus demonſtrañ. In ſpinis uero coronantium malitia apiñ. Moral̃r aũt docemur imitari caput nr̃m, regem & ducem nr̃m, dulcẽ Ieſum. Si aũt maloꝝ quorũlibet pueſitate compungimur et irridemur: cum caput nr̃m ita compunctũ, ita irriſum conſpexerimus, nõ murmuremus, non recalcitremus. Pauca q̃ nobis in uita pñti & breui inferuñ, cũ oĩ æquanimitate & patientia ſufferẽdo: ut digni ſimus eſſe membra capitis noſtri, & boni bellatores ſimus ſequendo ueſtigia ſigniferi noſtri.

De quinta effuſione ſanguinis, Cap. 40.

q Vinta rubricatio roſę inueniñ in crudeli flagellatione manſuetiſſimi agni roſei Ieſu. O cũ quãta quantitate putas illum ſctiſſimum ſanguinem & conſciſſo corpore & flagellato diſtillaſſe in terram. O quanta putas ſęuitia impioꝝ frementium, quanto fremitu ſæuientium flagellatum putas fuiſſe dulcem Ieſum, q uenerat ut nos à flagellis liberaret æternis. Sine cauſa, inquit, flagellis ceciderunt me. Verè ſine cauſa niſi forte miſerrimi & peruerſi bona opera tua pœnis digna iudicarent, qui ueritatem tuam in mendacio detinuerunt. Sed & hic moraliter erudimur, ut flagella benigniſſimi patris noſtri diſcamus æquanimiter tolerare,

qui peſſimoꝝ flagella pro nobis indi-
gne tam patiẽter ſuſtinuit dulcis Ieſus.
Quis .n. flagella non ſufferret hõ ad la-
borem natus, in pctĩs nutritus & cõuer
ſatus, hæreditati cœleſtis aulæ deſtina-
tus q̃ non niſi mũdos recipit: cũ uideat
regem oĩm regum & dñm dñantiũ dul
cem Ieſum: q pctm̃ non fecit, & in cuius
ore non eſt dolus inuentus, tam grauib.
flagellationib. eſſe contritũ? Audi ô hõ
ſtulte & inſipiens, & erudire, & non ſo
lum non refuge: ſed ẽt apprehende diſci
plinam, ne forte qñq; peas de uia iuſta
dño tibi iraſcente q ꝓprio filio ſuo non
pepcit, ſed pp te tradidit flagellandum.
Non pepcit filio ſuo naturali conſubꝫali
ſibi & coæterno & impaſſibili, qn ꝓ ſa
lute tua ipm̃ faceret naſci in tpe & paſſi
bilem, & flagellis contereret, ſicut ſcri-
ptum eſt, Dñs uoluit eum conterere in
infirmitate. & qũo parcet tibi filio ado
ptiuo, cum ſenſus tui ꝓni ſint in malũ?
qn in chamo & fræno maxillas tuas cõ
ſtringet, ut ſaltem uexatio det tibi intel
lectum: quatinus ad ipm̃ approximare
cogaris, qui licet moleſtè, ſalubriter tñ
flagellat omnem filium, quem recipit.

De ſexta effuſione ſanguinis, Cap. 41.

S Exta effuſio ſanguinis, quæ ro-
ſam paſſionis rubricauit, in foſ-
ſione clauoꝝ copioſiſſime in-
uenit̃. Quis .n. de foſſis, imò & de pfoſſis
manib. pedibuſq; inocentis Ieſu copiã
ſacrati ſanguinis dubitet effluxiſſe? In
torrentib. h⁹ ſanguinis roſa nr̃a purpu-
rata eſt: qa uere hic ardentiſſima chari-
tas: hic rubicundiſſima paſſio inuenit̃.
In hac magnitudine paſſionis magnitu-
do conſideret̃ charitatis: ardorem roſę,
charitatis ruborem cõſidera paſſionis.
Quis unq̃ tam grauia, tam pudẽda paſ
ſus fuit? Deus eſt q patit̃, nec in aliquo
ſibi duꝝ torcular paſſionis alleuiat, qui
ſeruis ſuis uel oĩno auferre, uel alleuiare,
uel breuiare uires tormentoꝝ cõſueuit.
Non pepcit ſibi qui ſuis parcere nouit.
Huius rei euidentiam uides in euãgelio
Ioannis, ubi cum ab his qui ad ipm̃ ue-
nerant capiendũ, ei diceret̃: qđ ipm̃ q̃re
rent, ſubiungit: Ego ſum, quem q̃ritis.
Si ergo me q̃ritis, ſinite hos abire. O' ar
dor ueriſſimæ charitatis. Manifeſtat et
tradit ſe charitas ipſa ſæuientib. inimi-
cis, non parcens ſibi: rogatq; ꝓ ſuis, ut
parcat̃ illis. Capt⁹ ergo poſt plurimas
illuſiones tam Iudæoꝝ, q̃ gentiũ, poſt
ſanguinis plures effuſiones, clauis immi
tib. manib. ſil' & pedib. pforat̃ & confi-
git̃ ligno crucis ſaluator nr̃, mitiſſimus
Ieſus. Intuere & reſpice roſam paſſionis
ſanguineæ, qũo rubet in indicium ardẽ-
tiſſimæ charitatis. Cõtendũt paſſio &
charitas: illa ut plus ardeat, iſta ut plus
rubeat. Sed mirabil'r p ardorem chari-
tatis fit paſſio rubea, qa ſi non diligeret
non pateret̃: & in paſſionis rubore, ma
xima & incõparabilis oñdit̃ charitas.
Sicut .n. roſa p frigus noctis clauſa ſolis
ardore ſurgente tota apit̃, & folijs ex-
paſſis in rubore demõſtrat ardorẽ iocũ
dum: ita flos cœli delicioſus, optimus Ie
ſus Xp̃s q multo tpe à pctõ primi hoĩs
q̃ſi in frigore noctis clauſus fuit pctõri-
bus, nondũ plenitudinẽ impendens: tã-
dem plenitudine tpis accedente radijs
.ſ. ardentis charitatis in oĩ corporis ſui
parte aptus eſt, & roſę charitatis ardor
in rubore ſanguinis effuſi refulſit. Vide
ergo qũo hoc flore roſæ floruerit opti-
ma uitis nr̃a, rubicundus Ieſus. Vide to
tũ corp⁹, ſicubi roſæ ſanguineæ florẽ nõ
inuenias. Inſpice manũ unã & alterã, ſi
florẽ roſæ inuenias in utraq;. Inſpice pe-
dẽ & unũ & alteꝝ. Nũqd nõ roſei? In-
ſpice lateris apturã: qa nec illa caret ro-
ſa, q̃uis ipſa ſubrubea ſit pp miſturam
aq̃, qa ſicut narrat euangeliſta, Cũ unus
militũ lãcea lat⁹ ei⁹ pforaſſet: exiuit ſan
guis & aq̃. Ipſe eſt .n. q uenit p aquam,
& non p aquã ſolũ, ſed p aquam & ſan
guinem optimus Ieſus Xp̃s. O' ſuauiſſi
me uniuerſoꝝ dñe & ſaluator bone Ie-
ſu: q̃les tibi cõdignas grãꝝ referre pote
ro actiones? Quia à principio ortus tui,
uſq; ad mortẽ duriſſimam, imò & poſt
mortẽ ꝓ me p̃tioſiſſimũ ſanguinẽ tuũ ef
fudiſti, q ardorẽ excellẽtiſſimæ charita-
tis tuæ tã crebris ſanguinis tui effuſiõib.

manifeſtare

manifeſtare curaſti. O q̃ multo nume-
ro folioꝝ multiplicata & exornata eſt
roſa tua. Quis oĩa iſta enumeret? Nume
ra guttas ſanguinis effuſi de dulciſſimo
corpe dulciſſimi Ieſu, & habebis paſſio
nis charitatiuæ folia enumerata. Singu
læ .n. guttæ ſanguinis ſui folia ſunt roſæ
ſanguineæ paſſionis ipſius. Sed ideo ad
alia tranſeamus, quia ſeptimam ſangui-
nis dñici effuſionem iam br̃ diximus, cũ
de apertura lateris doceremus, uñ exi-
uit ſanguis & aqua, per quæ baptiſma-
tis accepimus ſacramentum.

De croco abſtinentiæ uitis noſtræ, Cap. 42.

C Rocum ẽt abſtinẽtiæ in nr̃a ui-
te, dulciſſimo Ieſu Chriſto ſen-
timus floruiſſe. Quis non ppea
abſtinẽs fuerit ut caſtigaret corp⁹ ſuũ,
& in ſeruitutẽ redigat: ne fortè reprob⁹
efficiat̃. Sed ut nobis formã daret & do
cumentũ abſtinẽtiæ ſicut in circũciſio-
ne & baptiſmo, q̃ nõ ad emũdationem
ſuã accepit, q ſp fuit mũdiſſimus & oĩm
emũdator: ſed ut obediẽtiæ nobis for-
mam iuſtitiæq; donaret: ſine dubio uir-
tutẽ habuit abſtinẽtiæ rex uirtutũ, & p̃
oĩbus ſanctis p̃teritis & futuris excellẽ
tius ſemetipm̃ macerãs non neceſſitate,
ſed uoluntate. Sed obijcit̃ nobis ſñia de
uerbis ipſius dñi ſaluatoris de ſe dicen-
tis, Venit ad Iudæos Ioan. baptiſta nõ
manducãs neq; bibens, & dixiſtis: dæ-
moniũ hẽt. Itẽ uenit filius hoĩs mandu-
cãs & bibẽs, & dicitis: Ecce hõ uorax
& uinarius, amicus publicanorum &
pctõꝝ. Ecce teſtimoniũ ueritatis, ꝙ Ioã
nes nõ mãducauit neq; bibit: & ꝙ ipſe
Ieſus & manducauit & bibit. Nũquid
ergo Ioan. in abſtinentia uirtute p̃cellit
nr̃m dilectũ Ieſum? Neq̃q̃. Sed notãdũ
ꝙ duplex abſtinẽtiæ uirtus. Vna intus ĩ
mẽte, altera foris in actu. Et ea qdẽ q̃ in
mẽte eſt, ſp eſt hñda. Ea uero quæ eſt in
actu, reꝝ ac tpm̃ qualitate manifeſtan-
da eſt. Bñ aũt Ioannes q purus hõ erat,
abſtinentiã tã in mẽte q̃ in corpe exer-
cebat: ne forte cõtaminaret̃, ſicut hõ nr̃
uerus Ieſus q maculari nõ poterat cibis
& potibus, ꝓ tpe utebatur, ut cõueſcen
tes ſibi ad uirtutẽ attraheret abſtinẽtiæ
cæteraſq; uirtutes. Nec credas ullo mõ
maiorẽ eſſe uirtutem oĩno abſtinere à ci
bis, q̃ ipſis cibarijs uti moderatè. Diffi-
cilimũ eſt .n. in cibarijs modũ ſeruare
omnimodũ, ita ut ultra q̃ naturæ põt
ſufficere nihil ſumat̃, nec cũ ipſius natu-
rę aliqd de neceſſarijs ſubtrahat̃. Si ergo
cõtingat aliquẽ hr̃e uirtutẽ abſtinentiæ
cũ Ioanne .ſ. ut ipſam mẽte & ope exer
ceat: nõ cõdemnet eum, q abſtinet cum
pfectiſſimo Ieſu .i. qui abſtinẽtiam ꝓut
tpa exigũt & pſonæ pro utilitate uel ꝓ-
prij corpis, uel ꝓximi nũc intendit nunc
remittit, obſeruãs tñ in oĩbus oĩa q̃ cir-
ca uirtutem abſtinentiæ ſunt ſeruanda,
ut ſemper uitij abſtinentiæ oppoſiti .i.
gulę crimẽ euitet. Cuius uitij abuſiones
hoc uerſu notantur: Præpropere, laute,
nimis, ardenter, ſtudioſe. Pręproperè .n.
comedunt & bibunt qui tp̃s comeden
di p̃ueniunt: ſola uoluptate, non neceſſi-
tatè coacti. Legimus in uita patrum de
ſanctis pr̃ibus qui hoſpitum ſp̃ũalium
charitate deuincti tp̃s conſuetum cibo-
rum anticipauerunt: ſed comedendo in
charitate, ſe neq̃q̃ ſoluiſſe ieiunium æſtĩ
mabant: ita ut ẽt aliqui poſt talem refe
ctiunculum miſſaꝝ celebrare ſolennia
non timerẽt: qđ quamuis nobis nõ con
ueniat trahere in exẽplũ, ut ſilr̃ faciam⁹,
qm̃ quidẽ ab eoꝝ perfectione nos ni-
mium ſeparamur, eos tñ ſine pctõ talia
feciſſe confidimus q̃ neq̃q̃ niſi ſpũ ſctõ
ipſis ueraciter reuelãte feciſſent. Laute
comedũt, q delicatis utunt̃ cibarijs ſola
delectatione attracti, qbus non ſufficit
naturalis ſapor carniũ, ſiue piſciũ, quem
creator illis impoſuit: ſed modis natu-
ræ contemptis quærunt adulterinos ſa
pores piperis & ſalſamentorum uario-
rum, ut ſibi appetitum faciant comedẽ-
di, non metuentes optimum hominum
creatorem uituperare in creaturis ſuis,
dum alios illis ſapores ipſi faciunt, q̃
creator naturæ earum præſtiterit. O
quantum huiuſmodi alienos ſapores
homo chriſtianus uitare deberet, ſi ad-
uerteret dulciſſimum et ſapientiſſimum

dñm ſuum feciſſe oía bona ualde, cuius
creaturas uere bonas nullus niſi malus
alterare cõſueuit. Conſueuit dico, quia
qñcq; lautioribus uti cibarijs pro infir-
mitate corpis repellẽda, palato nõ al-
ludente, ſed renitente cibarijs: nulla uel
parua culpa eſſet. Ad eorꝝ cõfuſionẽ,
quorꝝ ut Apl's ait, deus uẽter eſt & glo
ria in cõfuſione eorꝝ, quos idẽ aſſerit flẽ
do inimicos eſſe crucis xp̃i & imitato-
res illius pauperrimi & miſerrimi diui-
tis, q epulabat̃ nõ aliqñ pro ſanitatis re
medio, ſed pro uolũtate quotidie ſplen
dide, pp qd' nec guttã aq̃ cũ in inferno
ſepultus eſſet, meruit impetrare, ut refri
geraret̃ lingua eius ardẽs profecto ĩ flã-
ma, q̃ alienis ſp & ſupfluis fuerat ſapori
bus delectata, nec naturali aq̃ frigore
meruit refoueri, q in uoluptatibus ſuæ
naturæ ſaporẽ alienauerat, ad horꝝ inq;
cõfuſionẽ gẽtilis hoís memorare ſniam
nõ grauabor, ut erubeſcat noíe chriſtia
nus, cũ à meliore ſeipſum ignorãre doce
tur, q neq; creaturas p creatorẽ uenera
ri ſciebat, nec aſperos ſciebat pati ſapo
res pro xp̃o, quẽ uel neſciuit uel nõ cre-
didit p ſe in crucis patibulo uinum mir
rhatũ bibiſſe cũ felle miſtũ, ſed ſoli na-
turæ cõſentiẽs cõtra uoluptuoſos excla
mat, O pdiga rerꝝ luxuries nunq̃; par-
uo contenta paratu, & q̃ſitorꝝ terra pe
lagoq́; ciborꝝ ambitioſa fames, ô lautę
gloria mẽſæ. Diſcite, q̃; paruo liceat p-
ducere uitã, Et quantũ natura petat: nõ
erigit ægros, Nobilis ignoto, diffuſus
cõſule Bacchus. Non auro gẽmiſq́; bi-
bũt, ſed gutture puro. Vita redit, ſatis ẽ
ppl'is fluuiuſq́; Cereſq́;. i. aqua et panis.
Hæc ſatis cõcordant cũ illa uſitata ſnía
& uera: Panis & aqua uita hoís. Nec
adhuc cõterunt̃ hac confuſione duriſſi-
me frõtes uoratorꝝ tã ipſius ueritatis ue
riſſimi Ieſu, q̃; Apl'i eius, imò ne gentilis
qdem hoís rep̃henſione & eruditione
pcuſſe & dñt, chriſtiani ſumus, non tñ
recipiũt uocẽ xp̃i in Apl'o loquentis &
monẽtis: Curã carnis ne feceritis in deſi
derijs. Vñ frequẽter euenit ut cũ adhuc
eſcæ eorꝝ ſint in ore eorꝝ, ira dei aſcen-
dat ſup eos: & q deduxerũt in peſſimis
terminis dies ſuos, in pũctũ ad infernũ
deſcẽdũt, ubi uermis comedẽs ipſos nõ
morit̃, & ignis nõ extinguit̃, pro delicijs
breuibus mala recipiẽtes ſempiterna.
Nimis comedere qd ſit, oíbus notũ eſt.
Nimis. n. comedit, q ultra q̃; naturę ſuæ
ſuſtentãdæ poſſit ſufficere, ſumit alimẽ-
ta, maximè ſi hoc ſciẽter fecerit. Euenit
enim nõ rarò, ut hõ ſuis laboribus conſi
deratis plus uiliũ ſumat alimẽtorꝝ: ut in
labore poſſit ſubſiſtere, & timore defi-
ciendi cogẽte menſurã refectionis exce-
dat, à quo pc̃tõ uix credo aliquẽ eſſe im
munẽ. Sed talia pc̃tã crebris cõfeſſioni-
bus intermiſtis uoluntarijs abſtinentijs
ſtatim ut dep̃hendunt̃, purganda ſunt.
In nullo aũt gñe ciborꝝ illud uitiũ ſup-
fluitatis ciborꝝ & potuũ excuſat̃. Cũ
ẽt legat̃, q pc̃tm̃ Sodomæ fuit abũdã-
tia panis, & diabolus tentaturus dñm *Iuxta ta-*
nõ de alio aliquo quã de pane tentauit, *mẽ Hebra-*
ſciens profectò in nimio ſumptu panis *iſmum no-*
pc̃tm̃ nõ deeſſe, q primos parẽtes & per *mine*
ipſos oẽs hoíes unius pomi comeſtione *læhem. i.*
decepit: quãuis nõ ita facile in cibis uili *panis, cib9*
bus mẽſura excedat̃, ubi ſapor nõ deci- *omnis in-*
pit̃, ſicut in cibarijs laute p̃paratis & ſa *telligitur.*
poribus alteratis. Ardẽter comedere ẽ
cibos uel potus cũ nimio deſiderio ſu-
mere, qd' tã in uilibus, q̃; in delicatis põt
cibarijs euenire. Cuius rei exẽplũ habe
mus in Eſau q uilis cibi delectatione at
tractus ultro uẽdidit primogenita ſua.
Ita. n. hẽt Geneſis, quia ueniẽte Eſau de
agro uidit Iacob frẽm ſuũ coquentẽ lẽ-
ticulam, cui dixit, Da mihi de coctione
tua hac rufa, qa oppido laſſus ſum. Et
facta pactione cũ Iacob de uenditione
primogenitorꝝ, comedit in uoracitate
coctionẽ nimis deſideratã, & dignitatẽ
primogenitorꝝ amiſit: qa. n. nimiũ ardẽ
ter deſiderabat lẽticulã, En, ĩqt, morior,
Quid mihi pderũt primogenita? Nõ ẽ
dubiũ, qn ardẽter comederit acceptũ,
qd' tã ardẽter fuerat deſideratũ. Miſere-
re dñe miſericordiſſime Ieſu mihi miſer-
rimo pc̃tõri, q nullã diẽ ſine pc̃tõ hmõi
me ſentio p̃terire, ne p talẽ exceſſum fi-

dei tuæ, qua tibi genitus ſum, merear p-
dere dignitatẽ. Ecõtra & ſanctiſſimos
Eliam & Ioan. Baptiſtã carnibus nullis
uſus fuiſſe accepimus, & p ſobrietatem
tẽperantiæ eos nullũ ex hoc oíno meri-
tũ pdidiſſe. Studioſe comedere eſt in ci
bis uel in potibus nimis diu immorari.
De hoc exptis loqmur, & utinã nõ eſ-
ſemus expti, nec unq̃; expturi. Frequen-
ter ſolet accidere, q ſumptis cibarijs q̃
ſcd̃m cõſuetudinẽ neceſſitati ſumentis
poſſent & dr̃ent ſufficere, q̃dã ſurgat no
ua delectatio: q̃ facit hoíem improuidũ
& inſidias diaboli nõ cauẽtẽ illi cibo cũ
tãto ſtudio inhærere, tanq̃; nihil añ co-
mederit, uel intra multos dies poſt hoc
nil ſit ſumpturus ciborꝝ. Et qa gulę ſpe-
ciem ĩ ſe dep̃hendũt auxiliãte deo huic
facilè pñt reſiſtere: qa impetus eius nõ
lõgius durat, q̃; dũ à mẽſa ſurgat̃ & illi9
quod tanto ſtudio deſiderat̃, memoria
ſubducat̃. Sũt aũt plurimi q tale ſtudiũ
comedẽdi nec pc̃tm̃ exiſtimãt, nec etiã
cuiq̃ ſuggerẽti eſſe pc̃tm̃, fidẽ adhibeãt,
hñtes in cõſuetudine dãnabili, nulli deſi
derio reſiſtere, qd̃ poſſit à natura aliqua
obũbratione defendi: nec ponũt aliquã
metã deſiderio comedendi, donec tpe
deficiãt fatigati. Sed chriſtianus hõ co-
medit ut uiuat, nõ uiuit ut comedat, ſi-
Horatius cut quidã ait, idq́; & illud bñ de inutili
bus & uoracibus, Nos numerus ſumus
fruges cõſumere nati. Xp̃ianus aũt non
ſic, ſed ſp ita ſurgat de menſa, ut adhuc
hẽat appetitũ plura ſumẽdi, & eũ q ad-
huc eſſet implendus cibarijs dño Ieſu p
grato munere conferat appetitũ, qui p
nr̃a ſalute ſæpius eſurire uoluit & ſitire.
His & alijs ſiĺibus rõnibus unus aliqs
inductus tanta ſe abſtinentia macerat:
ut nimia conſumptus inedia languores
ĩcidat diuturnos, ut ſibi nec alijs ualeat
oíno predeſſe, imò fiat ẽt oíbus grauis,
q ſi grauarent̃ ip̃e potius alleuiare dr̃et.
Quis iſta docet? Quis iſta ſapiẽs faciet?
Idem. Ignorãt tales, q uirtus eſt mediũ uitiorꝝ
utrinque reductũ. Eſt. n. quoddã mediũ
inter nimis comedere, & nimis abſtine
re. Et illud mediũ eſt uirtus. Hoc eſt tm̃
ſumere alimentorꝝ, ne nimis debilitetur
natura, nec tm̃, ut uitia uegetent̃. Qd' ſi
oíno tale mediũ ſeruare nõ põt, tñ hoc
cauere põt: ne nimis à medio recedat̃. i.
ut ille q nimis comedit, q̃; debeat: non
nimis abſtineat, ut ille q comedẽdi mẽ
ſurã excedit, eã nõ nimis excedat, ita ut
corpus nõ nutriat̃ uitijs, ſed uirtutib. cõ
ſeruet̃. Qr̃ aũt flos croci abſtinentiã ſi-
gnat, color ipſius oñdit: facit. n. ſuos cul
tores abſtinẽtia croceos flori croci aſſi-
miles. Nõ. n. põt facies eſſe rubicunda,
cũ ſtomacho abſtinẽtię. Multitudo aũt
florꝝ croci multas ſpẽs deſignat. Nõ. n.
eſt abſtinẽtia ſolũmodo cibi & potus:
ſed ẽt ſomni & laſciuiæ & ueſtimẽtorꝝ
& aliorꝝ quorũlibet cõmodorũ, q̃ cor-
pori ſupflue tribuunt̃, uel balneorũ, un-
guentorꝝ muſicorꝝ inſtrorꝝ, & cantile-
narũ & cæterorũ h9 q̃ ſenſus humanos
corrũpũt, aíumq́; ſubuertũt. Quod aũt
q̃dã folia rubei ſunt coloris ſignat chari
tatẽ ſp dr̃e immiſtã eſſe opibus abſtinẽ
tiæ: quia ſiquis ſine charitate corpus
ſuum ita tradat, ut ardeat, nihil eí pro-
deſt. Quoſdam enim eſſe qui non pro-
pter charitatem dei, ſed propter uanam
gloriam ſe macerant abſtinendo, oſten
dit ipſa ueritas dominus Ieſus dicens
diſcipulis ſuis: Cum ieiunatis, nolite
fieri ſicut hypocritæ triſtes, qui extermi
nant facies ſuas, ut uideantur ab homi-
nibus ieiunantes. Amen dico uobis
receperunt mercedem ſuam. Quare?
Quia non ſunt uerus crocus, qui carent
rubris folijs charitatis, ſine qua nullum
opus perfectum eſt. Ipſa enim eſt uir-
tus, de qua dicitur: Qui habet unam, ha
bet omnes, quam qui non habet, illud
quod habet auferetur ab eo.

De odore florum uitis. *Cap.* 43.

IAm ad odorem florũ uitis nr̃æ
accedamus, rogãtes ipſum dul
ciſſimum Ieſum, ut ſui odoris
dulciſſimi fragrantia corda nr̃a dignet̃
aſpirare, ut de ipſo dulcia & ſentire &
dicere ualeamus. Quid autem dicere de
hoc odore poterimus? Mirabilis & ſu-

pra quam pōt credi aut cogitari, inæſti-
mabilis eſt iſte odor uitis nr̄æ. Floruc-
runt & alij ſancti palmites, in q̄bus ipſe
ꝓfecto floruit: ſed certiſſime uiri illi ſoli
capiti nr̄o optimo Ieſu clamabant nem
pe illa ſp̄ualis ſponſa: Meliora ſūt ube-
ra tua uino, fragrãtia unguẽtis optimis.
Oleū effuſum nomē tuū, ideo adoleſcē
tulæ dilexerūt te. Trahe me poſt te: cur
remus in odorē unguentoꝝ tuoꝝ. Nō
eſt miꝝ ſi odor eſt inæſtimabilis nimis,
q̄ de hac uite nr̄a florēte ꝓcedit: ſi noīa
ישוע eius diligētius attēdamus, q̄ ſunt Ieſus,
xp̄s, Nazarenus. Ieſus aūt, ut ſcitis, ſalu
taris uel ſaluator interp̄tat̃, de quo pſal
mus: Cōuerte nos deus ſalutaris nr̄. Et
iteꝝ, Saluaſti nos de affligētibus nos.
Quis autē in afflictione poſitus ſaluari
nolit? Si uis ſaluari & attrahi odore h⁹
nois ſalutaris, q̄d effuſum eſt, ſicut oleū:
incipe delectari in dulciſſimo Ieſu, & cō
fidēter req̄re in uero ſalutari ſalutē, non
imitādo illos q̄ lætant̃ cū malefecerint,
& exultāt in rebus peſſimis, in q̄bus ſa-
lutē ſuā cōſtare putāt: ſed potius eā, cu-
ius ſp̄us exultauit in deo ſalutari ſuo, q̄
nois h⁹ ſalutaris odorē tāto ſuauius at-
traxerat, ꝑfectiuſq; ſenſerat, quāto illi fi
de, ſpe, & charitate uicinior fuerat, quę
ip̄m de ſuis uiſceribus genuerat, nempe
ueꝝ & ꝑfectū deū & hoiem, ſalutarem
Ieſum. Nō ignorabat. n. qualiter ſine oī
carnali cōcupiſcētia cōceptus, quaľr ſi-
ne oī dolore ex ipſa natus, q̄uo à paſto
ribus p̄dicatus, q̄uo à Magis adoratus,
q̄uo uirgineo lacte ſuo nutritus, q̄uo à
Simeone & Anna cōmendatus. Noue
rat, inq̄, hæc oia & multo plura uirgo il
la fideliſſima & ꝑfectiſſima fide ſaluta-
rē ueri ſalutaris ſequebat̃ odorem. Nec
poterat nō ſperare in eū, quē fide ꝑfectiſ
ſima cognoſcebat & poſſe, & ſcire, &
uelle ſaluare oēs deſiderantes ſalutem.
Quātū. n. q̄s credit, tm̄ ſperat: quātū ſpe-
rat, tm̄ amat. Quāto ergo hæc optima
mr̄ ꝑfectior fuit ī fide, tāto ī ſpe fortior,
& in charitate feruētior, oēm cogitatū
ſuū iactās in eū. Oleū. n. effuſum eſt no-
mē tuū. Qr̄? Quia oleo nutriunt̃ infirmi,
paſcuntur famelici, lumina reparantur.
Quis. n. tā infirmus, q̄ hoc oleo ſalutari,
noīe. ſ. ſalutiferi Ieſu curatus non fuerit,
dū modo uelit curari? Ita. n. ait ipſe ſal-
uator cuidā languēti, q̄ iacebat ad piſci-
nā ꝓbaticā: Vis ſaluus fieri? Et ille, Dn̄e
hoīem nō hēo: ut cū mota fuerit aq̄ mit-
tat me in piſcinā. Stulte, ecce oleū ſalu-
tiferꝝ ſalutaris Ieſu, cuius nomē eſt, ſic-
ut oleum effuſum. Quid tibi cum aq̄? Si
uis recipe ſalutē, ecce fons olei miæ, in
quo te nullus ꝓhibet baptizari, c⁹ no-
mē eſt effuſum oleū. i. oībus gentib. ma
nifeſtū, quo oleo uncti infirmi ſanant̃.
Qūo cū audis & intelligis ſupeminētē
miſericordiā optimi Ieſu, quē ꝑꝑ te redi
mendū deſurſum p̄ris deſcendit ad ter-
ras, te miſericordiſſima paſſione rede-
mit: nō oborit̃ tibi certa ſpes, q̄d te re-
demptū tāto p̄tio nolit perdere, quā de
cœlo uenit redimere. Iā ergo ſic cogitā-
ti, ſic ſperāti oleū nois Ieſu tibi effuſum
ē. Vnge te ut ſaneris. i. ſpera in mia ſalua
toris, q̄ ſaluat oēs ſperātes in ſe. Nihilo-
minus aūt & oleū hoc paſcit te, ſi fame
licus es: Si eſuris, uerbū eſt. In hoc uer-
bo dei optimi Ieſu inuenis, q̄d te ſatiet,
ſi dictis & factis eius aurē cordis tui ue-
lis inclinare. Sanat. n. aīam eſurientem,
quicquid dixit uel fecit dulcis Ieſus. Q̄d
ſi eſuris & ſitis iuſtitiam: ſanabit te uer-
bū oris eius, qui dixit: Beati q̄ eſuriūt et
ſitiunt iuſtitiā: q̄m ipſi ſaturabunt̃. Ad-
det quoq; ignē, ad oleū: q̄d huic noī Ie
ſu optime cōuenit: q̄a h⁹ nois uirtute fi-
des confirmatur, charitas exardeſcit.
Pauci enim fidem habuerunt ante hu-
ius olei effuſionem, id eſt, ante prædi-
cationem nominis tui ô bone Ieſu: pau-
ci igniculo charitatis arſerunt. Sed ecce
illa effuſione, quanti fide illuminati?
Quanti charitate conflagrarunt? De-
dit odorem, id eſt, bonam famam o-
leum nominis tui effuſum oleum Ieſu,
& patuit te eſſe etiam Chriſtum, id eſt,
unctum. Sic enim ait pſalmus de te,
Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ
præ conſortibus tuis. Ergo & oleum
unguentum eſt: quia unguentum de
oleo

oleo & aromatibus conficitur. Quid er
go miꝝ, ſi hæc uitis admirabilem dedit
odorē, quæ & uncta eſt & florēs? Na-
Nezer. i. flos, ramuſculus tenellus. zarenus. n. florens interp̄tat̃. Vitis ergo
nr̄a xp̄s. i. Nazarenus. i. ſalutaris uncta
& florēs q̄ non attraheret oēs, q̄ ſalutē,
gloriam, diuitias, uel delicias concupi-
ſcūt? Veniēt oēs ad uitē hāc. Dabit. n. Ie
ſus ſalutē, q̄a ſalutaris eſt: dabit xp̄s re-
gnū, in quo gl̄ia cū diuitijs hr̄, q̄a unct⁹
eſt, q̄d proprie ad reges ꝑtinet: dabit
Nazarenus delicias, q̄a florēs eſt. Quid
enim iucūdius flore? Multi aūt imò om
nes. i. oīum uirtutū flores in nr̄o Naza-
reno ſunt, quaꝝ delectabili odore totū
mūdū traxit poſt ſe. Nā q̄ ueniūt ad ip-
ſum ꝑꝑ humilitatē uiolæ, eius ſequūtur
odorē, q̄ ꝑꝑ caſtitatē, lilij, q̄ ꝑꝑ charita-
tem, paſſionis roſæ, q̄ ꝑꝑ abſtinentiam,
croci ſequunt̃ odorē. His ergo uirtutib⁹
optimi Ieſu xp̄i ubiq; p̄dicatores tanq̄
quodā p̄tioſo unguēto effuſo extraxerͭ
odorē eius adoleſcētulæ, & odore eius
mirifico delectatæ cucurrerūt poſt un-
ctū Ieſum. Et adhuc nimiꝝ currunt cla-
mātes in toto corde ſuo: Trahe me poſt
te, ut curramus in odorem unguentoꝝ
tuoꝝ ſciētes, q̄d neq; uolētis, neq; cur-
rentis: ſed ſolius dei miſerētis eſt. Suꝑat
aūt oēs odores oīum uirtutū uncti Ieſu
odor crucifixi, ubi ꝑfectio p̄cipue efflo-
rebat, & de floribus uulneꝝ ſuoꝝ inęſti
mabilē odorē effudit. Fracto. n. alaba-
ſtro mūdiſſimi corꝑis uirginalis dulcis
Ieſu, effuſum eſt unguētum ſacratiſſimi
ſanguinis. Ipſa quoq; aīa, in qua ſine du
bio redolebat unguētū ſpiritus ſeptifor
mis, emiſſa, dilatatus & diſperſus eſt o-
dor uitis nr̄æ florētis nō ꝑ terras ſolum,
ſed & ꝑ inferos, & ſuſcitati ſunt mortui
q̄ tam ad uitā corꝑis quidē, q̄ ad uitam
aīæ quotidie ſuſcitant̃. Quia dom⁹ Xp̄i,
. i. eccleſia impleta eſt ex odore unguēti
nr̄æ uitis p̄cipue in paſſione florentis.
Cōſciſſus eſt ſaccus corꝑis dn̄i Ieſu, ce-
ciderūt grana ſanguineaꝝ guttaꝝ, quę
adhuc à fidelibus mēte colligi p̄nt & ab
accedētibus ad crucē fideľr ac deuote
colligunt̃. Pretioſiſſimus uero theſaurus
& incōparabilis, guttæ ſunt ſanguinis
Ieſu xp̄i. Accede huc ô fidelis aīa & col
lige tibi reliq̄as epulaꝝ ſp̄oſi tui: micas
gratiſſimas, folia roſaꝝ. Ecce in quanta
multitudine diſtillāt de manibus ſiľ &
pedibus, necnon & de latere dulciſſimi
crucifixi xp̄i Ieſu. Non eſt morbus aīæ,
cui his floribus mederi nō poſſis. Colli
ge tm̄ folia floꝝ florētis Ieſu, ſtillas ſan-
guinis rubicūdi: & tanq̄ pilulas, ſine q̄-
bus eſſe nolo, in cubiculo cordis tui re-
cōde. Erit tibi illaꝝ ſapor & odor ī me
dicinā ſalubrē, morbos ſi q̄ fuerint, repel
lentē, uēturoſq; cauentē. Vide tm̄, ne un-
quā ſine illis eſſe uelis, q̄ uere nomē h̄nt
quolibet fideli dicente, ſine quibus eſſe
nolo. Hauri ergo toto cordis tui affectu
odorē uitis ueræ Ieſu xp̄i Nazareni, &
delectare in illo ſicut pr̄ cœleſtis in illo
delectatus fuit: ut uere dicere potuerit,
Ecce odor filij mei: ſicut odor agri ple-
ni, cui bn̄dixit dn̄s. Vere pleni, ī quo ha-
bitat oīs plenitudo diuinitatis, in quo
oēs theſauri ſapiæ & ſciæ recōditi ſunt.
Eſt aūt adhuc cā q̄r tāto crucifixus o-
dore fragrauerit. Modicus uel nullus ē
odor corꝑis cuiuslibet aīalis uiuentis:
ſed cū igni caro appoſita fuerit, q̄ ſua-
uis, q̄ delectabilis inde procedat odo-
ris fragrātia, nullus ignorat. Attēdamus
ergo, q̄s & quātus ignis corꝑis nr̄æ ui-
tis appoſitus fuerit: fragrabat interius ī-
cēdio charitatis immenſæ, exterius paſ-
ſionis ardore ueriſſimū & gratiſſimū, et
ſaluberrimū holocauſtum in ara crucis
crucifix⁹ Ieſus. Q̄d holocauſtū ſiľe iſti?
Nullū uero: q̄a nullū ſic totū incenſum
dr̄, & ſi iſtud dicebat̃ uere holocauſtū,
quod totum ardebat, cum tn̄ ibi arde-
ret ſola caro, quanto uerius noſtra uicti
ma dicetur holocauſtum, quod intus et
foris incomparabiliter ardebat? Arde-
bat & totus Laurentius, Vincentius,
alijq; q̄ plurimi, ſed nihil ad hunc. Quis
enim ardori fornacis crucis aliquod au
deat ſupplicium comparare? De quo
ſuperius nos multa meminimus poſuiſ-
ſe exempla. De holocauſto igitur nr̄o
crucifixo Ieſu incomparabiliter arden-

te inæſtimabilis nimis odor proceſſit. Odoratuſq́ eſt dn̄s deus p̄r odorē ſuauitatis: & bn̄dixit nobis, auertitq́ iram indignationis ſuæ lōge à nobis pace integra reformata, & ſanguine rubicūdi Ieſu tā nr̄o, quā ipſius participe pacis æternæ obſide exiſtēte. Odorauerunt & alij plures ab oriēte & occidēte, ab aq̄lone & meridiano occurrentes, & ad hoc dulciſſimi odoris corpus floridum cōgregati: ut de eo ſe ſatiēt, illo tn̄ integro ꝑmanente impleuerūt ipſius dulciſſimi Ieſu uerbū dicētis, ubi fuerit corp⁹, ibi cōgregabunt & aq̄læ. Sed iam non cruda caro iſta comedit, optime percocta cū ſit duplici igne charitatis & paſſionis. Vn̄ tā delectabili odore inebriati non ſolū uiri natura fortiores: ſed & uirgunculæ tenerrimæ currūt toto cordis affectu oĩbus uiribus animi ad delicias crucis, hauſturi delicias cordis ſui quātū in p̄nti uita licet unguentoꝝ defluentiū largiter ab holocauſto nr̄o tā ualidis ignibus ardēte. Non paꝝ.n. delicatū ardentis corꝑis adauxit odorem ſp̄ualium unguentoꝝ odor.i. gratuitoꝝ collatio, q̄ poſt paſſionē à dn̄o Ieſu apoſtolis ſunt collata. An̄ paſſionē.n. ſp̄s nondū erat datus, q̄a Ieſus nondū erat glorificatus: humiliato aūt & exaltato pio Ieſu defluxit unguentoꝝ ſp̄s ſancti à capite.i. à xp̄o.i. uncto in barbā.i. ĩ eos qui uiril̄r egerūt & cōfortati ſunt, ut ſperarent in dn̄o: & nō ſolū in barbā Aaron.i. nō ſolū xp̄i ap̄l̄is datū unguētum hoc, qđ liquefactū fuit igne paſſionis xp̄i, ut daret odorē bonæ opinionis ꝑ oēm terrā: ſed qđ deſcendit in orā ueſtimēti.i. in infima membra eccleſiæ q̄ eſt tanq̄ Xp̄i ueſtimentū. Vn̄ ſcriptum eſt, nouit dn̄s, q̄a his oĩb⁹ tanq̄ ueſtimēto indigetis. Qđ ita impletū eſt & adhuc implet, ut ēt in nationes ſp̄s ſancti gr̄a diffundat, & ſentiant Xp̄i odorem ſp̄ualis unguēti de ſummo capite oĩum defluēte, quo mūdæ fiāt adoleſcētulæ: ut attrahāt & diligāt unctū nr̄m, & currant in odorē unguētoꝝ illius. Nec mirum ſi uehemēter delectent duplici odore uitis nr̄æ: uno q̄ ex unguētis, altero q̄ ex floribus ꝓcedit. Odorant & odoratū ſequunt Ieſum, imitātes beſtiā quandā q̄ odore cocti panis & recentis ita delectatur, ut ubicūque illū ſenſerit, illū ſequat ēt uſq́ ad interitū. Ecce ipſo teſte panis uiuus, q̄ de cœlo deſcēdit decoct⁹ duplici igne charitatis & paſſionis odorē ſuū lōge lateq́ diſpergit. Quis hunc nō ſequat? Seq̄tur irrationalis beſtia odorē panis cocti & cōſumēdi. Non ſeq̄tur hō rōnalis odorem panis bis cocti angeloꝝ? Imo ſtultior eſt q̄ beſtia: qui illius odoriferi panis odorem non intelligit & honorem. Sed præterire non poſſumus, quod tranſituri mare panem biscoctum neceſſarium hn̄t, Quicūque ergo ſe in hoc mari magno h⁹ ſeculi eſſe cognouerit, qđ quia ſpacioſum eſt cito tranſire non pōt, & ꝑꝑ reptilia quorum non eſt numerus, periculoſum eſt quia & uentis & tempeſtatibus ſæuit, ſi ſecurus uult eſſe, habeat hunc panem coctum fortiſſimum Ieſum in naue crucis ſuæ quem comedat, quē adoret, quo reficiatur, quo conſoletur, quo ut br̄ dicam, ab oĩbus periculis eruatur. Si.n. ut ait pſalmus, illic naues pertranſibunt.i. homines in crucibus ſuis Ieſum ſequentes, quæ nauis potius pertranſit, q̄ nauis crucifixi Ieſu? Scđm u̇o Pauli ſn̄iam dicentis, Quia Chriſto confixus ſum cruci, crucifigamur & nos cum Chriſto, crucem eius, imo ipſum in cruce indeficienti cordis affectu amplexemur, in uiuifico odore delectemur ardentis Ieſu, qui de ſe dicit: Ego quaſi uitis fructificaui ſuauitatē odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis, cuius ſpiritus eſt ſuper mel dulcis. Eius inquam odore delectemur, unguentis chariſmatum eius foueamur, pane cœleſti.i. corpore ſuo puriſſimo confortemur: ut corpus eius edentes ſanguinemq́ pro ſalute noſtra effuſum in noſtram ſalutem bibentes guſtare poſſimus, & uidere licet per ſpeciem in ęnigmate, quia ſuauiſſimus eſt dn̄s, ut etiam ipſius promiſſio perficiatur in nobis, quātum in p̄nti uita fas eſt, qui dicit: Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient.

Quod flores inueniendi ſunt in uite noſtra,

Capitulum 44.

Poſtremò uideamus. q̄a flores & uiſum delectāt & odoratū. Licet comedi nō ſoleant, ſuguntur tn̄ ab apibus & de liquore è florib⁹ expreſſo, dulciſſima ſibi mella cōficiūt. Apes eiuſmodi ut puto, ſunt illi, qui pennis contēplationis eleuari ſciunt & p̄nt, ſuaq́ ipſoꝝ p̄nt aluearia, hoc eſt, corporis, curam relinquere, & ad ortum deliciaꝝ tranſuolare, in quo oĩum floꝝ diuitias & diuites delicias inueniunt. Ortus.n. iſte paradiſus eſt. Ita habes.n. in Cantico amoris, Emiſſionis tuę ô uirgo Maria fœcundiſſima, paradiſus. Proceſſit.n. hinc paradiſus ab utero uirginali, omni flore, omniq́ fructu refertus, ſed fructibus interim dilatatus. Flores iſti⁹ paradiſi uideamus, legamus uel potius ſugamus. Cōuenit.n. ut talis modi apes ſimus, quæ ſciant ſugere mel de petra. Idem.n. eſt ortus & petra.i. Chriſtus. Si ergo flores quærendi ſunt, ubi potius q̄rentur, ubi promptius inuenientur, q̄ in dulciſſimo Chriſto? Manifeſti ſunt flores uirtutum & uulneꝝ eius. Stat ecce expaſſis manibus, nudo corpore, manibus ſimul & pedibus perforatis, capite inclinato. Confortare nunc & eleuare anima mea miſera & infirma, & alis fidei & ſpei ad hunc ortum charitatis enitere, & totum mentis intuitum per uaria diſperſum in unum collige, ac apum ſedulitatem imitans ad conficiendum tibi mel deuotionis, ad paradiſum charitatis aſcende, accedens ad cor altum: quia ecce quem quæris exaltatus eſt, humiliatus eſt. Non.n. eleuatus eſt in crucem, ut ſe difficilem præberet accedere ad eum uolentibus: ſed magis ut omnibus poſſet paratior inueniri. Accedens ergo cum fiducia ad hunc paradiſum in extentione brachioꝝ cognoſce, ſuſcipe affectum paratum ad tuos, & te ad ſuos inuitantis amplexus, & quodāmodo miſerabil̄r miſericorditerq́ clamantis. Reuertere, reuertere: ut intueamur te. Reuertere à mala uoluntate, à malis factis, ab obſtinatione, à deſperatione. Reuertere, inq̄, ad me: quæ à me auerſa fuiſti, ut intueamur te ĩtuitu gr̄ę, quo mulierem peccatricem, Petrum, latronem reſpexi. Lege me librum uitæ ſcriptum intus & foris: & lectum intellige. Collige tibi flores meos ſanguineos: ut paradiſi illius poſſis ianuam ĩtroire, an̄ cuius fores Cherubim collocat⁹ eſt cum gladio flāmeo ac uerſatili. Valet.n. ſcĩa quam ex me plenarie diſcere potes ad amouendum impedimentum Cherubim. Flores ergo ſanguinis mei gladij uerſatilis flāmas horrēdas ac tibi formidabiles extrahāt. Intra ergo ô aĩa paradiſum oĩbus paradiſis meliorem, nunc ſolo cogitationis quo potes affectu: ut poſtmodum aĩa et corpore et terreſtrem & cœleſtem paradiſum ualeas introire. Nec br̄ amplexandus eſt hic paradiſus, ſed uolandum eſt per ſingulos iſtius paradiſi flores, & ſingulorum florum folia ſunt ſugenda, nunc ad dexteram, nūc ad ſiniſtram riuulos et guttas ſanguinis ſpergētem propius & interius accedendum. Vnde libet quærenda deuotio & gratia lacrymoſæ compunctionis, utrinque conſiderandum, q̄ immites fixuræ clauoꝝ, q̄ amara uenarum, oſſiumq́ perfractio in manibus illius qui cœlum fabricauit & terram, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ, & inter horum conſiderationem frequenter repetendum: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, ad imitationē apis quæ inter uolandum ſemper quendam ſonum hēt, nec conticeſcit donec intra florem intrauerit: ubi mellis optati dulcedinē colligit & exugit. O q̄ felix eris, ſi poſtquam intra florentis paradiſi noſtri flores ſanguineos, uulnera dico, fueris intromiſſus: ab huius mundi ſtrepitu & tentationum incurſibus per dimidiā ſaltem horam omnino ualeas liberari, & ſoli ei ad quem introiſti uacans guſtare & intelligere poſſis, quam bonus,

quam dulcis eſt dn̄s? Sic luſtrandi ſunt & pedes non minus ſanguinis hn̄tes, nō minus q̄ manus, ꝑfoſſi & ipſi & ꝑfracti, ſanguineis manantes guttis. Tandē accedendum eſt ad cor humilimum altiſſimi Ieſu ꝑ ianuam lateris lanceati, ibi ꝓculdubio theſaurus ineffabilis deſiderabilis charitatis latet: ibi noua deuotio inuenit̄, inde lacrymaꝝ gr̄a extrahit̄, diſcit̄ manſuetudo, patientia in aduerſis, compaſſio in afflictis. Præcipue cor cōtritum & humiliatum ibi inuenit̄. Ipſe Ieſus complexus tuos deſiderat, talis ut cōplectat̄, expectat: caput floridū multis ſpinaꝝ aculeis confixū ad te iclinat, ut ad pacis oſculum te inuitet, tanq̄ dicat tibi: Ecce qūo configuratus ſum, qūo confoſſus, qūo mactatus: ut te poſſim ponere ſuꝑ humeros meos, q̄ aberraueras ouis mea & ad paſcua reducere paradiſi. Red de uicē & ſuper uulnera mea mīa cōmouere, & pone me talem, qualem nunc uides, ut ſignaculum, ſuꝑ cor tuum, ut ſignaculum ſuꝑ brachium tuū, ut in oīb⁹ cogitationib. cordis tui, in oībus oꝑibus brachij tui mihi talr̄ ut uides, ſignato poſſis ſil'is inueniri. Cōformaueram te imagini diuinitatis meę cum te creare, conformatus ſum imagini humanitatis tuæ, ut te reformarē: tu ergo q nō retinuiſti formam diuinitatis meæ tibi impreſſam in tua formatione, retine ſaltem formam humanitatis tuę mihi impreſſam in tua recreatione .i. ſi non retines qualem te creaui, retine ſaltem q̄lem te recreaui. Si non capis quātas uirtutū diuitias tibi dederim te creādo: cape ſaltem, quantas in humanitate tua miſerias ꝑꝑ te acceꝑim recreando, & ad potiores q̄ ad quas te formauerā, delicias reformando. Nam ꝑꝑea hō uiſibilis factus ſum: ut à te uiſus amarer, q in deitate mea inuiſibilis non amabar.

Da te ergo p̄mium incarnationi & paſſioni meæ: ꝓ quo incarnatus ſil' & paſſus dedi me. O' dulciſſime atq; amantiſſime Ieſu, pr̄ luminum à quo eſt oē datum optimum & oē donum perfectū, miſericorditer reſpice humilr̄ tibi confitentes, & uere ſentientes, q̄a ſine te nihil poſſumus facere, & q dediſti te pro nobis in p̄tium, da licet tanto p̄tio minus ſimus digni, ut tuæ gr̄æ tam integre reddamur, ut cōformati imagini paſſionis tuæ, ad eam quoq; quam peccando amiſimus, tuæ diuinitatis imaginem reformemur. Nec p̄tereundū eſt qd' apes de liquore floꝝ collecto fauum conficiunt .i. ceram in ſe mel continentem.

Quid eſt hoc? ꝑ ceram, tenacem memoriam accipe q̄ apta eſt ad recipiendum formā ſigilli, & ad nutriendū ignē, ſi tn̄ in ea ſit lignum: q̄ cera mel in ſe cōtinet dulciſſimum, mundificatiuū, deterſiuū. Nos uero ſi uere ſp̄uales apes ſumus de florib. nr̄i paradiſi Nazareni .i. orti florētis floridiſſimi Xp̄i nobis memoriam cōponamus tenacē, q non q̄libet tentatione diſſoluat̄, ſed apta ſit illa memoria recipere impreſſionem ſigilli .i. crucifixi Ieſu: ut illū ſꝑ in memoria hēamus q dicit, Pone me ſicut ſignaculum. Signaculum .n. regium Crux eſt: quā ſi in cordis noſtri memoria portauerimus, tāti regionem regis q̄ finem non hēt, ſecure poterimus tranſire. Hēt hoc ſigillū imaginem crucifixi Ieſu ī ipſo ſigillo crucis multis foſſuris effoſſam & exp̄ſſam ſicut in ſigillis imago regum exprimit̄ fodiendo. Hēt & ſuꝑſcriptionem titulū à Pilato conſcriptum, Ieſus Nazarenus Rex Iudæoꝝ. Huius ſuꝑſcriptionis ſignificationem ſp̄ualem conſequet̄. Siqs hoc ſigillum crucis geſtare curauerit tenaci memoriæ impreſſum, habebit Ieſum .i. ſalutem, qd' primum eſt in ſuꝑſcriptione. Salus aūt quæ ab omnibus ſanæ mentis appetit̄, in tribus conſiſtit ut quæ in tribus dictionibus exprimit̄. In hac dictione Nazarenus, qd' interpretatur florens: uoluptatem ſiue delectationem intellige, quia floꝝ pulcritudo delectat. Vnde in libro Sapientiæ luxurioſorum uoluptas exprimitur his dictis, Nullum pratum ſit quod non pertranſeat uoluptas noſtra. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. In hac dictione rex, diuitiæ exprimuntur. Sap. 2.

Reges .n. diuites eſſe ſolent ſuper oēs, quos regunt. In hac dictione Iudæoꝝ, gl'ia accipit̄: q̄a uno mō Iudæus gl'ians interpretat̄. Portitor ergo uoluntarius ſigilli regis nr̄i crucis crucifixi Ieſu fructum ſuꝑſcriptionis conſequet̄, ut ſit ſalus .ſ. ut uoluptatem conſequat̄ ſempiternam torrente uoluptatis ſūmi regis potatus, æternas quoq; diuitias theſaurizet in optimo Ieſu, in quo ſunt oēs theſauri ſapīæ & ſcīæ recōditi, in ipſo quoque gl'iet̄ ſine termino, q excelſus eſt ſuper oēs gentes, & c⁹ gl'ia ſuꝑ cœlos. Illuminat quoq; domum cordis nr̄i & fouet in eo ignem charitatis diuinæ. Cera tenacis memoriæ ꝑ lignum intelligitur, ita tn̄ ſi ſit in eo lignum .i. exercitiū ſp̄ualis laboris qd' ꝑ lignum intelligit̄ ſumptum de ligno, qd' multis laboribus cōteri ſolet, ut ad utilitatem aliq̄ ꝑducat̄. Si ergo in memoria nr̄a paſſionis Xp̄i laborem hēmus, pōt accendi & ardere charitas eius in nobis, q illuminat tenebras ignorantiæ nr̄æ, & accendit frigus tarditatis nr̄ę, ut & nos parati ſimus pati ꝓ illo & cum illo, q prior ꝓ nobis paſſus eſt. In tali cera memoriæ nr̄æ debet eſſe mel .i. delectatio de recordatione crucis, q̄ eſt mel dulciſſimū. Quid tam amaꝝ, qd' in recordatione uiuificæ paſſionis non poſſit dulceſcere? Certe legimus Hebræos cum exiſſent de Aegypto, ueniſſe ad aquam amariſſimā, quā nullus guſtare poterat: cui cum Moyſes lignum inieciſſet, dulcorata eſt, ſic ut eam delectabil'r biberent. Quid aptius ꝑ aquam amaram q̄ cuiuslibet aduerſitatis amaritudo ſignat̄, cui cum lignū crucis inijcit̄ .i. cum paſſio dulcis Ieſu cōſiderat̄, neceſſe eſt oēm paſſionem hoīs leuem uideri reſpectu paſſionis dn̄icæ quam ꝓ hoībus uoluit ſuſtinere deus et hō mediator dei & hoīm dn̄s Ieſus? Eſt & mel mūdificatiuum, q̄a uere nihil eſt, qd' ita ab oīm uitioꝝ impulſu & contagione cogitationem nr̄am purificet, & in puritate conſeruet ſicut iugis memoria crucis & paſſiōis dn̄i Ieſu. Eſt & mel deſcenſiuum, q̄a contra alioꝝ liquoꝝ conſuetudinem naturalem, qd' in melle eſt puriſſimum, ad ima deſcendit, feculentum uero aſcendit. Quid ꝑ talem deſcenſum, niſi uirtus humilitatis deſignatur? Quæ ꝓfecto uirtus in paſſionis dn̄icæ memoria acq̄rit̄ & conſeruat̄: q̄a nō pōt qs non humiliari, cum recordat̄ ꝓ ſe humiliatum dn̄m maieſtatis. Indignū q̄ppe eſſet hoīem lutum & cinerem ꝑ ſui eleuationem illuc aſcendere, ubi angelus ꝑfectiſſimus in oī ſcīa & decore, q̄a humilitate caruit, non potuit remanere. Colligamus ergo nobis in florib⁹ uitis nr̄æ dn̄i Ieſu talem memoriam, talem delectationem: ut ſtigmata crucifixi nr̄i in memoria iugiter retinentes ita in ipſo q ſolus eſt dulcis, delectemur: ut omnes ꝑ ipſum præſentis uitæ amaritudines ſuperemus, mundemur ab omni delicto, & in bonis operibus iugiter per humilitatis cuſtodiam conſeruemur.

De odore florum, *Cap.* 45.

SVpereſt ut dulci Ieſu adiuuāte dicamus, quid ſit qd ꝑ odorem floꝝ uitis oīa uenenata p̄cipue effugent̄. Cui⁹ rei rō citius inuenit̄, ſi qd ſerpentes ſign̄ant, agnoſcat̄. Qd' aūt de ſerpentibus dr̄, de alijs quoq; uenenoſis reptibilibus accipiatur. Quid autem melius per ſerpentes, quam diabolicas ſuggeſtiones accipiamus? Ad ſimilitudinem enim ſerpentum reptant occulte per mentes hominum, ſed ſubito niſi agnoſcantur, morſus mortales incautos affigunt, quod præfiguratum accipimus in filijs Iſrael in deſerto à ſerpētibus miſerabiliter interemptis. Huius interemptionis cauſam ponit Apoſtolus dicens, Neque tentemus deum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Quid eſt autem tentare deum? Non credere domino. Incredulitatis nanque uitio urgebantur, eoq; à ſerpentibus occiſi ſunt. Quid eſt autem deſertum, in quo occiſi ſunt, niſi hic mundus, in quo uagamur per baptiſmum tanquā rubrum tranſeuntes mare, liberati per noſtrum legislatorem dominum Ieſum

יהוד cōfitentes laudantes

מרה

à ſeruitute Aegyptiaca, qua ante ba-
ptiſmi gr̃am ꝑmebamur? Si aũt diligen
tius conſideremus, cuncta penè uitia ex
incredulitatis uitio inueniemus oriri.
Quis.n. uanam mundi gl'iam quæreret,
ſi ꝑfecte crederet aliam eſſe futuram in
cœlis imarceſſibilẽ: quam ocl's non ui-
dit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hoĩs aſcẽ-
derunt, q̃ humilib. conſeruanẽ? Putas'ne
huic gl'iæ mundanæ tã incertę, q̃ꝫ trãſ-
itoriæ aĩm inclinaret? Neq̃q̃ꝫ. Sed qđ ta
les aſſerũt ſe deo credere, ꝓuenit ex q̃-
dam conſuetudine, qa totum penè mun
dum tali uident & audiunt fide teneri.
Qđ ſi infidelium numerus excreſceret,
& nomen Xp̃i non poſſent ſine pœna
uel ſine timore confiteri: citius audire
deberes eos qđ corde gerũt, lingua ꝓ-
palare eum quem factis denegare non
timent. Sil'e eſt de auaris q cœleſtes nõ
curant diuitias, & de inuidis q charita-
tis laudem & ꝑmium non attendunt,
& de iracundis q in patientia aĩas ſuas
non poſſident, & de acedioſis q ꝓ æter
no commodo labore ſubire refugiunt
tꝑales, & luxurioſis q cœleſtib. uolupta
tibus mentis oculum non intendunt, &
de guloſis q panem illũ delicatiſſimũ
angeloꝝ ſuis epulis terrenis poſtpo-
nunt: quia ſi ea q̃ futura ꝓmittunẽ uere
crederent, neq̃q̃ꝫ terrenis tã ardẽter in-
hiarent. Propter ergo incredulitatẽ ſuã
danẽ non ſolum uulnerandi ꝑ tentatio-
nes, ſed ẽt occidendi ꝑ ueneni ſui infu-
ſionem ſerpẽtib. ignis. i. dæmonib. illius
maximi & tortuoſi ſerpentis primi per-
uerſoris miniſtris, q illos ſecum peruer-
tunt, & incendĳs æternis addicũt, quos
in hac uita incendio ſuaꝝ prauaꝝ ſug-
geſtionum corrumpũt. Sed remedium
attẽdamus, ꝑ qđ uitium incredulitatis
ſubiectũ eſt. Dixit dñs ad Moyſen: Fac
ſerpentem æneum: & pone in ligno ere
cto quem q intuiti fuerint, à ſerpentium
morſib. ſanabunẽ: c⁹ ſerpentis myſteriũ
ipſe dñs Ieſus curauit exponere dicens,
Sicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in de-
ſerto, ita exaltari oportet filium hoĩs: ut
oĩs qui credit in illo, nõ ꝑeat. Vides'ne,
quorſum feramur? prorſus ad exaltatũ
in cruce benignum Ieſum: q optime ſer
penti æneo & exaltato comparaẽ. Ser-
pens.n. dr̃ mortifer, qa ꝑ ſuggeſtionem
ſerpentis mors intrauit in orbẽ. Aeneus
uero, qa charitatis ſil' & paſſionis ignib.
conflatus, paſſionis ſanguine rubricat⁹,
ad modum æris in reſurrectione indura
tus eſt, qa ultra nõ moriẽ. Exaltatio aũt
ſerpentis, exaltationem crucifixi Ieſu fi
gurat. Hic eſt ſerpens quem increduli ſà
malignis ſpiritib. uulnerati ad credulita
tem conuerſi ſi uolunt ſaluari, reſpicere
cõmonenẽ. Eſt.n. ſerpens iſte de uirga
Moyſi trãsformatus. Per uirgam, q̃ eſt
inſigne regium, deum intellige: ꝑ ſerpẽ-
tem uero, c⁹ ſuggeſtione primi parentes
mortui ſunt, hoĩem mortalem accipe.
Mutata eſt uirga in ſerpẽtem, qñ uerbũ
caro fcm̃ eſt aſſumens qđ nõ erat. i. hu-
manitatẽ, manens qđ erat. i. deus. Sicut
ergo factus ſerpens Magoꝝ Aegyptio
rum ſerpẽtes deuorauit: ſic deus factus
hõ inimicoꝝ ſuggerẽtium pctã, & frau
des euacuauit, maxime tñ cum eſſet ex-
altatus in crucem, cum ſanguinis ſui flo
res oñderet, & floꝝ .ſ. uirtutum ſuarum
odorẽ ꝑ totum mundum effunderet, &
corda qbuſcunq; uitĳs uulnerata ſana-
ret. Reſpiciamus igr̃ & nos in faciẽ ſer-
pentis ænei, eleuati Xp̃i: ſi uolumus à
prauoꝝ dæmonum ſuggeſtionibus ſer
pentinis liberari. Reſpicere aũt fide, in
ip̃m tendere eſt: qđ nõ infirma, ſed for-
ti & ꝑfecta fide complẽ. Sunt aũt qui
quidem ore confitentur, qm̃ chriſtiani
ſunt, factis autem negant, quos non pu
to fide tendere in crucifixum pium Ie-
ſum. Vt autem hic per ſimilitudinẽ ali-
quo modo oñdamus. Sil'is eſt.n. fides
uino qđ tm̃ colorem hẽt uini, ſed à ſa-
pore ueri uini & uiribus eſt alienum: cu
iuſmodi uinum nõ credo fidel'r deo ac-
ceptum, ſed q̃le in Cantico Canticoꝝ
laudaẽ, ubi ipſe ſponſus ad ſponſam ait,
Guttur tuum, ſicut uinũ optimũ. Et illa
ſtatim rñdet, Dignũ dilecto meo ad po
tandũ, & dentib. eius ad ruminandum.
Et poſt pauca, Dabo, inqt, tibi uinũ cõ-

ditum & mixtum maloꝝ granatorum
meoꝝ. Ecce q̃le uinum erit placens di-
lecto: & qđ in amorem noſtri illum ac-
cendat. Eſt nanq; uinum optimum qđ
eſt fides ꝑfecta, cordis ſnĩa & oris con-
feſſione pariter concordante. Et quod
ſubdiẽ, dabo tibi uinum cõditum, fides
bonis uirtutum operib. condita & ex.er
citata intelligiẽ. Tali fide tendiẽ & intẽ
diẽ in pium deum non fide ficta, operi-
buſq; carente, ſine quibus fides mortua
eſt. Demus ergo dilecto nr̃o pio deo ui-
num optimum fidei ꝑfectæ, & uinũ di-
uerſis aromatib. uirtute ſaporoſum, &
ſic intueamur in faciem eius ꝓ nobis ad
ſil'itudinem ſerpentis ænei in cruce ſu-
ſpenſi. Et quoties alicuius ſerpentinæ tẽ
tationis morſu nos cognouerimus uul-
neratos, ad crucem curramus & thro-
num crucis qñq; ignominiæ, nunc ſũmę
gl'iæ accedamus, & fide, & ſpe, & cha-
ritate liberatorem pĳſſimum intenden
tes per mortem noſtri ſerpentis, q mor
tem antiqui ſerpentis occidit, à ſerpẽtũ
morſib. petemus ac poterimus liberari.

De fructu uitis noſtræ, Cap. 46.

Qua docente & ducente, ut ſpe
ro, nos ꝑiter pio Ieſu duce opti
mo & doctore ꝓlixiorem mul
tò q̃ꝫ ſperauimus, ſermonem habuimus
de floribus uitis nr̃æ: nunc eodem nos
adiuuante q uſq; in finem diligit & diri
git ſuos, in c⁹ manu ſumus & nos & ſer
mones nr̃i: ad fructum eiuſdẽ uitis aĩm
acclinemus, floꝝ diſpẽdium fructuum
compendio redempturi. Cõfortata eſt
.n. ſcĩa fructus uitis nr̃æ h⁹, & non põt
ad eam nr̃i ingenioli tarditas eleuari.
Vt ergo oẽs abſcindamus ambages: fru
ctus ꝑgramus. Præcipuè redẽptio eſt
plantata in terra bñdicta, in uirgine uir
ginũ Maria. Illa uitis uera, dulcis Ieſus
apparuit in natiuitate, ꝑciſa in circunci-
ſione, circunfoſſa in inſidĳs, perfoſſa cla
uis, ligata uinculis multiplicibus, fron-
duit in uirtutibus, fructificauit in paſſio-
ne: & redemit hoĩem, quem alio modo
redimi non cõueniebat. Sed dicis. Qũo
dr̃ in paſſione fructificaſſe, q paulò antè
dictus eſt in natiuitate floruiſſe? Nunqd
idem ſunt flores & fructus? An ita ſubi-
to ſine interuallo tꝑis fructus ſuum flo-
rem ſecutus eſt? Non.n. id uidemus fieri
in reꝝ naturis. Præcedũt.n. flores, & in-
tercedit multi tꝑis interuallũ, ut fruct⁹
ad maturitatẽ ꝑducaẽ: qđ nos ueꝝ qdẽ
eſſe fatemur. Veꝝ ea q̃ habemus ꝑ ma-
nib. nõ tm̃ humana, ſed & diuina ſunt,
uñ non ſequunẽ reꝝ naturas in oĩb. ſed
naturæ magis ſuũ ſequunẽ authorẽ. Qđ
uidelicet apertius intelliges, ſi diligen-
tius uolueris intueri in oĩ arboꝝ gñe, in
ortu fructus florẽ decidere & perire, in
hominibus quoq; & ferè cunctis ani-
mantibus fructus folioꝝ florẽ uirgini-
tatis abſcindit. Non ſic erat à natiuita-
te uitis nr̃æ. Btiſſima.n. mr̃ illius fructũ
qdem ꝓtulit bñdictum non amiſſo uir-
ginitatis flore immo magis per partum
mirabilem & mũdiſſimum eſt decora-
ta, ubi lex, ubi iura naturæ abſciſſa ſunt.
Non eſt igitur magnum ſi ſine tempo-
ris interuallo flores uitis noſtræ non ꝑ-
euntes fructus ſaluberrimus conſecu-
tus eſt. Protulit eum mater pulcer-
rima flore uirginali non perdito, pro-
tulit & ipſe fructum redemptionis no-
ſtræ floribus uirtutum non marceſcen-
tibus. Nec tamen caret ratione ma-
turitas fructus accelerata. Patet enim
quia ſecundum augmentum & diminu
tionem caloris, maturitas fructus uel
accelerat uel tardat. Vide ergo ma-
gnitudinem caloris, imò feruoris in pa-
tiente pio Ieſu, & non miraberis fructus
ſui accelerationem. Ardebat incom-
parabiliter charitatis intrinſecus, &
paſſionis extrinſecus igne, ut fructum
noſtræ redemptionis ſine mora pro-
duceret. Productus ergo botrus ille
optabilis cunctis patriarchis & pro-
phetis alĳſq; iuſtis ſcilicet redemptio
noſtra: quem fructum eccleſia non ſo-
lum ex his qui ſunt ſub tempore gra-
tiæ, ſed à mundi principio iuſtè con-
gregata dulcem ſibi fore gratulatur.
dicens de ſponſo in Cantico amoris,
Sub umbra illius, quem deſiderabam,

ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
Quid mirꝶ ſi redemptio iuſtorũ à dia-
bolica tyrannide, à tenebris & umbra
mortis, à carcere infernali, quo incluſi
tenebant̃, reductio in paradiſum ange-
lorũ cuſtodiæ deputat̃? Quid mirũ præ-
ſentiã Xp̃i fuiſſe delectabilẽ atq; uotiuã
tãto tp̃e expectati ac deſiderati? In affli
ctis.n.rebus conſtitutis tantò ſolet eſſe
gratior liberatoris aduẽtus, quãto fue-
rit diuturnior afflictio. Quãto.n.tp̃e pri-
mus Abel iuſtus primus martyr qui ſuã
paſſione primus liberatorẽ p̃figurauit,
expectauerat? quãdiu ipſe Adã & Eua
parẽtes nr̃i adhuc ẽt in inferno paradiſi
gaudia ad memoriã inuicẽ reuocantes
iſtã redemptionẽ ſitiuerãt cũ alijs ſc̃tis
& iuſtis, q ſe liberandos ſperabãt? Quã
to putas eos exultaſſe tripudio, cũ ille
crucifixus adueniret, angelis p̃cedenti-
bus & clamãtibus, Tollite portas prin
cipes ur̃as & eleuamini portæ æterna-
les & introibit rex gloriæ? Quanta pu-
tas eos alacritate cõtremuiſſe, & conſo
nis iubilis in cõem lætitiam ꝓſiluiſſe ac
dixiſſe: Aduenisti deſiderabilis, quẽ ex-
pectabamus ĩ tenebris: ut educeres uin
ctos de clauſtris. Te nr̃a uocabãt ſuſpi-
ria, te larga reqrebãt lamẽta. Tu fact⁹
es ſpes deſideratis, magna cõſolatio in
tormẽtis. O q̃ dulcis fructus reductio-
nis his, q in tãta & tam amara ſeruitute
fuerãt cõſtituti. Hic eſt fructus, de quo
ſpõſus loqtur in Cantico amoris: Dixi
aſcendã in palmã, & app̃hendam fru-
ctus eius. Quid eſt in palmã? in crucem
eius, cuius una pars de arbore palmæ
dr̃ facta fuiſſe. De quatuor.n.gn̄ibus ar
borũ facta fuiſſe refert̃. De cyp̃ſſo. De
credo. De oliua. De palmis. Cyp̃ſſus in
profundo, Cedrus in lõgo, oliua ĩ alto,
palma in lato, unde dicit Ap̃ſ: ut poſſi-
mus comp̃hẽdere cũ oĩbus ſanctis, quę
ſit latitudo, lõgitudo, ſublimitas, & ꝓ-
fundũ. Profundũ uero in cruce uocat̃ il-
lud lignũ qđ infixũ erat terræ ĩ quo ſta
bat lignũ erectũ & cui dorſum crucifixi
dñi applicandũ fuerat, qđ eſt crucis lõ
gitudo. Lignũ uero ex trãſuerſo illo ap-
poſitũ, cui manus erãt affixæ, latitudo
crucis noĩatur. Illud aũt, qđ à Pilato fuit
appoſitũ in quo titulus triũphalis fuit
ſcriptus, altitudo nũcupat̃. Hñt aũt ho-
rũ lignorũ ſingula ſuas myſticas ſigña-
tiones ſcđm naturas ſuas. Cyp̃ſſus.n.ti
morẽ ſiue humilitatẽ ſigñat, ubi eſt ra-
dix crucis p quã nõ ſolũ ſitus humilis,
ſed natura eius exprimit̃, qa ut dr̃: fugat
odore ſerpẽtes.i.diabolos, quorũ pro-
prius character ſupbia ab humilitatis
uirtute fugat̃. Cedrus arbor lõgitudine
p̃ſtans alijs arborib. lõgitudinẽ crucis.i.
pſeuerantiã ſigñat ſiue patientiã. Natu-
rali.n. ſua uirtute approbat̃, qa eſt ual-
de durabilis & corrũpi ex natura non
põt. Oliua uero arbor oleũ effundens p
quam mĩę opera ſigñantur, charitatem
ſigñat, quæ arbor bene latitudinem ha
bet crucis: quia lata eſt charitas, quæ
etiam ad inimicos extendi præcipitur.
Palma porrò arbor uictoriam ſigñans,
altitudinem crucis optimè ſignificat,
ſpem de ſupernis habendam, non ad in-
fima deprimendam. Hæc arbor habet
in ſe titulum triumphalem ſcriptum in
quo inuenitur fructus crucis. Prima.n.
dictio eſt Ieſus, per quam intelligitur
ſaluatio, quę idem eſt quod redemptio.
Ecce fructus crucis. Propterea.n. Chri
ſtus crucifixus eſt, ut redimeret hoĩem.
Quod autem ait, Aſcendam in palmã,
à parte crucis totam crucem ſigñauit.
Sed bene per palmam, in qua titulus ſi-
gnum redemptionis quæ fructus cru-
cis eſt, inuenitur. Sed dicet aliquis: Di-
cturus eras de fructu uitis, & dicis de
fructu palmæ? Quæ concordia eſt uitis
& palmæ? Ad quod ego: Palma crucẽ,
uitis uero ſignificat crucifixum. Dic igi-
tur, Nũquid diuerſus eſt fructus crucis
& crucifixi? Non puto. Ergo & idem
eſt fructus & palmæ & uitis. Aſcendit
uitis in palmam, apprehendit fructus
palmæ, non quos palma habuit ex ſe,
ſed ex uite in palmam extenta. Qua-
re ergo dicit ipſa uitis, Apprehendam
fructus eius, & non potuit dicere meos:
cum palma fructum habuerit à uite,
non uitis

non uitis à palma? Xp̃s non habuit hũc
fructum ſine palma, imò & p palmã.i.
p crucem: qa ſi Xp̃s crucifixus nõ eſſet,
non fuiſſet ſecuta redemptio. Apprehẽ-
dit ergo Xp̃s fructum crucis illum ꝓfe-
cto, quem ipſe p crucem fuerat opatus.
Sed habet hic botrus grana multa. ſ. im
pletionem ſcripturæ, uictoriã de diabo
lo, reſurrectionis gl'iam, aſcenſionis mi-
rabilem eleuationem, donorꝶ ſpũs ſc̃ti
miſſionẽ. De impletione ſcripturæ ipſe
dñs teſtimonium phibet dicens Petro,
Calicem quem dedit mihi pr̃, nõ uis bi-
bam illum? Quõ ergo implebunt̃ ſcri-
pturæ? qa ſic oportet fieri. Et in alio lo-
co, Nõne oportuit adimpleri oĩa, q̃ ſcri
pta ſunt in lege & ꝓphetis, & pſalmis
de me? Victoria đ diabolo, & ſi alio mõ
potuit, tñ alio mõ impleri non debuit.
Multum.n. deſipit, q ſapiam dei & dñi
aliud aliqd putat, niſi id qđ p̃ſtãtiſſimũ
fuit, ordinaſſe. Neceſſarium fuit eum p
hoĩem uinci, & p lignum, q hoĩem uice-
rat p lignum: ut unde mors oriebat̃, inde
uita reſurgeret, & q in ligno uincebat,
ĩ ligno quoq; uinceret̃. Qr̃ aũt p hoĩem
q erat deus, & non p ſimplicem hoĩem,
ſatis manifeſtum eſt: qa oẽs hoĩes pc̃tõ
erant obnoxij, & nõ poterat qſq; aliorꝶ
ſoluere uincula, q ſeip̃m ſoluere nõ uale
bat. Xp̃s.n. fortis, qui originali pc̃tõ ni-
hil debebat, eò qđ ſingulari priuilegio
naſcendi ſine oĩ carnali concupiſcentia
cõceptus erat, q ſolus eſt ĩter mortuos
liber, ſolus à morte poterat mortuos li-
berare, ſicut ait Ap̃ſ: Non habebat ne
ceſſe ꝓ ſe offerre ſacrificium, quẽadmo-
dum alij ſacerdotes, tam pro ſua, q̃ pro
ppl̃i ignorantia. Si aũt q̃rit̃ qr̃ deus
potius p ſe, q̃ p aliquam aliam creatu-
ram hoĩem uoluerit liberare, poſſumus
hoc qdem charitati eius imputare quã
ut nobis cõmendaret, non ſolum incar-
natus, ſed & mortuus eſt ꝓ nobis. Tra
didit nihilominus p hoc formam chari-
tatis, ut parati ſimus cum neceſſitas ex-
egerit pro fr̃ibus ar̃is aĩas nr̃as ponere,
cum regem nr̃m pro nobis aĩam poſuiſ
ſe uidemus. Eſt & adhuc alia rõnabilis
cã qr̃ p dñm redempti ſumus. ſ. qa ne-
quaq; decuit nos p alium reformari, q̃
p eum, p quem formati eramus. Plus.n.
excitat nos ad charitatem reformatio,
ſicut ſæpius ſupra dc̃m eſt, quam forma
tio. Si ergo p alium quam p ip̃m p quẽ
ſumus formati, reformati eſſemus: plus
reformatori nr̃o q̃ formatori debere-
mus, & ſic plus diligeremus creaturam
q̃ creatorem, qđ eſſet inconueniens. Vt
ergo incitaret nos ad diligendum ip̃m
ex toto corde, ex tota aĩa, & ex oĩbus
uiribus nr̃is, impendit nobis qdquid de
buit creando & recreando nos optim⁹
deus c⁹ bñficijs non cõicat alienus. Fru
ctum igr̃ redemptionis nr̃æ toto deſide
rio complectamur, & ſæpius imo ſine
intermiſſione ad memoriam reuocãtes
latentẽ in ipſo dulcedinem lingua intel
lectus nr̃i deguſtemus, & in uaſe memo
riæ nr̃e recondamus ſanguinem h⁹ uuę
meraciſſimũ, ſanguinẽ inq; rubicũdi Ie-
ſu: qa factus eſt nobis redemptio, qa p
ip̃m ſaluati & liberati ſumus. His flori-
bus, hoc fructu quo redempta eſt à ty-
rãnide dæmoniaca iugiter reficiẽda eſt
fidelis aĩa, ne in hoc tædioſo deſerto de
ficiat, in quo ſine rege, ſine intermiſſio-
ne laborat ſuſpirãs ad illã terram lacte
& melle manantẽ, & cum ſponſa ꝓcla
mans, Fulcite me florib. ſtipate me ma
lis: qa amore langueo. Nõ ignorat iſta
qs & qualis fuerit fructus uitis ligni ui-
tæ Ieſu Xp̃i. Nõnunq;.n. lectum cõſciæ
nr̃æ floribus uirtutum & paſſionis ſpon
ſi ſui reſperſerat quæ eidem in eodem
Cantico amoris proclamat: Lectulus
noſter floridus, non de alienis, ſed de
tuis floribus dulcis Ieſu. Veni ergo &
agnoſce tuos flores: requieſce in lectu-
lo tuis floribus adornato. His ergo
floribus petit à ſocijs ſponſi, ab annun-
ciatoribus uerbi dei ſe ſponſa fulciri:
ſciens profecto quid uirtutis habeant,
qualem effectum operentur in ipſa ta-
les flores p miniſtrum uerbi ad memo-
riam reuocati, quantũ ipſam in tentatio
nibus & periculis præſentis uitæ con-
fortent, quantum ad ſupnæ p̃riæ deſide

rium accendant, nec dubito qn eadem
ſponſa in ortum ſctāꝝ ſcripturaꝝ ſui
ſponſi qñq; fuerit introducta, ubi ꝓcul-
dubio lignum uitæ uitē ueram inuenit,
cꝰ alacriter fructum apphendit uoluēs
in mente ſua & reuoluens & intuens di
ligenter, ac ꝑſpicaciter q̄lem ex ardore
dilecti ſui, imò ex ipſo dilecto fuerit fru-
ctum cōſecuta: ſenſitq; infallibil'r, quā-
tum amoris ei debeat. quantum ad oīa
pericula ſuſtinenda merito debeat con
fortari guſtato ſpū fructuoſiſſimo, quē
ex arbore tam dilecta ſuſcepit. Optat
ergo ſibi ſæpius ad memoriam reuoca-
ri hos flores & hunc fructum: qa & il-
lis fulciri, ne cadat: & his ſtirpari, ne ali-
quo mō moueat̃, exorat: ſciens nimiꝝ
qd uirium habeant & illoꝝ odor & hꝰ
ſapor: Qđ aūt addit, Quia amore lan-
gueo, qd eſt, niſi qđ ſponſa deſiderio ſu
pernæ pr̄iæ accenſa dilationem diutur-
nam nō patit̃? Vñ in eodem, Filiæ Ierl'm
nunciate dilecto, quia amore langueo.
Quis eſt amor iſte tam ualidus & lan-
guorē inducens? Nunqd non eſt amor,
de quo ſcriptum eſt: Fortis eſt ut mors
dilectio? Qualis eſt iſta fortitudo, q̄ in-
firmitatem inducit? Rñdeant illi q in li-
bro expientiæ hꝰ qōnis ſolutionem ple
gerunt. Experientiæ dixi. Et qr̄ nō ſapię
quæ à ſapore dicta eſt? Qui ergo in li-
bro ſapīæ legerunt. i. qui ſaporem inter-
nū experti ſunt, dicant & doceant nos:
qs ſit iſte amor, q cū ſit fortis ut mors,
facit amantes languere uſq; ad mortē:
qa in morte hꝰ corporis & non ante ſa-
nanẽ. Poſſent qdem medio tp̄e dum in
uita hac mortali ſiue in hac morte uita-
li degunt, dilecti ac deſiderabilis florib.
& fructib. conſolari, at non ſatiari, do-
nec ueniat dies quem cū ꝓpheta deſi-
derant dicentes, Satiabor cum apparue
rit gl'ia tua. Et in alio loco, Adimplebis
me iucunditate cū uultu tuo: delectatio
nes in dextera tua uſq; in finem. De qua
dextera alias legit̃: Læua eius ſub capi-
te meo, & dextera illius amplexabitur
me. Et uide q̄; bñ iſta authoritas cum
ſuperiorib. concordat; ut lęua dilecti ap

pellet̃ recordatio illius charitatis, q̄ nul
la maior eſt q̄; ea q̄ poſuit aīam ſuam ꝓ
amicis ſuis. In dextera uero btām dei ui
ſionem, quam ꝓmiſit amicis ſuis & gau
dium de pñtia diuinæ maieſtatis. Meri
to illa dei & deifica uiſio, illa diuinę pñ-
tiæ ineſtimabilis dilectio in dextera de-
putat̃, de q̄ delectabil'r canit̃: Delecta-
tiones in dextera tua uſq; in finem. Me-
rito in lęua memorialis illa & ſp memo
randa dilectio collocat̃: ut donec tranſ-
eat iniqtas ſup eam, ſponſa reqeſcat &
recūbat. Merito ergo læua ſponſi ſub
capite ſponſę ſup quam uidelicet caput
ſuum inclinata ſuſtentet. i. uenientis ſuę
intentione incuruet̃, ne inclinet̃ ad car-
nalia & ſcl'aria deſideria, quia corpus
qđ corrumpit̃, aggrauat aīam, & depri
mit terrena inhabitatio ſenſum multa
cogitantem. Idem ergo p flores & fru-
ctum nr̄æ uitis & p læuam ipſius ſponſi
figurat̃: languoris aūt ſanatio p dexterā
eius. Per hos ergo flores & fructū ui
tis nr̄æ non petunt ſe fulciri, nec aliena
dilectione gl'iant̃ ſe ſuſtentari, qui ſpem
& fiduciam ſuam non in rebus caducis
poſuerunt: ſed illa tm̄ aīa quæ modo ꝓ
amore & deſiderio dilecti corporalibꝰ
& mundanis curis langunt, imò & mo
rit̃, cui & dr̄: Quæ eſt iſta quæ aſcendit
de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper
dilectū ſuū? De deſerto qppe hꝰ mundi
aſcendit, q̄ cor ſuum cum corde dilecti
in ea charitate cōnexuit, q̄rens ea q̄ ſur
ſum ſunt, nō q̄ ſup terrā. Vñ delicijs uir-
tutū affluit tanq̄; unguento delibuta di
uerſoꝝ aromatū, q̄ de dilecti paradiſo
collegit, ſequēs eū q ꝓ ea paſſus ſuū ipſi
reliqt exemplum. Vñ & bñ dr̄, Innixa
ſuper dilectum ſuum, non ſuper homi-
nem: quia maledictus homo qui confi-
dit in hoīe, & ponit carnem brachium
ſuum, nec ſup aliquas res terrenas quæ
oīa reputauit quaſi ſtercora, ut Xp̄m lu
crifaceret. Talis ergo aīa quæ nunc flo-
ribus & fructu uitis uerę ſpōſi ſui fulcit̃,
q̄ mō p̄amore illius lāguet uſq; ad mor
tem dicēs cū Iob, Deſperaui, neq̄; iam
ultra uiuā, talis inq̄; poſt hæc ſpōſi dul-

ciſſima dextera ineffabil'r amplexari, et
fructu æternæ iucunditatis ſatiari mere
bit̃, languore non ſolum ſanato, ſed &
aucto. Sanabit̃. n. languor intolerabilis
deſiderij in ꝑfruitione iucundiſſima dile
cti deſiderati, non tñ auferet̃, imò auge-
bit̃ idem deſiderium: ſed tūc non erit lā
guor, ſed depulſio faſtidij cū deſiderās
pleniſſime ſatiabit̃ deſiderato, & ſatia-
tus diſcet in ſatietate deſiderare mutua
& interminabili & inexplicabili gña-
tione, deſiderio gñante ſatietatem & ſa
tietate deſiderium pariente. ſed iam re-
uertamur ad uuam. Eſt tertium granū ī
botro redemptionis nr̄æ dñica reſurre-
ctio q̄ quantum habuit habeatq; dulce
dinis, qs explicet? Ponat aliquis tñ ſiqs
pōt, in corde ſuo magnitudinem ineffa-
bilem illius btiſſimæ & triſtiſſimæ paſ-
ſionis: uideat quanto deſperationis mœ
rore illa dilectoꝝ paſſi Ieſu corda ꝑcuſ
ſa fuerūt, uideat illaꝝ fidelium mulieꝝ
lamentationes q̄ dulciſſimum Ieſum ad
paſſionis locum euntem cum ſibi crucē
baiularet & cum dulciſſimam aīam ex-
piraret, non deſeruerunt. Videat p̄cipuè
illā tunc ſpectantem mulierculam, nūc
uero mundi dñam, mr̄em dñi, quā acu-
tus doloris gladius aīam eius ꝑtrāſierit.
Videat totius mundi machinam fabri-
catori ſuo compatiētem tetra caligine
inuolutam. Videat inq̄; hæc & tantę tur
bationi ſerenitatem tertiæ diei, & inſpe
ratā lætitiam lætiſſimæ reſurrectionis,
annectat recogitetq; ꝓpenſius cū quā-
ta exultatione ſuſcepint dñm à mortuis
reſurgentem, quem cum ingenti triſti-
tia uiderant morientem. Vide, cū quāta
iucunditate recompenſauerit in reſurre
ctione diſcipulos ſuam triſtitiam illā &
ſctiſſimā extremæ comeſtionis ſuæ cœ-
nam in q̄ dixit, Non bibam amodo de
gñatione uitis, donec bibam illam uo-
biſcum nouam. Ecce iam nunc reſurre
xit in gl'ia uitis uera: comeditq; & bibit
cū eiſdē diſcipulis cū gaudio maximo
ꝓculdubio, ſeq; dubitantib. aliquib. ui-
dendum pariter & tangendū exhibuit.
Nec putet qſq;, qđ reſurrexerit ad gau-

dium ſolis diſcipulis, imò & reſurrexit
nobis & toti mundo beatificans oēs, q
quamuis non uideant, credunt tñ ip̄m
paſſum fuiſſe pp̄ delicta nr̄a, & reſurre-
xiſſe pp̄ iuſtificationem nr̄am: qbus do
cemur, qm̄ ſi ſocij fuerimus paſſionis, eri
mus & reſurrectionis: & ut non dubi-
temꝰ mortalia corpora nr̄a reſurrectio-
nis gloria ſublimanda, cum caput nr̄m
morte turpiſſima condēnatum reſurre-
xiſſe credamus. Nam ſicut in Adā oēs
moriunt̃, ita & in Xp̄o oēs uiuificabun
tur. Primitiæ. n. dormientium Xp̄s; de-
inde hi q ſunt Xp̄i, in aduentu eius q ad
exemplum Xp̄i reſurgētis ad gl'iam ul-
tra non morituri reſurgent. Eſt & aſcen
ſio granum in botro redemptionis per
paſſionem factæ, dulce qdem granum
plurimum in ſe continens dulcedinis, fa
ciens gaudium cœlis & terris. Quis. n.
dubitet gaudiū magnū fcm̄ diſcipulis:
cum eū ut hoīem uiderent cœleſtia pe-
netrantem? Stabant aīs ſil' & cordibus
in cœlum erectis, animi ſui gaudium nō
capientes: ſed in uoce iubilationis eunti
dño gratulantes. Exultauit ꝓculdubio
& cœlum, oēs uidelicet angeloꝝ chori
purpurato ſuo dño nr̄ę carnis trabea oc
currentes & ſūma cum laude ſūmum
ſuſcipientes uictorem. Qđ ſi in unius iu
ſti ſiue martyris aīæ aduentu oīs ange-
loꝝ exultat chorus, quantum putas, in
ſingularis ſui imꝑatoris aduētu oīm or
dinum ſpūs exultaſſe? Humano igit̃ in-
tellectu ad hꝰ laudis & gaudij magnitu
dinem ſuccūbente, gaudeamus & nos
dulcedinem hꝰ grani recolēdam admi-
rando, diligēdo ſugamus, exultantes in
ſpū ſctō ꝓ eo q̄ carnis nr̄æ portio ī dul
ciſſimo dño ī ſūmo trinitatis throno ex
cellētiſſime ſit collocata intēdētes aīos
nr̄os quātū poſſumꝰ, poſt ip̄m & ī ip̄m,
ipſi ī humilitatis ſpū ſupplicātes, q̄tinꝰ
nos poſt ſe trahere dignet̃, ut ī odore un
guētoꝝ ipſiꝰ currētes ī illa cellaria, ī illā
ſup̄mā apothecā aromatū, ī illa īteriora
ſctā ſctōꝝ mereamur ītroduci, quo ipſe
Xp̄s caput nr̄m p̄ceſſit. Quintum botri
nr̄i granū miſſio ſpūs ſcti eſt. Quis uinū

iucũdiſſimũ huius grani ualeat explica
re? Vinum inq̃ & ſi magis placet, mu-
ſtum. Mox.n. accepto ab Apl'is & aliĳs
ꝗ cum eis erant expectãtib. ſpũ ſctõ in-
ebriati ſunt: eructauerunt uerbum bo-
num, loquebant̃ uariĳs linguis magna-
lia dei. Añ timore abſconditi, nunc cu-
currerunt foras: non iam timuerũt aquã
ppl'i frementis charitatis igne ſucceñſi.
Tunc ꝓ certo expiẽtes uerꝝ eſſe, ꝗ ſcri-
ptum eſt: Aquæ multæ non potuerunt
extinguere charitatẽ, & flumina nõ ob-
ruerunt illam. Irruerũt.n. in eos flumina
ptãtum, fluxerunt aquæ ppl'oſæ multi-
tudinis: flauerunt uenti ac ꝓcellæ cõmi
nationem uerborꝝ, & ignis charitatis
non eſt extinctus: imo ẽt auctus eſt. Ibãt
.n. Apl'i gaudentes à conſpectu conciliĳ,
qm̃ digni habiti ſunt ꝓ noĩe Xp̃i contu
meliam pati. Eſt aũt auctus ignis chari-
tatis, pluribus ꝑ eorꝝ p̃dicationem ac-
cenſis, & eadem qua ipſi ardebant, iu-
cunditate ſuccenſis. Sed qđ aiebant Iu
dei oĩm bonorꝝ increduli? Muſto, iq̃ũt,
pleni ſunt: mentientes & ignorãtes uerꝝ
dixerunt. Muſto qppe illo nobiliſſimo
charitatis dei, imo charitate deo repleti
erant, inflãmante ad amorem, & cõfor
tante ipſos contra timorem. Vnde ſicut
muſtum non patit̃ ſe contineri à uaſe,
niſi foramẽ habeat, uñ ꝓrumpat: ſic ab
iſtorꝝ corde ꝑ ora eorꝝ ſe muſtum ſpũs
ſcti manifeſtauit loquentia magnalia
dei, cum mirabili eloquentia. Nõ.n. im-
pedit, ſed expedit linguam hauſtus mu
ſti hꝰ: ut illud poeticum uerꝝ inueniat̃,
Horatius. Fœcundi calices, quem non fecere diſer
tum? Fœcundus uero calix dñi & præ-
clarꝰ inebriauerat eos: qa ſicut ait Apl's:
Charitas dei diffuſa erat ĩ cordib. eorꝝ.
Sed uñr uerbis nr̃is uerba Petri contra-
ria, qui hauſtu noui muſti audax factus
iam non ſolum non timuit uerba mu-
lieris cuiuſq̃, ut añ: ſed nec uerba princi-
pum. Hic ergo obĳciens ſe in mediũ di-
xit diſcipulos ebrios non à uino: ſed au-
diamus uerba ipſius optime diſtincta.
Nõ.n. inqt, ſicut uos æſtimatis, hi ebrĳ
ſunt. Nõ.n. muſto terreno ebrĳ ſunt, ſic-

ut uos putatis, ſed cœleſti ſpũ. Hauria-
mus igr̃ & nos chariſſimi de uino iucũ-
diſſimo grani hꝰ. Qđ ſi uel in quo hau-
riamus. ſ. uas intellectus non hẽmus, cur
ramus cũ plena fiducia ad ſingularem
nr̃m ac ꝓuidum conditorẽ, cꝰ figmentũ
ſumus, oremuſq̃ ut uas formet ĩ anima
nr̃a hꝰ dulciſſimi muſti capax: ut nr̃o cõ
ſolatore ſpũ gr̃æ ſeptiformis accepto
multiformes tentatoris aduerſarĳ nr̃i
laqueos euadamus, & pedes affectuũ
nr̃orꝝ in compedes ſapiæ inĳciamus, ut
cum ipſa ſapia colligati uinculis chari-
tatis indeſinenter & indefeſſe curramꝰ
poſt illam, donec ad ſaporis ipſius ple-
nitudinẽ attingamus, ubi iam non ꝑ ſpe
culum & in ęnigmate, ſed facie ad faciẽ
regem nr̃m in decore uideamus, & ſic-
ut ſumus cogniti cognoſcamus. Hic.n.
aduertendum puto, qđ uitis nr̃æ fructꝰ
& comedit̃ & bibit̃. Maſticat̃.n. uua,
bibit̃ uero uinum: qđ in uino continet̃
& in utroq̃ uſu iucunditas eſt, ſed in ui-
no & iucunditas & utilitas ꝓlixior eſt,
qđ ad botri hꝰ de quo locuti ſumus frui
tionem mihi pertinere ur̃. In p̃nti.n. uita
hũc botrum maſticamus, cũ ſuauitatẽ,
iucũditatem, & utilitatem nr̃æ redem-
ptionis dentib. intellectus nr̃i diſcuti-
mus cum reſurrectionis potentiã, aſcen
ſionis gl'iam, & aduentus ſpũs ſcti utili-
tatẽ in cordis nr̃i conſideratione uerſa-
mus tanq̃ uuas ĩ ore, fitq̃ de his nõnũ-
quã aliq̃ lætitia cordi nr̃o. Erit aũt Xp̃s
poſtq̃ ceſſauerit tp̃s. i. mutabilitas tꝑm,
qñ hæc iam non comedemus, ſed bibe-
mus, inæſtimabilẽ de his ꝑpetuam læti
tiam conſecuti. In comedendo.n. aliqs
labor eſt: qđ uero bibit̃, ſine labore re-
cipit̃. Vñ ꝑ comeſtionẽ delectatio q̃cũ-
que, uel q̃liſcũq̃, uel quantacũq̃ q̃ ſine
corꝑe nõ ꝑcipit̃: ſed ſꝑ aggrauat aĩam.
Per potũ uero ſine labore acceptũ illius
loci & tꝑis gaudia ſignãt̃, ubi & qñ iã
nõ erit luctꝰ, neq̃ clamor, ſed nec ullus
dolor, qm̃ hæc oĩa trãſierũt. Et ipſe ab
ęterno ſtabilis, ꝗ ꝓ nob̃ ne uelut umbra
trãſiremꝰ, trãſiẽs factus fuit, miniſtrabit
nob̃, ibi ẽt tũc iã ñ cũ labore & timore
& impedimento

& impedimento corporis mortis huius
comedemus, ſed cũ magna iucunditate
bibemus uinũ redẽptionis nr̃ę, & ſcđm
naturã nobile uinũ. q̃tò plꝰ biberimus
licet ſaturemur, tanto plus ſitiemus ad-
mirãtes & laudãtes ſine termino & ſine
intermiſſione bonitatẽ admirabilẽ redẽ
ptoris nr̃i, quã in fructũ redemptionis
nr̃æ circa nos uoluit exhibere. Et uide,
ſi non iſta dr̃ia cibi & potus nobis ĩ uer
bis ſponſi in cãtico amoris commẽdat̃
cum ait: Comedite amici & bibite &
inebriamini chariſſimi. Præmonet.n. co
medere qđ utiq̃ ad p̃ntem uitã ꝑtinet,
in qua ſicut diximus contẽplatio labo-
ri actionis admiſta eſt. In futura uero ui
ta, q̃ omni actione caret gaudio tanquã
poculo ꝑfruemur. Bibemꝰ.n. & inebria
bimur ab ubertate domus dei, & torrẽ
te uoluptatis eius potabimur iam nos
tunc eſſe regis & ſpõſi nr̃i chariſſimos
liq̃do cognoſcẽtes, cũ aqua oĩs laboris
& actionis terrenæ in uinũ diuinæ con-
tẽplationis cõmutabit̃, implebunturq̃
oẽs hydriæ uſq̃ ad ſummum. Oẽs.n. im
plebunt̃ in bonis domus dñi: cũ ille deſi
derabiles nuptiæ ſponſi. i. xp̃i, & ſpõſę. i.
ul'is eccleſiæ celebrabunt̃. Biberurq̃ in
ſumma lætitia cordis oĩum clamãtium
dño & dicentiũ: Tu bonũ uinũ ſeruaſti
uſq̃ adhuc. Nos aũt dicimus hãc læti-
tiã ꝑ cibũ ſignãri, cũ ſcriptũ ſit: ut eda-
tis & bibatis ſuꝑ mẽſam meã in regno
meo, *licet* expoſitio p̃cedentis authori-
tatis ẽt in hac poſſit locũ obtinere. Si ue
ro aſſerat aliqs indignũ fore, ut tanta ui
tis tm̃ laborata et laborãs unum tm̃ bo
trũ ꝓduxerit, põt ſi uult ea q̃ nos grana
appellamus, botros appellare, & ſingu
lis aliq̃ granorꝝ multitudinẽ adiũgere.
Veruntñ nõ irrationabil'r ĩ p̃nti botros
uitis innumeros inueniemus, ſi oẽs ec-
cleſias, oĩa monaſteria, oẽs cõgregatio-
nes q̃ in uniuerſa eccleſia ſunt, uolumus
intueri. Hos.n. botros qs ꝓduxit, niſi ui
tis nr̃a? Nã & xp̃s & eccleſia uitis una
ſunt: ſicut unũ corpus ſingulæ cõgrega
tiones, ſinguli botri, grana uero ſingu-
laritatem exprimunt perſonarꝝ, & non

incõuenienter, ut mihi ur̃. Nam ꝑ exte-
riorẽ follicl'm grani ſiue uuæ corpus ex-
primit̃, ꝑ nucleos oſſa, ꝑ liquorẽ aĩa figu
rat̃ uel ſanguis ꝗ eſt ſedes aiæ. In morte
hoĩs aĩa à corꝑe, tanq̃ uinum de acino
exprimit̃: & ſi dignũ fuerit, in regale de-
fertur cellariũ paradiſi cœleſtis, ut gau-
diũ fiat regi cœleſti & conuiuis ſuis bea
tis ꝗ ad nuptias agni uocati ſunt & ꝑue
niũt. Bibit.n. & ipſe ſpõſus uinũ ꝓpriũ
de uite ſua & uinea ſua eccleſia. ſ. cuius
& ipſe caput eſt. Bibet & ipſe ſanguinẽ
uuarꝝ meraciſſimũ. ſ. aĩas ſctõrꝝ expreſ-
ſas, & ſeparatis ab acinis ĩ torculari cru
cis, in labore & ſiti, in frigore & nudita
te, in uigilĳs multis, & aliĳs exercitĳs ſpi
ritualibus. Bibet has. i. ſibi delectabil'r
incorporabit faciẽs ut unus ſpũs ſecum
effectu cũ ipſo & in ipſo à cũctis de cæ
tero laborib. requeſcant. Timeant & ca-
ueãt ſibi illa putrida grana, frẽs falſos ꝑ-
uerſos Chriſtianos dico, ꝗ in ſe uinũ nõ
cõtinent ſed uenenũ, ꝗ in torculari cru-
cis p̃mi nolũt, & in labore hoĩum non
ſunt. Caueant inq̃, dum tp̃s eſt, ne por-
cis. i. diabolis deuorandi proĳciant̃: qa
in cellaria regia nõ niſi ꝑ torcular crucis
iter eſt. Reſtabit nobis dicere de ſcđis
floribus uitis nr̃æ, & de fructibus illorꝝ
ſcđm quod ſcriptũ eſt: Et refloruit caro
mea, qđ de reſurrectione dici nullus eſt
ꝗ ambigat: cuius fructus erit gl'ia reſur
rectionis ſcđæ, ſed nos magis legẽtem
uolẽtes ſcientẽ relinquere, q̃ faſtidientẽ,
hic huic ſermoni terminũ imponimus
parati emẽdare, demere, & mutare ſic-
ubi cõtra fidẽ & contra ſacras ſcriptu-
ras aliqđ diximus, in oĩbus gr̃as humil'r
agẽtes ei qui gratuita gr̃a ſua nos edo-
cuit, qui apit os mutorꝝ et linguas infan
tium diſertas facit, noĩ cuius nouũ prin
cipium opuſculi huius finemq̃ cõſecra
mus optimo & dulciſſimo Ieſu, Amen.

Finit tractatus de paſsione domini ſuper Ego ſum uitis uera, editus à beato Bernardo.

B. PATRIS B. PRIMI quondam abbatis Clarguallenſis cœnobij rhythmica oratio ad unumquodlibet mẽbrorum xp̃i patientis, et à cruce pendẽtis.

Ad pedes.

SAlue mundi ſalutare,
Salue, ſalue Ieſu chare,
Cruci tuæ me aptare
Vellem uere, tu ſcis quare,
Da mihi tui copiam.
Acſi præſens ſis, accedo,
Imò te præſentem credo:
O quàm nudum hic te cerno,
Ecce tibi me proſterno,
Sis facilis ad ueniam.
Clauos pedum, plagas duras,
Et tam graues impreſſuras,
Circumplector cum affectu,
Tuo pauens in aſpectu,
Tuorum memor uulnerum.
Grates tantæ charitati,
Nos agamus uulnerati,
O amator peccatorum,
Reparator confractorum:
O dulcis pater pauperum.
Quicquid eſt in me confractum,
Diſſipatum aut diſtractum,
Dulcis Ieſu totum ſana,
Tu reſtaura, tu complana
Tam pio medicamine,
Te in tua cruce quæro,
Prout queo corde mero,
Me ſanabis hic ut ſpero,
Sana me & ſaluus ero,
In tuo lauans ſanguine.
Plagas tuas rubicundas,
Et fixuras tam profundas,
Cordi meo fac inſcribi,
Vt configar totus tibi,
Te modis amans omnibus.
Dulcis Ieſu pie deus,
Ad te clamo licet reus,
Præbe mihi te benignum,
Ne repellas me indignum
De tuis ſanctis pedibus.
Coram cruce procumbentem,
Hoſq; pedes complectentem,
Ieſu bone non me ſpernas,
Sed de cruce ſancta cernas
Compaſſionis gratia.
In hac cruce ſtans directe,
Vide me ô mi dilecte,
Ad te totum me conuerte,
Eſto ſanus dic aperte,
Dimitto tibi omnia.

Ad genua.

SAlue Ieſu rex ſanctorum,
Spes uotiua peccatorum,
Crucis ligno tanquam reus,
Pendens homo, uerus deus,
Caducis nutans genibus.
O q̃ pauper, ô q̃ nudus.
Qualis es in cruce ludus,
Deriſorum iocus factus,
Sponte tamen, non coactus,
Attritus membris omnibus.
Sanguis tuus abundanter
Fuſus, fluit inceſſanter:
Totus lotus in cruore,
Stas in maximo dolore,
Præcinctus uili tegmine.
O Maieſtas infinita.
O egeſtas inaudita,
Quis pro tanta charitate
Quærit te in ueritate,
Dans ſanguinem pro ſanguine?
Quid ſum tibi reſponſurus,
Actu uilis, corde durus?
Quid rependam amatori,
Qui elegit pro me mori,
Ne dupla morte morerer?
Amor tuus amor fortis,
Quem non uincunt iura mortis.
O q̃ pia me ſub cura
Tua foues in preſſura,
Ne morſu mortis uulnerer.
Ecce tuo præ amore,
Te complector cum rubore:
Me coapto diligenter,
Tu ſcis cauſam euidenter,
Sed ſuffer & diſſimula.
Hoc quod ago non te grauet,
Sed me ſanet & me lauet,
Inquinatum & ægrotum,
Sanguis fluens hic per totum,
Vt non ſuperſit macula.

In hac cruce te cruentum,
Te contemptum & diſtentum,
Vt requiram, me impelle.
Et hoc imple meum uelle,
Facturus quod deſidero.
Vt te quæram mente pura,
Sit hęc mea prima cura,
Non eſt labor, nec grauabor,
Sed ſanabor & mundabor,
Cum te complexus fuero.

Ad manus.

SAlue Ieſu paſtor bone,
Fatigatus in agone,
Qui per lignum es diſtractus,
Et ad lignum es compactus,
Expanſis ſanctis manibus.
Manus ſanctæ uos auete,
Roſis nouis adimpleræ,
Hos ad ramos dure iunctæ,
Et crudeli ferro punctæ,
Tot guttis decurrentibus.
Ecce fluit circunquaque
Manu tua de utraque,
Sanguis tuus cupioſe
Rubicundus inſtar roſæ,
Magnæ ſalutis pretium.
Manus clauis perforatas,
Et cruore purpuratas,
Corde premo præ amore,
Sitibundo bibens ore
Cruoris ſtillicidium.
O q̃ large te exponis,
Promptus malis atque bonis:
Trahis pigros, pios uocas,
Et in tuis ulnis locas,
Paratus gratis omnibus.
Ecce tibi me præſento
Vulnerato & cruento:
Semper ægris miſereris,
De me ergo ne graueris,
Qui præſto es amantibus.
In hac cruce ſic extenſus,
In te meos trahe ſenſus,
Meum poſſe, uelle, ſcire,
Cruci tuæ fac ſeruire,
Me tuis apta brachijs.
In tam lata charitate
Trahe me in ueritate,
Propter crucem tuam almam,
Trahe me ad crucis palmam
Dans finem meis uitijs.
Manus ſanctæ uos amplector,
Et gemendo condelector.
Grates ago plagis tantis,
Clauis duris, guttis ſanctis.
Dans lacrymas cum oſculis.
In cruore tuo lotum
Me commendo tibi totum.
Tuæ ſanctæ manus iſtæ
Me defendant Ieſu Chriſte,
Extremis in periculis.

Ad latus.

SAlue Ieſu ſumme bonus,
Ad parcendum nimis pronus:
Membra tua macilenta,
Quàm acerbe ſunt diſtenta,
In ramo crucis torrida.
Salue latus ſaluatoris,
In quo latet mel dulcoris,
In quo patet uis amoris,
Ex quo ſcatet fons cruoris,
Qui corda lauat ſordida.
Ecce tibi appropinquo,
Parce Ieſu ſi delinquo.
Verecunda quidem fronte,
Ad te tamen ueni ſponte,
Scrutari tua uulnera.
Salue mitis apertura.
De qua manat uena pura,
Porta patens & profunda,
Super roſam rubicunda,
Medela ſalutifera.
Odor tuus ſuper uinum,
Virus pellens ſerpentinum.
Potus tuus, potus uitæ
Qui ſititis, huc uenite.
Te dulce uulnus aperi.
Plaga rubens aperire,
Fac cor meum te ſentire,
Sine me in te tranſire,
Vellem totus introire,
Pulſanti paude pauperi.
Ore meo te contingo,
Et ardenter ad me ſtringo,
In te meum cor intingo,
Et feruenti corde lingo,
Me totum in te traijce.
O q̃ dulcis ſapor iſte,

Qui te guſtat Ieſu Chriſte,
Tuo uictus à dulcore,
Mori poſſet præ amore,
Te unum amans unice,
In hac foſſa me reconde,
Infer meum cor profunde,
Vbi latens incaleſcat,
Et in pace conquieſcat,
Nec prorſus quenquam timeat.
Hora mortis meus flatus
Intret Ieſu tuum latus,
Hinc expirans in te uadat,
Ne hunc leo trux inuadat,
Sed apud te permaneat.

Ad pectus.

SAlue ſalus mea deus,
Ieſu dulcis amor meus,
Salue pectus reuerendum,
Cum tremore contingendum,
Amoris domicilium.
Aue thronus Trinitatis,
Arca latæ charitatis,
Firmamentum infirmatis,
Pax & pauſa fatigatis,
Homilium triclinium.
Salue Ieſu reuerende,
Digne ſemper inquirende,
Me præſentem hic attende,
Accedentem me ſuccende,
Præcordiali gratia.
Pectus mihi confer mundum,
Ardens, pium, gemebundum,
Voluntatem abnegatam,
Tibi ſemper conformatam,
Iuncta uirtutum copia.
Ieſu dulcis paſtor pie,
Fili dei & Mariæ,
Largo fonte tui cordis,
Fœditatem meæ ſordis,
Benignę pater dilue.
Aue ſplendor & figura,
Summi dei genitura,
De theſauris tuis plenis,
Deſolatis & egenis
Munus clementer proflue,
Dulcis Ieſu Chriſti pectus,
Tuo fiam dono rectus,
Abſolutus à peccatis,
Ardens igne charitatis,
Vt ſemper te recogitem,
Tu abyſſus es ſophiæ,
Angelorum harmoniæ
Te collaudant: ex te fluxit:
Quod Ioannes cubans ſuxit:
In te fac ut inhabitem.
Aue fons benignitatis,
Plenitudo deitatis
Corporalis in te manet:
Vanitatem in me ſanet,
Quod tu confers, conſilium.
Aue uerum templum dei,
Precor miſerere mei:
Tu totius arca boni,
Fac electis me apponi,
Vas diues, deus omnium.

Ad cor.

SVmmi regis cor aueto,
Te ſaluto corde læto,
Te complecti me delectat,
Et hoc meum cor affectat,
Vt ad te loquar animes.
Quo amore uincebaris,
Quo dolore torquebaris,
Cum te totum exhaurires,
Vt te nobis impartires,
Et nos à morte tolleres?
O mors illa ꝙ amara,
Quàm immitis, ꝙ auara,
Quæ per cellam introiuit,
In qua mundi uita uiuit,
Te mordens cor dulciſſimum.
Propter mortem quam tuliſti,
Quando pro me defeciſti
Cordis mei cor dilectum,
In te meum fer affectum,
Hoc eſt quod opto plurimum.
O cor dulce prædilectum,
Munda cor meum illectum,
Et in uanis induratum,
Pium fac & timoratum,
Repulſo retro frigore,
Per medullam cordis mei
Peccatoris atque rei,
Tuus amor transferatur,
Quo cor totum rapiatur,
Languens amoris uulnere.
Dilatare, aperire,
Tanquam roſa fragrans mire,

Cordi

Cordi meo te coniunge,
Vnge illud & compunge.
Qui amat te, quid patitur?
Quidnam agat neſcit uere,
Nec ſe ualet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multa morte uellet mori,
Amore quiſquis uincitur.
Viua cordis uoce clamo,
Dulce cor, te nanque amo:
Ad cor meum inclinare,
Vt ſe poſſit applicare
Deuoto tibi pectore,
Tuo uiuat in amore,
Ne dormitet in torpore,
Ad te oret, ad te ploret,
Te adoret, te honoret,
Te fruens omni tempore.
Roſa cordis aperire,
Cuius odor fragrat mire,
Te dignare dilatare,
Fac cor meum anhelare
Flamma deſiderij.
Da cor cordi ſociari,
Tecum Ieſu uulnerari,
Nam cor cordi ſimilatur,
Si cor meum perforatur,
Sagittis improperij.
Infer tuum intra ſinum
Cor ut tibi ſit uicinum,
In dolore gaudioſo,
Cum deformi ſpecioſo,
Quod uix ſeipſum capiat.
Hic repauſet, hic moretur,
Ecce iam poſt te mouetur.
Te ardenter uult ſitire,
Ieſu noli contraire,
Vt bene de te ſentiat.

Ad faciem.

SAlue caput cruentatum,
Totum ſpinis coronatum,
Conquaſſatum, uulneratum,
Arundine ſic uerberatum,
Facie ſputis illita.
Salue cuius dulcis uultus,
Immutatus & incultus,
Immutauit ſuum florem,
Totus uerſus in pallorem,
Quem cœli tremit curia.
Omnis uigor atque uiror
Hinc receſſit, non admiror,
Mors apparet in aſpectu,
Totus pendens in defectu,
Attritus ægra macie.
Sic affectus ſic deſpectus,
Propter me ſic interfectus.
Peccatori tam indigno,
Cum amoris interſigno
Appare clara facie.
In hac tua paſſione,
Me agnoſce paſtor bone,
Cuius ſumpſi mel ex ore,
Hauſtum lactis cum dulcore,
Præ omnibus delicijs.
Non me reum aſperneris,
Nec indignum dedigneris,
Morte tibi iam uicina,
Tuum caput hic inclina,
In meis pauſa brachijs.
Tuæ ſanctæ paſſioni
Me gauderem interponi,
In hac cruce tecum mori:
Præſta crucis amatori,
Sub cruce tua moriar.
Morti tuæ tam amaræ
Grates ago Ieſu chare,
Qui es clemens pie deus,
Fac quod petit tuus reus,
Vt abſque te non finiar.
Dum me mori eſt neceſſe,
Noli mihi tunc deeſſe,
In tremenda mortis hora
Veni Ieſu abſque mora,
Tuere me & libera.
Cum me iubes emigrare,
Ieſu chare tunc appare:
O amator amplectende,
Temetipſum tunc oſtende
In cruce ſalutifera.

IVBILVS SANCTI BERNARdi abbatis *in commemorationem dominicæ paſsionis, qui & rhythmica conſtat modulatione.*

IEſu dulcis memoria
Dans uera cordi gaudia:
Sed ſuper mel & omnia
Eius dulcis præſentia.

Nil canitur ſuauius,
Nil auditur iucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm Ieſus dei filius.

Ieſus ſpes pœnitentibus
Quàm pius es petentibus,
Quàm bonus te quærentibus
Sed quid inuenientibus?

Ieſu dulcedo cordium,
Fons uiuus, lumen mentium
Excedens omne gaudium
Et omne deſiderium.

Nec lingua ualet dicere,
Nec litera exprimere:
Expertus poteſt credere,
Quid ſit Ieſum diligere.

Ieſum quęram in lectulo,
Clauſo cordis cubiculo:
Priuatim & in publico
Quæram amore ſedulo.

Cum Maria diluculo
Ieſum quæram in tumulo,
Clamoris cordis querulo,
Mente quæram, non oculo.

Tumbam perfundam fletibus,
Locum replens gemitibus:
Ieſu prouoluar pedibus,
Strictis hęrens amplexibus.

Ieſu rex admirabilis
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus deſiderabilis.

Mane nobiſcum domine,
Et nos illuſtra lumine,
Pulſa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.

Quando cor noſtrum uiſitas,
Tunc lucet ei ueritas,
Mundi uileſcit uanitas,
Et intus feruet charitas.

Amor Ieſu dulciſſimus,
Et uerè ſuauiſſimus
Plus milies gratiſſimus,
Quàm dicere ſufficimus.

Hoc probat eius paſſio,
Hoc ſanguinis effuſio:
Per quam nobis redemptio
Datur, & dei uiſio.

Ieſum omnes agnoſcite,
Amorem eius poſcite,
Ieſum ardenter quærite,
Quærendo inardeſcite.

Sic amantem diligite,
Amoris uicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et uota uotis reddite.

Ieſus author clementiæ,
Totius ſpes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.

Ieſu mi bone ſentiam
Amoris tui copiam,
Da mihi per præſentiam
Tuam uidere gloriam.

Quum dignè loqui nequeam
De te, tamen ne ſileam:
Amor facit, ut audeam,
Cùm de te ſolum gaudeam.

Tua Ieſu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens ſine faſtidio,
Dans famem deſiderio.

Qui te guſtant, eſuriunt:
Qui bibunt, adhuc ſitiunt:
Deſiderare neſciunt
Niſi Ieſum, quem diligunt.

Quem tuus amor ebriat,
Nouit, quid Ieſus ſapiat
Quàm fœlix eſt, quem ſatiat:
Non eſt ultrà, quod cupiat.

Ieſu, decus angelicum,
In aure, dulce canticum:
In ore, mel mirificum
In corde nectar cœlicum.

Deſidero te milies
Mi Ieſu, quando uenies?
Me lætum quando facies?
Me de te quando ſaties?

Amor tuus continuus
Mihi languor aſſiduus,
Mihi mellifluus fructus
Eſt & uitæ perpetuus

Ieſu, ſumma benignitas,
Mihi cordis iucunditas,
Incomprehenſa bonitas,
Tua me ſtringat charitas.

Bonum mihi diligere
Ieſum, nil ultra quærere,

Mihi prorſus deficere,
Vt illi queam uiuere.

O Ieſu mi dulciſſime,
Spes ſuſpirantis animæ,
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.

Quocunque loco fuero,
Mecum Ieſum deſidero
Quàm lætus, cum inuenero:
Quam fœlix, cùm tenuero.

Tunc amplexus, tunc oſcula
Quæ uincunt mellis pocula:
Tunc fœlix Chriſti copula,
Sed in his parua morula.

Iam quod quęſiui, uideo:
Quod concupiui, teneo:
Amore Ieſu langueo,
Et corde totus ardeo.

Ieſus quùm ſic diligitur,
Hic amor non extinguitur:
Non tepeſcit, nec moritur,
Plus creſcit, & accenditur.

Hic amor ardet iugiter,
Dulceſcit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Delectat & fœliciter.

Hic amor miſſus cœlitus
Hæret mihi medullitus,
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur ſpiritus.

O beatum incendium,
Et ardens deſiderium:
O dulce refrigerium,
Amare dei filium.

Ieſu, flos matris uirginis,
Amor noſtræ dulcedinis,
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis.

Veni, ueni rex optime,
Pater immenſæ glorię:
Affulge menti clarius.
Iam expectatus ſæpius.

Ieſu ſole ſerenior,
Et balſamo ſuauior.
Omni dulcore dulcior,
Cæteris amabilior.

Cuius guſtus ſic afficit,
Cuius odor ſic reficit,
In quo mens mea deficit,
Solus amanti ſufficit.

Tu mentis delectatio,
Amoris conſummatio,
Tu mea gloriatio,
Ieſu mundi ſaluatio.

Mi dilecte reuertere,
Conſors paternæ dexteræ:
Hoſtem uiciſti proſperè,
Iam cœli regno fruere.

Sequar te quocunque ieris:
Mihi tolli non poteris,
Quum meum cor abſtuleris
Ieſu laus noſtri generis.

Cœli ciues occurrite,
Portas ueſtras attollite:
Triumphatori dicite,
Aue Ieſu rex inclyte.

Rex uirtutum, rex gloriæ,
Rex inſignis uictoriæ,
Ieſu largitor ueniæ,
Honor cœleſtis patriæ.

Tu fons miſericordiæ,
Tu ueræ lumen patriæ
Pelle nubem triſtitiæ
Dans nobis lucem gloriæ.

Te cœli chorus prædicat,
Et tuas laudes replicat:
Ieſus orbem lætificat,
Et nos deo pacificat.

Ieſus in pace imperat,
Quæ omnem ſenſum ſuperat:
Hanc mea mens deſiderat,
Et ea frui properat.

Ieſus ad patrem rediịt,
Cœleſte regnum ſubiịt:
Cor meum à me tranſiịt,
Poſt Ieſum ſimul abiịt:

Quem proſequamur laudibus
Votis, hymnis, & precibus:
Vt nos donet cœleſtibus
Secum perfrui ſedibus, Amen.

EIVSDEM SANCTI PATRIS BERnardi *rhythmica oratio ad dominum Ieſum Chriſtum eiusq; matrem intemeratam uirginem.*

SVmme ſummi tu patris unice,
Mundi faber & rector fabricæ
Pietatis reſpectu deicæ

Peccatores afflictos reſpice
Pie pater.
Sūma ſummi tu mater filij
Clauem noſtri tenens auxilij
Foue tui lacte conſilij
Peregrinos huius exilij
Pia mater.
Conſolentur ô bone domine
Reſpirantes in tuo nomine,
Qui pro mundi tollendo crimine
Dignatus es naſci de uirgine
Matris pater.
Conſolenť ô bona domina
Sitientes tua ſolamina,
De qua ſola fœlice fœmina
Prædicanť hæc duo nomina
Virgo mater.
O figura patris ſubſtantię
Tu es ſplendor paternę glīę,
Tu es ueꝝ lumen iuſtitię
De quo manat totius gratię
Plenitudo.
O regina regni Dauidici
Tu es uirga floris dominici,
Tu es arca panis angelici
De quo noſtra meretur refici
Solitudo.
Virtus patris & ſapientia
Suauiter diſponens omnia
Tu & pater una ſubſtantia,
Aequus honor, eadem glīa
Eſt utriqꝫ.
Stella maris, regina ſeculi
Tu es mater illius paruuli,
Quem adorāt fideles populi
Semꝑ oēs & ſemper ſinguli
Et ubiqꝫ.
O' ſanctoꝝ ſancte mirabilis
Toti mundo deſiderabilis
Homo potens & deus humilis
Non eſt tibi, nec erit ſimilis
Deus meus.
O' ſanctaꝝ ſancta dulciſſima,
Sola tanto partu digniſſima,
Vt de tua carne mundiſſima
Naſceretur maieſtas maxima,
Homo deus.
Ieſu Chriſte, fons indeficiens,
Fons humana corda reficiens,
Te ſuſpiro te ſolum ſitiens,
Solus eris mihi ſufficiens
Fili dei.
Mater Chriſti, decus uirgineum,
Thronum ſedens ſuper æthereum
Nomen tuum ſapore melleum
Liquefacit affectum ferreum
Cordis mei.
Sūmum bonum plenum dulcedine,
Veꝝ lumen de uero lumine
Solo cuius audito nomine
Satiatur mira pinguedine
Cor iuſtoꝝ.
Sūmi boni reclinatorium,
Dulcis uini dulce cellarium,
Quod edulcans dulcedo dulcium
Prælegit ſibi in proprium
Rex cœloꝝ.
Patrum pr̄ præcelſe cæteris,
Reparator humani generis,
O' qui carnem pro nobis miſeris
Mulieris de carne pauperis
Aſſumpſiſti.
Matrum mr̄ & uirgo uirginum,
Apotheca ſalutis hominum
O' quæ munda de carne dñm
Sine carnis miſtura ſeminum
Concepiſti.
Audi precor, ô qui das grām,
Peccatoris huius miſeriam:
Et per tuam miſericordiam
Peccatoꝝ meoꝝ ueniam
Mihi dona.
Audi precor, ô plena grā
Peccatotis huius ſuſpiria
Et pro tua miſericordia
Deo meo me reconcilia
Mater bona.
Tibi pr̄ fac beneplacitum
Peccatoris iſtius gemitum:
Solue mei reatus debitum,
Quia malum prætendo meritum,
Et prætendi.
Tibi mr̄ fac acceptabilem
Peccatoris hanc uocem flebilem:
Redde mihi deum placabilem,
Ne ſe præſtet inexorabilem,
Quem offendi.
O' intacte fili puerperæ

Audi planctus animę miſeræ,
Quæ peccati iacens in puluere
Vt iumentum ſe computreſcere
Lamentatur.
O' intacta uirgo puerpera,
Ad te clamat mens mea miſera,
Quæ nephanda ſemper ad ſcelera
Ab ætate nunc uſqꝫ tenera
Effrænatur.
Pie pater errantem corrige,
Piam manum labenti porrige:
Iam de luto me fęcis erige,
Et in uiam tuoꝝ dirige
Mandatoꝝ.
Pia mater errantem uiſita,
Pio corde de me recogita,
Coram Ieſu benigno clamita,
Vt meoꝝ remittat debita
Peccatoꝝ.
Eſto nobis pater propitius,
Quoꝝ frater es atqꝫ ſocius:
Te laudamus, te benedicimus,
Adoramus atqꝫ diligimus
Mente tota.
Eſto nobis mater propitia,
Quoꝝ ſoror es atqꝫ ſocia
In tuaꝝ laudum præconia
Corda noſtra fac uoluntaria
Ac deuota.
Benedicte creator omnium
Benedicas mentes fidelium
Nomen tuum benedicentium
Mortis tuæ per beneficium,
Quos ſaluaſti.
Benedicta in mulierib.
Benedic te benedicentib.
Benedictis tuis uberib.
Qui dat eſcam eſurientib.
Hunc lactaſti.
Laus & honor ſit dei filio
Salus, uirtus & benedictio:
Benedicta ſit incarnatio,
Mors illius & reſurrectio
In æternum.
Benedictus ſit pater luminum,
Benedicta ſit uirgo uirginum:
Benedicat cor meum dominum,
Sitiatqꝫ fontem dulcedinum
Sempiternum, Amen.

PROSA RHYTHMICA MODVLA-
tione excurrens in laudem dominicæ natiui tatis, authore B. Bernardo Abbate primo Claræuallen. cœnobij.

LAetabundus
Exultet fidelis chorus
Halleluia.
Regem regum
Intactę profudit torus,
Res miranda.
Angelus conſilij
Natus eſt de uirgine
Sol de ſtella.
Sol occaſum neſciens,
Stella ſemper rutilans,
Semper clara.
Sicut ſydus radium:
Profert uirgo filium
Pari forma.
Neqꝫ ſydus radio:
Neqꝫ mater filio
Fit corrupta.
Cedrus alta Libani
Conformatur Hyſſopo,
Valle noſtra.
Verbum ens altiſſimi
Corporari paſſum eſt,
Carne ſumpta.
Eſaias cecinit,
Synagoga meminit:
Nunquam tamen deſinit
Eſſe cæca.
Si non ſuis uatibus,
Credat uel gentilibus,
Sibyllinis uerſibus
Hæc prædicta.
Infœlix propera,
Crede uel uetera
Cur damnaberis
Gens miſera?
Quem docet litera,
Natum conſidera:
Ipſum en genuit
Puerpera, Amen.

FINIS.

CONFESSIONIS

PRIVATAE FORMV- LA, QVAE B. BERNARDO *aſcribitur & uerè digna Bernardo.*

IN unione acerbiſſimi
doloris tui,q cām do-
loris mei aſſumpſiſti ,
& emendationem ꝓ
peccatis meis ſuſcepi-
ſti dñe Ieſu Chriſte,cũ
uniuerſitate dolentiũ,
uerè pœnitentium,& te in ueritate quæ
rentium, cõfiteor tibi oĩa peccata mea,
mala cõmiſſa,& bona omiſſa , uel non
purè aut neglig ẽter facta:ſicut tu ea me
lius noſti in numero,pondere & menſu
ra:& dies perditos uitæ meæ, in quib⁹
te offendi,& laudem tuam minui, & à
te ſũmo bono cecidi, & ꝓximum in ca
ſu traxi. Suſcipe ergo dñe de mea miſe-
ra uita reſiduum annoꝝ meoꝝ: pro his
uerò quos male uiuendo perdidi,qbus
perdite uixi,cor contritum & humilia-
tum deus ne deſpicias. Dies mei decli-
nauerunt,& perierũt ſine fructu. Impoſ
ſibile eſt ut eos reuocẽ: ſed placeat tibi,
ut recogitẽ illos in amaritudine animæ
meæ. Dñe,abyſſus profundiſſimus mi-
ſeriæ meæ abyſſum inuocat altiſſimæ
miæ tuæ. Ne contineas in ira miſeratio-
nes tuas , & fontem inexhauſtum miæ
tuæ circa me exſiccari ꝑmittas,ꝑꝑ pctã
mea, qui miſereris oĩum,& nihil odiſti
eoꝝ quæ feciſti,diſſimulans pctã hoĩm
ꝑꝑ pniam. Tuum eſt dñe,remittere pec
cata , miſerere mei, dum tp̃s eſt grãe &
miſerationis,& dum tp̃s eſt emendatio
nis , da mereri gloriam bñdictionis : ne
in die cõſũmationis, me feriat uerbum
maledictionis. Fac me quæſo dñe aſſue
ta mala relinquere & quæ tibi placẽt ,
peragere:& ſtudiũ qđ hucuſq; in pctĩs
exercui,te adiuuãte deinceps in tua uo-
luntate da ut exerceam:ut ubi abunda-
uit delictum,tua grã reabundet. Rogo
te ꝑꝑ temetip̃m, & per amorẽ piiſſimæ
mr̃is tuæ glorioſæ uirginis Mariæ, & ꝑ
interceſſionem oĩum ſctõꝝ tuoꝝ atq;
electaꝝ tuaꝝ, ignoſce oĩbus pctĩs, ne-
gligentiis & ignorantiis meis , & ne ꝑ-
das me cum oĩbus iniquitatibus meis,
neq; in finem iratus reſerues mala mea.
Recordare dñe Ieſu,quia tuum non eſt
perdere qdq; eoꝝ , quæ pr̃ tuus dedit
tibi , quin tibi ꝓprium eſt miſereri ſꝑ &
parcere, neminem perdere,ſed ſaluare.
Nam pr̃ tuus miſit te in mundum , non
ut iudices mundum,ſed ut uitam habea
mus per te ut ſis propitiatio nr̃a,& ad-
uocatus nr̃,non contra nos . Qđ.n.de-
buimus , tu ſoluiſti : qđ peccauimus,tu
luiſti:qđ neglex imus,tu ſuppleſti. Pro-
ficiat ergo nũc dñe & in extremis meis
plenaria,imò ſupflua ſatisfactio amariſ-
ſima mors tua & p̃tiũ inæſtimabile fu-
ſi ſãguinis tui,cõmemoratio ſatisfactio
nis tuę,uenerabile myſterium corporis
& ſanguinis tui qđ tibi quotidie offerẽ
in eccleſia, ꝓ ſalute fidelium ſeruoꝝ tuo
rum:in qua es tu ipſe ſacerdos & ſacrifi
cium,ille q offert pariter & cui offerĩ,&
hoc ip̃m qđ offerĩ,ad promerendam in
p̃nti gr̃am,quam non mereor:ad obti-
nendam in futuꝝ requiẽ & gl'iam, quã
tua amariſſima mors ĩpetrauit . Impfe-
ctũ meũ dñe Ieſu ocl'i tui uiderũt,ſed tu
pie miſericors & p̃ſtabilis ſup malitia ,
ne q̃ſo ĩputes mihi ad æternũ ſuppliciũ,
q oĩa ad ſũmũ & pfectũ bonũ optime ,
pfectiſſimè & ſapiẽtiſſimè p̃ordinaſti,et
ne ꝑmittas me deleri đ libro uitæ,ſed of
fer mihi portionẽ q̃ me cõtigit ĩ ſubſidiũ
tuę uidelicet p̃tioſę paſſiõis, ꝓ q̃ uoluiſti
hoĩem hr̃e tibi cohęredẽ ĩ terra uiuẽtiũ.
Te igr̃ dñe moueat & ĩclinet ad miam
hũanę fragilitatis cõſideratio,q noſti q̃
ſit hoĩs ſuba : & qđ nõ uanè cõſtitueris
hoĩem ſup terrã, & cõſerua me op⁹ tuæ
pietatis,ne incaſſũ circa ip̃m laboraue-
ris,ne'ue infructuoſa ſit in me ĩmaculati
cruoris tui effuſio. Tu q es purificationẽ
faciẽs pctõꝝ,p̃ſta,ut emũdatis ꝑ te pec
catoꝝ ſordib. illuſtratuſq; mẽtis acie co
gnoſcã te,teq; agnoſcẽs ĩ directiõe iugi
ter ad te tẽdã,ut fœlici tãdẽ exitu ad te
merear ꝑuenire Ieſu xp̃e de⁹ me⁹ & dñs
meus. Qui cũ pr̃e & ſpũ ſctõ uiuis,&c.

TABVLA HVIVS OPERIS.

De fide. Sermo I.
De ſpe. Sermo II.
De gratia. Sermo III.
De timore Dei. Sermo IIII.
De charitate. V.
De primordijs conuerſoꝝ. VI.
De conuerſione. VII.
Ce contemptu mundi. VIII.
De habitu. IX.
De compunctione cordis. X.
De triſtitia. XI.
De dilectione Dei. XII.
De dilectione proximi. XIII.
De compaſſione. XIIII.
De miſericordia. XV.
De exemplis ſctõꝝ. XVI.
De contentione. XVII.
De diſciplina. XVIII.
De obedientia. XIX.
De perſeuerantia. XX.
De uirginitate. XXI.
De continentia. XXII.
De fornicatione. XXIII.
De abſtinentia. XXIIII.
De ebrietate. XXV.
De peccato. XXVI.
De cõfeſſione pctõꝝ & pnia. XXVII.
De communione. XXVIII.
De cogitatione. XXIX.
De ſilentio. XXX.
De mendacio. XXXI.
De periurio. XXXI.
De detractione. XXXIII.
De inuidia. XXXIIII.
De ira. XXXV.
De odio. XXXVI.
De ſuperbia. XXXVII.
De iactantia. XXXVIII.
De humilitate. XXXXI.
De patientia. XL.
De concordia. XLI.
De tolerantia. XLII.
De infirmitate. XLIII.
De auaritia. XLIIII.
De cupiditate. XLV.
De paupertate. XLVI.
De murmuratione. XLVII.
De proprio. XLVIII.
De oratione. XLIX.
De lectione. L.
De operatione. LI.
De pſalmis & hymnis. LII.
De actiua & cõtemplatiua uita. LIII.
De curioſitate. LIIII.
De uigilantia. LV.
De prudentia. LVI.
Vt laicę mulieres uitentur. LVII.
Vt uirgo non diligat ſocietatem uirorum. LVIII.
Vt uirgo fugiat ſocietatẽ iuuenũ. LIX.
Vt uirgo nõ cõiungat̃ malis hoib⁹. LX.
Vt uirgo non ſuſcipiat dona uel lr̃as in occulto. LXI.
Vt uirgo cum deuotione reddat quod Deo promiſit. LXII.
Vt uirgo ſp̄ conſideret illud pp̄ quod uenit ad monaſterium. LXIII.
Vt uirgo non quęrat placere hoibus de pulcritudine ſui uultus. LXIIII.
Vt uirgo nõ rideat immoderate. LXV.
Vt uirgo non deſideret ciuitates uidere. LXVI.
De tentatione. LXVII.
De ſomnijs. LXVIII.
De breuitate uitæ. LXIX.
De morte. LXX.
De iudicio. LXXI.
De oratione. LXXII.
De obſecratione. LXXIII.

Finis tabulæ.

D. BERNARDI DOCTOris clariſſimi & abbatis Claręuallenſis, Ad ſororem ſuam, Modus bñ uiuendi: in quo cõtinetur oĩm uirtutum ſumma ad xp̃ianam religionẽ neceſſaria.

PROLOGVS.

CHariſſima mihi ĩ Xp̃o, ſoror, diu ẽ ꝙ rogaſti, ut ṽba ſanctę admonitionis ſcriberẽ tibi. Sed cũ ſcriptũ ſit, Superbia eſt quẽq̃ uelle docere meliorẽ ſe: ĩdignũ me ad hoc op⁹ cõſpexi: & iõ qđ rogaſti, aliqñ facere diſtuli. Sed quia iteꝝ iterumq́ rogaſti, rurſus ad memoriam reduxi ſñiam dñi dicentis: Quicunq; angariauerit te mille paſſus: uade cum eo duo milia: Oĩq́ petenti te, tribue: undiq; coactus: tãdem charitate compulſus, tuiſq́ oꝛonib. adiut⁹ ſub menſa prm̃ micas collegi. Et ſi non ut debui, tñ ut potui: q̃s in hoc libro tuę ſctitati repñto. Nũc ergo chariſſima ſoror hunc librum accipe, & eum añ oculos tuos q̃ſi ſpeculum p̃pone: eumq́ oĩ hora uelut ſpeculum contemplare. Præcepta nãq; dei ſpecula ſunt, in qbus ſp̄ aĩæ inſpiciunt, & in quibus cognoſcunt maculas, ſi q̃ ſunt fœditatis: quia nemo mundus à delicto: & in qbus emẽdant uitia cogitationum ſuaꝝ: & relucentes uultus q̃ſi ex reddita imagine componunt: qa dũ p̃ceptis dñicis toto aĩo intẽdunt, in eis ꝓculdubio qd in ſe cœleſti ſpõſo placeat, uel qd diſpliceat cognoſcunt. Hunc igr̃ librũ ſoror uenerabilis libenter plege, iteꝝ iterumq́ relege: & in eo cognoſces q̃lr̃ deum ꝓximumq́ diligas: q̃uo cuncta terrena & tranſitoria deſpicias, quemadmodum æterna ac cœleſtia concupiſcas: q̃lr̃ ꝑ Xp̃o aduerſa h⁹ mũdi patienter ſuſtineas: & ꝓſpera ac blandimenta contemnas, quẽadmodum in infirmitatib. tuis deo gr̃as reddas, uel agas, & in ſanitate non ſupbias: q̃uo in ꝓſperitate nõ eleueris, nec in aduerſitate frangaris. Soror mihi in Xp̃o dilecta, librum iſtum tua prudentia ſtudioſe percurrat: & pctã mea aſſidue lugeat Et q non ſum dignus impetrare indulgentiam: ſaltem tuis oꝛonib. poſſim conſeq pctõꝝ meoꝝ ueniam. Op̃s deus te cuſtodiat, & ab oĩ malo defendat: & cum oĩbus tecum deo pariter ſeruientibus ad uitam perducat æternam uenerabilis ſoror. Amen.

Prologi finis.

De fide, *Sermo* I.

d Ominus dicit in euangelio: Oĩa poſſia ſunt credenti. Nemo põt uenire ad ęternam btĩtudinem niſi p fidem. Ille uero eſt btũs q recte credit, & recte credendo bñ uiuit, & bñ uiuendo fidem rectam cuſtodit. Vñ btũs Iſidorus: Sine fide nemo poteſt placere deo. Fides neq̃q̃ ui extorquet̃: ſed exẽplis atq; rõne ſuadet̃. Quibus aũt uiolẽter exigit̃ pſeuerare in ea, neq̃q̃ pñt: exẽplo nouellæ arboris, c⁹ ſiqs cacumẽ uiolenter repreſſerit, denuo dum laxat̃ ĩ id qđ prius fuerat cõfeſtim reuertit̃. Fides ſine opib. mortua eſt. Et fruſtra ibidẽ ſola fide blandit̃ q bonis opib. non ornat̃. Qui crucem portat debet mundo mori. Nam crucem ferre ſemetip̃m eſt mortificare. Crucem ferre & nõ mori, ſimulator hypocritaꝝ eſt. Qui non dubitauerit ĩ corde ſuo, ſed crediderit: qđ cũq; petierit fiet ſibi. Qui credit in filium dei, hẽt uitam æternam. Qui aũt nõ credit, non uidebit uitam, ſed ira dei manet ſuper illũ. Iacobus: Sicut corpus ſine aĩa mortuũ eſt, ita fides ſine opib⁹ mortua ẽ. Soror chariſſima, magna eſt fides, ſed nihil ualet ſine charitate. legit̃ ſoror, uenerabilis, ſerua in te rectam fidem, tene ſynceram fidem, cuſtodi intemeratã fidem. Maneat in te recta fides. Sit in te incorruptæ confeſſionis fides. Nihil temere de Xp̃o loq̃ris. Nihil de deo prauũ uel impiũ ſentias. Nihil pꝟerſe ſentiẽdo nec dilectionẽ eius offendas. Eſto in fide iuſta. Hẽto in fide recta cõuerſationẽ ſctãm: deũ quẽ ĩuocas fide, nõ deneges ope. Malũ miſtũ bonis cõtaminat plurima. Vnũ malũ multa bona perdit. Nõ delinq̃s ĩ ope q̃ pfecta es ĩ fide. Male uiuẽdo nõ polluas fidẽ. Integritatẽ fidei prauis morib. ñ corrũpas. Nõ admiſceas uitiũ ṽtutib. ñ adiũgas malũ bõis. Soror amabil' de⁹ te ĩcolumẽ cuſtodiat. Amen.

De ſpe, *Sermo* II.

d Omin⁹ dicit ĩ euãgelio: Nolite deſpare, ſed hẽte fidẽ dei ĩ uob̃. Spes q̃ ur̃ ñ ẽ ſpes. Nã qđ uidet q̃s qd ſpat? Si ãt qđ ñ uidem⁹ ſpam⁹, p patiẽtiã expectam⁹. Vñ Salomõ ait: Expectatio iuſtoꝝ lętitia: ſpes ãt ĩpioꝝ pibit. Ergo ſoror chariſſima et tu expecta dñm & cuſtodi uiã ei⁹, et exaltabit te ut hr̃ditate capias regnũ dĩ. Expecta dñm

chariſſima & recede à malo, & exaltabit te in die uiſitationis .i. in die mortis tuæ, ſiue in die iudicij. Qui male agere non ceſſant, inuanum mĩam dei expectant: quam recte expectarent, ſi à malo recederent. Vñ btũs Iſidorus: Timere debemus ne ꝑ ſpem quam deus promittit nobis ꝑſeuerãter peccemus. Nec rurſus qa iuſte pctã diſtrigit, de dei mĩa deſperemus: ſed qđ eſt melius, utrunq; ꝑiculũ fugiamus: ut à malo declinem⁹, & de pietate dei ueniam ſperemus. Oĩs qppe iuſtus ſpe & formidine nitit̃, quia nunc ſpes ad gaudiũ erigit: nũc ad formidinẽ terror gehẽnę reducit. Qui.n. de pcti uenia deſperat: plus ſe de deſperatione q̃ de pctõ damnat. Igr̃ ſoror dilecta, ſpes tua ſit in Ieſu Xp̃o ſponſo tuo firma: quia ſperantes in dño mĩa circun dabit. Spera firmiter in dño, & fac bonitatem: inhabita terram, & in cœleſti regno paſceris in diuitijs eius. Soror uenerabilis depone iniuſtitiã, & ſpera in dei mĩa: aufer à te iniqtatem, & ſpera in ſalutem. Emẽda teipſam, & ſpera in dei clementiam. Expelle à te prauitatẽ, & ſpera indulgentiã: corrige uitã tuam, & ſpera uitã æternã. Ad quam te ꝑducere dignet̃ ille qui te elegit ante ſcl'a, Amẽ.

De gratia dei, *Sermo* III.

PAulus Apl's dicit: Vbi abundauit pctm̃ ſuꝑabundauit & gr̃a: ut ſicut regnauit pctm̃ in morte, ita & gr̃a regnet ꝑ indulgentiam in uitam æternam. Stipẽdia.n. pcti mors, gr̃a aũt dei uita æterna. Vnicuiq; aũt ueſtrum data eſt gr̃a ſcđm menſurã donationis Xp̃i Soror chariſſima, ſicut btũs ait Iſidorus: Profectus hoĩs donum dei eſt. Ergo ſi dono dei ꝓficim⁹, neceſſe eſt ut de bonis operib. nõ noſmetipſos, ſed deum laudemus. Nec à ſe põt qſq; corrigi niſi à deo. Hõ nihil boni hẽt ꝓpriũ, c⁹ uia non eſt eius, teſtante ꝓpheta qui ait: Scio dñe, qa non eſt hoĩs uia eius: nec uiri eſt: ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. Cũq; aliqđ donum ꝑcipit, nõ plus q̃rat q̃ cũ accepit: ne dum alterius membri offm̃ ſurripe tentat, id qđ meruit perdat. Conturbat.n. ordinem corporis totũ, q non ſuo contentus offõ ſurripit alienum. In diuiſione donoꝝ diuerſa dei dona percipiunt̃. Nec uni hoĩ cõcedunt̃ oĩa dona, ſed ut ſit p̃ humilitatis ſtudio ut alter hẽat, ut admiret̃ in altero. Nam qđ in Ezech. Aĩalium alæ alteræ ad alterã ꝑcutiunt̃: uirtutes deſignãtur ſctõꝝ mutuo ſeſe affectu ꝓuocantiũ alternoq; ſeſe exemplo erudiẽtium. honeſta uirgo nolo etiã te lateat qđ ſine gr̃a dei p̃uenięte, comitãte, & cooꝑãte nihil boni poſſumns facere. Gr̃a dei nos p̃uenit, nec bonum uelimus, cõcomitat̃ nos: ut bonum incipiamus, cooꝑat̃ nobiſcum, nec bonum ꝑficiamus. Ergo à deo dat̃ nobis bonũ uelle incipe & ꝑficere: igr̃ à deo dant̃ nobis uirtutes. Vitia uero & pctã oriunt̃ ex nobis. Charitas pudicitia & honeſtas à deo dant̃ nobis, Suꝑbia uero, auaritia, cupiditas ſunt ex nobis. Sine deo nihil boni poſſumus facere: ꝑ gr̃am dei multa bona poſſumus operari. Sine gr̃a dei ad bñ oꝑandũ, tardi, pigri & tepidi exiſtimus. Sed ꝑ gr̃am dei in bonis oꝑibus grati, & ſoliciti & deuoti ſumus. Sine deo ad peccandum ſtatim parati ſumus, ſed ꝑ gr̃am dei à pctõ liberamur. Sine deo terrena & trãſitoria pluſq̃ oportet diligimus. Sed ꝑ gr̃am dei cuncta q̃ in hoc mũdo ſunt deſpicimus: & cœleſtia deſideram⁹, ꝑꝑ pctm̃ primi hoĩs de paradiſo eiecti ſumus, ſed ꝑ gr̃am dei ad paradiſum nos ꝑuenire credimus: ꝑ pctm̃ primi hoĩs in infernum deſcendimus, ſed ꝑ gr̃am dei nos confidimus aſcẽdere in cœlum. Nã & qđ potentes ſumus, qđ diuites, ꝙ ſapientes exiſtimus, non niſi ꝑ gr̃am dei ſumus. Interea uolo te ſcire reuerendiſſima ſoror, ꝙ oĩa bona quę in hoc ſeculo habemus, per gr̃am dei habemus. Oĩa .n. mala eueniunt nobis ꝑꝑ pctã nr̃a: deus per ſuam ſanctam mĩam & gr̃am det nobis bona. Sed ꝑꝑ peccata noſtra accidunt nobis mala, per gratiam dei tribuuntur nobis proſpera. Sed ꝑꝑ iniquitates noſtras adueniunt nobis aduerſa: per gratiam dei dantur nobis

neceſſaria, & ꝑꝑ uitia nr̃a accidunt nobis contraria. Igr̃ ô ſponſa Xp̃i, neceſſe eſt nobis ut ſꝑ ad memoriã reducamus cum gr̃aꝝ actione benemerita dei, uñ eccleſia in Canticis de Xp̃o ſponſo ſuo loquat̃, dicens: Memores uberꝝ tuoꝝ ſuper uinum, recti diligunt te. Ac ſi diceret, Memores gr̃æ tuæ & mĩæ tuæ atq; bñficioꝝ tuoꝝ diligunt te. Hoc eſt, illi te diligunt qui recti ſunt corde. Illi recti corde ſunt, q de iuſtitia aut ſctĩtate nihil ſuis meritis attribuunt. Sed oĩa tuæ gr̃æ dono aſſcribũt. Memores gr̃æ tuæ q ſaluati ſunt, diligũt te. Honeſta uirgo ſꝑ memor eſto, qa qcqd boni in te eſt, ꝑ gr̃am dei eſt. Audi Paulum Apl'm de ſe dicentem: Gr̃a dei ſum id qđ ſum. Sic & tu chariſſima gr̃a dei es quicquid es. Nam & q ſcl'm contempſiſti, & ꝙ domum pr̃is tui reliquiſti, & ꝙ ancilla dei eſſe uoluiſti, & ꝙ in monaſterio ſeruire deo decreuiſti, & ꝙ inter ancillas dei uiuere nunc deuouiſti, oĩa bona hæc per gr̃am dei ꝑuenerunt tibi. Nam & ꝙ uirgo es, & ꝙ prudens & ſapiens eris, non ꝑ te ſed per gr̃am dei es. Interrogatio, Dic mihi q̃ſo fr̃ mi, qd eſt ꝙ in ſacra ſcriptura legit̃, qa nemo ſctũs, nemo bon⁹: nemo iuſtus, niſi ſolus deus? Rñſio: Soror dilecta, ſicut dr̃, ita ẽ uere, ſolus de⁹ eſt bonus & ſctũs atq; iuſtus: qa ꝑ ſe eſt bonus. Hoĩes uero ſunt boni non ꝑ ſe, ſed ꝑ deum, & iõ ſolus deus eſt bonus: qa ꝑ ſe eſt bon⁹. Hoĩes uero ſunt boni, iuſti & ſcti, non ꝑ ſe, ſed ꝑ gr̃am dei. Qđ bñ in Canticis Canticoꝝ ſponſus eccleſiæ .ſ. Xp̃s deſignat, dicens: Ego flos campi & lilium conuallium: qa odorẽ uirtutis meæ ꝑ uniuerſum mundum diffundo. Ego inqt, ſum flos campi, & lilium conuallium .i. ego ſum ſctĩtas, bonitas & iuſtitia eoꝝ q cum humilitate in me confidunt: qa nullus eoꝝ poterit eſſe ſctũs nec bonus ſine me. Sicut dixi ĩ Euangelio, qa ſine me nihil poteſtis facere. Ego ſum flos campi, & liliũ cõuallium. Sicut.n. campus florib. adornatur & uernat, ita totus mũdus fide Xp̃i & notitia decorat̃. Ego flos campi & liliũ cõuallium, qa illis hoĩbus amplius meã gr̃am dono, q nõ in ſua bonitate nec in ſuis meritis cõfidũt, ſed in me. Soror uenerabilis, iõ te moneo, ut nihil tuis meritis attribuas, nihil de te p̃ſumas. In uirtute tua nihil ponas, in uiribus tuis non confidas, in tua audacia fiduciam non habeas. Oĩa diuino dono & diuinæ gr̃ę aſcribe. In oĩbus oꝑibus tuis deo gr̃as refer. In oĩbus actionibus tuis deo gr̃as redde. In oĩ cõuerſatione tua deo gr̃as repende. Confidentia tua ſemper ſit in Chriſto, qui te creauit ex nihilo.

De timore dei, *Sermo* IIII.

SOror chariſſima audi q̃ dico, audi q̃ moneo: auſculta quæ loquor: Deum time ſuper oĩa, & mandata eius ſꝑ obſerua, qa ecce oculi dñi ſuꝑ timentes eũ, & in eis q ſperãt ſuper mĩa eius. Et Salomon: Time dñm, & recede à malo. Qui timet dñm nihil negligit. Et qdã ſapiens ait: Timor dñi gl'ia & gl'iatio, & lętitia, & corona exultationis. Timor dñi ditabit cor: & dabit gaudiũ & lætitiam in longitudine dieꝝ. Nam q ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Timor dñi eſt ſapĩa & diſciplina: nõ ſis ĩcredulus in timore dei, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Timentes dñm ſuſtinete eius mĩam, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dñm credite in illum, ut in oblectatione ueniat uobis mĩa. Qui timetis dñm credite in illum, & non euacuabit̃ merces ur̃a. Qui timetis dñm diligite illũ, & illuminabunt̃ corda ur̃a. Qui timent dñm, non erunt increduli uerbo eius: & q diligũt illum, cõſeruabũt uias illius. Qui timent dñm, inq̃runt q̃ beneplacita ſunt illi, & q diligũt illum replebunt̃ lege eius. Qui timent dñm, ꝓbabunt corda ſua, & in cõſpectu illius ſctĩficabunt aĩas ſuas. Qui timent dñm, cuſtodiunt mandata eius, & patientiam habebũt uſq; ad ĩſpectionẽ ipſius. Oculi dñi ſuꝑ timentes ſe, & ipſe cognoſcit omnia opera eoꝝ. Cõſũmatio timoris dei eſt ſapĩa. Timẽti dñm nõ occurrũt mala, ſed ĩ tẽtatione deus liberabit illũ

à malo. Spũs timentium deum req̃ret,
& in reſpectione illius bñdicet. Timor
dñi eſt ſicut paradiſus: bñdictio & oĩs
glĩa opiet illum. Btũs uir, cui donatum
eſt timorem dñi hr̃e. Timor dñi eſt ini-
tium dilectionis eius. O` ſoror dilecta,
nulla res nos ſic ab oĩ pctõ cuſtodit im-
munes, ſicut timor inferni & amor dei.
Deum timere eſt nulla mala facere, &
nulla bona q̃ facienda ſunt p̃terire. Ti-
mor dñi, eſt fons ſapiæ. Timenti dñm
bñ erit in extremis. & in die mortis ſuę
bñdicet. Soror uenerabilis, bonum eſt
nobis timere deum, q̃a timor dñi expel
lit pctm̃. Timor dñi, ſp emẽdat. Timor
dñi, reprimit uitium. Timor dñi, cautũ
facit hoĩem atq; ſolicitum. Vbi uero ti-
mor nõ eſt, ibi ꝑditio eſt aĩæ. Vbi timor
nõ eſt, ibi diſſolutio uitæ eſt. Vbi timor
non eſt, ibi eſt abundantia pctõꝝ. Igit
honeſta uirgo, timor, & ſpes, ſp ſint in
corde tuo. Pariter ſint in te, timor & fi-
ducia. Spes & metus, pariter ꝑſeuerent
in te. Sic ſpera in mĩa dei, ut timeas eius
iuſtitiam. Sed tñ, ſoror mihi ĩ Xp̃o ama
bilis, uolo te ſcire, q̃tuor eſſe timores: ui
delicet humanũ, ſeruilem, initialem, &
caſtum. Humanus timor eſt, ut ait Caſ-
ſiodorus, qñ timemus pati pericula car
nis, uel ꝑdere bona mundi, ꝑꝑ qđ pec-
camus: hic mundanus timor, malus eſt:
& in primo gradu cum mundo deſerit,
quem dñs ꝓhibet in euangelio, dicens:
Nolite timere eos q̃ occidũt corpꝰ &c.
Scđs timor, eſt ſeruilis: ut ait B. Augu-
ſtinus. Cum timore gehẽnæ hõ recedit
à pctõ: & oĩa bona q̃ facit, non ꝑꝑ dile
ctionem dei, ſed ꝑꝑ timorẽ inferni facit.
Ille q̃ſi ſeruus timet, q̃ bonum qđ facit,
non timore amittendi bonum qđ non
amat, ſed timore patiendi malum, qđ
formidat facere. Ille non timet perdere
amplexus pulcerrimi ſponſi, ſed timet
ne mittat in pœnas inferni. De hoc ſerui
li timore ait paulus: Non. n. accepiſtis
ſpm̃ ſeruitutis iterum in timore, ſed ac-
cepiſtis ſpm̃ adoptionis filioꝝ. i. ſpm̃ fi
lialem. Bonus eſt iſte ſeruilis timor, &
utilis, licet inſufficiens & imperfectus
ꝑ quem creſcit paulatim conſuetudo iu-
ſtitiæ. Cum incipit hõ credere diem iu-
dicij, ĩcipit timere. Si cœpit credere, cœ-
pit & timere: ſed q̃ adhuc timet, nõ hẽt
ꝑfectam fiduciã in die iudicij. Nondum
eſt in illo perfecta charitas, q̃ adhuc ti-
met: q̃a ſi ꝑfecta in illo eſſet charitas, nõ
timeret. Perfecta charitas faceret in ho
mine ꝑfectã iuſtitiã, & hõ nõ hr̃et, unñ ti-
meret: ſed hr̃et unñ deſideraret, ut trãſeat
iniq̃tas, & ueniat regnũ dei. Quid eſt ꝑ-
fecta charitas, niſi ꝑfecta ſctĩtas? Ille ha
bet in ſe ꝑfectã charitatẽ, q̃ ꝑfecte uiuit.
Qui ꝑfecte uiuit, nõ hẽt unñ ĩ inferno da-
mnet, ſed unñ ĩ cœlo coronet. Qui ꝑfectã
hẽt in ſe charitatem, nõ timet in inferno
puniri, ſed ſperat in cœlo cũ deo glĩari.
Vñ dr̃ in Pſalmo: Glĩabunt in te oẽs q̃
diligunt nomen tuum. Ergo timor non
eſt ĩ charitate, ſed ꝑfecta charitas foras
mittit timorẽ. Timor prius uenit in cor-
de hoĩs, ut p̃paret locus charitati. Huic
ſeruili timori ſuccedit tertius timor, ui-
delicet initialis, qñ hõ incipit facere bo
num ꝑꝑ dilectionẽ dei, qđ antea facie-
bat ꝑꝑ timorẽ inferni. De hoc initiali ti
more ait Dauid ꝓpheta in Pſalmo: Ini-
tiũ ſapię, timor dñi. Initialis timor eſt,
qñ hõ incipit amare deũ, quẽ añ time-
bat. Et ſic excluditur à corde ſeruilis ti-
mor. Huic initiali timori ſuccedit q̃rtus
timor. ſ. caſtus ꝑ quem timemus, ne ſpõ
ſus. ſ. Chriſtus tardet, ne diſcedat à no-
bis: ne eũ offendamus: ne ĩ eũ peccemꝰ,
& ne eũ ꝑdamus. Timor iſte. ſ. caſtus
de amore deſcẽdit. Timor iſte, đ amo-
re naſcit. De hoc timore legit ĩ Pſalmo:
Timor dñi ſctũs ꝑmanet in ſclm̃ ſecu-
li. In corde hoĩs prius uenit timor. Et q̃r
uenit? ut locũ chatitati p̃paret. Cũ aũt
charitas cœpit habitare in corde hoĩs:
tãto magis timor decreſcit. Quãto ma-
ior eſt charitas ĩ corde hoĩs: tãto minor
eſt ibi timor. Q̃r? q̃a charitas mittit eũ
foras. Audi ſoror dilecta, cõgruẽtẽ ſĩlĩtu
dinẽ. Sæpe uidemꝰ ꝑ ſetã ĩtroduci linũ:
qñ aliq̃d ſuit, priꝰ ĩtrat ſeta, & poſt ſetã
intrat linũ. Sic timor prius ĩtrat in mẽte
hoĩs, & poſt timorẽ, charitas: iõ intrat
timor,

timor, ut introducat charitatem. Sed
poſtq̃ intrat charitas, foras mittit timo
rẽ. Timor iſte ſctũs eſt, q̃a in mẽte hoĩs
gñat ſanctitatẽ. Timor iſte ſctũs eſt, q̃
introducit in mentẽ hoĩum perfectam
charitatem. Perfecta etenim charitas, ꝑ-
fecta eſt ſanctitas. Timor iſte caſtus ẽ,
q̃a nõ recipit adulteꝝ amorẽ. ſ. q̃a deũ
ſuꝑ oĩa diligit, & nihil amori illius p̃po-
nit. Etiam timor iſte dr̃ filialis, q̃a nõ ti-
met deũ quaſi ſeruus crudelẽ dñm, ſed
quaſi filius pr̃em dulciſſimũ. Hic timor
ideo dr̃ filialis, q̃a nõ timet quaſi ſeruꝰ,
ſed quaſi filius. Sed q̃d eſt, qđ ait Dauid
ꝓpheta: Timor dñi ſctũs ꝑmanet ĩ ſecu
lũ ſclĩ: cũ Ioãnes dicat, Perfecta chari-
tas foras mittit timorẽ? Hoc eſt, qđ ſu-
perius diximus, quia ille hẽt caſtum &
ſctm̃ timorẽ q̃ deũ nõ timet ꝑꝑ pœnas
inferni, uel ꝑꝑ ſupplicia gehẽnæ, ſed cũ
reuerẽtia & amore. Et hic timor. ſ. reue-
rentia dei ꝑmanet in ſclm̃ ſclĩ. Ille uero
q̃ deũ timet ꝑꝑ pœnas inferni, non hẽt ĩ
ſe timorẽ caſtũ, ſed ſeruilẽ: q̃a non hẽt
ꝑfectam charitatẽ. Si. n. deũ ꝑfecte dili
geret, perfectã in ſe iuſtitiã hr̃et, & deũ
nõ ꝑꝑ pœnas, ſed cũ reuerẽtia & timo-
re timeret. Et ideo timor pœnæ nõ eſt ĩ
charitate, q̃a ꝑfecta charitas eum foras
mittit. Alr̃ timet ſeruus dñm, atq; alr̃ ti
met filius pr̃em. Seruus timet dñm cũ
deſperatione & odio: filius timet pr̃em
cũ reuerẽtia & amore. Nunc igr̃, ſoror
reuerẽdiſſima, moneo te, ut timeas deũ
cũ amore & reuerẽtia. Nolo. n. ut ſꝑ ia-
ceas ſub iugo timoris dep̃ſſa, ſed ut cõ-
ſurgas ꝑ dilectionẽ ad dñm pr̃em tuũ,
q̃ te creauit quaſi filiam. Etiam te mo-
neo, ut deũ caſte diligas, & nihil amori
eius p̃ponas, ſed pro amore eius, oĩa q̃ ĩ
hoc mũdo ſũt deſpicias. Iteꝝ admoneo
te, atq; rogo honeſtiſſima uirgo, ut cor
rigas uitã tuã cũ omni ſtudio, ita ut ſit
ſermo tuus pudicus, inceſſus honeſtus,
uultus humilis, lingua affabilis, mens
plena dilectione, manus plena oꝑatio-
ne, iuuante dño: ſine quo nihil boni po
teris facere. Amãtiſſima mihi in Chr̃o
ſoror, ſi me quaſi fr̃em audieris, et deum
in toto corde tuo timueris, multa bõna
non ſolum in hac uita, ſed & in futura
habebis, Amen.

De charitate, *Sermo V.*

INtroduxit me rex in cellã uina
riam, & ordinauit in me chari-
tatẽ. Cella uinaria eccleſia eſt, ĩ
qua eſt uinum euangelicæ prædicatio-
nis. In hãc ergo cellã amica ſpõſi. ſ. ſctã
aĩa introducit, atq; in ea charitas ordi-
nat: q̃a nõ ſunt æqualr̃ oĩa diligẽda, ſed
differẽter. Nõ debemus æqualr̃ oĩa dili
gere, ſed alia minus, & alia magis. Nã
ſcire q̃d facere debeamus, & neſcire or
dinem faciẽdi ꝑfecta ſcĩa nõ eſt. Si non
diligimus ea q̃ diligere debemus, uel ſi
diligamus ea q̃ diligere non debemus,
ordinatam charitatẽ nõ habemus. Et ſi
plus diligimus ea q̃ minus diligere de-
bemus, uel ſi minus diligimus ea q̃ plus
diligere debemus, ordinatã charitatem
nõ tenemus. Hęc eſt ergo ordinata cha
ritas, ut deũ añ oĩa, & ſuꝑ oĩa diligamꝰ.
Debemus deũ diligere ex toto corde. i.
ex toto intellectu, & ex tota aĩa, & ex
tota uoluntate, & ex tota mente, & ex
tota memoria: ut oẽm intellectũ & oẽs
cogitationes nr̃as, & oẽm uitã nr̃am ad
eũ dirigamus à quo oĩa bona habemꝰ:
Vt nulla pars uitæ nr̃æ otioſa relinq̃-
tur, ſed q̃cq̃d in aĩum uenerit, illuc diri-
gatur, ubi impetus dilectionis currit. Igi
tur ſoror chariſſima, digniſſimũ eſt, &
ualde nobis neceſſariũ, ut deũ in oĩb. et
ſuꝑ oĩa diligamus, q̃ eſt ſummũ bonũ.
Sũmum ergo bonũ diligere ſumma eſt
beatitudo. Quãto q̃ſq; deũ amplius di-
lexerit, tãto magis btũs erit. Qui deũ di
ligit, bonus eſt. Si bonus eſt, ergo btũs.
Vñ Salomõ in canticis cãticoꝝ: Fortis
eſt, ut mors dilectio. Verè dei dilectio
fortis eſſe, ut mors, dr̃, q̃a ſi mors uiolẽ
ter ſeparat aĩam à corpe: ita dilectio dei
uiolẽter ſeparat hoĩem à mũdo & car-
nali amore. Verè dei dilectio fortis ẽ, ut
mors, quia dum ꝑ dilectionem dei à ui-
cijs mortificamur, quod mors agit ĩ ſen
ſibus corpis: hoc agit dilectio dei in ſe
culi cupiditatibus. Deus diligendus

eſt p̄p̄ ſemetipſum, quia eſt ſumme bo
nus: & ꝗ nos creauit ex nihilo. Charitas
eſt dilectio qua diligit̃ deus p̄p̄ ſe, & ꝓ-
ximus p̄p̄ deum. In primo loco diligit̃
deus, ſicut iam dictũ eſt in oībus & ſup
oīa. In ſc̄d̃o uero diligit̃ ꝓximus in deo,
hoc eſt, in bono. Charitas hẽt duo mã-
data: unum ꝑtinens ad dilectionem dei,
quod eſt maximum mãdatum. Alteꝝ
uero ꝑtinens ad dilectionẽ proximi, qđ
eſt ſil'e huic. Sicut.n. ſcriptum eſt. Dili-
ges dñm deum tuum, & proximũ tuũ
ſicut teipſum. Ac ſi diceret: Ad hoc de-
bes ꝓximum tuum diligere, ad id quod
diligis teipſum. ſ. ut bonus ſit, & ut ad
uitá æternam ꝑuenire poſſit. De hac di-
lectione dei & ꝓximi in cãticis cantico
rum ſponſus. ſc. Xp̃s loquitur ſponſæ. ſ.
eccleſiæ aīæ ſanctæ dicens: Quàm pul-
cræ ſunt mãmæ tuæ ſoror mea ſponſa,
& odor unguẽtoꝝ tuoꝝ ſup oīa aroma
ta. Quid ꝑ mammas cõuenientius ĩ hoc
loco, q̃ ipſa dilectio dei & ꝓximi, de q̃
ſuperius diximus intelligit̃, ꝑ quas mã-
mas mẽs ſc̄tã oẽs ſenſus ſuos, ꝓ ſuam di
lectionẽ nutrit, cũ deo ſuo charitatis cõ
iunctione cõglutinat̃: & ꝓximis ſuis qc
quid boni põt largit̃? Et odor unguẽto
rum tuoꝝ ſup oīa aromata. Per unguẽ-
ta ꝗppe ipſas uirtutes, q̃ ex charitate na
ſcunt̃ intelligimus. Debem⁹ proximos
nr̃os in bono diligere, ꝗa ꝗ in malo dili
git proximũ, nõ diligit proximũ, ſed o-
dio hẽt. Qui non diligit fr̃em ſuũ quem
uidet, deũ quẽ non uidet, q̃uo põt dilige
re? Neq̃q̃. Igit̃ diligamus nos adinuicẽ,
ꝗa charitas ex deo eſt. Et ꝗ diligit fr̃em
ſuũ, ex deo natus eſt, & uidet deũ. Qui
diligit fr̃em ſuũ quẽ uidet oculis corpo-
ris, uidet oculis mentis in ſe manentem
deũ. ſ. charitatẽ, ꝗa deus charitas eſt. Et
ꝗ non diligit fr̃em ſuũ quẽ uidet oculis
corporis, nõ uidet oculis mẽtis in ſe ma
nẽtẽ deũ. ſ. charitatẽ: ꝗa ſi in eo eſſet cha
ritas, deus eſſet in eo, ꝗa deus charitas
eſt. Debemus ẽt diligere ꝓpinquos no
ſtros ſi boni ſunt, & ſi deo ſeruiũt. Plus
debemus diligere extraneos, qui nobis
ſunt coniũcti uinculo charitatis xp̃i, q̃
ꝓpinquos ꝗ deum nõ diligunt nec deo
ſeruiunt. Qr̃? Quia ſanctior eſt copula
cordiũ, q̃ corpoꝝ. Oẽs fideles hoīes de
bemus diligere, ſed cũ oībus ꝓdeſſe nõ
poſſumus, illis maxime cõſulendũ eſt,
ꝗ pro locoꝝ & tp̄m, uel quarumlibet
reꝝ opportunibus cõſtrictius nobis q̃ſi
quadã ſorte cõiungunt̃. Pari dilectione
eſt optanda uita æterna oībus hoībus.
Oẽs hoīes affectu charitatis debemus
diligere. ſ. ut deo ſeruiãt, & ut ſalui fiãt.
Sed ꝑ oꝑa miſericordiæ non debemus
oībus hoībus ęqual'r impẽdere, ſed alijs
minus atq; alijs magis. Soror dilecta, ſi
uerã & ꝑfectã charitatẽ uolumus cuſto
dire, ad æternã patriã deo adiuuãte poſ
ſumus ꝑuenire. Præterea debemus dili-
gere inimicos nr̃os p̄p̄ deum, ſicut & i-
pſe ait in euãgelio. Diligite inimicos ue
ſtros, bñ facite his ꝗ oderunt uos: & o-
rate pro ꝑſequẽtibus & calũniantibus
uos, ut ſitis filij patris ur̃i ꝗ in cœlis eſt.
Igr̃ uenerabilis ſoror, neceſſaria eſt no-
bis charitas ſine qua nullus põt place-
re deo. Deum nõ diligit ꝗ hoīem odit.
Nec deũ diligit ꝗ dei p̃cepta contẽnit.
Charitas eſt radix oīum uirtutũ. Sine
charitate.n. quodcunque facimus nihil
nobis ꝓdeſt. Nr̃m ſtudiũ eſt uacuum, ſi
nõ hẽmus charitatẽ, ꝗa deus eſt. Ibi re-
gnat carnalis cupiditas, ubi non eſt dei
charitas. Tũc hõ eſt ꝑfectus, qñ eſt cha
ritate plenus. Sine amore charitatis q̃-
uis quiſq; recte credat, ad beatitudinẽ
ꝑuenire nõ põt. Tãta eſt ẽt uirtus chari
tatis, q̃ ſi deſit fruſtra hñr cæteræ uirtu
tes: Si adſit recte hñr oīa. Qui deũ nõ di-
ligit, nec ſeipſum diligit. Nũc ergo mo-
neo te honeſtiſſima uirgo, ut ꝑ amorem
cõiungaris inuiſibili ſponſo Ieſu Chri-
ſto: & ut ardeas eius deſiderio. Nulla
iam quæ in mundo ſunt concupiſcas.
Longitudinem pñtis uitæ pœnam æſti
mes, exire de ſcl'o feſtines: nullam con-
ſolationem pñtis uitæ recipias, ſed ad
Chriſtum quem diligis tota mente ſu-
ſpires, ferueas, anheles, anxieris, & ipſa
ſalus tui corporis cã amoris Chriſti fiat
tibi uilis: uulnere amoris transfigaris,

ita ut recte ualeas dicere. Vulnerata cha
ritate ego ſum. Soror ĩ Chriſto, dilecta
mihi, audi uerba Ieſu Chriſti, ſponſi tui.
Qui diligit me, diligetur à patre meo: et
ego diligam eũ, & manifeſtabo ei me-
ipſum. Dilige ergo eum chariſſima in
hac uita, ut ipſe te dignetur diligere cũ
patre in æterna beatitudine. Amen.

De primordiis conuerſorum.

Sermo VI.

i Nchoantibus p̃mium promit-
titur, ſed ꝑſeuerantibus dat̃ ſic-
ut ſcriptũ eſt. Qui ꝑſeuerauerit
uſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Tunc n. pla-
cet deo nr̃a conuerſatio: qñ bonum qđ
inchoamus uſq; in finẽ produximus. Si-
cut.n. ſcriptũ eſt. Væ his ꝗ ſuſtinentiam
ꝑdiderunt. i. bonũ opus nõ conſumma-
uerunt. Sũt multi hoīes ꝗ ex ſola mẽtis
deuotione cõuertunt̃ ad deũ. Multi etiã
coacti plagis cõuertunt̃ ad deũ, qui ex
deuotione nõ cõuertebant̃, ſicut in pſal
mo legit̃. In chamo & fræno maxillas
eoꝝ cõſtringe ꝗ nõ approximãt ad te.
Oīs cõuerſus à fletu incipiat pc̄tõꝝ: &
ſic trãſeat ad deſideriũ cœleſtiũ bono-
rũ. Soror chariſſima, prius debem⁹ ma-
la q̃ fecimus lacrymis lauare, ut tũc mũ
da mẽtis acie id qđ quærimus contem
plamur: ut dũ antea à nobis plorando
detegit̃ caligo pc̄tī mundatis cordis o-
culis albefacta inſpiciant̃. Neceſſe eſt oī
cõuerſo, ut poſt timorẽ cõſurgat ad deũ
ꝑ dilectionẽ, quaſi filius ne ſꝑ ſub timo-
re iaceat ſicut ſeruus. Nouiter conuerſi
blãdis uerbis ſunt cõſolãdi, ne ſi exaſpe
rari cœꝑint: territi ad priora pc̄tã recur-
rãt. Qui.n. nouitiũ ſuauitate & dulcedi-
ne nõ docet, & caſtigat: plus nouit exa
ſperare q̃ corrigere Prius corrigendus
& caſtigãdus eſt nouitius à prauo oꝑe:
deinde à cogitatione. Oīs noua conuer
ſio, adhuc priſtinæ uitæ hẽt permiſtio-
nem. Propterea neq̃q̃ ulla uirtus ad o-
culos hoīum debet exire, donec uetus
cõuerſatio funditus ab aīo extirpetur.
Tũc magis grauari ſe quiſque impulſu
uitioꝝ cognoſcit qñ in ſeruitiũ dei ac-
cedit. Sic ppl's Iſrael grauiori onere ab
Aegyptijs p̃mit̃, cũ ꝑ Moyſem diuina
cognitio apit̃. Vitia.n. in hoīem añ con-
uerſionẽ, hñt pacẽ, qñ aũt expelluntur
grauius contra hoīem inſurgunt. Multi
poſt cõuerſionẽ motũ libidinis ſuſtinẽt:
quem tñ non ad dãnationẽ tolerãt, ſed
ad probationẽ ſuſtinẽt. ſ. ut ſꝑ hẽant ho
ſtẽ cui reſiſtant pro excutienda inertia:
dum tñ non conſentiũt. Remiſſa cõuer
ſio multos in priſtinos errores deducit:
ac uiuẽdi torꝑe reſoluit. Tepidus in cõ
uerſione otioſa uerba, & uanas cogita-
tiones noxias eſſe nõ cõſpicit, ſed cum
aīus à torꝑe mẽtis euigilauerit: ea q̃ le-
uia æſtimabat: cõfeſtim quaſi cõtraria
& horrẽda ꝑtimeſcit. Fraus & deſidia
timẽda ſunt ĩ omni oꝑe dei. Fraudẽ deo
facimus qñ nõ deũ, ſed noſmetipſos de
bono oꝑe nr̃o laudamus. Deſidiã faci-
mus qñ ꝑ torporẽ lãguidi, ea q̃ dei ſunt
oꝑamur. Oīs ars h⁹ ſcl'i ſtrenuos habet
amatores, & ad exequẽdũ promptiſſi-
mos. Qr̃? Quia pñtem hẽt remuneratio
nẽ ſui oꝑis. Ars uero diuini timoris, mul
tos hẽt ſectatores, tepidos, lãguidos, pi
gritiæ inertia congelatos. Sed hoc ꝓ-
inde fit, qđ merces laboris eoꝝ, non in
pñti uita, ſed in futura dabit̃. Qui noui-
ter ſunt cõuerſi ad deũ, nõ debẽt in ex-
terioribrs curis ꝓuehi. Nã ſi implicẽtur
ſtatim quaſi arbuſcula plantata: & nec-
dũ radice p̃fixa cõcutiuntur pariter, &
areſcunt, tamẽ ualet conuerſis pro ani
mæ ſalute mutatio loci. Sæpe tamen
dum mutatur locus, mutatur & men-
tis affectus. Congruum eſt enim in-
de etiam quiſque corporaliter recede-
re, ubi ſe meminit uitijs deſeruiſſe. So-
ror uenerabilis, audi q̃ dico. Multi con-
uertuntur ad deum, non tam mente,
quàm corpore: quod nos ſine graui
gemitu dicere non poſſumus: habitum
religionis hñt, ſed mentem religioſam
non hñt. Multi hñt religionis animum.
Multi enim ad conuerſionem ueniunt,
non tam propter animæ ſalutem,
quàm propter corporis neceſſitatem, ꝗ
non deum colunt, ſed uentrem ſuum de

quibus Apl's ait: Quoꝝ deus uēter eſt. Non eſt intentio eoꝝ ut digne deo ſeruiant, ſed ut bñ comedāt & bibāt, & ut bñ ueſtiantꝰ, & ut bñ ſit eis in hoc ſcl'o. Et quia terrena diligūt, cœleſtia ꝑdunt. Et ſic ait dñs in Euangelio: recipiūt ſuā mercedē in hoc ſcl'o. Vnde ſoror dilecta, cauendū nobis eſt, ne trāſitoria & terrena pluſq̃ oportet diligamus, ideo pſalmiſta nos admonet, dicēs: Diuitiæ ſi affluāt, nolite cor apponere, Terrena quidem nobis in uſu eſſe debent: cœleſtia uero in deſiderio. Terrena debem⁹ expandere, cœleſtia deſiderare. Etenim q̄dam admirabilis & magna multitudo dulcedinis, quā abſcōdit deus his q diligunt eū. De qua ſcriptū eſt: qa ocl's non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Vñ propheta: Satiabuntꝰ, inquit, cum apparuerit gloria tua. Soror in Chriſto amabilis, ergo illa ſatietas ſit noſtra fœlicitas, Amen.

De conuerſione, Sermo VII.

d Ominus dicit ī Euangelio: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuā, & ſequatꝰ me. Sed qd eſt ſemetipm̄ abnegare, niſi uoluptatibus proprijs renūciare? Vt q ſupb⁹ erat ſit humilis: & iracundus ſit māſuetus: & qui luxurioſus, ſit caſtus: & q erat ebrioſus, ſit ſobrius: & q erat auarus, ſit largus. Nā ſi ita qſque renūciet oībus q̄ poſſidet, & nō renūciet ſuis prauis moribus, nō eſt Chriſti diſcipl's. Qui renūciat ſuis rebus, ſua abnegat. Qui non renūciat ſuis prauis morib. ſemetipſum nō abnegat. Ea quę amatores ſeculi diligūt, ſerui dei uelut aduerſa refugiūt. Serui dei plus gaudēt aduerſitatibus mūdi, q̃ ꝓſperitatibus delectanꝰ. Soror chariſſima, ea q̄ in hoc mūdo ſunt, ſeruis dei contraria ſunt, ut dum iſta aduerſa ſentiūt, ad cœleſte regnū cū ſummo deſiderio ſuſpirent. Magna apud deū refulget gr̄a, q̄ huic mundo contēptibilis eſt. Nā reuera neceſſe eſt ut q̄ mūdus odit, diligantꝰ à deo. Sancti uiri ꝑegrini ſunt & hoſpites in hoc ſcl'o, unde reprehenditꝰ petrus, ꝙ tabernaculū in mōte fieri uoluerit: qa ſanctis in hoc mūdo tabernaculū nō eſt, qbus in cœlo patria & domus eſt. Soror uenerabilis cūcta tꝑalia quaſi herbę marcētes ſiccanꝰ & tranſeūt, & ideo ęternis rebus quæ nunq̃ areſcūt, recte ſerui dei iſta cōtemnūt & deſpiciūt, qa in eis nullam ſtabilitatē aſpiciunt. Sancti uiri q ꝑfectè ſcl'm cōtemnūt, ita huic mundo moriunꝰ, ut ſoli deo uiuere delectentur. Et quāto ſe à cōuerſione h⁹ ſcl'i ſubtrahunt, tanto magis oculis mētis pñtiam dei & angelicæ ſocietatis frequentiā cōtemplanꝰ: quāuis deus in medio hoīum carnaliū uitā electoꝝ ꝓtegat, tñ ualde rarꝝ eſt ut hō inter ſcl'i uoluptates poſitus à pctīs ſit alienus. Nō erit ſꝑ ſecur⁹, q ꝑiculo fuerit ꝓximus. Soror dilecta, bonū eſt ut hō ſit corporal'r remotus à mūdo, ſed multo eſt melius ut ſit uolūtate elōgatus à ſcl'o. Ergo ille eſt perfectus q mente & corꝑe à ſcl'o eſt elōgatus. Vñ btūs Iob: Onager cōtemnit ciuitatē. Et ſeruus dei contēnit ſcl'arium hominū ſocietatē. Qui ꝑfecte mundū deſpiciunt, aduerſa uitæ nr̄æ appetunt, & ꝓſpera contēnūt, & dū ab eis uita hæc contēnitꝰ, cœleſtis inueniatꝰ. Lōge qppe à deo eſt aīus, cui hæc miſerabilis uita dulcis eſt. Iſte. n. qd de cœleſtibus concupiſcat, uel de terrenis deſpiciat, ignorat. nā ſicut ſcriptū eſt: Qui apponit ſciētiā, apponit dolorē. Quāto hō plus pōt ſuꝑna cognoſcere q concupiſcat, tanto ampli⁹ dolere debet de terrenis & trāſitorijs reb⁹ qbus inuoluitꝰ. Serui dei qui parētū ſuoꝝ utilitatē ꝓcurāt, à dei amore ſe ſeparant. uñ ſpūalis ita ꝓdeſſe debet ſuis parētibus: ut dū illis gr̄am carnis p̄ſtare ſtudet, ipſe à ſpūali oꝑe, uel ꝓpoſito nō declinet. Soror in xp̄o dilecta mihi, audi ſniam B. Iſidori: Multi canonicoꝝ, monachoꝝ, ſanctimonialiū fœminarum pro amore ſuorum parentum inuoluuntur terrenis curis & phrenesibus & iurgijs, ac negotijs, & temporali ſalute ſuoꝝ parentum perdunt animas ſuas: tñ ordinata diſcretio eſt, ut quod extraneis miſericorditer impenditꝰ, parētibus nō negetꝰ. Dignum eſt, ut demus parētibus nr̄is, qđ mediocriter damus extraneis. Parentibus. n. carnal'r p̄ſtatꝰ, qđ extraneis pie impēditꝰ. honeſta ſoror, nō debemus odio hr̄e parētes nr̄os: ſed impedimēta eoꝝ q nos à recto itinere deuiāt. Per uaccas Philiſtęorū q̄ ducebāt arcā dñi ad terrā Iſrael, intelligimus figurā eoꝝ, q ꝑꝑ deū dereliquerūt ſcl'm. Nā Philiſtęi ſicut iūxerunt uaccas plauſtro, uituloſq̃ eaꝝ recluſerūt domi, & ſuꝑ plauſtrū impoſuerunt arcā teſtamēti dñi: ita iugū Xp̄i leue & ſuaue impoſitū eſt ſuꝑ ceruices ſeruoꝝ dei. Et ſicut uaccæ amore filioꝝ ſuoꝝ mugiebāt, & tñ nō declinabāt ad dexterā neq̃ ad ſiniſtrā, ſed recto tramite incedebāt uſq̃ Bethſemes, q erat ī introitu terræ Iſrael: ita ſerui dei recto tramite incedere debēt, & pro amore parētum ſuoꝝ, nō debēt ad dextrā, neq̃ ad ſiniſtrā declinare à bono oꝑe uel propoſito, ſed recto itinere uſq̃ ad Bethſemes, .i. uſq̃ ad introitū cœleſtis regni ꝑuenire. Et ſicut uaccæ pro filijs ſuis mugiendo ꝑgebāt: ita cōuenit ſeruis dei, ꝓ parētibus ſuis mugire. i. pro eis debēt orare, ut bñ ſit eis: & ut à malo liberenꝰ, atque in bono cōfirmenꝰ. Soror in Chr̄o amabilis mihi, ſicut ſuꝑius dixi tibi: nō debemus parētes nr̄os odio hr̄e, ſed diligere. Sed ſicut ait btūs Aug. Si in uia dei nobis fuerint cōtrarij, nec ſepultura à nobis illis debetꝰ. Tu chariſſima, egreſſa es cū Abrahā de terra tua, & de cognatione tua, & de domo pr̄is tui: & ueniſti in terrā quā de⁹ mōſtrauit tibi. i. in monaſteriū. Obſecro ergo, ut ꝑſeueres in eo bñ uiuēdo, qeſcas in ſinu eiuſdem Abrahæ: hoc eſt, in beata reqe, ut poſt mortē tuam poſſis reqeſcere. Tu ſoror mihi in xp̄o dilecta, cū Loth egreſſa es de Sodoma. i. de ſcl'ari uita: ideo mōeo te ne cū uxore illius retro reſpicias: ne, qđ abſit, in exemplū ꝑuerſitatis oībus hoībus fias. Sed rogo, ut cū Loth ī mōte. i. in monaſterio ſaluā te facies, et alijs exemplū ſanctitatis tribuas. Tu honeſta uirgo, egreſſa es cū Ioſue de Aegypto: hoc eſt, de ſcl'o, & cū eo moreris in deſerto. i. in monaſterio, in quo de⁹ mānna pluit tibi: hoc eſt, panē cœleſtis uerbi dat tibi. Ideo ſoror amātiſſima ī xp̄o mihi, moneo te: ut ꝑſeueres in monaſterio ſicut cœpiſti, & in eo uigilādo, orando, pſallēdo, cōtra diabolū uiriliter pugnādo, ad poſtremū deuictis hoſtibus cūctis, atq̃ oībus ſcl'i delectationibus ſuꝑatis, cū eodē Ioſue ꝑuenire poſſis ad terram promiſſionis: hoc eſt, ad beatitudinem uitæ cœleſtis, atq̃ ibi uidere merearis faciem indefeſſi ſolis, Amen.

De contemptu mundi, Sermo VIII.

ſ Oror chariſſima, audi dñm Ieſum Xp̄m dicentē in euāgelio: Oīs q reliquerit domū, aut patrē, aut mr̄em, aut fr̄es, aut ſorores, aut filios, aut agros ꝑꝑ nomē meū, cētuplū accipiet, & uitā æternā poſſidebit. uñ ualde bonū eſt nobis oīa terrena ꝑꝑ nomē dñi relinquere, ut ab eo poſſim⁹ cœleſtia accipe. Quicūque uoluerit eē amicus h⁹ ſcl'i: inimicus dei erit. Igitur ſoror in Xp̄o amabilis non diligamus mundum, ne inimicum deum hēamus. Facile contemnit oīa qui ſe quotidie moriturꝝ æſtimat. Si quotidie mortē nr̄am ad memoriā reducimus: libēter oīa terrena deſpicimus. Si diem mortis nr̄æ in mente hēmus: cito oīa quæ in hoc mundo ſunt deſpicimus. Interrogatio: O fr̄ mi, libēter ꝑꝑ nomē dñi oīa q̄ ī hoc mūdo ſunt relinquerē, ſi aliqd hr̄em: ſed qa nō hēo auꝝ, neq̃ argentū, neq̃ diuitias h⁹ mūdi, neſcio qd relinq̃ ꝑꝑ nomē dñi. Rñſio: O ſpōſa Xp̄i, q̃ multū relinqs: ſi uoluntatem habendi dimittis. Multum dimittis, ſi deſiderium habendi poſtponis. Multum relinquis, ſi carnalia deſideria deſeris. Multum relinquis, ſi delectationem huius mundi propter deū deſpicis. Multum dimittis, ſi cupiditatibus & deſiderijs terrenis renuncias: & plus amat deus hominum animas, q̃ diuitias terrenas. Deus plus diligit mentem mundam & ſanctam q̃ terrenam ſubſtam. Soror uenerabilis, regnum

dei tm̄ ualet, quantū habes. Deus à te
non requirit quod tibi non dedit. Ergo
tu hoc da illi quod ille dedit tibi. ſ. men
tem ſanctam, caſtam, mūdam, pudicā,
religioſam, timoratam ac bonis mori-
bus ornatam. Igr̄ honeſta ſoror regnū
dei, tm̄ ualet q̄tū es tu. Trade teipſam
Xp̄o, & cōpara regnū eius ab illo. Nō
turberis de p̄tio. Pretium nō te turbet.
Nō tibi uideat̄ difficile. Non ſit tibi gra
ue, qm̄ Ieſus xp̄s rex cœloꝝ ſemetipm̄
dedit, ut te de ptāte diaboli libaret, &
deo p̄ri acq̄reret. Ergo libēter da teipſā
illi q̄ te redemit de manu inimici. Inte-
grā te da illi, q̄a ille ut te ſaluaret, inte-
grū ſe tradidit. Dilecta mihi in xp̄o ſo-
ror contēne terrenas diuitias, ut acq̄re-
re poſſis cęleſtes. Diuitię p̄ducūt hoīem
uſq; ad p̄iculū corporis & aīæ. Diuitiæ
p̄trahunt hoīem uſq; ad mortē. Multi
pp̄ opes p̄iclitati ſunt, & multi pp̄ diui
tias in p̄iculū deuenerūt. Multis exitia-
biles fiūt diuitiæ. Opes multis hoībus
gn̄auerunt mortē. Nunq̄ hn̄t requiem
mētis, q̄ curis terrenis ſe implicāt. Soli-
citudines. n. reꝝ, mentē cōturbant. Mēs
occupata in terrenis curis: ſp̄ eſt in an-
guſtijs. Venerabilis ſponſa Xp̄i, ſi ergo
uis eſſe q̄eta, nihil ex his q̄ in ſcl'o ſunt q̄-
ras. Semp̄ requiē mētis hēbis, ſi te à mū
di cura remoueris. Sp̄ hēbis pacē men-
tis, ſi te à ſtrepitu terrenaꝝ actionum
ſubtraxeris: q̄a diuitiæ nunq̄ ſine pc̄tō
acq̄runt̄. Nullus adminiſtrat res terre-
nas ſine pc̄tō. Valde raꝝ eſt ut q̄ diui-
tias poſſidēt, ad regem p̄ueniāt. Qui cu-
ris terrenis ſe implicat: ab amore dei ſe
ſeparat. Qui defigit̄ in amore tp̄alium
reꝝ, in deo nullatenus delectat̄. Curæ
tp̄alium reꝝ ab intētione dei auertunt
aīum. Nemo pōt ſil' amplecti gloriam
dei & gloriā ſcl'i. Nemo pōt diligere ſil'
Xp̄m & ſcl'm. Difficile eſt ſil' ſeruire cœ
leſtibus curis & terrenis negotijs. Diffi
cile eſt deū ſil' & mundū diligere. Ne-
mo pōt ſil' p̄fecte deū & mūdū dilige-
re. Vterq; aūt ſil' ęqualr̄ amari non pōt.
honeſta uirgo audi q̄ dico: quāuis hō in
gloriā ſcl'i fulgeat: quamuis purpura &
auro ueſtitus ſit: quāuis p̄tioſis ueſtimē
tis indutus ſit: quāuis ſcl'aribus ueſtibus
ornatus appareat: quāuis gēmis ac lapi
dibus decoratus reſplēdeat: quāuis pre
tioſo habitu redimitus incedat: quāuis
ſit multitudine ſeruoꝝ circūdatus: q̄uis
ſit excubantiū armis p̄tectus: quamuis
ſit innumeris obſequētiū cuneis conſti
patus: quāuis agminibus tutus, ſp̄ eſt in
pœna: ſp̄ eſt in anguſtia: ſp̄ eſt in luctu:
ſp̄ eſt in p̄iculo: ſp̄ in ſericis ſtratib⁹ ma-
net: ſed turbatus in lectis aureis iacet,
ſed infirmus in lectis argēteis cubat, ſed
fragilis ī pluma iacet: tn̄ fragilis & mor
talis eſt. Soror amātiſſima in Xp̄o mi-
hi, ideo hæc dixi tibi: ut cognoſcas q̄ ua
na eſt gloria h⁹ mūdi. Fœlicitas h⁹ mūdi
breuis eſt. Modica eſt h⁹ ſcl'i gl'a. Cadu
ca eſt & fragilis tp̄alis potētia. Igit̄ ue-
nerabilis uirgo ut acq̄rere poſſis cœle-
ſtes, diuitias, contēne terrenas, libenter
deſpice terrena ut poſſis peruenire ad
cœleſtia bona. Reſpue trāſitoria, ut hr̄e
merearis æterna: da parua, ut à deo con
ſequaris magna. Fuge in terra ſocieta-
tem hoīum, ut in cœlo habeas ſocieta-
tem angelorum: ad quam te perducere
dignetur ille qui te redemit pretioſo ſuo
ſanguine, Amen.

De habitu, *Sermo* IX.

D Ominus nr̄ Ieſus Xp̄s dicit in
euangelio: Ecce q̄ mollibus ue-
ſtiunt̄, in domibus regum ſunt.
Mollia dn̄r ueſtimēta, q̄a mollē faciūt
aīum. Mollibus ueſtimentis delectatur
regis curia: aſperis uero & humilibus de
lectat̄ xp̄i eccl'ia. Talia debēt eſſe ueſti-
mēta ſeruoꝝ & ancillaꝝ dei: in q̄bus
nihil poſſit notari nouitatis, nihil uani-
tatis, nihil ſuperfluitatis, nihil quod p̄-
tineat ad ſuperbiam, et ad uanam glo
riam. Vn̄ btūs Hieron. Nō facit ornatū
clericū tenera ueſtis, ſed mūditia men-
tis. Soror chariſſima ergo ornemus noſ
metipſos ſpūalibus ornamentis. ſ. chari
tate, humilitate, manſuetudine, obediē-
tia & patiētia. Hæc ſunt ueſtimēta qui-
bus placere poterimus Ieſu Chr̄o cœle
ſti ſponſo. Chriſtus inuiſibilis ſpōſus nō

requirit pulcritudinem foris, ſed intus,
ſicut ſcriptum eſt in Pſal. Oīs gloria ei⁹
filiæ regis ab intus. Igr̄ ſoror in Chriſto
amabilis diuitiæ tuæ boni mores: pul-
critudo tua ſit bona uita: chariſſima o-
pto, ut de te dicat̄ illud quod in cāticis
canticoꝝ legitur. Tota pulcra es ami-
ca mea, & macula nō eſt in te. Et iteꝝ,
ueni de libano coronaberis. Verè beata
eſt illa aīa q̄ Ieſu xp̄o ſponſo cœleſti ſer
uit ſine macula. Sic & tu ſoror uenera-
bilis btā eris ſi Ieſu Xp̄o ſpōſo tuo ſine
macula ſeruieris. Stude ergo placere
Xp̄o nō p̄tioſis ueſtibus, ſed bonis mo-
ribus: nō pulcritudine carnis, ſed pulcri
tudine mētis. Stude placere illi: nō in fa
cie, ſed in corde. Veſtimēta tua et calcia
mēta nec nimiū ſint p̄tioſa, nec multum
uilia: ſed ex moderato & cōpetenti ha-
bitu. ſic. n. ait btūs Aug. de ſemetipſo:
Fateor, de p̄tioſa ueſte erubeſco. Et ite-
rum: Nō decet hāc p̄feſſionē, nō decet
hāc admonitionē. Nō decet hæc mem-
bra, non decet hos canos. Honeſta uir-
go, ueſtis pura circūdet̄ tibi nō ad pul-
critudinē ſed pp̄ corporis neceſſitatē. Vt
dū p̄tioſis ueſtimentis ueſtiris, cadas in
turpitudinē aīæ, q̄a quāto amplius cor-
pus foris pp̄ uanā gloriā cōponit̄ atq;
ornat̄, tāto interius aīa fœdat̄ & ſordi-
dat̄. Igr̄ ſoror in Xp̄o amabilis profeſ-
ſionē tuā habitu & inceſſu demonſtra.
Sit in greſſu tuo ſimplicitas: ſit in inceſ-
ſu honeſtas. Nihil dedecoris, nihil laſci
uiæ, nihil petulātiæ, nihil inſolētiæ, nihil
leuitatis in inceſſu tuo appareat. Aīus
enim in corp̄is geſtu apparet. Geſt⁹ cor
poris ſignū eſt mētis. Corp̄is geſtu ani
mus p̄dit̄, ſoror chariſſima, ergo inceſ-
ſus tuus nō hēat imaginē leuitatis, inceſ
ſus tuus nō offendat oculos alteri⁹. Nō
p̄beas de te ſpectaculū. Nō des alijs lo-
cū de te obtrectādi. Soror dilecta mū-
da cōſciam tuā ab omni malitia ut fœli
citer dicat̄ tibi à Ieſu Xp̄o ſponſo cœle-
ſti: Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu
pulcra, oculi tui colūbaꝝ. Pulcra uideli
cet pp̄ p̄fectionē corp̄is, & mūditiā co-
gitationis. Ecce tu pulcra es hn̄s mūdā
& ſimplicem intentionē cordis: quia
cuncta bona quæ agis non ut hoībus ui
dearis, ſed ut ſoli deo placeas operaris.
Oculos hēas colūbaꝝ, quia tunc te im
munē cuſtodis ab omni malitia & ſimu
latione, atq; fictione. Soror mihi in xp̄o
amantiſſima: ideo hoc dixi, ut plus gau-
deas intus in aīa de ſanctis uirtutib⁹: q̄
foris in corpore de p̄tioſis ueſtibus. Vn̄
dicit B. Gregorius: Nemo q̄ppe ueſti-
mēta p̄tioſa quærit niſi ad inanem glo-
riam, uidelicet ut inde laudetur, et ut ho
norabilior cęteris appareat. Nemo uult
pretioſis ueſtibus indui, niſi ubi ab alijs
poſſit uideri. Ergo pro ſola uana gl'ia,
ueſtimentum p̄tioſum q̄rit uirgo uene-
rabilis. In hoc cognoſcimus q̄ ſcl'm di
ligimus, quia p̄tioſa ueſtimenta ama-
mus. Qui ſcl'm non diligit, p̄tioſa ueſti-
mēta non quęrit. Qn̄ hō gaudet de pul
critudine corporis, mens eius elōgatur
ab amore creatoris. Quanto amplius ī
compoſitione corporis lætamur: tanto
magis à ſup̄no amore diſiūgimur. Quā
to plus in terrenis & tranſitorijs rebus
gaudemus, tāto minus cœleſtia deſide
ramus. Vere maculā hēt in ſe ſanctimo-
nialis fœmina, ſi diligit p̄tioſa ueſtimen
ta, nō eſt ſine macula Xp̄i ſpōſa ſi amat
ueſtē p̄tioſam. Ancilla Xp̄i q̄ ſcl'm per-
fecte relīq̄t uilia ueſtimēta q̄rit. Ancil-
la Xp̄i q̄ p̄tioſa ueſtimēta deſiderat, ad-
huc perfecte ſcl'm non contempſit. Ni-
gra ueſtis inſinuat humilitatē mētis. Vi
le ueſtimentū denūciat mūdi contem-
ptū. Nigredo ueli mundītiā & puritatē
demōſtrat animi. Nigrū uelū caſtitatis
& ſanctitatis eſt ſignū. Nūc ergo reue-
rēdiſſima ſoror moneo te ut habitū quē
oñdis ſpē, impleas opere. Obſecro te ut
habitū ordinis bonis ornes moribus.
Sctūs eſt habitus, ſctūs ſit aīus ſicut ſan
cta ſunt ueſtimēta, ſic op̄a tua ſint ſctā:
& ſicut ſacratū eſt uelū, ſic opus tuū ſit
ſctm̄. Nō aliud abſcōdas intus, & aliud
oſtēdas foris. Nō ſis aliud in ſecreto &
aliud in publico: q̄lis uis hr̄i talis eſto:
q̄lis es in facie, talis eſto in op̄atione: et
q̄lis es in uultu, talis eſto in actu, Amē.

De compunctione, *Sermo* X.

Ieremias ꝓpheta dicit: Leuem9 corda nr̃a cũ manib. ad deum. Qui orat & laborat, cor leuat ad deum manib. Qui uero orat, & non laborat, cor leuat ad deũ, & nõ manus. Qui aũt laborat, & non orat: manus leuat ad deum, & non cor. Igit̃ ſoror chariſſima, neceſſe ẽ nobis cor in or̃one ad deũ leuare, & manus cum op̄atione ad deum extendere. Qr̃? Ne de negligẽtia mandatoꝶ rep̃hendamur: dũ ſalutẽ q̃rimus obtinere ſola or̃one aut ſola operatione. Vñ Paulus apl's: Qui non laborat non mãducet. Ancilla Xp̃i debet ſemp̄ orare, legere & op̄ari, ne forte ſp̃ũs fornicationis decipiat otioſam mentẽ. Delectatio carnis p̄ laborem uincit̃. Soror chariſſima diuide tibi ſpatiũ diei in tres partes, & in prima ora, in ſcd'a lege, & ĩ tertia parte labora. Rex Salomon per otium ſemetip̃m inuoluit in multis fornicationib. & p̄ cupiditatem fornicationis adorauit idola. Soror uenerabilis, hęc tria ſunt tibi neceſſaria ualde. ſ. or̃o, lcõ, & op̄atio. Or̃one mũdamur, lcõne inſtruimur, op̄atione btĩficamur: Sicut dicit Sp̃ũſſctũs ĩ Pſal. Labores manuũ tuaꝶ quia manducabis, btũs es: & bñ tibi erit. Si aliqñ à lectione ceſſaueris, operari debes, ut nunq̃ ſis otioſa, quia otium inimicum eſt aĩæ. Diabolus cito decipit eum quẽ otioſum inuenit. Diabolus quotidie in clauſtra intrat: & ſi aliquẽ inuenit otioſum ſtatim accuſat. O ſponſa Xp̃i uide ne cũ diabolus clauſtra ĩtrauerit, & uniuſcuiuſq; facta ſcrutat9 fuerit, aliqd inueniat, uñ te accuſare poſſit. Hac de cauſa te moneo ſoror mihi in Xp̃o dilecta, ut p̄ amorem Ieſu Xp̃i nunq̃ ſis otioſa. Rogo ut amorem Xp̃i oñdas ſociabus tuis non ſolum uerbis ſed & operibus bonis. Tunc uere deum diligis ſi pro amore illius bona quæ potes operaris. Vnaquæque ſancta anima debet in ſe monſtrare amorem dei: & uerbis ſanctis, & actionibus. Vnde in Canticis Canticorum, Sponſus ſcilicet Chriſtus ſponſam, id eſt, ſanctam animam ornat dicens: Pone me, ut ſignaculum ſuper cor tuum, & ſuper brachium tuum. In corde ſunt cogitationes, & in brachio operationes. Ergo ſuper cor, & ſuper brachium ſponſæ dilectus in ſignaculum ponitur, quia in ſancta anima quantum ab ea diligatur: & uoluntate, & actione deſignatur, qa amor dei nunq̃ eſt otioſus. Si uere eſt amor, magna operatur. Si uero non operat̃, non eſt amor. Rogo igit̃ te uenerabilis uirgo, ut deum perfecte diligas, & ut ꝓ amore illius nunq̃ otioſa ſedeas. Si uere deum diligis, nulla hora otioſa eris. Si deum in ueritate amas, pro amore illius otium recuſas. Si ex toto corde diligis deum: omni tp̄e contemnis otium. Qui deum tota mente diligit, p̄p̄ deum otium poſtponit. Re-

gnum dei non dabitur otioſis, ſed in ſer
uitio dei ſtudioſis. Regnum dei non da-
bit̃ uagantib. ſed ꝓ deo digne laboran-
tibus. Qui in bonis opibꝰ ſunt pigri, &
tepidi, non habebunt locũ in regno dei.
Luxuria cito d̃cipit hoĩes otio deditos.
Luxuria cito decipit hoĩem otioſũ, deci
pit hoĩem uagantem. Luxuria grauius
urit quem otioſum inuenit. Libido ce-
dit rebꝰ. Luxuria cedit operib. Luxuria
cedit induſtriæ & labori. Hõ ꝑ laborẽ
ſæpe uincit libidinem. Corpus.n. labo-
re fatigatum minus delectat̃ flagitio.
Quapꝑ amabilis in Xp̃o ſoror, præca-
ue otium. Nõ diligas otium, fatiga cor-
pus labore. Exerce opus bonũ, q̃re tibi
opꝰ utile quo aĩ implicet̃ intentio. Opꝰ
bonũ & intẽtio tua ſꝑ ſit in deo, Amen.

De Pſalmis & Hymnis, Sermo LII.

Oror chariſſima cũ ĩ cõſpectu
s deo cantas Pſalmos, & Hy-
mnos, hoc tracta in mente tua
qđ cantas in uoce. Mens tua cum uoce
concordet, concordet cum lingua: non
aliud cogites, & aliud cantes. Si aliud
cantes in mente, & aliud cantes in uo-
ce, perdis fructum laboris tui. Si corpus
tuũ ſtat in eccl̃ia, & foris uagatur mens
tua, ꝑdis mercedem tuam. Vñ dr̃: Ppl̃s
hic labijs me honorat, cor aũt eoꝝ lon
ge eſt à me. Sicut.n. ait apl̃s: Pſallã ſpũ,
pſallam & mente. Cantabo ore & cor-
de. Bonũ eſt ergo ſꝑ orare deum mẽte.
Bonũ eſt ẽt cũ ſono uocis, & Hymnis,
& Pſalmis, & Canticis ſpũalib. gl̃ifica-
re deum. Sicut or̃onib. iuuamur, ita pſal
moꝝ modulationib delectamur. Vſus
cantandi conſolat̃ triſtia corda. Can-
tus in eccl̃ia mentes hoĩm lætificat, fa-
ſtidioſos oblectat, pigros ſolicitat, pec-
catores ad lamenta inuitat. nam quãuis
dura ſunt corda ſcl̃arium hoĩum, ſtatim
ut dulcedinem pſalmoꝝ audierint, ad
amorem pietatis conuertunt̃. Sunt mul
ti q ſuauitate pſalmoꝝ compũcti pc̃tã
ſua lugent. Or̃o tantũmõ in hac uita ef-
fundit̃ in remiſſionem pc̃tõꝝ. Pſalmoꝝ
aũt decantatio ſigñat ꝑpetuam laudẽ
dei in æterna gaudia ſicut ſcriptum eſt.
Beati qui habitant in domo tua dñe, in
ſcl̃a ſcl̃oꝝ laudabunt te. Quicũqꝫ fide-
liter, & intenta mente pſalmos decãtat,
quodãmõ angelis dei ſociat̃. Qũo? qa
hõ illum ꝓ modulo ſuo laudat in terris:
quem angeli ſine intermiſſione adorãt,
& gl̃ificant in cœlis. Pſalmoꝝ decanta
tio aliqñ cõmouet nos ad lacrymas, ali
qñ inuitat nos ad or̃onẽ. Pſalmi faciunt
nobis gratas eſſe uigilias noctis dicen-
tes: Exultate iuſti in dño: rectos decet
collaudatio. Pſalmi ꝓnũciant nobis ho
ram diei primam cũ exultatione lucis
dicendo: Deus in noĩe tuo ſaluũ me fac:
& in uirtute tua iudica me. Pſalmi con-
ſecrant nobis horam diei tertiã cũ dñt:
Et ueniat ſuꝑ nos mĩa tua dñe: ſalutare
tuum ſcđm eloqum tuum. Pſalmi nos
lætificant hora diei ſexta in panis cõfra
ctione. Pſalmi ad horam diei nonam ie
iunia reſoluunt, & nos ſatiant dulcedi-
ne ac ſuauitate ſpũali. Pſalmi nos deo
cõmendant hora diei ueſpertina dicen
do: Dirigat̃ dñe or̃o mea ſicut incẽſum
in cõſpectu tuo, eleuatio manuũ meaꝝ
ſacrificium ueſpertinũ. Pſalmi nos ad-
monent ut benedicamus dño ad com-
pletorium dicentes: Ecce nunc benedi-
cite dñm omnes ſerui dñi. Soror mihi
in Chriſto dilecta, firmiter retine in tua
memoria quod in auribus dei bene ſo-
nat cum ſancta anima per dilectionẽ,
& amorem ac deuotionem, Pſalmos
Hymnos, & Canticos ſpirituales deo
cantat. Vnde ſponſus ſcilicet Chriſtus
in Canticis Canticorum ſpõſam, id eſt,
eccleſiam uel ſanctam animam admo-
net dicens: Oſtende mihi faciem tuam,
ſonet uox tua in auribꝰ meis, quia uox
tua dulcis, & facies tua decora. Tu, in-
quit, dilecta mea, quæ iaces in lectulo
dulciſſimæ contemplationis, in qua mi
hi in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpi-
ritualibus atque orationibus placere
deſideras, Veni & oſtende mihi faciem
tuam, id eſt, egredere à ſecreto cordis,
& alijs pulcritudinem bonorum ope-
rum tuorum ad exemplum demonſtra,
ut cum illi uideant opera tua bona, &

glorificent pr̃em ur̃m qui in cœlis eſt.
Sonet uox tua in aurib. meis. Vox. ſ. p̃di
cationis, uox diuinæ laudis, uox iubila-
tionis q̃ alios ad laudem, & gl̃iam meã
ꝓficere faciat. Cantus pſalmoꝝ oble-
ctat aures audientium, & inſtruit aĩas fi
delium ad bñ uiuendũ. Vox cantantiũ
ſit una, & cũ angelis dei quos uidere nõ
poſſumus uerba laudis miſcemus. Ser-
ui dei ſꝑ debent laudare nomẽ dei: aq̃
ſuꝑiores inſinuent, de qbus dr̃: Bñdicite
aquæ oẽs q̃ ſuꝑ cœlos ſunt dño: qa ele-
cti non tacebunt imperpetuũ laudare
nomẽ dñi. De aqs uero inferiorib. dcm̃
eſt: Congregent̃ aquæ q̃ ſub cœlo ſunt
in locũ unum, qa reprobi ꝑ totum mũ-
dum mõ diſperſi cõgregabunt̃ in infer-
nũ cruciandi. Sine intermiſſione fideles
debent referre laudes deo, qa deus dele
ctat̃ in illis. Qđ deus delectat̃ in laudib.
fidelium teſtat̃ ſponſus. ſ. Xp̃s q in Can
ticis Canticoꝝ ſponſæ. ſ. ſanctæ aĩæ lo-
quit̃ dicens: Qui habitas in ortis. In or-
tis habitat in eccleſia uel q̃libet ſc̃tã aĩa,
q̃ iam uiriditate ſpei, & bonoꝝ opeꝝ ẽ
repleta. Quæ ergo iam in ortis habitat,
oportet ut ſponſum ſuũ uocem ſuã au-
dire faciat. i. cantum bonę p̃dicationis,
uel ſanctæ iubilationis: uel uocẽ diuinæ
laudis emittat in q̃ ille delectet̃ quã de-
ſiderat, quam amici auſcultãt uidelicet
oẽs electi, q uerba uitæ. ſ. lectiones. pſal-
mos, Hymnos, & Canticos ſpũales au-
dire deſiderant, ut ad cœleſtem pr̃iã re-
uiuiſcant. Igr̃ ſoror reuerẽdiſſima, ſicut
iam ſuperius dixi ualde neceſſarium eſt
tibi, ut in oĩ uita tua laudes oĩpotentem
deum creatorẽ tuum: qm̃ inde ꝓmittit̃
tibi uenia, uñ & laudes. Lauda ergo eũ ĩ
corde: lauda eũ in uoce, lauda eũ in uo-
ce iubilationis, lauda ẽt eum in ſecreto
cõtẽplationis, lauda eũ in cubiculo mẽ
tis, in iubilatione uocis, q̃uis ad laudã-
dũ deũ pc̃tõres & indigni ſimus, tñ ceſ-
ſare à laudib. non debemus, qa inde cõ
ſequi ueniam pc̃tõꝝ credimus uñ deũ
laudamus. Vñ uox diuina in Pſalmis: Sa
crificium laudis honorabit me, inquit,
illiciter quo oñdã illi ſalutare dei. Acſi
apertius diceret: In pſalmis eſt iter lau-
dis, quo ad æternã laudẽ ꝑuenire poſ-
ſis. Sed ſi ergo illud tibi non oñdero: il-
lud inuenire nõ poteris Propterea cha
riſſima, quia iter nr̃æ ſalutis in manibus
eſt creatoris moneo te, ut laus dei uun-
quam diſcedat ab ore tuo. Soror mihi
in Xp̃o amantiſſima deus eſt laus tua,
ergo & tu laus illius eſto ita, ut ſemper
ſit laus illius in ore tuo, Amen.

De actiua & contemplatiua uita,
Sermo LIII.

Idit Iacob ſcalam ſtantẽ ſuper
u terram, angelos quoqꝫ dei aſcẽ
dentes, & deſcendentes ꝑ eam,
& cacumen illius cœlos tangebat. In
hac ſcala ſunt poſiti oẽs ad uitã æternã
p̃deſtinati, & oĩs qui ſpectat ad regnũ
cœloꝝ, ĩ hac ſcala hẽt locum. Scala iſta
gũalis eſt eccl̃ia q̃ ex parte adhuc mili-
tat ĩ terris, & ex parte iam regnat in cœ
lis. In hac ſcala ſunt tres ordines hoĩm,
. ſ. ſcl̃ares, actiui & contemplatiui. Scl̃a-
res ſunt in minori gradu. Actiui ſunt in
altiori loco. Cõtẽplatiui uero ſunt in ſũ
mo. Et de iſtis tribus ordinib. hoĩm qui
dam ſunt in mola: quidam ſunt in agro,
quidam uero ſunt in lecto. Mola eſt ui
ta ſecularis. Ager eſt aĩus hoĩs ſeculi. In
agro ſunt prædicatores uerbi dei. In le-
cto eſt amor ſponſi. ſ. Xp̃i. Qui ſunt in
mola terram circuierunt: quia terrena
quærunt & diligunt. Qui ſunt in agro,
terram colunt, qa ſeminant uerbum dei
in auribus hoĩum, in lecto ſunt q deſpi-
ciunt & contemnunt. Ad pedes huius
ſcalæ ſunt hoĩes ſeculi. In medio ſcalæ
ſunt actiui, in ſũmitate hꝰ ſcalæ ſunt cõ-
templatiui iam q̃ſi in cœlo poſiti: qa cœ
leſtia cogitãt. Iſti ſunt angeli dei ꝑ ſcalã
aſcẽdẽtes: qa aſcẽdũt ꝑ contẽplationẽ
ad deũ: & deſcẽdũt ꝑ cõpaſſionẽ ad ꝓ-
ximũ. Actiua uita innocẽtia eſt bonoꝝ
opeꝝ. Contẽplatiua uita eſt ſpeculatio
ſuꝑnoꝝ. Actiua uita cõis ẽ multoꝝ, cõ
tẽplatiua uero paucoꝝ. Actiua uita ter
renis rebus bñ utit̃. Contẽplatiua uero
ſcl̃o renũcians, ſoli deo uiuere delectat̃.
Interrogatio: Fr̃ dilecte rogo, ut oñdas

mihi drĩas actiuæ & contemplatiuæ ui
tæ?Rñſio:Soror chariſſima inter actiuã
& cõtẽplatiuam uitã maxima eſt drĩa.
Actiua uita eſt panẽ eſurienti dare. Ver
bum ſapiæ ꝓximos docere,errantẽ cor
rigere,ad uiam humilitatis ſupbientem
reducere. Diſcordantes ad cõcordiam
reuocare,infirmos uiſitare, mortuos ſe-
pelire,captiuos,&in carcere poſitos re-
dimere, q̃ ſingulis qbuſcunqꝫ expediat
diſpenſare:neceſſaria unicuiqꝫ ꝓuidere.
Soror mihi in Xp̃o dilecta,ecce audiſti
opera actiuæ uitæ, nunc ſi placet, audi
uirtutes uitæ contẽplatiuæ. Contẽplati
ua uita eſt charitatem dei & ꝓximi to-
ta mente retinere ab exteriori actione,
acqeſcere,ſoli deſiderio conditoris inhę
rere:ita ut iam nihil agere libeat,ſed de-
ſpectis oĩbus curis ſcl'i ad uidendum fa
ciem ſui creatoris,aĩus inardeſcat:ita ut
iam nouerit carnis corruptibilis põdus
cũ mœrore portare,totiſqꝫ deſiderijs o-
ptare,hymnidicis angeloꝝ choris ĩter-
eſſe. Appetere admiſceri cœleſtib. ciui-
bus:de æterna incorruptione in cõſpe-
ctu dei gaudere.Venerabilis ſoror,audi
ſti actiuã uitã, audiſti ẽt contẽplatiuam
uitã:nunc rogo ut cum Maria Magda-
lena eligas meliorem partem.ſ.uitã con
templatiuam.Bona eſt uita actiua, ſed
multo eſt melior contemplatiua. Qui
prius in hac uita ꝓficit, ad cõtẽplatiuã
bñ conſcendit, qcũqꝫ ad hanc tp̱alem
gl'iam, aut carnalem affectat concupi-
ſcentiam,à contẽplatione ꝓhibet̃. Excẽ-
plum.n. actiuæ uitæ & contemplatiuæ
de Iacob accipe, q dum adamaret Ra-
chelem quæ ſignat contemplatiuam ui
tam, data eſt ei Lya q̃ ſignat actiuam
uitam. Actiua uita in laborib. hꝰ mundi
deo ſeruit:dũ paup̱es paſcit,recipit, pa-
ſcit & ueſtit,uiſitat & conſolat̃,ſepelit,
& cætera op̱a miæ eis impendit. Et tñ
Lya eſt fœcunda in filijs: qa multi ſunt
actiui & pauci contẽplatiui. Rachel ue
ro ouis uel uidens principium interpre-
tat̃,qa contemplatiui ſimplices & inno
centes ſunt ſicut oues, & ab oĩ tumultu
ſcl'i alieni:ut ſoli diuinę contemplationi
adhærentes uideant illum qui ait: Ego
ſum principium q & loquor uobis. Ra-
chel duos filios hẽt: qa duo ſunt gña cõ
templatiuoꝝ. Alij nãqꝫ uiuunt in cõe in
monaſterijs. Alij uero ſunt ſolitarij &
ab oĩbus ſeparati:Sed beatior eſt & ꝑ-
fectior contemplatiua uita q̃ꝫ actiua.
Sicut aqla defigit oculos in radio ſolis,
nec deflectit niſi qñ uult corpus ſuũ refi
cere cibis:ita & ſcti aliqñ à contempla
tione ad actiuã uitam reuertunt̃ cõſide
rantes illa ſublimia ſic eſſe utilia, ut tñ
iſta humilia paululũ nr̃æ indigentię ſint
neceſſaria. Vñ in Canticis Canticoꝝ,
ſponſus .ſ. Xp̃s ſponſam .i. ſctãm aĩam
contemplationi deditam hortat̃ dicẽs:
Surge,ꝓpera amica mea, colũba mea,
formoſa mea & ueni: ac ſi apertius di-
ceret:Surge propera amica mea per di-
lectionem & fidem: columba mea per
innocentiam & ſimplicitatem, formo-
ſa mea per uirtutem & caſtitatem. Sur
ge de illo dulciſſimo ſtatu tuo, hoc eſt,
de quiete cuntemplationis in qua mihi
ſoli complacere deſideras in pſalmis,
hymnis,orationibus, & cãticis ſpiritua
libus. Feſtina ergo & ueni.i.egredere
ad utilitatem proximoꝝ:ut illos etiam
per officium prædicationis, & per exẽ-
pla bonoꝝ opeꝝ imitatores tui facias,
ad ſalutem animaꝝ ſuaꝝ perducas. Vi
ſio aĩalium in Ezechiele,quę ibãt & nõ
reuertebãtur:pertinent ad perſeuerãtiã
actiuæ uitæ. Et iteꝝ, animalia quæ ibãt
& reuertebantur pertinent ad menſurã
contemplatiuæ uitę,in q̃ dum quiſqꝫ in-
tẽderit ſua reuerberatus infirmitate ſta
tim deſcendit. Atqꝫ iteꝝ renouata men
tis acie ad ea uñ deſcenderat rurſus aſcẽ
dit,qđ fieri in actiua uita non põt. De
q̃ſi quiſqꝫ, uel ad modicum deſcẽderit:
ſtatim inqnationib. uitioꝝ inuoluit̃. Sæ
pe mens de terra ad cœlũ erigit̃, & iteꝝ
grauata infirmitate carnis de cœlo ad
terrã deſcẽdit. Multos ſcl'ares hoĩes uiſi
tat deus, & per ſuã gr̃am eleuat eos ad
altitudinẽ cõtẽplationis, & multos cõ-
tẽplatiuos iuſto atqꝫ occlto iudicio ſuo
deꝰ ĩ terrenis actib. lapſos d̃reliqt. Sicut

ſepultus in monumento ceſſat ab omni
terreno negotio:ita hõ contemplatiuus
ceſſat ab omni terreno op̱e uel myſte-
rio. Et ſicut hoĩes ab actiua uita aſcen-
dentes ſepeliuntur in quiete contempla
tionis:ita à ſeculari uita recedentes acti
ua uita ſuſcepit eos in ſe quaſi ſepelien-
dos. Ac per hoc ſicut actiua uita eſt ſe-
pulcrum ſecularis uitæ, ita contempla-
tiua uita eſt monumentum actiuæ uitę.
Viri ſancti ſicut aliqñ egrediuntur à ſe-
creto contemplationis ad actiuã uitã:
ita rurſus ab actiua uita reuertuntur ad
ſecretum intimæ contemplationis: ut
intus deum laudent,ubi acceperunt,un
de foris ad eius gloriã operentur. Sicut
deus uult,ut aliqñ contemplatiui egre-
diãtur ad actiuam uitam, ut alijs profi-
ciãt:ita aliqñ uult,ut nemo eos inqetet,
ſed ut quieſcant in ſecreto contempla-
tionis ſuauiſſimæ. Quod bene in Canti
cis Canticoꝝ ſponſus inſinuat, cum fi-
lias Ierl'm ne ſponſam uigilare faciant
adiurat dicens. Adiuro uos filię Ierl'm ꝑ
capreas ceruoſqꝫ campoꝝ,ne ſuſcitetis
neqꝫ euigilare faciatis dilectam donec
ipſa uelit. Hoc eſt,ne ſuſcitetis neqꝫ eui-
gilare faciatis animã diuinę contempla
tionis deditam,or̃onibus & lectionibꝰ
diuini occupatam. Et ne eam ad exte-
riora opera inquietare uelitis donec ip̃a
uelit. Hoc eſt,donec expleto contẽpla-
tionis tp̱e admonente corporis fragili-
tate: qñ uelit ſuſcitari à ſomno internæ
quietis, & intimæ dulcedinis. Sed tñ in
hac mortali uita nemo põt perfecte cõ
templari deum. Vnde Ioãnes in Apoca
lypſi dicit:Factum eſt ſilentium in cœlo
quaſi media hora. Cœlum quippe eſt
aĩa iuſti ſicut dñs per prophetam dicit.
Cœlum mihi ſedes eſt. Cum ergo qes
contemplatiuæ uitæ agitur in mente,ſi-
lentium fit in cœlo.i.in aĩa: quia ſtrepi-
tus terrenaꝝ reꝝ atqꝫ operationum ceſ
ſat in cogitatione. Sed quia contempla
tiua uita in hoc mundo non põt eſſe p̱fe
cta neq̃qꝫ hora integra factum ſilentiũ
dr̃ in cœlo,ſed quaſi media hora. Qui
perfecte uitam contemplatiuam uult te
nere, debet ab omni terreno opere ceſ-
ſare. Vnde in eiſdem cãticis ſponſa de ſe
dicit:Ego dormio, & cor meum uigilat:
ac ſi aperte mens ſctã loqueretur dicẽs:
Dum à mundanis tumultibus exterius
dormio,in interiori cogitatione q̃ ſunt
cœleſtia atque ſpũalia penſo. Etiã arca
Noe quę bicamerata dr̃,ſignat actiuos,
& contemplatiuos:quoꝝ actiui deor-
ſum ſtãt,contemplatiui uero ſtant ſur-
ſum. quod ẽt arca dr̃ tricamerata ſigni
ficat tres ordines in ſctã eccleſia .ſ. con-
iugatoꝝ,continentium,atqꝫ uirginum.
De hac contemplatiua uita dicit dñs ĩ
euangelio. Si uis perfectus eſſe, uende
oĩa quæ hẽs, & da pauperibus: & hẽbis
theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me.
Et de Maria Magdalena ait. Maria o-
ptimam partem elegit,quæ non aufere
tur ab ea. Vita contemplatiua non au-
feretur in hoc ſcl'o,neqꝫ in futuro. Acti-
ua uita auferetur ab hoĩe in futuro ſcl'o.
Actiua uita in hoc ſeculo hẽt finem. Cõ
templatiua uero non: quia ſemper per-
ſeuerat. Actiua uita in hoc ſeculo defi-
cit. Contemplatiua uero in hoc ſcl'o in-
cipit,ſed in cœlo perficitur. Honeſta uir
go moneo te,ut ꝑꝑ deum deſpicias pñs
ſeculum:propter deum ab omnibus cu
ris ſeculi te ſuſpende. Sine impedimen-
to ſeculi deo ſeruire ſtude,nulla cura ſe
culi ſubtrahat te à timore dei. Nulla ſo
licitudo reꝝ te ſubtrahat ab intentione
dei. Abijce à te quicquid põt impedire
bonum propoſitum. Toto aĩo odi, &
damna qđ diligit mũdus. Eſto mortua
mundo, & mundus tibi. Tanq̃ꝫ mortua
ab amore pñtis uitæ te ſepara. Tanq̃ꝫ
mortua mundi gloriam non concupi-
ſcas. Soror mihi amabilis in Chriſto,ſi-
cut ſepulta in monumento,non habeas
curam de ſcl'o. Tanquam defuncta in
ſepulcro, ab omni terreno te priua ne-
gotio. Soror mihi in Chriſto amabilis
contemne uiuens,quę poſt mortem hr̃e
non poteris. Si hæc ita fece-
ris, poſt mortem tuam
uitam æternam
habebis.

De curioſitate, Sermo LIIII.

s Oror chariſſima moneo te, ut de die in diē ſtudeas proficere in bonis operibus, & ut nō cōſideres mala q̄ aliꝭ faciūt, ſed cōſidera bona q̄ tu facere debes. Vñ quidā ſapiens ait: In ſupuacuis rebus noli ſcrutari multiplr, Nō eſt tibi neceſſe ea cognoſcere q̄ ab humanis ſenſibus ſunt remota. Dignū eſt ualde ut mentes hoīum deſinat iudicare, q aliena corda neſcit perfecte cognoſcere. Qr̄: qa incerta nos iudicamus quoadusq; ueniat dñs: q & illuminabit abſcōdita tenebraꝝ, & manifeſtabit cōſilia cordiū. Dignū eſt ēt ut deſinat peccare, q alienā uitā uult rep̄hendere. Stulti hoīes dū alienos errores uolūt rep̄hendere, demōſtrāt ſuos. Tādiu hō ignorat pc̄tā ſua q̄ debuerat flere, et cognoſcere, quādiu aliena uitia exq̄rit curioſe, Sed cū hō ad ſemetipſum reuertit, & ſeſe bñ cōſiderat, nō exq̄rit qđ in aliꝭs rep̄hēdat, qa ī ſemetip̄o multa q̄ lugeat iuenit. Qui ſemetip̄m bñ cōſiderat, in ſemetipſo inuenit multa q̄ plangat. Vñ btūs Greg. Nos tanto minus debemus aliena corda rep̄hendere, quanto ſcimus uiſu nr̄o nō poſſe alienæ cogitationis tenebras illuſtrare. Etiā B. Iſidorus ait. Facilius rep̄hendimus uitia uniuſcuiuſq; hoīs q̄ uirtutes intēdimus, ne q̄d boni q̄ſq; fecerit agnoſcere cupim⁹, ſed q̄d male egerit p̄ſcrutamur. Igr̄ ſoror mihi ī xp̄o dilecta moneo te, ut amplius reprehendas tua uitia q̄ aliena. Prius uide tua p̄pria q̄ aliena delicta. De tua correctiōe eſto ſolicita. De tua ſalute eſto attēta, de tua emendatione eſto p̄uiſa, qđ ad te nō p̄tinet noli quęrere, nunq̄ deſideres cognoſcere qđ inter ſe loquunt̄ hoīes. Noli q̄rere q̄d q̄ſq; dicat, nec faciat. Caue curioſitatē. Obmitte curas alienæ uitę, nulla curioſitas aīum tuū decipiat, nulla concupiſcentia deteſtādæ curioſitatis te ſubrepat: ne tu oblita tuoꝝ moꝝ alienos perquiras. Xp̄i ſpōſa tāta cura corrige tua uitia, quāto ſtudio rep̄hendas aliena. Nulla tibi ſit cura ſciendi latentia. Caue inquirere ea quæ non debes ſcire, prętermitte q̄ſi ſecretum quod ſcripturæ ſanctæ auctenticę didiciſti. nihil ultra quęras q̄ ſcriptū eſt, nihil amplius perquiras, q̄ diuinæ lr̄ę demonſtrāt. Scire nūquam deſideres quod ſcire non debes. Soror uenerabilis ſcito pro certo quia curioſitas periculoſa præſumptio eſt. Curioſitas damnoſa peritia eſt, ad hæreſim prouocat, in fabulas ſacrilegas p̄cipitat mentem. In cauſis obſcuris reddit audaces. In rebus ignaris facit homines præcipites. Soror amantiſſima cum omni ſtudio uitam tuam emēda, ut poſt hanc uitam merearis peruenire ad æterna gaudia, Amen.

De curioſitate, Sermo LV.

d Ilecta ſoror audi dñm Ieſum Chriſtum in euangelio dicentem. Vigilate quia neſcitis qñ dñs uenturus eſt. Et iteꝝ: Oībus dico uigilate. Et Petrus apl's. Eſtote prudētes, & uigilate in or̄onibus. Cum hoīes dixerint pax eſt, & ſecuritas, tunc repentinus ueniet ſuper eos interitus. Et Salomon ait: Sunt iuſti, atq; ſapientes, & opera eoꝝ in manu dei, & tñ neſcit hō utrum amore, an odio dignus ſit. Qr̄: quia in futuro reſeruant̄ incerta. Soror in Chriſto dilecta, ideo dñs celauit nobis tp̄s ſui aduentus, ut nos longa expectatione incerti ſemper credamus iudicem ueꝝ eſſe uentuꝝ, quia qñ uenturus ſit, ignoramus. Verba ſunt B. Gregoriꝭ. Lętitia pñtis uitę ita eſt agenda, ut amaritudo ſequentis iudiciꝭ nunq̄ recedat à memoria: ſępe diabolus decipit hoīem ad peccandnm, & cum de ruina conſpicit eum afflictum iteꝝ per ſecuritatem decipit eum. Igitur ſoror dilecta mihi ī Chriſto, ſemper neceſſe eſt, ut cum bona agimus: mala quæ fecimus ad memoriam reducamus: ut dum culpā certe cognoſcimus, nunq̄ de bono opere incauti lætemur. Ideo dñs uoluit nobis horam ultimam eſſe incognitā, ut ſemper ſimus ſuſpecti, ut dum illam uidere non poſſumus quotidie nos ad illā prępare mus. Etiam in hac uita ſimus ſecuri. B. Iſidorus nos admonet dicens. Neque iuſtus de ſua iuſtitia confidat, neq; pc̄tōr de miſericordia dei deſperet q̄cq̄: ſed pariter hēant in corde, ſpem & metum. Sic ſperet dei miſericordiam, ut ſp̄ timeat eius iuſtitiam. Quāuis conuerſatio ſc̄tōꝝ ſit probabilis, tñ incertum eſt hoībus ad quem finem ſunt deſtinati. Ideo nunq̄ hō debet eſſe ſine metu, q̄a ſatisfactio pniæ diuino tm̄ iudicio penſatur non humano. Vnde ait Cæſarius: Quāto ſumus ſecuri de præteritis peccatis, tanto debemus eſſe ſoliciti de futuris. Venerabilis ſoror firmiter tene, q̄a omnis uita ſapientis hoīs meditatio eſt mortis. Igitur ſoror ī Chriſto mihi amabilis, ſi omni hora ad deum uigilaueris, ſapiens eris. Si quotidie mentem tuam ad deum leuaueris, & diem mortis tuę ad memoriam reduxeris, btā eris, ſcđm illud quod quidam ſapiēs ait: Btūs hō qui ſemper eſt pauidus. Hac de cā te moneo uirgo honeſta, ut ſemper ſis pauida ſemperq; ſuſpecta. Semper eſto ſolicita, & contra diaboli tētationes aſtuta, ſemper uigila: & contra antiquū hoſtem inceſſanter pugna. Diebus ac noctibus ora cum omni uigilantia, & contra inſidias diaboli uirilr̄ dimica. in omni uita tua eſto prouiſa: & contra uerſutias inimici, & cum omni ſolicitudinę decerta. Etiā audi honeſta uirgo, ea q̄ Ieſus xp̄s ſpōſus tuus dicit in euāgelio. Btūs ille ſeruus quē cū uenerit dñs inuenerit uigilantem. Ergo ſi ad eundem dñm nr̄m Ieſum Xp̄m uigilaueris tota mēte, inter btōs computaberis in æterna beatitudine. Btā eris, ſi cū omni deuotione oculos mentis ad ueꝝ lumen qđ deus eſt leuaueris. Vere btā eris, ſi ad deū cum omni inſtantia uigilaueris, quia p̄miſit deus coronā uigilantibus. Vñ in Canticis Canticoꝝ de oculis ſpōſi dr̄. Oculi eius ſicut columbæ ſup̄ riuulos aquaꝝ, quę lacte ſunt lotę, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Oculi ſpōſi ſancti uiri ſunt, q ſicut columbę in ſimplicitate uiuunt: & aliꝭs ſuis p̄dicationibus atq; exemplis uiā ſalutis oſtēdūt. Super riuulos aquaꝝ eſſe perhibētur, q̄a ſemper in refectione ſc̄tāꝝ ſcripturaꝝ conuerſant̄: qui lacte ſunt loti, q̄a p̄ grām dei in baptiſmo à pc̄tis ſuis ſunt mūdati. q̄d per fluenta pleniſſima iuxta q̄ ſedēt intelligimus niſi ſacrę ſcripturæ p̄funda, & arcana dicta, quibus nos reficimus dū ea legēdo, uel audiendo haurimus? Ad hęc iuxta fluēta colūbæ reſidere ſolēt, ut umbrā uolantium auiū in aqua uideāt, ſuper quā ſe proiꝭciētes ungues rapaces effugiāt: ſic ſancti uiri ſcriptura ſc̄tā fraudes dęmonum p̄ſpiciunt, & ex deſcriptione quā uidēt q̄ſi ex umbra inimicū cognoſcūt, & eius deceptiones fugiūt, Sic & tu ſoror honeſtiſſima, in meditationibus ſc̄tāꝝ ſcripturarum eſto aſſidua, q̄a in eis poteris cognoſcere, qualr̄ hoſtium inſidias ualeas declinare. Honeſta uirgo, iterū te moneo, ut te cōſiliis ſanctæ ſcripturæ ex toto cōmittas, uidelicet ut nihil aliđ facias, niſi quod ex rñſo ſcripturarum audieris: q̄a ibi iuenies qualr̄ fraudes dęmonum fugias. Moneo ēt te ut metu rapaciū auiū. i. dęmonum ſup̄ fluēta ſc̄tāꝝ ſcripturarum ſedeas, ne tu improuiſa (quod abſit) inimicis tuis præda ſ̄ıas. Rogo ut ſuper riuulos ſanctarum ſcripturarum indeſinenter uigiles, & ut cū ſummo ſtudio deceptiones inimicorū uites. Heu inſipientes quare non cognoſcimus, uel intelligimus, quia in cōſpectu domini cogitationes noſtræ antequam ad actum procedant, manifeſtæ ſunt & apertæ. Dicit enim Pſalm. Scrutans corda, & renes deus. Igitur ſoror amantiſſima, cogitemus nos in conſpectu dei ſemper aſtare, & cognoſcamus, quia terra & cinis ſumus. Ecce deus noſter terribilis retribuens unicuique ſcđm opera ſua in proximo eſt, & nō tardabit: ipſe ueniet & ſaluos nos faciet. Vigilemus ergo cum oī perſeuerantia, & deuotione, ut cum uenerit, & pulſauerit non inueniat nos dormientes: ſed uigilātes in ſuis laudibus, et in ſuo amore atque in ſuo ſc̄tō ſeruitio. Curramus ergo dum lucem habemus,

ne tenebræ nos comprehendãt. Sic.n. ait ſapiã dei in prouerbijs: Btũs qui audit me, & q uigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit inueniet uitã, & hauriet ſalutẽ à dño. Virgo Xp̃i ideo te moneo, ut cũ omni ſtudio uigiles ad deũ, ut in die neceſſitatis tuæ poſſis eum hr̃e ꝓpitiũ. Igitur honeſta uirgo, nullus caſus te inueniat imparatã, nullus ſit caſus quem nõ ꝓueniat meditatio tua, ꝓpone ante oculos tuos nihil eſſe quod accidere nõ poſſit. Commemorare ſemꝑ futuras miſerias, in proſperis meditare quo pacto aduerſaberis. Sꝑ cogita in mente, ne aliqd cõtrarij accidat. Sapiẽtis hoĩs eſt ꝓuidere iacturã periculi, oĩa meditata leuiori euẽtu accidũt. Expectata mala tolerabilr̃ ferunẽ, perſpecta res admittaẽ cũ acciderit. Aduenientes impetus p̃meditatio frãgit, p̃cogitatio attenuat futuras moleſtias, ꝓuiſio lenit aduentum maloꝝ, inopinatum malum fortiter ferit. Grauia ſunt q̃ cogitata nõ fuerãt. Acerba exiſtũt in qbus improuiſi incurrimus. Improuiſa mala grauiter feriunt. Repentinũ malũ cito frãgit, qđ ꝓuiſum non eſt, uehementer affligit. Subita maris tempeſtas terrorẽ ſuſcitat, improuiſus hoſtis male ꝑturbat: oĩa repentina grauiora ſunt, q̃ repente accidũt, grauius occurrũt. Igr̃ ſoror mihi in Xp̃o dilectiſſima, & ad bona & mala cor tuũ p̃para, in die bonoꝝ ne immemor ſis maloꝝ: & in die maloꝝ ne immemor ſis bonoꝝ. Eſto ꝓuigil ſenſu, ne uanis cogitationibus polluaris. Ama ſciam ſcripturaꝝ & contẽne uitia carnis. Soror chariſſima, ſi ex toto corde tuo ad deũ uigilaueris, & ei in omni uita tua cum omni deuotione ſerujeris, abſque ulla dubitatione cum eo in cœleſti curia regnabis, Amen.

De prudentia, *Sermo* LVI.

s Oror chariſſima audi dñm Ieſum Xp̃m in euãgelio dicentẽ: Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut colũbæ. Et Salomon ait: Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplãtatio ꝑuerſoꝝ uaſtabit illos, uia ſimplicis uia dñi: & pauor his q opanẽ malum. Iuſtitia ſimplicis diriget animã eius, & in impietate ſua corruet. Impius innocẽs credit omni uerbo. Qui aũt decipit iuſtos in uia mala in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona eius. Viri ſanguinũ oderũt hoĩem ſimplicẽ. Iuſti aũt q̃runt ſalutẽ illius. Sctã ruſticitas ſibi ſoli ꝓdeſt, & quantũ ędificat eccleſiam Xp̃i merito uitæ tñ deſtruit, ſi his q ueritatẽ deſtruunt nõ reſiſtit. & B. Hieronymus, ait, In ſeruis, & i ancillis dei: nõ eſt q̃rẽdus cultus corꝑis ſed ſimplicitas mentis, nec ſimplex, nec ruſticus. Iõ ſcđm ſe exiſtimet ſctĩtatem in ſua lingua, ſed tantũmodo in pura et ſimplici cõſcia. Ex duobus imperfectis multo eſt melius hr̃e ruſticitatẽ ſctãm, q̃ꝫ eloquentiã peccatricẽ. Magis uenerãda eſt ſctã ruſticitas, q̃ꝫ uerboſa loq̃citas. Soror in Xp̃o dilecta, ſi nr̃a intẽtio eſt ſimplex apud deũ in iudicio eiꝰ nr̃a opatio tenebroſa non erit. q caſti eſſe ꝑ iuſtitiã neſciunt, neq̃ꝫ eſſe innocẽtes ꝑ ſimplicitatem pñt, Sctõꝝ electoꝝ eccleſia: uias rectitudinis, & ſimplicitatis ſuæ timore inchoat, ſed charitate conſummat. Deus.n. nõ ſolũ uerboꝝ ſed et cordis inſpector eſt, & diligit eos q in ſimplicitate cordis ſeruiũt ei. Vñ ſponſus in Cãticis Cãticoꝝ loquiẽ dicens: Vna eſt columba mea, pfecta mea, una eſt mr̃i ſuæ electa genitrici ſuæ. Mr̃ nr̃a eſt regñatrix gr̃a dei apud quã una colũba eligiẽ, qa illos ſolos colligit, quiꝫ in ſimplicitate ꝑmanẽt: & ab unitate non diuidunẽ. Multi qppe fideles dum ad ip̃m intendunt: dum uno deſiderio xp̃i ſeinuicem nutriunt, dum hñtes cor unũ, & animã unã ſe in charitate coiungunt, ex multis membris unum corpus efficiunt, in me omnes qui in ſimplicitate unitatis uiuentes una columba exiſtũt. Ea quæ apud homines deſpecta ſunt, & in contemptu hñr, in magna gloria ſunt apud deum. Igitur uenerabilis ſoror, omnipotentem deum deprecemur ut mittat nobis ſpm̃ ſctm̃ de cœlis qui

nos faciat hr̃e ſimplicitatem columbæ & prudentiam ſerpentis, ut ſimus in malitia ſimplices, & in bonis operibus prudentes. Serpens.n. aſtutum eſt aĩal, ut de aſpide legitur: quia uidens incãtatorem uenientem affigit aurem unam terræ, & aliam cauda obturat, ne incantatoris uocem audiat. Vñ propheta, de his qui crudeles, & prudẽtes ſunt in malo, dicit: Furor illis ſcđm ſilr̃itudinem ſerpẽtis ſicut aſpidis ſurdæ, & obturãtis aures ſuas ut nõ exaudiat uoces incantantium & uenefici incantantis ſapienter. Imitare ergo, & tu ſoror amabilis hunc ſerpentẽ in hac parte uidelicet ut aures tuas claudas, ne mala uerba audias. Honeſta uirgo deprecare deum, ut oleum pctõris non impinguat caput tuum. Oleum pctõris laus eſt adulatoris. Serpens obturat aurem ſuam ne audiat incantatorẽ, & tu claude aurẽ ſilr̃, ut non audias detrahentẽ. Prudens eſt aſpis ne uerbũ mortis audiat, & moriaẽ: ergo et tu eſto prudẽs ne uerba mala per aures tuas intrẽt ad aĩam tuam & moriaris. Igr̃ ſpõſa Xp̃i nec prudẽtia ſerpẽtis ſine ſimplicitate colũbæ, nec ſimplicitas colũbæ ſine prudẽtia ſerpẽtis debet eſſe in te: qa colũbæ ſimplicitatẽ aſtutia ſerpẽtis, ut mala caueat ſolicitat, & prudentiã ſerpentis ſimplicitas columbę, ut bona faciat, tempꝑat. Soror amãtiſſima mihi in Xp̃o, ẽt colũba ſeptẽ uirtutes hẽt, ut legimus in ſe, quas tu ꝑ gr̃am ſancti ſpũs poteris hr̃e in te. Columba ſæpe ſuꝑ riuulos aquaꝝ ſedet, ut uiſo accipitre uenĩẽte ſe in undas emergat, & euadat. in tritico meliora grana eligit, ſępe alienos pullos nutrit. Roſtro nõ ꝑcutit, non hẽt fel, nidũ facit in feneſtris murorũ, gemitũ hẽt pro cãtu. Deprecare ergo deũ honeſta uirgo, cum ſummo ſtudio, ut det tibi has uirtutes columbæ. ſ. ut ſuꝑ riuulos ſctãꝝ ſcripturaꝝ ſedeas, & admonitione eaꝝ incurſum diaboli euadas. In ſacra ſcriptura meliores elige ſcĩas, ex qbus te reficias: nutri aliquos pullos. i. hoĩes prius à deo alienos tuis uerbis atq̃ꝫ exẽplis ad deũ cõuerte. Roſtro nõ ꝑcutias in proximo tuo, malum nõ facias nec malũ dicas: nõ hẽas fel. i. non hẽas in te iracundiã. In feneſtris petraꝝ fac nidũ tuum. i. ſpem tuam. Gemitum habe pro cãtu uidelicet, ut ſicut hoĩes gaudẽt ſclr̃ares cãtilenis ſclr̃i: ita tu gaudeas in gemitu, & triſtitia ſpũali. Igitur ſoror uenerabilis, ſicut ſuꝑius dixi tibi oportet te pariter intelligere, & cauere inſidias inimici cũ omni ſolicitudine. Sic te oportet ꝑ innocentiã uitæ eẽ ſimplicẽ, ut tñ cum ſimplicitate uitæ oporteat eſſe prudentem. Ille qui non miſcet prudentiã ſimplicitati ſcđm quod ait Propheta: Colũba eſt ſeducta non hñs cor, ſed ideo eſt columba, quia ſimplex: ideo autem non habet cor, quia non habet prudentiam. Iterum ſoror chariſſima te moneo, ut in corde tuo præpares dignum habitaculum Chriſto, quatenus ipſe ueniens cum patre & ſpiritu ſancto dignetur apud te manſionẽ ſibi facere ĩ domicilio tui pectoris, Am̃.

Vt laicæ mulieres uitentur, *Sermo* LVII.

c Hariſſima ſoror fuge ſocietatẽ ſclr̃arium mulieꝝ. Seculares fœminæ quæ tecum nõ hñt unam profeſſionem, non accedant ad tuã ſocietatem, quia quod amant hæc tibi p̃dicant. Ecce quod diligunt tibi dicunt: ideo debes uitare ſocietatem ſclr̃arium fœminarum, qa ſeculum diligunt, & de ſecularibus loquuntur. terrena amant, & ideo terrena tibi annuntiant, tranſitoria concupiſcunt, & ideo in auribus tuis trãſitoria exponunt. Sic.n. ſcriptum eſt: Vnuſquiſq̃ꝫ hoc laudat quod diligit. Et ideo ſclr̃aris fœmina ſclr̃m laudat, quia ſclr̃m diligit. Certe ſi cœleſtia diligeret, cœleſtia laudaret. Sine dubio, ſi cœleſtia amaret: cœleſtia approbaret, cœleſtia p̃dicaret, ſi æterna cõcupiſceret, æterna tibi ſuaderet. Et ideo ſoror mõeo te, ut ſocietatem ſclr̃arium fœminaꝝ expellas à te. Qr̃ qa corrũpũt bonos mores colloq̃a mala, & praua. Quid facit uxor uiri cũ ſpõſa Xp̃i? Aut qd agit mulier nupta cũ uirgine deo deuota? Quid in unum agit ſclr̃aris fœmina cũ Chriſti

ſponſa? Quid agit fœmina ſclaris cum ſanctimoniali fœmina? Vel quid agit fœmina quæ mundum diligit, cum fœmina quæ mundum reliquit? Quid agit fœmina maritata cum muliere Chriſto dilecta? Quid q̃ amat uirum cum ea q̃ diligit Chriſtum? Fœmina quæ tuum propoſitum nõ tenet, qr̃ ad tuam ſocietatem uenit? Sclaris fœmina quæ non hẽt tuum habitum, qr̃ accedit ad tuum conſortium? Sclaris fœmina quid tecũ agit? quæ tecum iugum Xp̃i non ducit. Fœmina quæ tecum iugo Xp̃i collum non ſubmiſit, qr̃ ad tuum colloquiũ accedit? Diſpar eſt habitu, diſpar affectu. Et ſicut diſpar eſt ueſtimento, ita aĩo. Mulier ſclaris organum eſt Satanæ. Hæc cantat tibi qđ illecebras ſcl'i moneat, & ſemitas diaboli oñdat, ſicut legimus. Sirena maris talis eſt ſurſum ex umbilico q̃lis pulcerrima, & formoſa uirgo. Ex umbilico, uero uſq; ad pedes talis ſicut eſt piſcis. Sirena hẽt caput uirginis, & poſteriora piſcis. Cãtat dulce magnis uocibus, & multis modulis atque cum magna dulcedine dat uoces concordes. Sed per ſuas dulces cantilenas ſæpe marinarios decipit, & in diſcrimine p̱ducit. Sæpe nautæ nauigãtes mare dulces audiunt uoces Sirenarũ, & p̱ dulces uoces, & ſuaues cãtus earum decipiuntur, & ad mortale periculũ perducuntur. Sicut Sirena per dulces cãtus decipit marinarios, ita ſclaris fœmina per ſuos deceptorios ſermones decipit xp̃i ſeruos. Et ſicut Sirena p̱ ſuas cantilenas ſolet nauigãtes mare à recto itinere deuiare atq; in p̱ditionem p̱ducere, ita ſclaris fœmina p̱ blanda uerba ac ſeductoria ſolet deo ſeruiẽtes à ſctõ ꝓpoſito retrahere, & in periculũ aĩarũ ſuarũ p̱ducere. Igr̃ ſoror dilecta mihi in Xp̃o, fuge cãtus Sirenarũ, ne dum delectaris audire delectamẽta terrena, à recto itinere auertaris. Quid.n. ſunt uerba ſclarium mulierũ niſi cãtus Sirenarũ? Ergo cãtus Sirenę fuge, & à lingua male ſuadẽtis mulieris ſepara aures tuas. Sic declina uerba ſclaris mulieris q̃ſi ſibilos ſerpentis. Caue ne ſicut ſerpens decepit mulierẽ in paradiſo: ita te decipiat uenenoſa lingua male ſuadẽtis mulieris ĩ monaſterio. Vide ne mulier uana, et garrula infundat in aures tuas mortis uenena. Caue ne mors intret p̱ feneſtras tuas. i. p̱ oculos & aures tuas in aĩam tuã. Soror uenerabilis, cũ uideris mulierem diſparẽ tui ꝓpoſiti, muni cor tuum ſcuto fidei: & contra eam trophæo crucis arma frontẽ tuã. Honeſta ſoror in hoc ſolum cũ muliere ſclari cõcedo tibi colloqum, ut ſanctis admonitionibus ſuadeas illi relinquere ſeculũ, & uenire ad monaſteriũ. In hoc ſolũ tm̃ do tibi licẽtiam loquendi cũ ſclari fœmina, ut doceas eã deſpicere terrena, & amare cœleſtia, & ẽt exire de ſcl'o: & ſeruire deo. Iterum ut per tuam allocutionem tranſitoria deſpiciat: & æterna cõcupiſcat. Soror chariſſima ſi ita feceris ſicut dixi tibi: & te in hoc ſcl'o à malo cuſtodies, & in futuro à domino coronam in cœlo recipies, Amen.

Vt uirgo non diligat ſocietatem uirorum,
Sermo LVIII.

Oror chariſſima, & ſi tanto ſtudio fugies fœminas, quãto magis debes fugere uiros? Et ſi tã ſolicite uitabis ſocietatẽ mulierũ, quantomagis uitare debes ſocietatẽ uirorũ? Et ſi tãta cura cõfabulationes fœminarũ declinabis, quãto magis deceptiões uirorũ declinare debes? Et ſi tãtope aures tuas ſeparabis à ỹbis fœminarum, quãtomagis eas debes ſeparare à ſeductorijs earũ ỹbis? Soror mihi ĩ xp̃o dilecta moneo te, ut uir quãuis ſit ſctũs: nullã tñ tecũ hẽat ſocietatẽ, licet ſit ſctũs & iuſtus, nullã tecũ hẽat familiaritatẽ, quãuis ſit religioſus, nullã tecũ hẽat aſſiduitatẽ, quãuis ſit bonus, nullã tecũ habeat uiuẽdi iugitatẽ. Qr̃? Ne uiſitãdo familiaritate utriuſq; p̱eat caſtitas. Ne uidẽdi frequẽtatione utriuſq; annihiletur honeſtas, ne uidẽdi iugitate utriuſq; religioſitas infamet, ne uidẽdi uſu utriuſque p̱ſona dehoneſtet. Decidet à charitate dei, q̱ occaſionẽ dederit peccãdi. Decidet ẽt à charitate proximi, qui occaſionem prębuerit male faciẽdi. Quia & ſi male non facit op̱e: tñ opinionem peſſimã nutrit. Per aſſiduitatem ſæpe peccat homo. Sæpe familiaritas uincit quos uitiũ ſup̱are non potuit, ſępe occaſio peccandi uoluntatem fecit & facit. Quos uoluptas ſup̱are non potuit, aſſiduitas ſuperat. Diſpar ſexus in unũ collocatus illuc ꝓuocat inſtinctũ carnis, quo naſcit̃. Etiã naturalis flãma carnis accendit̃, ſi illicita attingit. Vir & fœmina diuerſi ſunt p̱ naturã, q̱ ſi in unũ fuerint collocati quãuis nõ peccent: tñ per uſum inter ſe malã famã nutriunt. Quis colligabit ignẽ in ſinu ſuo, & nõ cõburetur? Ignis & ſtupa in unũ poſita flammas nutriũt, q̃q̃ ſint cõtraria, ſi in unum fuerint collocata, flãmas gñant. Ita uir & fœmina, ſi in unũ fuerint poſiti licet malũ nõ faciũt, tñ p̱ aſſiduitatẽ inter ſe malã famã nutriunt, & alios de ſe murmurare faciũt. Religioſus uir, & ſanctimonialis fœmina ſi immoderate cõiungunt̃ ſibi, alijs de ſe locum præbẽt murmurandi. Sexus uiri, & fœminæ diuerſus eſt, & ideo ſi in unum coniungũtur, ſtatim inde occaſio peccandi naſcitur. Quid ergo in unum facit ignis et ſtupa? Cur ſerpẽs collocatur in ſinu? Qr̃ ignis collocatur in ueſtimento? Qr̃ fœmina quæ caſtitatem promiſit deo, ſocietatẽ habet cum uiro? Fœmina quæ p̱p̱ deũ ſcl'm contempſit, qr̃ uiri familiaritatem diligit? Qr̃ amat p̃ñtiam uirorũ, quæ cũ Chriſto deſiderat intrare cœleſtẽ thalamum? Qr̃ fœmina deo deuota quęrit audire deceptoria uirorũ uerba? Qr̃ q̃ ĩ ſcl'o maritum hr̃e noluit, in monaſterio poſita facies hoĩm uidere concupiſcit? Igr̃ ſoror mihi in Xp̃o dilecta, ſi uis eſſe à fornicatione ſecura: eſto mente & corpore à ſocietate hoĩs ſeparata: ſi p̱fecte uis caſtitatem tenere pro amore Xp̃i, longe te fac à ſocietate uiri. Tu circa ſerpentem præpoſita tñ non eris lõgo tp̱e ſecura. Circa ignem ſedens, & ſi ferrea ſis, aliqñ diſſolueris. Circa periculũ cõſtituta non eris diu illæſa uel ſecura. Audi ergo ſoror mihi in xp̃o amantiſſima, boni conſilij uerba. Viri nomen tuũ nõ ſciant, faciem tuam nõ uideant, faciem tuam non cognoſcãt quamuis nomen tuũ audiant. Audi ẽt uirgo honeſta Pauli apl'i uerba: Oportet nos hr̃e teſtimonium bonum ab his q̃ foris ſunt, & intus. Bonam uitam p̱p̱ nos, bonã uero famam p̱p̱ cæteros. Soror uenerabilis p̱p̱ deum in terra uitaueris ſocietatem uirorũ, per deum in cœlo habebis ſocietatem angelorum, Amen.

Vt uirgo fugiat ſocietatem iuuenum,
Sermo LIX.

Hariſſima mea ſoror, & ſi tal'r uiri ſancti ſunt declinandi ne utriuſq; ſanctitas pereat aſſiduitate uiuendi, quantomagis declinandi ſunt iuuenes qui ſequuntur tp̱alis uitæ tenebroſas uias, ac delectationes? Et ſi tanta cura frequentiã ſctõrũ uirorũ fugere debes, quantomagis te oportet fugere iuuenes huius ſeculi concupiſcentias ſequentes? Ad hoc diabolus oculis religioſę fœminę iuuenes obijcit, ut formas eorum per diem uiderit, meditetur in nocte: & ut recens uiſio & corporis inſpectio aſſidue uerſetur in aĩo. Sic intrat ſagitta Satanæ per ianuas oculorum uſque ad animum. Vnde propheta: Intrauit mors, inquit, per feneſtras ueſtras, ingreſſa eſt domos ueſtras. non intrat ſagitta diaboli ad interiora mentis niſi per ſenſus corporis. Soror in Chriſto dilecta mihi, amandi ſunt uiri ſed abſentes. Amandi ſunt homines, non intus ſed foris. Diligere debemus homines in animo ſed non in domo. Dilige homines in mente ſed à longe. Diligendi ſunt uiri: quia ſunt opus dei, ſed extra domum. Amandi ſunt uiri nõ propter pulcritudinem corporis: ſed quia ſunt opus creatoris. Iterum ſoror uenerabilis te moneo ut nunquam loquaris ſola cum ſolo. Nullus loquatur tecum ſingul'r: nec tu præter duarum aut trium teſtimonium loquaris cum aliquo. Non debet ſponſa Chriſti ſola cum ſolo loqui, niſi cũ ſua magr̃a,

cum agit pniam de ſuis pctis. Sctimonialis fœmina quæ cum uiro ſola loqui deſiderat, ſtultitia in mēte eius regnat. Audi igr̄ dilecta mihi ſi pfecte caſtitatē uis tenere ꝑ amore Xpi, lōge accede à ſocietate uiri. Si pfecte in terra cōtempſeris ſocietatem uiroꝝ pro Chriſto abſq; nulla dubitatione, cum eo regnabis in cœlo, Amen.

Vt uirgo non coniungatur malis hominibus,

Sermo LX.

h Oneſtiſſima ſoror audi uerba Salomonis, Fili mi ſi te lactauerint pctōres, non acqeſcas eis: ne æmuleris hoīem iniuſtum, ne ſeqris uiam eius. Diſcede ab hoīe iniquo: habebis pacem. Viri iuſti ſocij ſint tibi, & in timore dei ſit gloriatio tua. Quemcūq; hoīem cognoueris obſeruantē timorem dei, in amicitia iungat̃ tibi. Hoībus malis non coniungaris. B. Ambroſius: Sctōꝝ hoīum uita cæteris hoīb. bñ uiuendi debet eſſe norma. Qui.n. ſctō uiro aſſociatus fuerit, ex eius ſocietate accipiet uſum bonæ locutionis & exēplū boni opis, ut accendat̃ de die in diē mēs eius in amore dei. Non eſt ualde laudabilis ille q bonus eſt cum bonis, ſed uere ille eſt laudabilis, q bonus eſt cū malis: uere ille hō eſt laudabilis q in ſocietate maloꝝ eſt bonus. Sicut ille eſt culpandus q malus eſt inter bonos: ita ille eſt laudandus q bonus eſt inter malos. Verba uitæ ſunt uerba hoīum deum timētium: & ſanitas aīæ his q ea ſequunt̃ & diligunt. Sicut ſol oriens expellit caliginē, ita ſctōꝝ doctrina à ſenſib. nr̄is expellit tenebras uitioꝝ. Vñ Dauid ꝓpheta: Cum ſctō ſctūs eris: & cum puerſo puerteris. Igr̄ ſoror mihi in Xp̄o dilecta: ſi uis bñ uiuere, maloꝝ ſocietatem declina. Vita malos, caue iniquos, fuge īprobos, ſperne à te ignauos. Fuge turbas hoīm: maxime ætatum q̄ ꝓnæ ſunt ad uitium: nec te adiūgas leuib. pſonis, nec te admiſceas uanis. Bonis te cōiunge: bonoꝝ conſortium appete, bonoꝝ ſocietatem reqre, ſctis indiuiduè adhære. Si fueris ſocia eoꝝ, conuerſationis eris & uirtutis. Qui cum ſapientib. ambulat, ſapiēs eſt: qui cum ſtultis gradit̃, ſtultus eſt. Sil'is.n. ſil'i coniungi ſolet. piculoſum eſt uitam cū hoībus malis ducere: pernicioſum eſt uitam cum his qui prauæ uoluntatis ſunt, ſociare. Melius eſt hr̄e maloꝝ odium q̄ȝ conſortiū: ſicut multa hēt bona uita cōis ſctōꝝ: ſic plurima mala affert ſocietas malorum. Qui.n. tetigerit immūdum, coinquinabit̃. Qui tetigerit ſordidum ſordidabit̃. Igitur ſoror uenerabilis, ſi uerba mea libenter audieris: & ea opere impleueris inter electos dei computaberis.

Vt uirgo non ſuſcipiat dona uel literas in occulto, *Sermo* LXI.

c Hariſſima ſoror audi quę dico. ancilla Xp̄i quæ in abſcōdito lr̄as uel dona recipit, ordinem ſuum frangit. Magnum malum facit, et grande pctm̄ cōmittit ſi ab hoib⁹ lr̄as uel quodlibet munus ſuum ſuſcipit: qa ſuum ordinem frangit, grande malum agit quæ pp tpalia dona ſui ordinis p̄uaricatrix exiſtit. Sanctimonialis fœmina quæ cum Chriſto deſiderat intrare ad nuptias, non debet hoībus dare ſudariola, pectines, corrigias, uel ſpecula, aut faſcias quæ Chriſtum expectat cū ardente lampade, non debet ab hoībus accipere dona ſecularia, ſcilicet pectines, ſpecula, & cętera alia quæ propter amorem Chriſti uelata non debet ab amicis ſuis accipere uanitatis dona. Quæ propter deum ſuper caput ſuum uelum ſacrum impoſuit: multum peccat, ſi ab hominibus dona ſecularia accipit. Sanctimonialis fœmina quæ in talibus delectatur, magna uanitate decipitur: & ſignum demōſtrat meretricis. Vnde dicit B. Hieronymus. Dulces literas & ſudariola & crebra munuſcula: ſanctus amor non habet. Ac ſi diceret, Si in mente ſanctimonialis fœminæ ſanctus amor eſſet. & dona uanitatis, & ſuperfluitatis ab hominibus non accipet. Mens caſta & religioſa non deſiderat à ſecularibus amicis accipere dona: ſed à Chriſto, pro cuius amore contemnit omnia terrena. Qui ab illo ſolo debet concupiſcere bona cū quo ſperat gaudere in cœleſti pr̄ia. Caſta fœmina non q̄rit terrena dona ſed cœleſtia. Quāto hō amplius in terrenis donis delectatur, tanto magis à dei amore elongat̃. Sed ſi ſctīmoniales fœminæ faciunt in monaſterio qđ mulieres ſcl'ares facere ſolent in ſcl'o: ſatis culpabiles ſunt corā deo. Ergo inter ſcl'ares, & ſctīmoniales nulla eſt dr̄ia. Igr̄ ſi inter eas quę ſunt in monaſterio, & eas q̄ ſunt in ſcl'o nulla eſt diſtantia: itaq; inter religioſas, & ſeculares fœminas nulla eſt diſſonantia. Ergo ſi ſctīmoniales fœminæ delectabilia dona dant ſuis amicis ſicut facere ſolent meretrices, ubi eſt honeſtas, ubi religioſitas, ubi caſtitas, ubi puritas, ubi ſctītas? Si ſctīmoniales fœminæ q̄ p bona opa debuerant placere deo, ſuis amicis placent in malo luxurioſa dona dādo, ubi eſt pudicitia, ubi continētia, ubi reuerentia, ubi uerecundia? Ita ſi ſctīmoniales fœminę plus uolunt placere hoībus in ſcl'o, q̄ȝ Ieſu Xp̄o æterno regi in cœlo, ubi eſt obſeruantia religionis, ubi rigor ordinis, ubi ardor contemplationis? ubi munditia mentis: ubi contritio cordis, ubi ſolicitudo orationis, ubi gemitus pectoris, ubi habitus monachalis? Si ſctīmoniales fœminæ lætantur in tpalib. donis ſicut lætari ſolent ſcl'ares hoīes, ubi eſt cōtemptus ſcl'i, ubi timor inferni, ubi memoria iudicij, ubi recordatio æterni incendij, ubi amor dei? Igit̃ ſi ſctīmoniales fœminæ concupiſcunt dona uanitatis ab hoīb. accipe, ubi eſt memoria delictoꝝ, ubi lacrymę ocl'oꝝ, ubi recordatio pctōꝝ, uilipendit̃, contēnit̃, deſpicit̃, annihilat̃. Reuera ſctīmonialis fœmina q̄ ab hoīb. accipit, in qb⁹ delectet̃, ordinem ſuum cōtēnit. q̄ plus gaudet in ſuoꝝ amicoꝝ donis, q̄ȝ in p̄ceptis ſui ordinis, ſui ꝓpoſiti eſt p̄uaricatrix. De talibus ꝓpheta ait: Dextera eorum repleta eſt munerib⁹, ac ſi diceret: Quāuis opa eoꝝ uideant̃ bona, tñ plus lætant̃ in munerib. q̄ȝ in bonis operib⁹. Magis uolunt ab hoīb. accipe dona: q̄ à Xp̄o æterna bona. Sctīmonialis fœmina q̄ Xp̄m pfecte diligit, delectabilia et ſuperflua dona ab oībus nō recipit, qa xp̄m in oībus donis anteponit. Vnde in Canticis Canticoꝝ eccleſiæ dr̄. Pulcrę ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Turturi aſſimilat̃ eccleſia, uel quęlibet ſctā aīa: qa Xp̄m pfecte diligit, & nihil amori eius p̄ponit. Turtur ex quo per occaſionem coniugem ſuum perdidit, nunq̄ȝ alteꝝ amplius q̄rit, qa adulterium amorē nō recipit. Sic ſctīmonialis fœmina q̄ xp̄m pfecte diligit: amplius adulteriū amorē non recipit i. amplius in malo hoīes nō diligit. Religioſa fœmina q̄ plus diligit hoīem q̄ȝ Xp̄m, non eſt caſta, ſed adultera: quia Xp̄m cōtemnit cui fuerat deſponſata. Religioſa fœmina, qñ primū ad monaſteriū uenit, Xp̄m in ſponſum ſuſcipit. Poſt hæc uero ſi carnal'r hoīem ſuper Xp̄m diligit, adulterium facit: & ſi nō corpore, iam tñ adultera eſt in mēte, ſcđm illud qđ dr̄: Qui uiderit mulierem ad concupiſcendam eā: iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: ſic ēt mœchat̃ mulier cum uiro, ſi eū in corde ſuo concupierit uel eum carnal'r dilexerit. Quapp dilectiſſima mihi ī Xp̄o ſoror, te moneo ut Xp̄m ſponſum tuum ſup oīa ames & ab illo ſolo dona accipere deſideres. Obſecro te ut Ieſum Xp̄m ſpōſum tuū ſup oīa diligas, & ꝓ amore illius ſcl'aria dona non accipias. ꝓculdubio q terrena dona affectat, cœleſtia non ſperat. Munera excęcant oculos ſapientū, & mutant uerba iuſtoꝝ. Certe ſi munera excæcant oculos ſapientum, obcæcāt ēt ne deus uideat mentes religioſoꝝ uiroꝝ, ſi (qđ ueꝝ eſt) dona oculos ſapiētū excæcāt, ēt & ocl'os ſeruoꝝ dei ne Xp̄s uideat̃, cōturbāt. Vñ B. Iſidorus: Non pōt ocl's mentis alta uidere quem puluis claudit: ac ſi apertius diceret, nō pōt ocl's mētis pfecte cœleſtia cōſpicere, quē puluis claudit cōcupiſcētię. Nō p̄t mēs ſerui dei ad cōtēplādū deū eē libera: ſi adhuc terrenis cupiditatib. obſcurat̃. Si adhuc mēs ſctīmonialis fœminæ ī terrēis donis delectat̃, pfecte cœ

COnſcientia bona eſt ſed turbata, quæ nil molle, nil fluxũ recipit, ſed à mũdi aſpergine quãto põt preſſius ſe detergit, nõ tñ in dulcedine ſed in amaritudine multa. Dura.n. ur̃ ei uia rectior & auſterior uita, ubiq; uidet qđ carni diſplicet: ſed retinet ſe fræno timoris dei, & in omni tẽpeſtate cordis ſui ad hanc ancorã figitur. Nam iuxta prophetam, turbatus eſt & non eſt locutus. Sed audi quid de iſto dñs dicat: Cum ipſo ſum, inqt, in tribulatione. Ad qd? Eripiã eum & glorificabo eum. Eripiam ab amaritudine, glorificabo in uoluptate. Cum illa q̃ prius faciebat timore, faciet cum amore. hæc uero conſcĩa loquitur deo in Pſalmo, & dicit: Cõmouiſti, inquit, dñe terram, & cõturbaſti eã, ſana contritiones eius, qa cõmota eſt. Cõmouetur terra, cũ pctõr cõfitetur & pœnitet: conturbat̃ cum in cõuerſatione amaritudinẽ ſuſtinet, ſed cõtritiones iſtas illius ſanare ſolius eſt, q ſanat oẽs infirmitates nr̃as. Audi tñ quod ſeqtur: Oſtẽdiſti ppl̃o tuo dura. Quę dura? Potaſti nos uino cõpunctionis, nõ lacte unctionis. Notãdum uero eſt qđ qbuſdã in religione uiuentibus apponit̃ lac ad bibendũ, qbuſdã ẽt uinũ: ſed tñ utrũq; diuinũ. Bibũt illi lac, qbus & uigiliæ breues, & cibi dulces, & labores appetibiles, & panni ſuaues uñr. Quibus ẽt paꝝ eſt illud quod magnũ ẽi i exercitijs ſctẽ cõuerſationis. Lac.n. ſuauiter bibit̃, dulciter liqtur, ſine læſiõe, ſine amaritudine. Ita & iſti in ſctõ p̄poſito ſuauiter incedũt, dulciter currũt: ſine lęſione p̄prię conſcĩæ, ſine amaritudine alienæ. Hoc hẽt p̄priũ q hmõi bibit, ut ei pctm̃ ſuũ diſpliceat: ut alieno pctõ nõ cõſentiat, ut pp hæc pctõrem non deſerat, ut uitium eius quantum in ipſo eſt non diſſimulet, & cum corripuerit, non inſultet. Ecce de potu lactis. Audi de uini potu, Vinum quippe aſperum eſt & inſuaue, uinum bibunt hi q uias uitæ aggreſſi et ingreſſi tribulationibus corporis & animæ pariter contorquentur, ſed non cedunt neq; recedunt in tribulatione. Iſti ſunt quibus ipſe dñs ore proprio pręd icat & pręd icit: Vos eſtis, inquit, qui permanſiſtis mecum in tẽtationibus meis. Sed qs hoꝝ tibi ur̃ uel ille q in ſuauitate, uel ille qui in aſperitate currit uiã mandatoꝝ dei? Primus ur̃ eſſe fęlicior, ſcđs fortior: uterq; tñ iuſt⁹, uterq; pius, hñtes proprium donum ex deo, alius quidem ſic, alius uero ſic. Vis noſſe qa in utroq; beneplacitũ eſt corã deo? Bibi, inqt, uinum meũ, cum lacte meo. Qui.n. primũ à tẽtatione liberat, ſcđm in tẽtatione confortat, & ſi alter experit̃, q̃m ſuauis eſt dñs, alter ṽo q̃m fortis eſt dñs. Fortis planè & potens in prælio, in quo ſeruum ſuum & ſi premi non tñ opprimi patit̃ in multitudine miſericordiæ ſuę. Venite ait propheta, emite abſq; argento uinum & lac. Oĩs.n. timorata cõſcĩa quę ad deũ uenit, uel lac ab ipſo uel uinũ emit, ſcđm qđ dictum eſt & tractatũ. Et nota quia utrobique uinum prępoſuit pro eo. ſ. quod qui maiorem ſuſtinet pro deo perſeuerãter tribulationem, maiorem hẽat & mercedem. Et hæc dicta ſint pro dr̃ia bonę et tranquillæ conſcientiæ, & bonæ & turbatæ conſcientiæ.

De mala & tranquilla conſcientia.

SEquitur mala & tranquilla cõſcientia, qua ſicut nihil peius, ita nihil eſt infœlicius. Quæris q̃nam illa ſit? Hęc eſt illa q̃ nec deum timet, nec hoĩem reueretur: q̃ cũ uenerit ĩ profundũ maloꝝ contẽnit. Et uide lapſum imo & caſum malæ conſcĩæ, quã minutatim & pedetentim declinet à deo: & ita in profundũ deſcendat: ut ſuper eã urgeat puteus os ſuũ. Primũ q̃n hõ aſſuetus bonis grauiter peccat, ur̃ ei à deo importabile, ut in infernũ uiuens deſcendere uideat̃. Proceſſu uero tp̄is nõ importabile, ſed tñ graue ur̃, & inter importabile & graue nõ paruus deſcẽſus eſt. Paulopoſt & leue iudicat, & cũ crebris ictibus uerberet̃, uulnera nõ ſentit, uerba nõ attẽdit. De hmõi in ſcriptura ueritatis exp̄ſſum eſt: Verberauerunt me & nõ dolui, traxerũt me, & ego nõ ſenſi. In breui uero tp̄is ſpatio, non ſolũ non ſentit, ſed & placet: & dulce fit qđ amaꝝ erat, & aſpeꝝ uertit̃ in ſuaue. Ducit̃ deinde in cõſuetudinẽ, ut iam nõ modo placeat, ſed & aſſidue placeat, & ſe cõtinere nõ poſſit. Ad extremũ uero nõ põt auelli, qa cõſuetudo uertit̃ in naturã: & qđ prius ad faciẽdũ erat impoſ̃e, iam impoſ̃e eſt ad continendũ. Sic.n. deſcẽdit̃, immo cadit̃ à Ierl̃m in Ierico: ſic itur in auerſionẽ & duriciã cordis: hic pctõr fœtet: hic quatriduanus eſt. Hic lapis ſpeluncæ ſuppoſitus illos miſericordes radios diuini luminis nõ admittit. Hic iuxta ſcripturã à mortuo tãquã ab eo q non eſt, perit confeſſio: niſi forte miſerans deus cor lapideũ in carneũ qñq; conuertat. hæc eſt, mala conſcientia, q̃ p hmõi diſcrimina: immo p̄cipitia ruit: & corruit, & irruit ſuper ſeipſam. Q̃uo tranquilla? Cum mundi h⁹ proſperitas alludit & illudit, cũ laudat̃ pctõr in deſiderijs aĩæ ſuæ, & iniquus benedicitur, cum peccantium fauor, & peccare nolentium pauor, nolens & dolens arridet ei, cum non eſt qui arguat, ſed & q arguere pctõrem audeat, ex omnibus q in circuitu eius ſunt. Et ſic implẽtur in eo quod ſcriptum eſt. Proſperitas ſtultoꝝ perdet illos. Nihil æquè exaſperat illius tremendi iudicis maieſtatem, q̃ peccare & ſecure peccare, & de uitijs quaſi de uirtutibus gloriari. Nõ miſerearis dñe ait iuſtus omnibus q opant̃ iniqtatẽ. Hæc eſt iniqtas c⁹ nõ miſeret̃ deus, cũ hõ defendit quod deus odit, & pctm̃ iuſtitiã aſſerit, ut omnipotenti reſiſtat, & op̄s illi. Hæc eſt illa ſuperbia de qua ſcriptum eſt. De⁹ ſup̄bis reſiſtit, humilibus aũt dat grãm. Intellige qđ dicit, reſiſtit. Reſiſtere.n. ex ęquo eſt. Ille aũt ex æquo deo reſiſtere p̄ponit, q qđ deus aſtruit deſtruit, quãtũ in ipſo eſt dicẽs, malũ bonũ & bonũ malũ: amaꝝ dulce & dulce amaꝝ: lucẽ tenebras & tenebras lucẽ. Hãc ṽo trãqllitatẽ nutrit ĩpunitas ſecuritatis & negli-

gentiæ mater,nouerca uirtutum,religio
nis uirus,tinea ſanctitatis.

De mala conſcientia & turbata.

m Ala aũt conſcía eſt,ſed turbata
q̃ in actu pctõꝝ ſuoꝝ dephen-
dit & cõphendit. Nam dum
paſci ſe uoluptatib. credit,anxietatibus
cedit:humanis pudorib. & cõfuſionib.
reuerberata;ſicut ſcriptum eſt: In opib⁹
manuũ ſuaꝝ cõphẽſus eſt pctõr.uer-
bi grã. Appetit qs adulterium ad uolu
ptatẽ,ſed cõphẽdit: ibi ad anxietatẽ,
& multo maior ẽ anxietas ꝙ uoluptas,
ad oẽm uerecundiam & anguſtiã hoĩs:
q hoĩem & uiuit & ſapit,ſed licet qdã ĩ
ipſa dephenſione conuertant̃ ad dñm:
Maior tñ eſt numerus in ipſa cõfuſione
ꝑmanentium in pctõ,ꝙ ꝑꝑ pcti confu-
ſionem exeuntium à pctõ. De exeũtib⁹
ſcriptum eſt: Imple facies eoꝝ ignomi-
nia,& q̃rent nomen tuum dñe.De non
exeuntib.dicit Hieremias ꝓpheta:Per-
cuſſiſti eos dñe & non doluerunt:attri-
uiſti eos & renuerunt ſuſcipe diſciplinã.
Hi ſunt q̃tuor cõſciaꝝ riui de uolũtatis
fonte currẽtes,in qbus iuſti purgant̃:in-
qnant̃ iniuſti,ut fiat qđ ſcriptũ eſt. Et q
in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc,& iuſtus
iuſtificet̃ adhuc:& qa cogitatiões hoĩs
ſiue boni ſiue mali cõtinua uolubilitate
uoluunt̃,plurimos cogitationũ modos
q̃quaueiſum ſe uertant ꝓ modulo meo
tibi ſtatui demonſtrare,ut melius poſſis
intelligere, quam longe ſimus ab illo q
ſemper in eodem ſtetu permanet, do-
mino noſtro Ieſu Chriſto.

De multiplici uarietate cogitationum.

c Ogitationum uero aliæ onero-
ſæ,aliæ affectuoſæ,aliæ obſcœ-
næ,aliæ otioſæ,alię curioſæ,alię
ſuſpicioſæ,aliæ diſtentoriæ. Oneroſas
cogitationes in aĩa iuſti illas accipe, q-
bus reſiſtere uult & tñ non põt,ſed uelit
nolit irruit in oculis mẽtis muſcaꝝ Ae-
gypti peſtilentia: & ꝑſtrepunt ranæ in
penetralibus cordis eius. Cogitat hõ
plerunq; terribilia de fide,horribilia de
diuinitate, & per phantaſmata corpo-
reaꝝ imaginum tranſrotatus,illa ſentit
quæ uel in confeſſione euomere pctõr
oneratus exhorret:& quãto diſtrictius
non exhibet membra ſua arma iniqui-
tatis pctõ, tanto ſtrictius hmõi ſpiritu
quatitur & pulſatur. Cum.n.ille inſatia
bilis homicida ab exteriori ſenſualitate
ſe uidet excluſum,interiora collectis ui-
ribus aggreditur, ſed ſpiritualis hõ qui
omnia iudicat,illius aſtutias non igno-
rat. Reprimit quod poteſt,qđ aũt non
poteſt reprimere tolerat: qa & ſi latra-
tum canis ſuſtinet, morſum non timet.
Latrat.n.cum ſuggerit,tunc uero mor
det cum ad conſenſum ꝑtrahit:ſed cum
non ingerit qđ ſuggeſſit, tunc nõ uulne
rat,ſed coronat,qa & ſi ſentientem cru
ciat,non obligat non conſentientem.
Sunt nihilóminus & oneroſæ cum ex
officio Marthæ ſuſcepto ſolicitus eſt
hõ, & turbatur erga plurima ꝑꝑ pluri-
mos, ut habeant unde in diuino officio
ſuſtentent̃. Affectuoſę ſunt qñ circa car
nis ſuæ curam afficitur, ſicut in uictu &
ueſtitu. Tangit̃ etiam ſæpe hõ affectio-
ne ꝓpinquoꝝ ſuoꝝ, ſcđm carnẽ. Ob-
ſcœnę ſũt qñ carnalis delectatio titillat
& pungit,ſed hæ tanquam fęces imun-
diſſimæ longius,in ipſo principio ꝓpul
ſandæ ſunt. Otioſæ ſunt qñ illis nec de-
lectatur,nec afficit̃. uerbi grã. equum
currentem uel auẽ uolantẽ cogitãs, ubi
penè inter uitium reſidet & uirtutẽ, nec
deſcendens ad illud,nec ad iſtam aſcen
dens. Curioſæ ſunt,qñ proponit explo-
rare proximoꝝ ſecreta, & quæ curioſè
ſeipſam ſcrutari debuerat, oblita ſui,
aliena curat, nunc intus, nunc foris ua-
ga & garrula,& quietis impatiens. Su-
ſpitioſæ ſunt qñ nullum certum argm̃
hñs malè de proximo ſuſpicatur, & ea
quę in utramlibet partem inclinari pñt,
in deteriorem interpretatur. Diſtento-
riæ ſunt,qñ de longinquis rebus,& re-
gnis & regionibus,diſponit & tractat,
qñ diſtenditur in qõnibus & rõnibus
huius mundi:quã peſſimam occupatio
nem iuxta Salomonem dedit deus filijs
hominum,ut diſtendantur in ea. Item:
Cogitationũ uero multiplex uarietas

eſſe cognoſcitur. Alię nanq; cor inflant,
aliæ eleuant, aliæ ꝑturbant, aliæ diſſi-
pant,aliæ confundunt,aliæ diſtendunt,
aliæ ligant,aliæ inqnant,aliæ cõtrahũt,
aliæ corrumpunt. Inflant ut ſuꝑbæ,ele-
uant ut uanæ,ꝑturbant ut inuidæ, diſſi-
pant ut iracundæ, confundũt ut acedio
ſæ,diſtendunt ut ambitioſæ, ligãt ut gu
loſæ, inqnant ut luxurioſæ,contrahunt
ut timidæ,corrumpũt ut malitioſæ. His
igr̃ excluſis mẽs purgat̃, ſi ſctĩs cogita-
tionibus iugiter exerceat̃,ſicut ſcriptum
eſt: Cogitatio ſctã cuſtodiet te. Sunt ꝑ̃-
terea cogitationes bonæ & ſanctæ. De
bem⁹.n.cogitare de deo,ut delectemur
in illo, de redemptoris nr̃i paſſione quã
ꝓ nobis ſuſtinuit in crucis patibulo, ut
& nos parati ſimus tribulationes & an
guſtias libenter ſuſtinere ꝓ illo: de hora
tranſitus nr̃i,ut ſemper ſimus parati: de
die iudicij,qa ibi de operib. nr̃is rõnem
ſumus reddituri: de inferno,ut timeam⁹
pœnas,qa inde nulla eſt redemptio: de
paradiſo, ut deſideremus coronas q̃s
habebimus ĩ futuro: de mãdatis dñi,&
de ſacr̃is nr̃æ redemptionis,ut ꝑſeuere-
mus in uia iuſtitiæ per grãm dei, Amen.

De quatuor ſpiritibus in cordibus humanis.

h Is omnib. cogitationib. cordiũ
humanoꝝ quatuor ſpũs loquũ
tur aſſidue. Spũs mundi, ſpũs
carnis,ſpũs diaboli,ſpũs dei. Spũs mũ-
di loquit̃ uana, & ipſe tunc loqtur cor-
di nr̃o cum uanitatem diligimus, cũ de
uanitate lætamur, cũ delectamur in ua-
nitate. Spũs carnis loqt̃,cum mollia car
ni & ſenſib. carnis appetimus,cum eius
curam in deſiderijs & uoluptate perfici
mus. Spũs diaboli loquitur,qñ & ama
ra cogitamus, & aſpera ꝓferimus, tri-
ſtes in nobis,alijs iraſcentes,ingrati, in-
uidi,ſine affectione,ſine fœdere. Spũs
dei loquit̃ qñ dulcia meditamur, & lo-
quimur, hilares nobis & ꝓximis, in oĩ
dulcedine & bonitate ſoliciti ſeruare
unitatem ſpũs in uinculo pacis. Hę ſunt
conſcíæ,hæ cogitationes conſcíaꝝ, hi
ſpũs loquentes in cogitationib. nr̃is, q̃
melius tua cõſcía dulciſſime fr̃, ꝙ mea
pagina cernit atq; diſcernit. Fact⁹ ſum
inſipiens,tu me coegiſti, ſed melius uo
lui oñdere imꝑitiam meam, ꝙ confun-
dere faciem tuam. Siqd bñ dcm̃ eſt,tibi
imputa, ꝓ cuius fide,& ſenſum & uer-
bum dedit filius dei. Siqd ſec⁹ dcm̃ eſt,
tibi imputa,qa iuſſiſti. Parce aũt & feſti
nationi,qa nihil ita cõtrarium, nihil ita
diſcrepantiſſimum in ſcribendo ꝙ ma-
turitas & celeritas. Digne.n.inuenire
qđ q̃ris,& uerbis competentib. ueſtire
qđ inueneris, & locum aptum, & tp̃s
feriatum,& ingenium uiuidum,& ſtilũ
exercitatum deſiderat. Verũ tñ abſcon-
de epl'am uel librum, ſi ſic magis eligis
noĩare,uel ſi propalare decreueris,tace
nomen auctoris. Nouit auctor ſalutis,
cui ſoli honor & gl'ia: quãtũ ego diligo
ſalutem aĩæ tuæ, & honorem perſonæ
tuæ. Ipſe eſt dñs nr̃ Ieſus Xp̃s, qui tibi
& ſeipm̃ donat,& coronat te in mĩa &
miſerationibus. Vale & ora pro me.

Diffinitio bonæ & malæ conſcientiæ.

m Vlti quærunt ſcientiam, pauci
conſcíam. Conſcía tñ quã ſcía
citius apprehenditur,& utilius
retinetur. Conſcía nãq; dr̃ quaſi cordis
ſcía. Cor.n.nouit ſe ſua ſcía, & multa
alia. Qñ nouit ſe,noĩatur conſcía. Qñ
præter ſe alia,noĩatur ſcía: ſed & qñ be-
ne utitur ſui & aliaꝝ reꝝ cognitione,
tunc dr̃ bona conſcientia: qñ uero his
econtrario malè utitur, tunc dr̃ mala
conſcientia. Bona eſt conſcientia quæ
omnibus dulcis eſt, nulli grauis, utens
amico ad gratiam, inimico ad patien-
tiam,omnibus ad beneuolentiam, qui-
bus poteſt ad beneficentiam: bona eſt
conſcientia,quæ habet in corde purita-
tem,in ore ueritatem, in actione rectitu
dinem. Mala uero conſcientia eſt, quæ
nec dñm timet, nec hominem reueret̃,
quæ peccata ſua nunquam per ueram
confeſſionem confitetur,ſed ſem-
per de peccato in peccatum
cadit, & cum uenerit
in profundum ma
lorum con-
temnit.

De bona conſcientia.

COnſcientia bona lætificat ani-
c mam, eamq́ꝫ exhibet deo gra-
tam: & angelis & hoibus reue-
rendam, & ſibiịpſi pacatam & quietã.
Conſcientia bona titulus religionis, tẽ-
plum Salomõis, ager bñdictionis, hor-
tus deliciaꝝ, reclinatorium aureũ, gau-
dium angeloꝝ, arca fœderis, theſaurus
regius, aula dei, habitaculũ ſpiritus ſan-
cti, liber ſignatus etiam clauſus, & in
die iudicij aperiendus. Nihil.n. in hac ui
ta ſecurius, nihil iocundius poſſidetur
bona conſcientia. Premat corpus, tra-
hat mundus, terreat diabolus: illa tñ
ſemper erit ſecura. Futuræ beatitudinis
nullum certius teſtimonium bona con
ſcientia: & qui cuſtodierit illam, ſemper
erit in gloria cum angelis in cœleſti pa-
tria. Bona eſt conſcientia, ſi habeat in
corde puritatem, in ore ueritatem, in
actione rectitudinem. Munda eſt cum
nec de præterito iuſte accuſatur, nec de
præſenti iniuſte delectatur. Pura eſt cui
nec deus peccata ſua imputat, quia non
fecit: nec aliena, quia non approbauit:
nec negligentiam, quia non tacuit: nec
ſuperbiam, quia in unitate permanſit.
Secura eſt qñ accuſationem non pati-
tur, uel pro torpore boni, uel pro p̃ſum
ptione mali. Recta eſt cui pctm̃ ſuum di
ſplicet, nec aliena peccata diſſimulat: et
cum corripit non inſultat. Talis eſt bo-
na conſcientia.

De mala conſcientia.

COnſcientia mala contriſtat ani
c mam, eamq́ꝫ deo exhibet im-
mundam, angeliſq́ꝫ & homini-
bus fœdam: & ſibiịpſi turbatam, & in-
quietam. Nulla.n. pœna maior eſt ma-
la conſcientia. Omnium ſiquidem deli-
ctoꝝ noſtroꝝ ipſa eſt teſtis, ipſa iudex,
ipſa tortor, ipſa carcer. Ipſa accuſat, ip-
ſa iudicat, ipſa punit, ipſa damnat. uni-
cuiq́ꝫ.n. liber eſt ſua conſcientia, & ad
hunc librum diſcutiendum & emendã-
dum omnes alij libri inuenti ſunt. Ani-
ma uero cum de corpore egrediet̃, nul-
lum alium librum præter librum con-
ſcientiæ ſecum poterit portare, atq́ꝫ in
illo cognoſcet quo debeat ire, uel quid
debeat recipere. Ex his quę ſcripta erũt
ĩ libris noſtris iudicabimur: & ideo ſcri
bi debent ſecundum exemplar libri ui-
tæ: & ſi ſcripti non ſunt, ſaltim corrigã-
tur. Conferamus itaq́ꝫ libros noſtros
cum libro uitæ, ne forte in illa ultima
diſcuſſione abijciantur ſi emendati non
fuerint. Liber uitæ uis quædam diuina
intelligitur, qua fiet ut unicuiq́ꝫ omnia
opera ſua bona, uel mala ad memoriã
reuocentur, ut & mentis intuitu mira ce
leritate cernantur, ut accuſet uel excu-
ſet ſcientia conſcientiam: & ita ſimul,
& ſinguli, & omnes iudicentur. Con-
ſcientia quippe eſt inſeparabilis gloria,
uel confuſio uniuſcuiuſq́ꝫ pro qualitate
depoſiti. Sicut enim bona uita ho-
minem reddit laudabilem
& glorioſum, ſic mala
uita reprobum &
confuſione
dignum.

FINIS.

PRAEFATIO SANcti Bernardi abbatis in uitam ſancti Malachiæ epiſcopi.

SEmp qdẽ op̃ep̃tiũ fuit
illuſtres ſctõꝝ deſcri-
bere uitas, ut ſint ĩ ſpe-
culũ & exemplum ac
quoddã ueluti condi-
mentũ uitæ hoim ſup
terrã. Per hoc.n. quo-
dãmodo apđ nos ẽt poſt mortẽ uiuũt,
multoſq́ꝫ ex his q uiuentes mortui ſunt,
ad uerã ꝓuocãt & reuocãt uitam. Veꝝ
nũc maxime id reqrit raritas ſctitatis,
& nr̃a planè ætas inops uiroꝝ. Quam
ſanè inopiã ſup nos adeo inualuiſſe ſen-
timus, ut nulli ſit dubium illa ſnĩa nos fe
Mat.24.a riri. Qm̃ abundabit iniqtas, refrigeſcet
charitas mľtoꝝ. Et ut ſuſpicor ego, aut
p̃ſto aut ꝓpe eſt de quo ſcriptũ eſt. Fa-
ciem eius p̃cedet egeſtas. Ni fallor, an-
tichriſtus eſt iſte, quem fames ac ſteri-
litas totius boni & p̃it & comitat̃. Siue
igr̃ nũcia iã p̃ntis, ſiue iãiãq́ꝫ affuturi p̃-
nũcia, egeſtas in euidẽti eſt. Taceo uul-
gus, taceo uilẽ filioꝝ h⁹ ſcľi multitudi-
nẽ, in ipſas eccľiæ colũnas uolo oculos
leues, Quẽ mihi oñdas uel de illoꝝ nu-
mero q uñr dati in lucẽ gẽtium, non ma
Mat.6.c gis de ſublimi fumantẽ, q̃ꝫ flãmantẽ? Et
ſi lumẽ qđ in te eſt, inqt, tenebræ ſunt,
quantæ ſunt tenebræ? Niſi tu illos forte
(qđ non credo) lucere dixeris, q q̃ſtum
æſtimant pietatẽ: qui in hæreditate dñi
non q̃ dñi, ſed magis q̃ ſua ſunt q̃ritant.
Quid dico, quæ ſua ſunt? Perfectus ſit et
ſctũs ẽt ſua q̃rens, ſuaq́ꝫ retinens, ſi ab
alienis cor manuſq́ꝫ contineat: memine
rit tñ q ſibi uſq́ꝫ huc forte puenisse ur̃,
eundẽ exigi ſanctitatis gradum & ab
ethnico. An non milites ſuis iubent̃ cõ-
tenti fore ſtipendijs, ut ſalui fiant? Ma-
gnũ uero eccľiæ doctori ſi ſit ſicut unus
Eſa.24.c militum, aut certe (qđ ad illoꝝ impro-
perium ꝓpheta loqtur) ſi ut ppľs, ita &
ſacerdos fuerit. O' deformitatẽ. Ita ne
ſũmus merito reputãdus erit, q à ſũmo
corruens gradu, hærebit uix infimo, ne
abyſſo abſorbeat̃? Q̃ rarus tñ iſte ipſe
in clero. Quẽ itẽ das mihi contentũ ne-
ceſſarijs, contẽptorẽ ſupfluoꝝ? Lex eſt 1. Ti.6.b
tñ præfixa ab apľis, apľoꝝ ſucceſſorib.
Victum & ueſtitum hñtes, inqunt, his
contenti ſimus. Vbi forma hęc? In libris Pſal.36.f
cernimus eam, ſed non in uiris. Hẽs ue-
ro de iuſto, q a lex dei eius in corde ip-
ſius, & non in codice. Nec pfectionis is
gradus. Perfectus carere, & neceſſarijs
paratus eſt. At gratis iſtud. Vtinam ſu-
perfluis ponat̃ modus, utinã non cupia
mus in infinitum. Sed qd? Forte repias
q hoc poſſit. Id qdẽ difficile, ſed uide qd
egimus. Quærebamus uiꝝ optimum,
multoꝝ liberatorẽ, & ecce laboramus
in inueniẽdo q ſeip̃m ſaluum facere poſ
ſit. Optimus hodie eſt, q non eſt nimis
malus. Vñ qm̃ à terra defecit ſctũs, ui-
deor mihi non ſupuacue ex his q empti
ſunt de terra reuocare ad medium Ma-
lachiam ep̃m, uiꝝ uere ſctm̃, & nr̃oꝝ
qdẽ tpm ſingularis ſapię & uirtutis. Iſte
erat lucerna ardẽs & lucẽs, nec extĩcta
eſt tñ, ſed ſubmota. Quis mihi iure ſuccẽ
ſeat, ſi readmouero eã? Imò uero nõ eſt
qđ mihi ingrati eſſe mei ſcľi hoies de-
beant, & oĩs deinceps gñatio uẽtura, ſi
quẽ cõdõ tulit, reuocẽ ſtilo: ſi mũdo re-
ſtituam, quo dignus non erat mundus:
ſi ſeruẽ memoriæ hoium, hoiem c⁹ me-
moria in bñdictione ſit oĩbus, q legere
dignabunt̃: ſi me excitãte amicum dor-
mientẽ, uox turturis audita fuerit in ter-
ra nr̃a dicẽs: Ecce ego uobiſcũ ſum oĩb.
diebus uſq́ꝫ ad cõſũmationẽ ſcľi. Dein-
de ſepult⁹ apud nos eſt, nobis ſpãlr̃ hoc
opus incumbit. Quid, q me inter ſpãles
amicos ſctũs ille habebat, & eo loci ut
nulli in hac parte gľiæ ſcđm fuiſſe me
credam? Nec mercede uacat mihi tantę
familiaritas ſctitatis. Primitias iam ac-
cepi. In extremis poſitus erat, imò ĩ prin
cipijs, iuxta illud: Cũ cõſũmatus fuerit
hõ, tunc incipit. Ac cucurri ego ut bñ-
dictio morituri ſuper me ueniret. At ille
cũ iã mẽbra alia mouere nõ poſſet, for-
tis ad dãdã bñdictionẽ, eleuatis ſctis ma

nibus ſuper caput meum benedixit mi-
hi,& benedictionem hæreditate poſſi-
deo:& qũo ego illum ſilere queam?Po
ſtremo tu id mihi abba Congane iniun
gis,reuerendus frater,& dulcis amicus
meus, ac tecum pariter (ut ex Hyber-
nia ſcribis)ueſtra illa oĩs eccleſia ſctõꝝ.
Libens obedio, præſertim ꝙ non elo-
quium exigitis,ſed narrationem.Dabo
uero operam ut ea ſit pura & luculen-
ta,deuotos informans, faſtidioſos non
onerans.Sanè narrationis ueritas ſecu-
ra apud me eſt,intimata à uobis, haud
alia proculdubio proteſtãtibus,q̃ꝫ quę
certiſſimè comperta ſunt uobis.

Finit præfatio.

VITA SANCTI MA lachiæ epiſcopi à beato Bernardo edita.

MAlachias noſter ortus
Hybernia de populo
barbaro,ibi educatus,
ibi lr̃as edoctus eſt.Cę
terum de natali barba
rię traxit nihil,non ma
gis,q̃ꝫ de ſale materno
piſces maris.Quàm uero ſuaue,ꝙ incul
ta nobis barbaries tam urbanum ꝓtu-
lit ciuem ſctõꝝ,& domeſticũ dei. Qui
producit mel de petra,oleumq́ꝫ de ſaxo
duriſſimo,ipſe fecit hoc.Parentes tñ illi
fuere genere & potentia magni, iuxta
nomen magnorum qui ſunt in terra.At
mater mente, q̃ꝫ ſanguine generoſior,
ſatagebat in ipſo initio uiarum ſuarum
notas paruulo facere uias uitæ,hãc plu-
ris illi exiſtimans uentoſa ſcientia lite-
raturæ ſecularis. Ad utranque tamen
huic non defuit ingenium pro ætate.In
ſcholis literas,domi timorem domini,
docebatur, & quotidianis profectibꝰ
reſpõdebat ambobus ſatis magiſtro et
matri.Nempe à principio ſpiritum ſor-
titus eſt bonum,per quem erat puer do
cilis,& amabilis ualde, mire admodũ
omnibus per omnia gratioſus. Bibe-
bat autem pro lacte de pectore mater-
no aquas ſapientiæ ſalutaris, & fiebat
indies ſeipſo prudentior.Prudentior di
cam,an ſanctior?Verunq́ꝫ ſi dixero,non
me pœnitebit:ueritatem.n.dicam.Age
bat ſenem moribus,annis puer,expers
laſciuię puerilis.Cumq́ꝫ ex hoc cunctis
eſſet reuerentiæ & ſtupori,non tñ inde,
ut aſſolet,inſolentior inueniebatur: ſed
magis quietus,& ſubditus in omni mã
ſuetudine. Non impatiens magiſterij,
nõ fugitans diſciplinæ, non lectionis fa
ſtidiens, non ludorum denique appe-
tens,quod uel maxime illa ætas dulce
ac familiare habere ſolet. Et ꝓficiebat
ſupra omnes coætaneos ſuos,in ea qui-
dem literatura quæ illi competebat æ-
tati. Nam in diſciplina morum, profe-
ctuq́ꝫ uirtutum,etiam ſuper omnes do
centes ſe in breui enituit: non tam ma-
tre tamen,q̃ꝫ unctione magiſtra.Hac ſo
licitante haud ſegniter & ĩ diuinis exer
cebatur,petere ſecretum,anticipare ui-
gilias,meditari in lege,refici parcius,o-
rare frequentius.Et quia eccleſiam fre-
quentare nec uacabat ꝑꝑ ſtudium,et ꝓ
uerecundia non libebat, leuare puras
manus in omni loco, ubi tñ ſecrete id
poſſet. Iam tunc ſiquidem cautus fuit
declinare uirus uirtutum, inanem glo-
riam.Eſt uicus propè ciuitatem in q̃ di-
ſcebat puer, quò magr̃ eius frequenter
ꝑgere ſolitus erat ipſo ſolo comite.Illò
eũtibus ambobus pariter ipſe(ut poſt-
ea referebat)retrahebat pedẽ, ſiſtebat
gradum:& ſtans à tergo magr̃i illo q-
dem non comperiente expanſis ad cœ
lum manibus raptim quodãmodo, ac
ueluti iaculatã emittebat or̃onem, &
ſic diſſimulãs magr̃m denuo ſequebat̃.
Iſtiuſmodi pio furto puer ſæpiꝰ elude-
bat comitẽ pariter & magr̃m.Nõ ẽ di
cere oĩa q̃ eiꝰ principia colore bonę in-
dolis decorauere ad maiora atq́ꝫ utilio
ra currẽdũ.Vnũ tñ refero adhuc, quod
hoc meo qdẽ iudicio nõ mõ bõæ ſed et
magnę ĩ puero dederit ĩſigne ſpei.Excitꝰ
aliqñ opiniõe cuiuſdã magr̃i(erat.n. fa
moſus ĩ diſciplinis q̃s dñt libales) adi-
uit illum

uit illum diſcendi cupiditate. Quippe
extrema iam pueritiæ captans ad eas li
teras anhelabat.Intrans uero domũ ui-
dit uiꝝ ludentem ſubula, crebriſq́ꝫ ſulcã
tem tractibus neſcio quo notabili mõ
parietem. Et ſolo uiſu offenſus puer ſe-
rius ꝙ leuitatem redoleret, reſiliuit ab
eo, ac deinceps illum nec uidere curauit.
Ita cum eſſet ſtudioſiſſimus lr̃aꝝ, p̃ ho
neſto tñ ſpreuit eas uirtutis amator.Ta
li quodam p̃ludio puer p̃parabat̃ ad eũ
q ſe manebat in fortiori ætate cõflictũ,
iamq́ꝫ ipſe aduerſarium ꝓuocabat. Et
Malachiæ qdem pueritia ſic erat.Por-
rò adoleſcentiam ſil'i tranſiuit ſimplici-
tate & puritate, niſi ꝙ creſcente ætate
creſcebat ſimul illi ſapientia & gratia
apud deum & homines.

Hinc iam .i. ab ineunte adoleſcentia
eiꝰ cœpit manifeſtius apparere qd eſſet
in hoĩe, & gr̃a dei in illo uacua non ui-
deri. Videns.n.induſtrius adoleſcens q̃
in maligno mundus poſitus ſit, & cogi
tãs q̃lem ſpm̃ accepiſſet, dicebat intra
ſe: Nõ eſt ſpũs hꝰ mundi iſte. Quid iſti
& illi?Non eſt ſocietas alteri ad alteꝝ,
non pluſq́ꝫ luci ad tenebras. Meus ex
deo eſt, & ſcio q̃ illo donata ſunt mi-
hi. Inde mihi interim adhuc innocentia
uitæ,inde continentiæ decus, inde iuſti
tiæ fames, inde quoq́ꝫ illa eo ſecurior,
quo ſecretior gl'ia mea eſt teſtimoniũ
conſciæ meæ. Nil hoꝝ mihi tutum ſub
principe mundi. Deinde hẽo theſauꝝ
hunc in fictili uaſe. Verendum ne impin
gat & frangat̃, & effundat̃ oleum læti-
tiæ qđ porto. Et qdem non impingere
inter ſaxa & ſcopulos diſtortæ & an
fractuoſæ uiæ & uitæ hꝰ, difficilimum.
Ita ne in momẽto perdam ſil' oẽs q̃bus
ab initio p̃uentus ſum bñdictiones dul-
cedinis?Reſigno illi potius à quo ſunt,
& me pariter.Et ego.n.ipſius.Perdo i-
pſam ad tp̃s aĩam meã,ne ꝑdam in ęter
num.Et qđ ſum,& q̃ hẽo oĩa, ubi mihi
æquè ſalua,uti in manu authoris? Quis
ita ad ſeruandum ſolicitus, ad retinẽdũ
potens,ad reſtituendum fidelis?Serua-
bit tuto,reſtituet opportune.Sine retra
ctatione me do ad ſeruiẽdum illi de dõ
nis ſuis.Non põt mihi ꝑire ex oĩbus,q̃ in
opus pietatis expendero.Forte & ſpe-
rare plus aliqd licet.Solet reddere cum
uſura,q dat gratis.Ita eſt, ẽt cumulabit
& multiplicabit in aĩa mea uirtutem.
Hæc cogitauit & fecit, ſciens abſq́ꝫ fa-
cto uanas eſſe cogitationes hoĩm. Erat
hõ in ciuitate Ardinacha, ipſa eſt ĩ qua
alitus eſt Malachias & hõ ille ſctũs,&
auſteræ admodum uitæ, inexorabilis
caſtigator corporis ſui. Cellam hñs iu-
xta eccleſiam,in ea manebat,ieiunijs et
obſecrationib. ſeruiens die ac nocte.
Ad hũc ſe cõtulit Malachias,formã ui-
tæ accepturus ab eo,q uiuũ ſe tali dãna
uerat ſepultura. Et uide humilitatẽ. À
primæua ætate in ſctã arte magr̃m (qđ
dubium non eſt)habuerat deũ,& ecce
factus eſt denuo diſcipulus hoĩs, hõ mi
tis,& humilis corde. Si neſciebamus,
hoc uel ſolo nobis ipſe ꝓbauit.Legant
hoc q docere q̃ nõ didicere conant̃, di-
ſcipulos ſibi coaceruantes, q nunq́ꝫ di-
ſcipuli extitere, cęci duces cæcoꝝ.Ma
lachias doctus à deo, doctorẽ nihilòmi
nus q̃ſiuit hoĩem, & qdem caute & ſa-
pienter. Quid ſil'e q̃ſo afferre quibat in
quo ęq̃ daret,caperet'ue expꝑimẽtũ ꝓfectꝰ
ſui?Si Malachię excẽplũ eis ꝓ minimo ẽ,
Pauli opus attẽdãt. Nõne euãgeliũ ſuũ
qđ nõ ab hoĩe accepat,ſed à Xp̃o,cum
hoĩb. tñ cẽſuit cõferẽdũ, ne forte in ua-
cuũ curreret,aut cucurriſſet?Vbi ille ſe-
curꝰ nõ ẽ,nec ego.Siq̃s hoc ſcit, uiderit
ne nõ tã ſecuritas ſit,q̃ꝫ temeritas. Sed
hęc alteriꝰ tp̃is.Nũc uero ſonuit ĩ ciuita
te qđ fcm̃ ẽ,& cõmota ẽ uniuerſa ad in-
opinatã nouitatẽ. Stupebãt aũt oẽs,&
uirtutẽ mirabant̃,eoq́ꝫ ampliꝰ quo minꝰ
uſitatã in gẽte fera. Videres tũc reuelari
ex multoꝝ cordib. cogitatiões.Pleriq́ꝫ
hũano affectu pẽſantes fcm̃,plãgere &
dolere,ꝙ dilectꝰ oĩb. delicatuſq́ꝫ adole-
ſcẽs duris ſe adeo laborib. mãcipaſſet.
Alij ſuſpicati leuitatẽ ꝑꝑ ætatẽ, diffidere
de ꝑſeuerãtia,timere đ caſu. Nõnulli te
meritatẽ cauſãtes, ĩdignari & fremere ĩ
eũ,ꝙ ſupra ætatẽ & uires ĩcõſulte rẽ ar-

duam fuiſſet aggreſſus. Verꝝ ille ſine cō
ſilio egit nihil. Nã habuit cõſiliũ à ꝓpħa
q ait: Bonum eſt hoī ſi portauerit iugũ
Thre. 3. c ab adoleſcentia. Et addit: Sedebit ſoli-
Ibidem. tarius & tacebit qa leuauit ſe ſupra ſe.
Sedebat ſibi iuuenculus ſecus pedes
Ymarij, hoc.n. nomen uiro, & aut diſce
bat obedientiam, aut ſe didiciſſe doce-
bat. Sedebat ut qetus, ut manſuetus, ut
humilis. Sedebat & tacebat, ſciens ſe-
cundum ꝓphetã, cultũ iuſtitiæ eſſe ſilẽ-
tium. Sedebat ut pſeuerans, tacebat ut
uerecũdus, niſi ꝙ ſuo illo ſilentio in dei
aurib. loquebaẽ cum ſctõ Dauid: Ado-
leſcentulus ſum ego & contẽptus, iuſti-
ficationes tuas non ſum oblitus. Et ſe-
debat īterim ſolitarius, qa & ſine ſocio
& ſine exemplo. Quis.n. añ Malachiã
diſtrictiſſimum uiri ꝓpoſitum uel cogi
taret attentare? Nẽpe mirabile oīb. ha-
bebaẽ, non imitabile. Malachias imita
bile pſuaſit ſedendo duntaxat & tacen
do. Intra paucos dies habuit imitato-
res non paucos, ꝓuocatos exẽplo ſui.
Ita q primo ſolitarius ſedit & unic⁹ p̄ris
ſui, fit iam unus ex multis, fit ex unigeni
to primogenitus in multis f̄ribus. Et ut
prior in conuerſione, ita in conuerſatio-
ne ſublimior: & q añ oẽs uenit, oīm iudi
cio ſupra oẽs eminuit ī uirtute. Et dign⁹
uiſus eſt ep̄o pariter & mag̃ro q ad dia
conij gradũ ꝓmoueret. Et coegerũt eũ.
Hinc iã leuita dñi publice ſe ad oẽ op⁹
pietatis accinxit, plus uero ad eas res in
qbus aliq̃ iniuria uideret. Deniq; cura
erat ei maxima in ſepeliendis defunctis
paupib. ꝙ hoc ſibi non minus humilita
tẽ ſapet, q̃ humanitatẽ. Nec defuit no-
uo nr̃o Thobiæ rediuiua à muliere ten
tatio, imò à ſerpente p mulierẽ. Germa-
na eius indignitatẽ (ut ſibi uidebaẽ) offi-
cij exhorrẽs, qd facis (inqt) ô inſane? Di
mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.
Et hoc illi quotidie exprobrans ingere
bat, ſed rñdebaẽ mulieri ſtultę iuxta ſtul
titiam ſuã. Miſera tu eloquij caſti uocẽ
tenes, ſed uirtutẽ ignoras. Ita miniſteriũ
ad qd coactus acceſſerat, deuotus te-
nuit, indefeſſus exercuit. Vñ & cẽſuerũt
ẽt ſacerdotale offm̃ imponẽdum illi. Et
fcm̃ eſt ita. Erat aũt cum ſacerdos ordi
natus eſt, annos natus q̃ſi uigintiqnq;.
In q̃ eius utraq; ordinatione ſi qd p̃ter
canonum formam ꝓceſſiſſe ur̃, ut uere
ur̃ (ſiqdem infra uiceſimũqntũ annũ Le
uiticum miniſterium, infra triceſimum
adeptus eſt ſacerdotij dignitatẽ) donã-
dum ſanè tũ zelo ordinatoris, tũ meritis
ordinati. Ego uero iſtud nec in ſctõ re-
darguendũ, nec uſurpandũ conſulo ei q
ſctũs non fuerit. Nec contentus ep̄s ẽt
uices ſuas commiſit ei, ſeminare ſemen
ſctm̃ in gente nõ ſctã, & dare rudi ppl̃o
& ſine lege uiuenti, legem uitæ & diſci
plinæ. Suſcepit ille mandatum in oī ala
critate, ſicut erat ſpũ feruens, nec talẽtis
incubans, ſed inhians lucris. Et ecce lin-
guę ſarculo cœpit euellere, deſtruere, diſ
ſipare: de die in diẽ factitãs praua in di-
recta, & aſpera in uias planas. Exulta-
bat ut gigas ad diſcurrendum ubiq;. Di
ceres ignem urentem in conſumẽdo cri
minũ uepres, diceres ſecurim uel aſciã
in deijciendo plantationes malas, extir-
pare barbaricos ritus, plãtare eccl̃iaſti-
cos. Veternoſas oẽs (neq;.n. paucæ inue
niebanẽ) abolere ſupſtitiones, ſeu q̃ſli-
bet ubicũq; dep̄hendiſſet malignitates
īmiſſas p angelos malos. Deniq; qcqd
incõpoſitũ, qcqd īdecorꝝ, qcqd diſtor-
tũ obuium habuiſſet, nõ parcebat ocl̃s
eius: ſed uelut grando groſſos è ficub⁹,
& ſicut puluerem uẽtus à facie terræ, ſic
corã facie ſua eiuſmodi nitebaẽ totũ ꝓ
uirib⁹ exturbare ac delere de ppl̃o ſuo.
Et pro his oīb⁹ tradebat iura cœleſtia,
optim⁹ legiſlator. Leges dabat plenas
iuſtitię, plenas modeſtiæ & honeſtatis.
Sed & apl̃icas sãctiões, ac decreta ſctõ-
rũ p̄rm, p̃cipueq; cõſuetudines ſanctæ
Rom. eccl̃iæ, ī cũctis eccl̃ijs ſtatuebat.

Hic ẽ ꝙ hodieq; ī illis ad horas cano
nicas cãtaẽ & pſalliẽ, iuxta morẽ uniuer
ſæ terræ. nã minime id añ fiebat ne ī ciui
tate qdẽ. Ipſe uero ī adoleſcẽtia cãtũ di-
dicerat, & ī ſuo cœnobio mox cãtari fe
cit, cũ necdũ ī ciuitate ſeu in ep̄atu uni-
uerſo cãtare ſcirẽt, uel uellẽt. Deīde uſũ

VITA S. MALACHIAE EPISCOPI.

ſaluberrimũ cõfeſſiõis, ſacr̃m cõfirma-
tiõis, cõtractũ cõiugiorꝝ, q̃ oía aut igno
rabãt aut negligebãt, Malachias d̃ no-
uo inſtituit. Et de his iſta ꝓ exẽplo ſuffi
ciant. Nã & p totũ hiſtoriæ textũ bre-
uitatis ſtudio plurima præterimus.

Cũ eſſet illi ſtudiũ & zelus maxim⁹
circa cultum diuinorꝝ, & uenerationẽ
ſacr̃orꝝ, ne forte de his aliqd conſtitue-
ret uel doceret ſecus, q̃ ritus hr̃et ul̃is
eccl̃iæ: ſubijt aīm adire ep̄m Malchum
q ſe plenius de oīb. īformaret. Hic erat
ſenex plenus dierꝝ & uirtutũ, & ſapía
dei erat in illo. Natione qdẽ Hybern⁹,
ſed in Anglia cõuerſatus fuerat in habi-
tu & ꝓpoſito monachali Vintonienſi
monaſterio: de quo aſſumpt⁹ eſt ī ep̄m
in Leſmor ciuitatem Mumoniæ: & ipſa
nobilior inter cæteras regni illius. Ibi tã
ta ei deſup collata eſt gr̃a, ut non mõ ui
ta & doctrina, ſed & ſignis clareret.
Quorꝝ duo pono exẽpli cã, ut oīb. īno-
teſcat q̃lem in ſcía ſctõrꝝ Malachias ha
buerit p̃ceptorẽ. Puerꝝ mẽte captũ ex
his quos lunaticos uocãt, iter cõfirmã-
dũ ſacra unctione ſanauit. Hoc ita notũ
certũq; fuit, ut illũ mox cõſtituerit oſtia
riũ domus ſuę, uixeritq; idẽ puer incolu
mis ī eo offõ uſq; ad uirilẽ ętatẽ. Surdo
auditũ reſtituit, ī quo idẽ mirabile qd-
dã cõfeſſus eſt, ꝙ cũ ſctũs utriq; auricu
lę hīc inde digitos īmiſiſſet, duos q̃ſi por
cellos ex ipſis exire ſẽſerit. Pro his atq;
hmõi fama crebreſcẽte, nomen grande
adept⁹ ẽ, ita ut ad eũ Scoti Hyberniq;
cõfluerẽt, & tanq̃ unus oīm p̄r ab oīb⁹
colereẽ. Ad hunc ergo Malachias acce-
pta bñdictiõe p̄ris Imarij & ab ep̄o miſ
ſus, cũ ꝓſpe perueniſſet, benigne à ſene ſu-
ſcept⁹ eſt. Qui annos aliquot cũ eo mã
ſit, ut p hãc tp̄is morã hauriret pleni⁹ de
pectore ueterano, ſciẽs ſcriptũ, qa ī an-
tiqs ẽ ſapía. Sed nec hoc quoq; ad cãm
defuiſſe reor, ꝙ magnus ille ꝓuiſor uni-
uerſorꝝ uoluit ſeruũ ſuũ Malachiã in lo-
co tã celebri notũ fieri oīb⁹, q erat oīb⁹
ꝓfuturus. Nec.n. poterat nõ eẽ gratus,
qbus notus fuiſſet. Deniq; unũ interim
accidit p qđ ex aliq̃ parte qđ notũ deo
erat in illo, manifeſtũ fecit hoīb⁹. Inter
regem Mumoniæ q̃ eſt Hyberniæ pars
auſtralis, & germanũ eius, orta ſimulta-
te, & f̄re facto ſupiori rex pulſus regno
cõfugit ad ep̄m Malchũ, nõ tñ ut ope il
lius regnum recuparet: ſed magis prin-
ceps deuotus dedit locũ iræ, & neceſſi-
tatẽ in uirtutẽ cõuertit, priuatã eligens
ducere uitã. Cũq; ep̄s regẽ ſuſcipe debi
to honore pararet, abnuit ille, ſe malle,
ingens, tanq̃ unũ ex illis eſſe paupibus
f̄ribus q illi adhęrerẽt, et regiũ faſtũ de-
ponere, & cõi pauptate fore contentũ,
expectare potius dñi uolũtatẽ, q̃ p uim
recipe regnũ, nec uelle ꝓ ſuo honore ter
reno ſanguinẽ humanũ effundere, q con
tra ſe clamet ad deũ de terra. Quo audi
to exultat ep̄s, & admiratus deuotionẽ
ſatisfacit uoto. Quid plura? Tradiẽ regi
paupcula domus ad habitãdũ, & Ma-
lachias in mag̃rm, ad uictũ panis cũ ſa-
le & aq̃. Porrò ad delicias ſufficiebat re
gi Malachiæ p̄ñtia, uita atq; doctrina,
ita ut diceret ei: Q̃; dulcia faucib⁹ meis Pſal. 118. n
eloqa tua, ſup mel ori meo. Ad hæc per Ibid. 6. b
ſingulas noctes lacrymis ſuis ſtratũ ſuũ
rigabat, ſed & quotidiano aquę frigidę
balneo male calẽtẽ extinguebat ī carne
libidinẽ. Et orãs rex, cum rege dicebat.
Vide humilitatẽ meã & laborẽ meũ, & Ibid. 24. d
dimitte uniuerſa d̃licta mea. Et nõ amo
uit de⁹ orõnẽ ei⁹, & miam ſuã ab eo. Et
exaudita eſt orõ ei⁹: etſi ſec⁹ q̃ ītẽderet
ipſe. Nã is qdẽ ſolicit⁹ erat ꝓ aīa ſua: ſed
uindex īnocẽtiæ deus, hoīb⁹ oñdere uo
lens qm̃ ſunt reliqæ hoī pacifico, para-
bat interim facere iudicium iniuriã pa-
tienti: qđ ille penitus nõ ſperabat. Et ſu
ſcitauit de⁹ ſpm̃ uicini regis: neq;.n. unũ
eſt Hybernia regnum, ſed diuiſa in plu
ra. Hic itaq; uidens quæ facta ſunt, re-
pletus eſt zelo, & hinc qdem indignãs
p̃donum libertati, & inſolẽtię ſupborꝝ:
inde uero miſerans regni deſolationẽ, et
regis deiectionem, deſcendit ad cellulã
paupis. Suadet reditũ, ſed non pſuadet.
Inſtat tñ, ſpondet opem, de effectu non
diffidere monet: deũ affuturꝝ ꝓmittit,
cui nõ poterunt reſiſtere oẽs aduerſarij

eius. Proponit ẽt oppreſſionẽ pauperꝝ, pĩæq́ uaſtationẽ, &non ꝓficit. Cęterꝝ accedente mandato epĩ, & Malachiæ conſilio, de qbus ille pendebat totus, uix tandem acqeſcit. Sequit̃ rex regẽ, & iuxta uerbũ regis ſicut fuerat uoluntas ĩ cœlo, tota facilitate pulſis prædonibus reducit̃ hõ in ſua cũ exultatione ſuorꝝ, regnoq́ reſtituit̃ ſuo. Dilexit extũc rex ille, & ſemꝑ reueritus eſt Malachiam, eoq́ ꝓpenſius quo plenius in ſctõ uiro digna ueneratione & amore cõꝑerat. Cuius.n. tantã meruit in ſua aduerſitate familiaritatẽ, ſctĩtatẽ ignorare non potuit. Propterea magis in ſua ꝓſperitate ꝑpetib. illũ amicitijs deuotiſq́ colebat obſequijs: & libenter audiebat eum, & audito eo multa faciebat. Et de his ſatis. Verũtñ nõ fortuitu fcm̃ reor, ꝙ ita iã tũc magnificauit eũ dñs ĩ cõſpectu regũ: ſed qa uas electiõis ſibi erat ille, portatur⁹ nomẽ ſuũ corã regib. & pricipib.

Mortua eſt iterim ſoror eius illa quã p̃fati ſumus. Nec p̃tereundæ uiſiones q̃s uidit de ea. Huius ſiqdem ſctũs carnalẽ exhorruerat uitã, &tanto zelo, ut ſe deuouerit non uiſurꝝ eam in carne uiuẽtẽ. At illa carne ſoluta, ſolutũ eſt uotum, et cœpit uidere in ſpũ quã in corꝑe noluit. Quadã nocte audiuit ꝑ ſomniũ uocem ſibi dicẽtis ſororẽ ei⁹ ſtare foras in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil guſtaſſe. Qui euigilãs cito intellexit c⁹ eſcę inædia marceret, & diligenter diſcuſſo numero dierꝝ quem audierat, ipm̃ eſſe reꝑit ex quo ꝓ ea panem de cœlo uiuũ non obtuliſſet. Tum ille qui ſororis nõ aĩam oderat ſed pctm̃, beneficentiã quã intermiſerat, rurſum adorit̃. Neq́ id fruſtra. Non multum poſt uiſa eſt illi ꝑueniſſe ad limẽ eccłię, necdum tñ poſſe intrare, apparere ẽt in ueſte pulla. Cũq́ ille ꝑſeueraret curans ne q̃ die ſolita ſtipe fruſtraret̃, ſcd'o uidit eã in ueſte ſubcandida admiſſam qdẽ intra eccłiam, ſed altare contingere non ꝑmitti. Tertio tandẽ uiſa eſt aggregari cœtui cãdidatorꝝ, & in ueſte cãdida. Vides lector quantũ ualeat deprecatio iuſti aſſidua: Vere regnum cœlorꝝ uim patit̃, & uiolenti rapiunt illud. Nõne tibi ur̃ Malachiæ orõ uicẽ quodãmodo effractoris exhibuiſſe cœleſtibus portis, qñ peccatrix mulier frñis obtinuit armis, qd' ſuis meritis negabat̃? Hãc uim Ieſu bone, tu qui pateris facis, ualidus & pius ad ſaluandum, faciens miam, & potentiã in brachio tuo & in ſacro tuo ſeruãs ſctis qui in terra ſunt uſq́ in cõſũmationem ſcłi. Hoc planè ſacr̃m potens pctã conſumere, debellare obuias poteſtates, ĩferre cœlis reuertentes de terra.

Et dñs quidẽ in regione Leſmoreñ. ſic præparabat dilectum ſuum Malachiam ad gł'iam nois ſui. Verꝝ qui miſerant eum, minime iam ferentes abſentiã eius, miſſis epłis reuocant illũ. Quo reddito ſuis, & qdẽ inſtructiore de oĩbus q̃ oportebat, en opus à deo paratũ & ſeruatum Malachiæ. Vir diues & potẽs q locum Bẽchor & poſſeſſiones eius tenebat, inſpiratus à deo cõfeſtim in manu eius ſua oĩa dedit, & ſe quoq́. Et is auunculus eius, ſed Malachiæ ſpũs, q̃ carnis ꝓpinqtas pluris fuit. Ipm̃ quoq́ locũ Bẽchor tradidit ei princeps ut ędificaret ibi monaſteriũ, uel potius reædificaret. Nẽpe nobiliſſimũ extiterat añ ſub primo pr̃e Congello, multa milia monachorꝝ gñans, multorꝝ monaſteriorꝝ caput. Loc⁹ uere ſctũs, fœcũduſq́ ſctõrꝝ, copioſiſſime fructificans deo, ita ut unus ex filijs ſanctę illius cõgregationis noĩe Luanus, cẽtũ ſolus monaſteriorũ fundator extitiſſe ferat̃. Qd' idcirco dixerim, ut ex hoc uno conijciat lector, q̃ ingẽs fuerit reliq̃ multitudo. Deniq́ ita Hyberniã Scotiamq́ repleuerũt genimina eius, ut ea potiſſimũ tꝑa Dauidici illi uerſiculi p̃cinuiſſe uideant̃. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multipli caſti locupletare eam. Flumẽ dei reple- *Pſal.64.a*
tum eſt aquis, paraſti cibum illorꝝ, qm̃ ita eſt præparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in ſtillicidijs eius lætabitur germinans. Et in hunc modum cæteri qui ſequuntur. Nec modo in præfatas ſed in exteras ẽt regiones

regiones quaſi inundatione facta illa ſe ſctõrꝝ examina effuderũt. Et quibus ad has nr̃as Gallicanas partes ſctũs Colũbanus aſcendens Lexouienſe cõſtruxit monaſteriũ, factus ibi in gentẽ magnã. Aiunt tam magnã fuiſſe, ut ſuccedentibus ſibi uiciſſim choris cõtinuarent̃ ſolennia diuinorꝝ, ita ut ne momentũ qdẽ diei ac noctis uacaret à laudibus. Hæc de antiqua dicta ſint Benchorenſis monaſterij gł'ia. Hoc olim deſtructũ à piratis, ob inſigne dignitatis antiq̃ Malachias ueluti quãdã replantaturus paradiſum amplexus eſt, & qa multa corpora ſctõrꝝ ibi dormirẽt. Nã ut taceam illa q̃ in pace ſepulta ſunt, ferũt nõgẽtos ſił una die à piratis occiſos. Erat quidẽ ingens loci illi⁹ poſſeſſio, ſed Malachias ſolo cõtentus loco ſctõ totas poſſeſſiones & terras alteri ceſſit. Siquidẽ à tꝑe quo deſtructũ eſt monaſteriũ, non defuit qui illud teneret cũ poſſeſſionibus ſuis. Nã & conſtituebant̃ per electionẽ ẽt & abbates appellabant̃, ſeruãtes nomine (etſi non re) quod olim extiterat. Cumq́ ſuaderẽt multi nõ alienare poſſeſiones, ſed totũ ſił retinere ſibi, nõ acquieuit pauꝑtatis amator, ſed fecit eligi iuxta morem q eas teneret, loco (ut p̃diximus) retẽto ſibi & ſuis. Et fortaſſis cõſultius (ut poſt apparuit) integrũ retinuiſſet, ſi non magis ſuæ ꝓſpexiſſet humilitati, q̃ paci. Itaq́ ex mandato pr̃is Imarij aſſumptis ſecũ decẽ circiter fratribus, ueniẽs ad locũ cœpit ædificare. Vbi q̃dã die cũ ſecuri ipſe ſecaret, caſu ex oꝑarijs unus illo uibrãte in aera ſecurim locũ incaute occupauit quo ict⁹ deſtinabat̃, & cecidit ſuꝑ ſpinã dorſi eius, tãto utiq́ impetu, quãto ille conatu impingere ualuit. Corruit ille: accurrere oẽs, putãtes aut ꝑcuſſum ad mortem, aut mortuũ. Et tunica qdem ſciſſa à ſũmo uſq́ deorſum, hõ uero illæſus inuẽtus eſt, tã modice & ſummatim perſtricta cute, ut uix in ſuꝑficie ueſtigiũ appareret. Stabat hõ incolumis quẽ ſecuris ꝓſtrauerat, intuẽtibus & ſtupentibus q circũſtabãt. Vñ & facti alacriores, prõptiores exinde ad opus inuenti ſunt. Et hoc initiũ ſignorꝝ Malachiæ. Porrò oratoriũ intra paucos dies conſummatum eſt de lignis quidẽ leuigatis, ſed apte firmiterq́ contextũ, opus Scoticũ, pulcrũ ſatis. Et exinde ſeruit̃ deo in eo ſicut in diebus antiqs, ſił'i quidẽ deuotione, etſi nõ pari numero. Præfuit Malachias loco illi tꝑe aliquanto, pr̃e Imario ita cõſtituente, ipſe rector, ipſe rł'a fratrũ. Legebãt in uita eius qũo cõuerſarentur, et ipſe ante illos p̃ibat in iuſtitia & ſanctitate corã deo: niſi ꝙ p̃ter inſtituta cõia, multa ſingułr faciebat in qbus potius p̃ibat oẽs, & aliorꝝ nemo illũ poterat ad tã ardua ſequi. Eo tꝑis & eo loci qdã infirmabat̃: cui aſſiſtẽs diabolus & aꝑte loquẽs ſuggerebat ne unq̃ crederet monitis Malachię, ſed ſi intraret ad ſe, cultello eũ peteret & occideret. Quo cognito, qui illi miniſtrabãt, ipſo infirmo ꝓdẽte, uerbũ ꝑferunt ad Malachiã p̃munientes. At ille ſolita arma orõnis arripiẽs, impauidus hoſtẽ aggreſſus, & infirmitatẽ fugat & dæmonẽ. Erat aũt nomen uiro Malchus. Fr̃ eſt iſte ſcd'm carnem Chriſtiani nr̃i Mellifontis abbatis: ambo.n. ſuperſtites adhuc ſunt, ſibi in ſpũ modo germaniores. Nam ille ut liberatus eſt, cõtinuo nõ ingratus, loco eodem cõuerſus ad dñm, habitum ſił animumq́ mutauit. Et cognouere fr̃es malignum inuidere bonis eorꝝ: & ędificati ſunt facti de reliquo cautiores.

Clericũ noĩe Michaelẽ dyſenteria laborantẽ, & deſperate, mittẽs ei aliquid de mẽſa ſua, eodẽ loco ſanauit. Scd'o eũdẽ ipm̃ grauiſſima ĩfirmitate correptũ, & corꝑe pariter curauit & mẽte. Illico .n. adhæſit deo & Malachiæ ſeruo ei⁹, timẽs ne deterius aliqd ſibi cõtingeret, ſi denuo ingratus tãto inueniret̃ & bñficio & miraculo. Et nũc, ut audiuimus, p̃eſt cuidã monaſterio ſito in partibus Scotiæ: & hoc nouiſſimũ oĩum q̃ ille fũdauit. Pro hmõi augeſcebat in dies & opinio & cõgregatio Malachiæ, & grãde ei nomẽ intus & foris, nõ tñ re grãdius. Nẽpe ibi demorabat̃ ẽt fact⁹ epſ,

ꝙ locus eſſet uicinis ciuitati.

Vacabat tũc tp̃is ep̃alis ſedes in una
ciuitatũ & iandiu uacarat, Malachia
nolẽte aſſentire. Siquidẽ ip̃m elegerãt.
Perſiſtẽtibus tñ illis tandẽ aliqñ ceſſit,
accedente ad uim faciendam mãdato
magr̃i ſui, necnõ & metropolitani. Tri
ceſimo fermè ætatis ſuæ anno Mala-
chias cõſecratus ep̃s introducit̃ Conne
reth, hoc.n.nomẽ ciuitatis. Cũ aũt acce
piſſet pro offõ ſuo agere, tunc intellexit
hõ dei nõ ad hoĩes ſe, ſed beſtias deſti-
natũ. Nuſq̃ adhuc tales exp̱tus fuerat
in quantacunq̃ barbarie. Nuſq̃ repere
rat ſic ꝑteruos ad mores ſic ferales ad
ritus, ſic ad fidẽ impios, ad leges barba
ros, ceruicoſos ad diſciplinam, ſpurcos
ad uitã. Chriſtiani noĩe, re pagani. Non
decimas, nõ primitias dare, nõ legitima
inire cõiugia, nõ facere cõfeſſiões, pnĩas
nec q peteret nec q daret penitus inue-
niri. Miniſtri altaris pauci admodum
erãt. Sed.n.qd opus pluriũ, ubi ipſa pau
citas inter laicos ꝑpemodũ otioſa ua-
caret? Nõ erat qđ de ſuis fructificarent
officijs in pp̃lo neq̃. Nec.n.in eccleſijs
aut p̃dicantis uox, aut cãtãtis audiebat̃.
Quid faceret athleta dñi? Aut cedendũ
turpiter, aut p̱iculoſe certandũ. Sed q ſe
paſtorẽ & non mercenarium agnoſce-
bat, elegit ſtare q̃ fugere, paratus & ani
mam ſuã dare ꝑ ouibus ſi oportuerit.
Et q̃q̃ oẽs lupi, & oues nullæ, ſtetit ĩ me
dio lupoꝝ paſtor intrepidus, oĩmodis
argumẽtoſus q̃uo faceret oues de lu-
pis. Monere cõiter, ſecreto arguere, fle-
re p̱ ſingulos, nũc aſpere, nũc leniter cõ-
uenire, ꝑut cuiq; expedire uidebat. In
q̱bus p̱ hæc minus ꝑfeciſſet, cor contri
tũ & humiliatũ offerebat pro eis. Quo-
ties noctes totas p̱uigiles duxit, exten-
dens manus in orõne. Et cũ uenire ad
eccleſiã nollent, p̱ uicos & plateas oc-
currebat inuitis, & circuiẽs ciuitatẽ p̱-
quirebat anhelus quẽ Xp̃o acquireret.
Sed & foris rura & oppida nihilòmin⁹
ſæpius p̱currebat cũ ſctõ illo comitatu
diſcipuloꝝ ſuoꝝ, q nunq̃ deerãt lateri
eius. Ibat & erogabat, uel ingratis, cœ-
leſtis tritici mẽſurã. Nec uehebat̃ equo,
ſed pedes ibat, & in uiꝝ ſe ap̃l'icum pro
bans. Ieſu bone quãta paſſus eſt ꝑ noĩe
tuo bellator tuus à filijs ſceleratis, quã-
ta ſuſtinuit ab ijs ipſis quibus & pro
quibus loquebatur bona tibi? Quis
digne exprimat in quantis uexatus,
q̱bus affectus ſit cõtumelijs, q̱bus iniu-
rijs laceſſitus, quoties laſſatus inedia,
quoties afflictus in frigore & nuditate?
Attamẽ cũ ijs q oderũt pacẽ erat pacifi
cus, inſtãs nihilòminus opportune im-
portune. Blaſphematus obſecrabat, in-
iuriatus opponebat ſcutũ patientiæ, &
uincebat in bono malũ. Quidni uiciſ-
ſet? Perſeuerauit pulſans: & ſcđm pro-
miſſionẽ tandẽ aliqñ pulſanti apertum
eſt. Q̃uo poterat nõ ſeq qđ ueritas p̃nũ
ciauerat ſecuturꝝ? Dextera dñi fecit uir-
tutẽ: qa os dñi locutũ eſt ueritatẽ. Ceſ-
ſit duritia, quieuit barbaries, & domus
exaſperãs paulatim leniri cœpit, paula-
tim correptionẽ admittere, recip̱e diſci
plinã. Fiunt de medio barbaricæ leges,
Romanę introducunt̃. Recipiunt̃ ubiq̃
eccleſiaſticæ cõſuetudines, contrarię re-
ijciuntur. Reædificantur baſilicæ, ordi-
nat̃ clerus in illis, ſacroꝝ rite ſolẽnia ce-
lebrant̃. Cõfeſſiones fiunt, ad eccleſiam
cõueniũt plebes, cõcubinatus honeſtat
celebritas nuptiaꝝ. Poſtremo ſic muta
ta in melius oĩa, ut hodie illi gẽti conue-
niat qđ dñs p̱ prophetã dicit: Qui ante
nõ pp̃l's meus, nũc pp̃l's meus. Contigit
poſt annos aliquot deſtrui ciuitatem à
rege Aglonaris partis Hyberniæ: quia
ab Aglone pandit̃ oẽ malũ. Et forte ma
lũ illud bñ utẽtibus bonũ fuit. Quis ſcit
enim ſi tali flagello deus delere uoluit
mala antiq̃ pp̃l'i ſui? Iſtiuſmodi Mala-
chias neceſſitate cõpulſus & ipſe exijt
cũ turba diſcipuloꝝ ſuoꝝ. Nec otioſus
exitus eius. Hac occaſione monaſteriũ
Ibracẽſe cõſtructũ eſt, eunte illo Mala-
chia cũ ſuis numero eoꝝ cẽtum uiginti
fr̃ibus. Ibi occurrit ei Cormarcus rex, i-
pſe eſt q olim regno pulſus ſub cura Ma
lachiæ de mĩa dei cõſolationẽ accepit.
Et locus ille ſitus ĩ regno eius. Gauiſus

eſt rex uiſo Malachia, ſe & oĩa ſua ex-
ponẽs ei, & ijs q cũ eo erãt, utpote non
ingratus nec immemor bñficij. Addu-
cta incõtinẽti aĩalia multa ad uſus fr̃m,
multa inſup̱ in auro & argẽto ad ſum-
p̱tus ædificioꝝ pro regia liberalitate
collata. Ipſe quoq̃ erat intrãs & exiẽs
cũ eis ſedulus & officioſus, habitu q̱dẽ
rex, ſed aĩo diſcipl's Malachiæ. Et bñdi
xit loco illi dñs p̱p̱ Malachiã, & in bre
ui factus eſt magnus rebus, & poſſeſſio
nibus, & p̱ſonis. Vbi uelut de nouo in-
choãs, legẽ & diſciplinã quã alijs impo
nebat, magis ip̃e portabat ep̃s et magr̃.
Ipſe in ordine uicis ſuæ coq̱næ miniſte-
rio inſeruiebat, ipſe fratribus cũ recũbe
rẽt, miniſtrabat. Inter ſuccedẽtes ſibi in-
uicẽ fr̃es ad cãtãdũ, legẽdum' uel ĩ eccl'ia
nõ ſe p̃teriri patiebat̃, ſtrenue implẽs &
ipſe offm̃ loco ſuo tanq̃ unus ex illis. Sã
ctæ paup̱tatis non modo participem,
ſed & principẽ ſe exhibebat, ipſius p̃ci-
pue ſup̱ oẽs abũdantius ęmulator exñs.

Dũ hæc ita agunt̃, contigit infirmari
archiep̃m Celſum, ipſe eſt q Malachiã
in diaconũ, p̃sbr̃m, ep̃mq; ordinauit. Et
cognoſcẽs qa moreret̃, fecit q̃ſi teſtm̃,
quatinus Malachias dr̃et ſuccedere ſi-
bi, ꝙ nullus uideret̃ dignior q ep̃aret̃ in
ſede prima. Hoc p̃ntibus indixit, hoc
mãdauit abñtibus, hoc ſp̃ãlr̃ ambobus
Mumoniæ regib. & maiorib⁹ terræ ſcti
Patricij authoritate p̃cepit. C⁹ reueren
tia & honore tanq̃ ap̃l'i illius gẽtis q to
tã patriã cõuertiſſet ad fidẽ, ſedes illa in
q̃ & uiuẽs p̃fuit, & mortuus requieſcit, in
tãta ab initio cũctis ueneratione hr̃, ut
nõ modo ep̃i & ſacerdotes, & q de cle
ro ſunt, ſed ẽt regũ ac principũ uniuerſi
tas ſubiecta ſit metropolitano in oĩ obe
diẽtia, & unus ipſe oĩbus p̃ſit. Veꝝ mos
peſſimus inoleuerat quorundã diaboli
ca ambitione potentũ, ſedẽ ſctãm obtẽ
tũ iri hr̃ditaria ſucceſſione. Nec.n.patie
bant̃ ep̃ari niſi q eſſẽt de tribu & fami-
lia ſua. Nec paꝝ ꝑceſſerat execranda
ſucceſſio, decurſis iã in hac malitia q̃ſi
gñationibus q̱ndecim. Et eo uſq̃ firma
uerat ſibi ius prauũ, imò omni morte
puniẽdã iniuriã gñatio mala & adulte-
ra, ut etſi interdũ defeciſſent clerici de
ſanguine illo, ſed ep̃i nunq̃. Deniq̃ iam
octo extiterant añ Celſum uiri uxorati
PRæſcriptum opus quod de uita ſanctiſſimi uiri Bernardi Claræuallis abbatis conſcriptum eſt, à uenerabili Gulielmo pridē ſancti Theodorici abbate,ſed tunc iā monacho Signiacēſis cœnobij ad quod deſiderio ſolitudinis & quietis ſeſe contulerat,uſq; ad tp̄s ſchiſmatis aduerſus Innocētium papam à Petro Leonis cōflati,digeſtum eſſe cognoſcitur. Fuit autē præfato fideli uiro ſpecialis cā ſcribēdi amicitia & familiaritas,quibus uiro dei multo tp̄e coniunctus erat. Vñ & tantā apud illum inuenerat gr̄am, ut uix alr̄ magis intimus inueniret̄ ad ſecreta mutuę dilectionis cōicanda,ad ſpiritualiū myſterioꝝ conferēda colloquia. Cuiꝰ familiaritatis gr̄a ex eo præcipuè uſq; mō prodit ad manifeſtationē: quia plures ep̄ſas idem ſc̄tūs ſcripſit ad illum, in quibus quid de eo ſentiat,manifeſtè liquet legētibus illas. Scripſit ēt ad ip̄m librum apologeticum,& alteꝝ de gr̄a & libero arbitrio. Fuit tñ eidem Gulielmo ſp̄ūali ualentior gn̄alis, cā ſcribendi,uidelicet utilitas totius eccleſiæ dei, ne cum abſconditur uas plenum theſauro deſiderabili,ipſe quoq; theſaurus pariter abſcondatur:uñ non immerito cō queratur qui exponi deſiderat,dicens. Theſaurus inuiſus, & ſapiētia abſcondita,quę utilitas in utriſq;? Exponit iſte diuitias ſalutis,theſauꝝ deſiderabilem, ne lateat cū gleba quod gleba non eſt, ſed p̄cioſiſſima margarita. Accidit tñ ei contra deſiderium ſuum,quia ſicut ipſe in p̄fatione ſua ueteri ſe denunciarat p̄occupatus morte non expleuit quātum animo conceperat ſtylo mandandum. Itaq; qui accedit ad lectionem operis huius,facile ſatis intelliget à quanta pfectione pius puer & religioſus Bernardus uelut alter Bn̄dictus,primordia cōuerſionis fuerit aggreſſus,qui & in utero matris ſanctificationem uiſus eſt accepiſſe, de qua concepta ſunt pręſagia futuræ ſanctitatis illius, uitæ pariter & doctrinę. Quid ēt adoleſcēs factus agere cœperit, in præſcripto narratur ope, ac deinceps uſque ad uirum pfectionis depingitur diligenter, quantum (ſicut iam dictum eſt) licuit optimo pictori, ſed præoccupato.

Finit liber primus.

PRAEFATIO DOMINI BERNARDI BONÆUALLIS ABBATIS IN SECUNDUM LIBRUM UITÆ BEATI BERNARDI CLARÆUALLIS ABBATIS.

VIroꝝ illuſtrium geſta nōnulli ſcriptoꝝ laudibus attollētes, uerbis ea ſolēnibus celebrarūt,quantū excellētis ingenij,& diſertę linguæ potuere conamina. Cūq; tractator & opus iūctis cōplexibus pari ſunt fœdere cōiugati, & ad ꝓpoſitū thema ordinādū ingenium & eloquētia cōuenerūt, ꝓſpere actum eſt, & ad qetū trāquillūq; portū directo greſſu materia digne ordinateq; diſpoſita appulit. Vt uerò ſublimitas negotij ſub impito artifice naufraga elidi tur ſcopulis, & ſuccumbēte ſenſus hebetudine tractatoris laſſat̄ p̄ſumptio, ſero de correctione init̄ cōſiliū:qa q̄ in multos effuſa ſunt,nec reuocari p̄nt nec corrigi, & diſſonātiā ſcripti & opum uenuſtius eēt abradi quā emēdari. Hæc ego mecū reputās & reuolucēs, oīno timeo ne ſicut ipſe multoꝝ imprudentię ſoleo indignari,q cū ſcīa & facūdia careant, ad ſcribēdū p̄cipites,cum ſe uehemēter emūxerint eliciūt ſanguinē: ita & ego ſi qd̄ ſupra me eſt aggrediar,meipſum deriſioni exponā. Quis.n.ego ſum q ad ſcribēda geſta ſanctiſſimi uiri Bernardi Claræual. abb. aſpirē,q nr̄is tp̄ibus ſingulari religione floruit & doctrina,cuiꝰ odor exinanitꝰ uniuerſam repleuit eccleſiā:cꝰ gr̄a,opante dño,ſignis & miraculis declarat̄? Quot in monaſteriū eius litteratos uiros,quot rhetores,quot pħos ſcl̄i hꝰ ſcholæ miſerūt ad conuerſationē theoricā,& mores diuinos? Quæ nō ibi floruit diſciplina,ubi erāt examina magiſtroꝝ,& egregij uiri exercitato ītellectu inſignes,q diuinis ſtudijs inhęrētes, multis gr̄aꝝ authoramētis īuicē ſeip̄os edocēt & accēdūt? Debuerāt utiq; uiri illi qbus nihil ī aliq̄ gr̄a deeſt,hūc laborē aſſumere,& uenerabilis pr̄is īſculpere monimēta, ut eſſet eoꝝ ſtudio delectabilis pagina quā q̄ſi uiuētē traderēt legēdā diſcipulis,& ꝑpes fieret cōſolatio ſecus poſitis reliqjs ſacri corpis & ſermōis. Sed extrema æmulari, & quæ hoīes lateāt, Claræual. cōſueuit humilitas,& ꝓferre ī publicū aliq̄ ſui indicia uiri illi nobiles erubeſcūt,& qetiores facit eos cōtēptus & abiectio,quā q̄libet oblatio dignitatis,ī q̄ ſibi ꝓfeſſio humilitatis piclitari ur̄. Ob hmōi cās ſeſe intra ſilētij cardines retinētes,magis ī ſacco eremi, quā in ſacco palatij delectantur,nec iā in ſtylo, ſed ī cruce gl̄iam q̄runt. In hoc ergo ſicut & ī cæteris eiuſmodi negotioꝝ ſuoꝝ ſarcinas alijs libēter imponūt. Et nūc ſublato uenerabilis memoriæ dño Gulielmo,q eiuſdē uiri ſc̄ti gl̄ioſa primordia fidel̄r & deuote cōſcripſit,ad meā exiguitatē hꝰ opis deuenit petitio, & impoſuit mihi dilectæ eccl̄iæ charitas,ut coq; pulmentū filijs ꝓphaꝝ. In quo ſi colocynthidas miſcuero negligēs,ſupiecta ut cōfido farinula amaritudinē cōdiet Heliſæus,& exceſſus īſipiētię obediētię excuſabit affectꝰ.

Finit præfatio.

TABVLA SECVNDI LIBRI VITÆ SANCTI BERNARDI ABBATIS.

Capitulum I.

QVomodo ad p̄dicationes ſancti Bernardi ſuſceptus ſit Innocētius papa, & qua libertate rep̄ſſit impatorem inueſtituras ep̄oꝝ requirentem, & qd̄ oīa eccleſiaſtica negotia per illum tractabantur. Cap. II.

Qūo à Lothario rege papa deductꝰ eſt in Lateranēſe palatium,et qūo abbates Mediolanēſes recōciliauit papę, & mulierem à dæmone liberauit, & aliam paruulā ſil̄r curauit. Cap III.

Qūo dæmonem eiecit opponens in patena ſacr̄m, & de alijs multis curatis. Cap. IIII.

De dæmone qui Ieſum in gl̄ia ſe uidiſſe,& cū lucifero cecidiſſe fatebatur, & alijs dæmoniacis curatis,& quoties in ep̄m & archiep̄m electus nec contēpſit,nec conſenſit. Cap. V.

De reditu illius Claramuallē, & immutatiōe prioris loci,& adiutorijs principis Theobaldi. Cap. VI.

De malitia ſchiſmaticoꝝ, & quodā dęmone uxorē cuiuſdā militis incredibili libidine adulterāte,& qñ Cantica canticoꝝ tractat. Cap. VII.

Qūo iteꝝ reuocatus eſt Romā, & per multos labores,& uirtutes illiꝰ ſchiſmaticis partim reconciliatis partim mortuis, firma pace uniuerſali eccleſię acquiſita, & abbatia ſancti Anaſtaſij ibidem conſtituta Claramuallem rurſus ingreditur. Cap. VIII.

Qūo ad fundāda monaſteria ab oībus regionibꝰ inuitabatur, & quanti de monachis eius tunc ep̄i facti ſunt, & Innocētio defuncto abbas ſc̄ti Anaſtaſij Bernardus ſancti Bernardi monachus ul̄is eccleſiæ p̄p̄ Eugenius efficit̄, & comes Theobaldus p̄ cæteris ſancto uiro coniungitur.

Finis tabulæ.

LIBER SECVNDVS.

Capitulum I.

EA tēpeſtate Honori⁹ papa uiam uniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Nec mora in electiōe diſſidētibus cardinalibus, & diuiſa eccleſia plures numero & ſaniores cōſilio, uita ꝓbabiles, uiri uirtutū, ꝑsbr̄i, diaconi, ep̄i, Innocentiū elegerunt, cuius uita fama & ætas & ſcīa digna ſummo ſacerdotio habēbat̄. At uerò pars altera, infames auſus uiolentia non rōne corroborās, Petrū Leonis ad hūc apicē aſpirantē, fraudulētis machinationibus ſeorſum & p̄cipitanter nominauit Anacletū, & cæteris renitentibus ordinauit. Qui uerò in parte catholica erāt, electū ſuū ſolenniter ordinatū collocarūt in cathedra, & ꝑ loca illa in q̄bus ſeſſiones hn̄t ex antiqua cōſuetudine Romani pōtifices, circūduxere, et pro tp̄e honor debitus ap̄licæ affuit dignitati. Ex tūc ſanè circa Lateranenſe palatiū morabant̄, nec erat iā eis tuta ī domibus ꝓprijs māſio, cū eos acerrime Petri ſatellites infeſtarēt. Ibi ēt diu reſiſtere nō ualētes, per confœderatos ſibi quoſdā ex nobilibus Romanis ad tp̄s in turribus eoꝝ receptacula habuerūt. Sed nec in eis p̄ſeuerauit fidelitas. Nā ī breui, aut ui, aut formidine temerarię multitudinis, aut p̄tio corrupti ſunt. Nā Petro tā ꝓpria gn̄is uirtute, quā adhærentium ſibi affinitate multitudo tanta erat ut ferè tota eū ciuitas ſequeret̄, uel pecunia uel cōmodis obligata. Cōgregauerat ſanè opes innumeras, tā in exactionibus curiæ, quā in legationū negociationibus, quas ad expectādas nūdinas reſeruarat. Inſup & pr̄i cenſus ampla congeries eatenus ſigillata, mō diſtributa in pp̄lm, ad fas & nefas uenalē plebē armauerat. Quibus erogatis, donaria regū in ornamētis eccleſiæ, ab ipſis euulſit altaribus. Et cū calices frāgere, & crucifixos aureos membratim diuidere ipſi ꝓphani xp̄iani uel timerēt uel erubeſcerēt, Iudæos aiūt eſſe q̄ſitos qui ſacra uaſa & imagines deo dicatas audacter cōminuerūt. Igr̄ q̄ſq; pro modo ſuo ſcd̄m maius & minus conducti ad ſcelus ſacris gn̄alibus publice Petro uēdiderūt aſſenſum, & in oēm ſanguinē manus expoſuerunt & arma, & quotidianis cōgreſſibus partē q̄ cū Innocentio erat maledictis inſectabant̄ & gladijs. Habuere igr̄ ſerui dei cōſiliū, & qa ui humana ſe tueri nō poterant, cedere elegerūt. Et ꝓcuratis clā nauigijs, de ore leonis, & de manu beſtiæ, ꝑ Tyberim in Tyrrhenū mare elapſi, ꝓſperis uētis carbaſa impellētibus, in portu Piſano fœliciter appulerunt. Præmiſſi in Gallias fuerāt nūcij q̄ Gallicanæ eccl̄ię intimarēt negotij ueritatē, & hortarent̄ ep̄os ut in ultionē p̄ſumptionis accingerent̄, et dānata parte ſchiſmatica ſubſcriberēt unitati. Necdū uerò ad plenū tenor op̄is innotuerat ep̄is, nec priuatim q̄ſq; cōmodare p̄ſumpſit aſſenſum, donec collecto Stāpis gn̄ali cōuentu ī cōe decernerent q̄d recip̄ent, q̄d dānarent. Neq; .n. Frācia cæteris regionib⁹ ꝓcliuibus ad ſchiſmata, aliq̄n tali factione fœdata eſt, nec malignoꝝ acq̄euit erroribus, nec fabricata in eccleſia idolū, nec uenerata ī Petri cathedra mōſtrū. Nec .n. talib. in cauſis principalia aliq̄n eos terruerūt edicta, aut gn̄alibus utilitatibus priuata cōmoda p̄tulerūt, nec declinātes in partē p̄ſonis detulere, ſed cauſis. Cōuocato igr̄ apud Stāpas cōcilio, abbas ſc̄tūs Clareual. Bernardus, ſpāl̄r ab ipſo Frācoꝝ rege, & p̄cipuis q̄buſq; pōtificib. accerſitus, ſicut poſtea fatebatur, nō mediocriter pauidus & tremebūdus aduenit, piculū q̄ppe & pondus negotij nō ignorās. In itinere tn̄ cōſolatus eſt eū deus, oſ̄dēs ei ī uiſu noctis eccleſiā magnā cōcorditer ī dei laudib. cōcinētē, uñ ſperauit pacē ſine dubio ꝓuēturā. Vbi uerò ad locū uētū eſt, celebrato prius ieiunio, & p̄cibus ad deū fuſis, cū de eodē uerbo tractaturi rex & ep̄i

cum principibus conſediſſent, unum omnium cōſilium fuit, una ſn̄ia, ut negotium dei, dei famulo imponeret̄, & ex ore eius cauſa tota pēderet. Quod ille timens licet & tremēs, monitis tn̄ uiroꝝ fidelium acquieſcēs ſuſcepit, & diligenter ꝓſecutus electionis ordinē, electoꝝ merita, uitam & famam prioris electi, apuit os ſuum, & ſpūſſc̄tūs impleuit illud. Vnus ergo oīum ore locutus, ſuſcipiendū ab oībus ſummum pontificem Innocentium noīauit: & ratum eſſe oēs pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibus, deo obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocētij oēs pīter ſubſcripſerūt. Interea dn̄s papa multis in Piſis & in Tuſcia & in alijs ꝓuincijs ptātiue diſpoſitis, ualefaciēs Piſanis & gr̄as agens, in ꝓuinciam nauigio delatus eſt: & Burgūdiam tranſiēs, Aurelianū ꝑuenit. Vbi occurrētibus ep̄is à rege pijſſimo Francoꝝ Ludouico alacriter & honorifice ſuſceptus eſt. Inde à Gaufredo Carnotēſi ep̄o magnaꝝ uirtutū uiro Carnotū deducit̄, ubi ēt gl'ioſus Angloꝝ rex Henricus ei cū maximo ep̄oꝝ & proceꝝ comitatu occurrit. Hunc quoq; regē uenerabilis abbas ad eū p̄miſſus adduxit. Quē uix ꝑſuaſit Innocentiū recip̄e, ab ep̄is Anglię penitus diſſuaſum. Cum .n. omnimodis recalcitraret & detrectaret, q̄d times ait? times pc̄tm̄ incurrere ſi obedias Innocētio? Cogita, inquit, q̄uo de alijs pc̄tis tuis rn̄deas deo, iſtud mihi relinque, in me ſit hoc pc̄tm̄. Ad q̄d uerbū ꝑſuaſus rex ille tam potēs, extra terram ſuā dn̄o papæ occurrit uſque Carnoꝝ. Reuerſi interim de Germania legati dn̄i papæ tā ep̄oꝝ, quā regis aſſenſum & l̄ras detulerūt, et dep̄catione publicā ut ad eos tranſiēs, ſuā eis deſideratā exhiberet p̄ſentiā. Facile .n. ꝑſuaſi ſunt recip̄e eum quē iam cęteri recepiſſent. Sed detinuit eū dilectio & deuotio eccleſiæ Gallicanæ, & ſinguli et oēs uiſitationē ap̄licam expetebāt. Perluſtrata igr̄ Francia, Remis cōuocauit cōcilium, in quo multis ad honorē dei diſpoſitis, regē Ludouicū uiuēte p̄re pro Philippo f̄re coronauit in regē. In oībus his dn̄s papa abbatē à ſe ſeparari nō patiebat̄, ſed cū cardinalibus rebus publicis aſſidebat. Sed & priuatim quotquot hēbant negotia, uiꝝ dei ſecretius cōſulebant. Ipſe uerò audita referebat ad curiā, & opp̄ſſis patrocinia exhibebat. Igr̄ ſoluto cōcilio, Leodiū dn̄s papa Romanoꝝ regi occurrit. Et honorifice q̄dē ſuſceptus eſt, ſed uelociter obnubilata eſt illa ſerenitas. Siquidem importune idem rex inſtitit, tp̄s hr̄e ſe reputans opportunum ep̄oꝝ ſibi reſtitui inueſtituras, q̄s ab ei⁹ p̄deceſſore imp̄atore Henrico, ꝑ maximos quidem labores, & multa p̄icula Romana eccleſia uēdicarat. Ad q̄d uerbum expauere & expalluere Romani, grauius ſeſe apud Leodiū arbitrati periculū offendiſſe, quā declinauerint Romæ. Nec cōſiliū ſuppetebat donec murū ſe oppoſuit abbas ſc̄tūs. Audacter .n. reſiſtēs regi, uerbum malignum mira libertate redarguit, mira authoritate compeſcuit. Rediens aūt Leodio, Claramuallem dn̄s papa per ſeipſum uoluit uiſitare. Vbi à pauperibus Chriſti, non purpura & byſſo ornatis, nec cum deauratis euangelijs occurrentib. ſed pannoſis agminibus ſcopuloſam baiulantibus crucem non tumultuantium claſſicoꝝ tonitruo, non clamoſa iubilatione, ſed ſuppreſſa modulatione affectuoſiſſime ſuſceptus eſt. Flebant ep̄i, flebat ipſe ſummus pōtifex, mirabantur cōgregationis illius grauitatē, q̄d in tā ſolēni gaudio oculi oīum humi defixi, nuſq̄ uagabunda curioſitate circunferrent̄: ſed cōploſis palpebris ipſi neminē uiderēt, & ab oībus uiderent̄. Nihil in eccl̄ia illa uidit Romanus q̄d cup̄et, nulla ibi ſupellex eoꝝ ſolicitauit aſpectū, nihil ī oratorio niſi nudos uiderūt parietes. Solis morib. poterat inhiare ambitio, nec dānoſa poterat eſſe f̄ribus hm̄ōi p̄da, cū minui non poſſet aſportata religio. Gaudebant oēs in dn̄o, & ſolennitas non cibis ſed uirtutibus agebatur. Panis ibi opirus ꝑ ſimila, ꝑ careno ſapa,

ꝓrumbis olera, ꝓ quibuslibet delicijs
legumina ponebant̃. Si forte piſcis inuẽ
tus eſt, dño papæ appoſitus eſt, & aſpe
ctu non uſu in cõe ꝓfecit. Inuidit diabo-
lus, & ſeruoꝝ dei gl'iam quos tanti ho
ſpitis nobilitabat pñtia ferre non ualẽs,
dum in choro alacriter pſallerent & de
uote, pñtibus ẽt nõnullis ex cardinalib.
ꝗ in auditu & aſpectu eoꝝ delectaban
tur, aliquantos frũm horribili pauore
turbauit. Nam & unus p̃ cæteris occu-
patus blaſphema q̃dam uerba locutus
eſt, dicite, ingens, ego ſum Xp̃s. & alij
plures territi & tremebundi, ad bti p̃ris
ueſtigia confugerunt. At ille conuerſus
ad cæteros, orate inqt, ac deinceps ſub
ſilentio eos ꝗ turbati uidebant̃, eduxit,
atq; compeſcuit: ut neqſſimus ille ꝗ cõ
uentum pietatis transferre conabat̃ in
theatrum, & ſcholam innocentię in de-
riſum, non ut putabat exiſtimationem
religioſoꝝ hoĩum corrũpere poſſe, ſed
ſe ꝓderet, & conatus ſuos experiret̃ in-
firmos. Tanta ſiqdem celeritate omnia
ſunt ſedata, ut ꝑſonas illas, q̃ ꝓpè aſta-
bant, oĩo latuerit qđ acciderat, & mali
gnus hoſtis uelociter increpatus, nõ mõ
ſcandalum eis qđ parabat, inferre neq-
uerit, ſed nec ad illoꝝ notitiam rem ꝑ-
ferre. Factũq; eſt ex eo, ut ampliori ſeſe
cuſtodia frẽs munirent, & merito, & nu
mero, & poſſeſſionib. deinceps creſce-
ret Clarauallis, & multiplicatis conuẽ-
tibus, ferè ꝑ oẽm latitudinẽ loci illius di
lataret̃ religio, ip̃e ẽt abbas ſctũs ex tũc
ãpliꝰ ſolito miraculis clareret & ſignis.

Capitulum II.

LOngas in Gallijs facere moras
dñs p̄p̄ non potuit, ſed ſicut cũ
Lothario rege condixerat, Ro-
mam ei occurrit: & ui exercitus in La-
teranenſe palatium deductus eſt. Multi
ẽt ex nobilibus Romanis fideles eccl'ię,
eũ honorifice ſuſceperunt. Veꝝ Petrus
Leonis nõ ponens deũ adiutorẽ ſuum,
ſed cõfœderatorũ ſtipatꝰ malitia, ĩ edi-
tioribꝰ & tutioribus turribus manens,
Lotharij ludificauit uirtutẽ, & ĩterdicẽs
ſuis cõgreſſus publicos, nec ſibi ſecurita
tis ſuæ fecit periculum, nec cauſam con
flictus hoſtib. dedit, ſed tm̃ liberꝝ eoꝝ
diſcurſum machinis ſuperioribꝰ & ob-
ſtaculis uarijs impediuit. Vitauit ẽt ob-
ſtinatiſſime imperatoris colloqum, nec
minis, nec blãdimẽtis flexus eſt, nec de
ſtatu ſuo conſiliũ cuiuslibet ꝑſonæ ad-
miſit. Relicto igr̃ Romæ Innocẽtio, al's
impator digredit̃. Petrus uerò poſt eius
diſceſſum crebros mouẽs ꝑ urbẽ excur
ſus, fidelium cædibus inhiabat. Intelli-
gens ergo Innocentius Romæ ſibi ĩfru-
ctuoſam eo ẽpe moram, ne pñtia ſua il-
lius beſtiæ rabiẽ efferaret, rurſus Piſas
reuertit̃, ibiq; aggregatis totius Occi-
dentis ep̃is, alijſq; religioſis uiris, ma-
gnæ gl'iæ ſynodus celebrat̃. Affuit ꝑ oĩa
& conſilijs & iudicijs & diffinitionibꝰ
oĩbus ſctũs abbas, impendebaturq; ei
reuerentia ab oĩbus, & excubabant añ
eius limina ſacerdotes, nõ ꝙ faſtus, ſed
multitudo cõem ꝓhiberet acceſſum: &
alijs egredientibus alij introibant, ita ut
uideret̃ uir humilis & nihil ſibi đ his ho
noribus arrogans, non eſſe in parte ſoli-
citudinis, ſed in plenitudine poteſtatis.
Actiones concilij longum eſt proſequi:
ſumma tñ in excõicatione Petri, & irre
greſſibili fautoꝝ eius deiectione conſti
tit, & uſq; hodie hęc ſnĩa perſeuerat. So
luto concilio ad recõciliandos Medio-
lanenſes dñs papa abbatẽ Claræuallis,
quẽ multis ſupplicationib. expetierãt,
& Guidonem Piſanum, & Matthæum
Albanenſem ep̃m à latere ſuo direxit, ꝗ
ſchiſma ꝑ Anſelmum in eadẽ urbe fcm̃
abluerent, & ad unitatem eccleſiæ de-
uios reuocarẽt. Abbas igr̃ cum prædi-
ctis uiris quos à dño papa collegas ac-
ceperat, addidit conſortio & cõi conſi-
lio uiꝝ uenerabilem Gaufredum Car-
notenſem ep̃m, cuius innocentiam &
ſynceritatem in multis probauerat. Et
uiſum eſt cardinalibus bonum, ut tan-
to adiutore negotium tanti ponderis
fulciretur. Tranſcenſo itaq; Apennino,
ubi audierunt Mediolanenſes abbatẽ
deſideratum ſuis finibus ꝓpinquare, lõ
ge à ciuitate miliaribꝰ ſeptem omnis ci

ppl's obuiat, nobiles, ignobiles, eqtes,
pedites, mediocres, paupes, q̃ſi de ciui-
tate migrarent, ꝓprios lares deſerũt, &
diſtinctis agminib. incredibili reuerẽtia
uiꝝ dei ſuſcipiunt. Oẽs pariter delectã-
tur aſpectu, fœlices ſe iudicant qui pñt
frui auditu. Deoſculant̃ pedes eius uni-
uerſi: & licet hoc ille moleſtè accipet,
nulla potuit ꝓnos & deuotos rõne cõ-
peſcere, nulla interdictione repellere.
Vellicabant ẽt pilos quos poterant de
indumentis eius, & ad morboꝝ reme-
dia, de pãnoꝝ lacinijs aliquid detrahe-
bant, oĩa ſctã iudicantes q̃ ille tetigiſſet,
& ſe ſctificari tactu eoꝝ uel uſu. Præce
dentes itaq; & ſubſequẽtes, lætabũdis
acclamationib. applaudebant abbati,
& diu intra agminũ ſpiſſamenta detẽ-
tum, tãdẽ ſolẽni reddidere hoſpitio. Et
cum tractatũ eſſet in publico de nego-
tio ꝑꝑ qđ tam uir dei quam cardinales
aduenerant, oblita fortitudinis ſuæ ciui-
tas, oĩ ferocitate depoſita ſe ita abbati
ſubſtrauit, ut obedientiæ eoꝝ non incõ
gruè ille poſſet aptari poetę uerſiculus:
Iuſſa ſequi tam uelle mihi quam poſſe
neceſſe eſt. Pacatis oĩbus, reconciliata
eccl'ia, firmatis inter plebes concordiæ
pactionib. alia cœperunt naſci negotia,
& inſanienti diabolo, & in ꝗbuſdã ob-
ſeſſis corporib. debacchanti, oppoſitũ
eſt Xp̃i uexillũ, & increpante uiro dei,
de poſſeſſis atrijs ſupueniente eminẽtio
ri uirtute, territa & tremebunda diffuge
re dæmonia. Ecce noua legatio, nõ Ro
manum pragma circunferens, ſed diui-
nis legib. fidei pragma allegans, ꝓlatis
in mediũ lr̃is ſanguine Xp̃i conſcriptis,
& bulla crucis ĩpreſſis, q̃ figura authori
tate ſua terreſtria & inferna ſibi ſubdit
& curuat. Inaudita eſt nr̃is tꝑibꝰ tanta
ppl'i fides, tãta ĩ hoĩe uirtus, inter quos
religioſa erat contentio, cũ ſignoꝝ gl'iã
abbas credulitati eoꝝ, illi uerò ſctitati
abbatis adſcriberent, & hoc de eo indu
bitanter ſentirent, ut qcqd à dño pete-
ret, impetraret. Adducunt igr̃ ad eũ
nihil hæſitantes mulierẽ oĩbus notam,
quam annis ſeptẽ ĩmundus uexauerat
ſpũs: & poſtulant ſupplices ut in noĩe
dñi dæmoni impet fugam, & mulieri re
ſtituat ſoſpitatẽ. Quæ ppl'i fides nõ mi-
nimam uerecundiã uiro dei ingerebat,
& humilitate magr̃a inconſueta expiri
non præſumebat, & inſtante petitione
ppl'i erubeſcebat ſi charitati poſtulan-
tium obſtinatius reſiſteret, & uidebat̃
ei qđ offenderet deũ, & oĩpotentiã eius
diffidentia obnubilare uideret̃, ſi à fide
ppl'i fides ꝓpria diſſentiret. Aeſtuabat
igit̃ ſecum & licet ſigna nõ fidelibꝰ ſed
infidelibꝰ fieri oportere aſſereret, auſus
ſuos ſpũi ſctõ cõmittit, & or̃oni incum-
bens, cœlitus elapſa uirtute ſatanam in
ſpũ fortitudinis increpat, & fugat, mu-
lierẽq; reddit incolumẽ & quietam. Lę
tant̃ ꝗ aderãt, & leuantes manus ad ſy-
dera, deo ꝗ đ excelſo eos uiſitauit, gr̃as
agũt. Auditũ ẽ hoc uerbũ, & ꝑcrebuit
fama, & repẽte totã ꝑculit urbẽ, ꝑ eccle
ſias, ꝑ p̃toria, ꝑ cõpita oĩa cõueniũt un-
diq;, de uiro dei ſermo ubiq; hr̃, dñt pu
blice nihil ei ĩpoſ'e eẽ qđ à dño poſtulet,
& ad p̃ces eiꝰ aptas dei aures dñt & cre
dũt, & p̃dicãt & affirmãt. Nec pñt aſpe
ctu eiꝰ uel auditu ullo mõ ſatiari. irruũt
alij ĩ pñtiã eiꝰ: alij donec exeat ꝓ foribꝰ,
p̃ſtolant̃. Ceſſatũ ẽ ab officijs & artibꝰ,
tota ciuitas in hoc ſpectaculũ ſuſpenſa
manet, concurrunt, poſtulant bñdici: et
tetigiſſe eũ ſingulis ſalutare ur̃. Tertia
die ad eccl'iam S. Ambroſii diuina cele
braturus myſteria, ſeruus dei procedit.
Vbi expectãte ĩnumera ppl'i ml'titudĩe,
ĩter ipſa miſſaꝝ ſolẽnia, dũ clericis canẽ
tib. ip̃e ſecꝰ altare ſederet, puellã ei puu-
lã offerẽtes, q̃ uehemẽti ĩpetu uexabat
diabolꝰ: orãt ut miſellę ſubueniat, & dia
bolũ ĩ ea debacchãtẽ elidat. Audita ſup
plicatiõe aſtãtiũ, & ĩtuitꝰ ꝑſonã frẽdẽtẽ
dẽtib. & ſtridẽtẽ, ut ẽt ĩtuẽtib. eẽt horro
ri, cõpaſſus ẽ ætati, & uehemẽtiæ anxie
tatis illiꝰ cõdoluit. Patenã igr̃ calicis ĩ q̃
diuina celebraturꝰ erat myſteria, acci-
pit: & digitis latice ſupfuſo orãs ĩtra ſe,
& de dñi uirtute cõfidẽs ori puellę ſalu
brẽ potũ applicat, & corpi eiꝰ ſtillã me
dicinalẽ ĩfũdit. Nec mora q̃ſi ureret̃ ſata

nas infuſionis illius uirtutẽ ferre nõ potuit, ſed urgẽte intrinſecus crucis antidoto, feſtinãter egrediẽs uomitu ſordidiſsimo tremebũdus erupit. Sic purgata pſona, diabolo ꝓfugo & cõfuſo, laudes debitas deo canit eccl'ia, & poſt acclamationes lętabũdas alacer ppl's ibidẽ donec diuina cõpleãtur myſteria, ĩmobilis pſeuerat. Sub aſpectu itaq; omniũ ĩcolumis puella à ſuis domũ reducit̃, & uix tãdẽ à ppl'o dimiſſus ad hoſpitiũ uir dei reuertit̃. Diuino iudicio ea tẽpeſtate in Mediolano iuxta illud Eſaiæ uerbũ, piloſi clamabãt alter ad alterꝝ, & occurrebãt onocẽtauris dęmonia, et effrętatis decurſibꝰ pl'imos infeſtabãt, nec erat qui inſolentię eorꝝ reſiſteret, cũ diu ſub Anſelmi ſchiſmate, q Petri fautor Mediolancẽſem occupauerat cathedrã, ſacerdotes gemẽtes, uirgines ſq̃lidę ſctificationes maledictæ, altare pollutũ, irã dei in ppl'm ꝓuocaſſent. At uerò in aduẽtu uiri dei abdicatis Anſelmi p̃ſtigijs, & in ſedis ap'licæ obediẽtiã ſub Innocentio reuocata eccl'ia, ĩpedita eſt illa dęmonũ licẽtia, & quotidie dabat locũ, & ad p̃ces uiri dei diffugiebat diabolꝰ, & ſi qñ reſiſtere conabat̃, ĩ ipõ cõflictu ſuccũbẽs, glorioſius uincebatur.

Capitulum III.

INter eos igitur q uexabantur, mulier grãdęuaciuis Mediolanẽſis, & honorata quõdã mr̃ona, uſq; ad eccl'iam bti Ambroſij poſt btm̃ uirꝝ à multis tractata eſt. In cꝰ pectore plurib. annis diabolus ſederat, & iã ita ſuffocauerat eã, ut uiſu & auditu, & uerbo priuata, frẽdẽs dentib. & linguã in modũ ꝓmuſcidis elephãtinę ꝓtendens, mõſtrum nõ fœmina uideret̃. Sordida ei facies, uultꝰ terribilis, flatus fœtidus, inhabitatoris ſatanæ colluuia teſtabant̃. Hãc cũ aſpexiſſet uir dei, nouit inhęrentẽ ei & inuiſcatũ diabolum, nec facile egreſſurꝝ de domo quã tãto poſſederat tp̃e. Cõuerſus ad ppl'm (cuius ĩnumera aderat multitudo) orare iubet attẽtius, & clericis & monachis ſecum iuxta altare conſiſtẽtibus, mulierẽ ibidem iubet cõſtitui & teneri. Illa uerò reluctans, & ui diabolica nõ naturali uirtute recalcitrans, nõ ſine aliorꝝ iniuria, ipſum abbatẽ pede pcuſsit. Quẽ diaboli auſum mãſuete ille cõtempſit, ad expulſionẽ non indignatione irę, ſed pacifica & humili ſupplicatione deum ĩuocat adiutorẽ, & ad ĩmolationẽ hoſtiæ ſalutaris accedit. Quoties tñ eãdẽ ſacram hoſtiã ſignat, toties ad mulierẽ quoq; cõuerſus, eodẽ ſigno crucis edito ſpm̃ nequã athleta fortis impugnat. Nã & ille malignus quoties aduerſus eũ ſignũ crucis ĩtenditur, pcuſſum ſe indicans acrius ſęuit, & recalcitrãs cõtra ſtimulũ quidnã toleret, ꝓdit ĩuitus. Expleta aũt oratione dñica, efficacius hoſtẽ aggredit̃ uir btũs. Patenę ſiq̃dem calicis ſacrarũ dñi corpus imponens, & mulieris capiti ſupponens, talia loquebat̃: Adeſt inique ſpũs, iudex tuꝰ, adeſt ſumma ptãs, iã reſiſte ſi potes. Adeſt ille q pro noſtra ſalute paſſurus: nũc, inquit, princeps huius mũdi eijciet̃ foras. Hoc illud corpus quod de corpe uirginis ſumptũ eſt, quod in ſtipite crucis extenſum eſt, qđ in tumulo iacuit, quod de morte ſurrexit, quod uidẽtibus diſcipulis aſcẽdit in cœlũ. In huius ergo maieſtatis terribili ptãte, tibi ſpiritus maligne p̃cipio, ut ab hac ancilla eius egrediẽs, cõtingere eã deinceps nõ p̃ſumas. Cumq; eã inuitus deſerens, & manere ultra nõ ualens atrocius afflictaret: tam magnã iram quã modicum tp̃s hñs, rediens pr̃ ſanctus ad altare, fractionẽ hoſtiæ ſalutaris rite cõpleuit, diffundendamq; in ppl'm pacẽ miniſtro dedit, et cõfeſtim pax & ſalus ĩtegra reddita eſt mulieri. Sic ille nequã, diuina myſteria q̃tæ ſint efficiẽtiæ & uirtutis, nõ cõfeſſione, ſed fuga coactus oñdit. Fugato diabolo mulier quã in tantorꝝ ſartagine tormentorum carnix peſtilens tanto tempore frixerat, mentis ſuæ compos effecta, redditis ſenſibus & ratione, reuoluta intra fauces lingua deum confeſſa gratias egit, & intuita curatorẽ ſuũ pedibus eius aduoluta eſt. Ingẽs per ec-

cleſiam attollit̃ clamor, oĩs ætas iubilat deo, perſonant æramenta, bñdicit̃ ab oĩbus deus, excedit ueneratio modũ, et ſeruum dei ſupra hoĩem (ſi dici fas eſt) liquefacta charitate ciuitas ueneratur.

Audiebant̃ hæc, q̃ Mediolani fiebãt: & p totam Italiam uiri dei diſcurrebat opinio, & diuulgabat̃ ubiq; ꝙ ſurrexiſſet ꝓpheta magnus, potens in ope & ſermone, q inuocato Xp̃i noĩe & infirmos curaret, & obſeſſos à dęmonibus liberaret. Maxima q̃dem ei in curationibus ægritudinũ gr̃a, ſed in dæmonib. eliminandis frequentior operatio erat: q̃a copioſior uexatorꝝ numerus ad experta ſubſidia concurrebat, & maiorꝝ opatio uirtutum minores obſcurabat effectus. Iam uero p̃ frequentia ppl'i, q à mane uſq; ad ueſperã forib. aſſidebãt, oppreſſiones uulgi p̃ corporis imbecillitate non ferens, ad feneſtras domus ꝓcedens, ſe eis conſpiciendum p̃bebat, & eleuata manu bñdicebat eis. Panes quoq; & aquam deuehebãt ſecum, qbus bñdictioni eius ſuppoſitis, ꝓ bñficijs ea ſacr̃alibus referebant. Ex uicinis ſanè caſtellis & uicis & urbibus multi confluxerant, & cõia tam aduenarꝝ q̃ꝫ ciuium in Mediolano ſtudia erãt ꝓſeq ſctm̃, expetere bñficium, audire uerbũ, uidere ſignum: & doctrina & miraculis ultra q̃ꝫ credibile eſt, delectabant̃.

Aderat ĩter eos q̃dã ex ſuburbanis, q puerꝝ dęmoniacũ illuc aduexerat. Qui repẽte corã oĩbs ad ſignũ crucis qđ uir ſctũs edidit, đ baiuli ſui brachijs ruit, & eliſus humi q̃ſi mortuꝰ ſine ullo ſẽſu ĩmobilis uiſus eſt, neq; uox neq; halitꝰ erat ĩ eo, tm̃ circa p̃cordia exiguus ei ſuperat uapor. Dãt igr̃ cęteri locũ ut poſſet ꝓcedere, & admitti ad uirꝝ di ſeminecis pueri baiulꝰ: & attonita mltitudo tã miſerabilis caſus p̃ſtolabat̃ euẽtum. Ingreſſus igr̃ ad uirꝝ dei hõ eſt, & puerꝝ ſtupidũ nec aliqd ſẽtiẽtẽ, añ pedes abbatis expoſuit, & ait: Puer iſte dñe pr̃, quẽ ante tuos poſui pedes, iã p trienniũ à dæmõio acerrime uexatus eſt. Et quoties uel eccleſiam ingredit̃, uel ſalibꝰ exorcizatis aſpergit̃, uel ſignum ei crucis imponit̃, uel euangelium audire compellit̃, uel diuinis intereſt ſacris, offendit̃ habitator eiꝰ diabolus, & torquet̃ atrocius. Dũq; mõ cum cætetis ego ꝓ foribꝰ expectarẽ ſignum ſanctæ crucis figurante te, & extendente in ppl'os manum, ſacr̃alium ſignorꝝ uirtute exacerbatus diabolus, uehementius ſolito totus ad pueri uexationẽ ſe contulit: & ſicut uides, totũ corpus eius occupans, ferè ei ẽt uitalẽ ſpm̃ intercludit. Sed & ipſe puer cũ audita eſſet apud nos gr̃æ quam à deo accepiſti opinio, ex aliorꝝ curationib. ſuã ſperans ſalutẽ, rogauit me ut eũ ad te adducerẽ. Obſecro igr̃ p miam dei, ut & laboribꝰ meis q in eius cuſtodia opam dãnoſam & piculoſam impendo, & illius miſeriæ q̃ tanta eſt quantã ipſe oculis ꝓbas, pio & conſueto affectu ſubuenias, & rabiẽ dæmonis nõ uſq;q̃q; ꝓcedere patiaris. Flebat igitur, & lacrymis ora perfuſus pñtes quoſq; cõmouit, ut oẽs pariter ſupplicarent. Tum uir dei confidere eos in dei mĩa iubens, baculo cui ĩnitebat̃, collum pueri leniter tangit. Sed & fr̃ eius Gerardus uolens experiri q̃ ab hoĩe dicta fuerant, latenter dorſo eius ſignũ crucis impreſſit. Cũq; prius ſine motu & ſenſu nec uidens nec audiens añ pedes abbatis diu extenſus pauimẽto hæſiſſet, ad tactum baculi & ad ſignũ crucis ĩtremuit, & turbatus ingemuit. Iubet igr̃ abbas ſup ꝓpriũ lectulũ eũ poni. At ille q̃ſi ex iniuria offẽſus reiecit ſe ĩ pauimẽtũ, & ſtridebat dẽtib. & mordebat ꝓcuratorẽ ſuũ, & capillis eorꝝ q aderãt manꝰ inijciẽs, q̃ poterat conatu ſe ab eorꝝ manib. abſtrahebat, & ab eis uix teneri poterat. Eia iq̃t abbas, ad lectũ nr̃m eũ reducite. Orãte itaq; abbate, & fr̃ib. ĩ orõne ꝓſtratis, q̃ſi ardẽtibꝰ paleis q̃ ĩ lecto cõtinebãt diabolꝰ ureret̃, tormẽti æſtuãtis, ui diuina ꝓpiquãte, paſſionẽ clamoribus teſtabat̃, iubet igit̃ uir ſctũs aquã bñdictã in os patiẽtis infundi. Quã ille p̃ſſis labijs & dẽtibus nõ admitiẽs, uix tãdẽ cuneo infixo diſſoluẽte p̃ſſuram, uellet nollet, in-

tra fauces & guttur recepit. Confe-
ſtimq́; ut penetrãs ſanctificatio ad inte
riora deſcẽdit, q̃ſi ĩfuſo antidoto uis ma
ligna erupit, & uomitu ſordidiſſimo q̃-
ſi torrẽtis impulſu, feſtina p̃cipitatione
rotatus, cũ ingẽti cõtumelia dæmõ exi
uit. Repẽte quidebaẽ mortuus uiuit, &
de lecto abbatis qetus & incolumis ſur
gẽs, patruumq́; ſuum amplexatus, deo
grãs: ſanꝰ ſum, inqt, Grãs agũt oẽs cõi-
ter deo, & q modo flebãt, lętanẽ. Foras
clamor effundiẽ, res intus geſta ſup te-
cta ſolẽniter p̃dicaẽ, tota ad ſpectaculũ
cõuenit ciuitas, bñ dicitur deus, gaudet
ppl'ſ, in abbate tãti opis patratore totiꝰ
plebis reqeſcit affectus. Febricitãtibus
multis idẽ ſctũs manus imponẽs, & aq̃
bñdictam porrigẽs ad bibẽdũ, ſanita-
tẽ obtinuit, aridas manus & mẽbra pa-
ralyſi diſſoluta tãgẽs incolumitati reſti
tuit, cæci ẽt ſub multoꝝ teſtimonio in
eadẽ ciuitate ut uiderẽt, impoſito ſigno
crucis, à p̃re luminũ potenter obtinuit.
Per idẽ tp̃s hoſpitiũ Albanẽſis ep̃i (quẽ
dñs papa in eadẽ legatione ſibi collegã
dederat) grã tractãdoꝝ negocioꝝ in-
trauerat, & de ijs q̃ iniũcta fuerãt cõfe-
rebant: cum repẽte irruit ſup eos adole
ſcẽs, cuius arida manus erat, & retorta
ad brachiũ, & aduolutus pedibus eius
ſuppl'r poſtulat ſanitatẽ. Ille al's occu-
patus, bñdixit qdẽ, & abire p̃cepit, et ne
amplius ſibi moleſtiã faceret, uerbis ſo
lito ſeuerioribꝫ interdixit. Recedebat il
le nõ cõſecutus qđ q̃ſierat: cum uenera
bilis ep̃s ſub omni celeritate eũ regredi
iubet, & manu arreptũ tradit abbati.
Huic (inqt) q minime bñficium cõſecu-
tus tibi ut diſcederet obediuit, tu ne
claudas uiſcera miæ: qn potius tu obe-
di, & uirtute obediẽtiæ me iubẽte aſtri-
ctus fac qđ poſtulat, largire qđ petit,
& cõfidẽs in eius uirtute p quẽ expetit
ſanitatem, poſtula & impetrabis, ut &
nos de dei munere, & ille de optata glo
rieẽ ſalute. Ad p̃ceptũ ep̃i abbas appre-
hẽſa pueri manu inuocauit dñm, & ex-
audiuit eũ: & ſigno crucis edito, nerui q
obriguerãt, extẽſi ſunt, & caro quã aſſi-
dẽs cõgelauerat morbus, redeũte ſoſpi
tate ignita, mobilis facta eſt & flexibi-
lis, & dicto citius lãguidũ diu mẽbrum
cõualuit. Obſtupuit ep̃s tã repẽtinæ uir
tutis admirãs effectũ, & ampliori ẽt ex-
tũc ueneratione uiꝝ dei coluit, & mira
culoꝝ illius ipſe teſtis extitit & relator.
Cõpulit aũt eũ ut ibidẽ ea nocte cœna
ret. Cꝰ rei aſſenſum cũ magna difficul-
tate obtinuit ea duntaxat rõne ſuaſum,
ꝙ intolerabilis undiq; ppl's expectaret,
nec ſine p̃iculo poſſe egredi uidereẽ. In-
ter cœnãdũ uerò paropſidẽ in qua ab-
bas comederat, ep̃s miniſtro familiari
ſeruandã tradidit, & p̃cepit ut ſeorſum
recõditã, cũ oĩ diligẽtia cuſtodiret. Ela
pſis exinde aliquot diebus, ep̃s idẽ fe-
briũ uehemẽti ardore corripiẽ. Et recor
datus hoĩs dei, familiarẽ iubet accerſiri
miniſtrũ. Diſcũ (inqt) abbatis quẽ tibi
nup tradidi cõſeruandũ, huc afferre ne
cũcteris. Cũq́; ille obtuliſſet allatũ, in-
funde, inqt, aq̃; in eo, & panis exiguas
buccellas cõſcinde. Qđ cũ factũ eſſet
cõfidẽs in dño, & abbatis p̃cibus ſe cõ-
mẽdãs, comedit & bibit, & abſq; ulla
dilatione cõualuit. Augebaẽ aduentan
tium numerus, & mirifica opera ad ſe
populos inuitabãt, nec uſq; uiro dei da-
batur requies, dum ex eius laſſitudine
alij ſibi requiem p̃curarent. Abeuntibus
occurrebãt aduenientes, & ſuccedebant
ſibi bñficia mẽdicantes. Inter quos mi
les quidam in ulnis ſuis puellulã ad ui-
rum dei attulit, quæ ita exoſam lucem
habebat, ut ſemp clauſis palpebris, ẽt
brachium opponeret oculis, ne aliquo
mõ aliq̃ lucis particula ſe ei ingereret.
Auellebanẽ aliqñ oppoſita brachia uio
lẽter, & cũ ſe ei lumẽ infunderet, clama
bat & flebat, & erat ei claritas p crucia
tu, & lux uiſa q̃ſi aculeos eius cerebro
infigebat. Bñdicit ĩfantulæ uir dei, & ſi-
gnaculũ crucis faciẽs ſup eã, tranqllio-
rẽ dimittit: & dũ domum referreẽ, ultro
apit oculos, & pedes ſine uectore ipſa
reuertiẽ. Et ipſo in loco, mulieri à dęmo
nio uexatæ multis aſtãtibus à p̃re miſe
ricordiaꝝ idẽ ſctũs obtinuit ſanitatem.

Capitulum

Capitulum IIII.

Am Papiam aduenerat, & fa-
1 ma uirtutum aduentum eius p̃-
ceſſerat, & cum debito gaudio
& apparatu tantæ gl'iæ uiꝝ ciuitas lęta
bunda ſuſcepit. Et ne diu ppl'i deſideriũ
dilatio ſuſpenderet, q ſicut Mediolani
miracula facta audierat, ſignum ab eo
optabat uidere, aduenit repẽte poſt eũ
ruſticus qdam q de Mediolano ſecutꝰ
eum fuerat, uxorem dęmoniacam ſecũ
adducens, quam ante pedes eius lacry
mabili uoce intrinſecas proteſtans an-
xietates depoſuit. Nec mora in cõtume
liam abbatis p os miſeræ mulieris dia-
bolus locutus eſt, & irridens ſeruũ dei,
non inqt me de canicula mea hic porru
los edens & braſſicas deuorans pellet.
Multa in hunc modũ in uiꝝ dei iacula-
banẽ cõuicia, ut blaſphemijs p̃uocatꝰ,
impatienter ferret opprobria, & cõfun
dereẽ in p̃ñtia ppl'i, cum indignis ſe au
diret ſermonibus laceſſiri. Sed uir dei
aſtum eius intelligens, irriſorem irriſit,
& ultionẽ non ipſe expetẽs, ſed ad deũ
remittens, ad eccleſiam ſcti Syri dæmo
niacã duci p̃cepit. Voluit qppe curatio-
nis illius gl'iã dare ſctõ, & primitias ope
rationũ uirtuti eius aſſcribi. At uero
ſctũs Syrus ad hoſpitẽ ſuũ remiſit nego
tium, nec in eccleſia ſua qppiã ſibi defe
rens, intactũ opus reduci uoluit ad ab-
batem. Reduciẽ igiẽ mulier ad abbatis
hoſpitium, garriente p os eius diabolo,
& dicente: Non me Syrulus eijciet, nõ
expellet Bernardulus. Ad hæc ſeruus
dei rñdit: Nec Syrus nec te Bernardus
eijciet, ſed dñs Ieſus Xp̃s. Et conuerſus
ad orõnem, p ſalute mulieris dño ſuppli
cabat. Tum uero ſpũs neq̃;, uelut prio-
ri improbitate mutata, q̃; libens, inqt,
egrederer ab hac canicula, grauiter mo
leſtatus in ea, q̃; libẽs egrederer, ſed nõ
poſſum. Interrogatus cãm, qa necdum
uult magnus dñs, ait. Cui ſctũs: Et quis
eſt magnus dñs? Et ille, Ieſus Nazare-
nus. Ad quẽ rurſum uir dei: Vñ. n. Ieſum
noſti, aut ubi unq̃; uidiſti eũ? Vidi inqt.
Vbinam eum uidiſti? In gl'ia. Et tu ĩ gl'ia
fuiſti? Fui quidem. Et q̃uo inde exiſti?
Cum Lucifero (inqt) multi cecidimus.
Hæc aũt oĩa uoce lugubri p os uetulæ
audientibꝫ omnibꝫ loquebaẽ. Rñdente
aũt abbate ſctõ. Nunqd non in illã re-
dire gl'iam uelles, & reſtitui in gradum
priſtinum? Rurſum uoce mutata, & mi
ro mõ cachĩnans, hoc inqt tardatũ eſt.
Et nihil ultra locutus, orante attentius
uiro dei, neqſſimus ille uictus abſceſſit,
& mulier ſibi reddita, quantas potuit,
grãs egit. Reuertiẽ igiẽ uir cũ muliere, et
per totam uiam incolumitati eius con-
gaudens, expectãtibꝫ amicis domui ſuę
reddiẽ. Lætabanẽ oẽs q ordinem rei ge
ſtæ audierant, ſed repente gaudium uer
tiẽ in mœrorẽ: qa ubi domus ſuæ limina
mulier attigit, rurſus eam intrat diabo-
lus, & infeſtior ſolito, miſeram diſcerpit
atrocius. Quid faceret miſer maritus?
quo ſe uerteret, neſciebat. Cohabitare
cũ dæmoniaca moleſtiſſimũ, relinque-
re impium uidebaẽ. Surgit igiẽ, & aſſum
pta ſecũ muliere rurſum Papiam reuer-
tiẽ. Vbi cum uiꝝ dei non inueniſſet, uſq;
Cremonam p̃ſequiẽ abeũtem. Indicat
qd fcm̃ ſit, & ut grãm ĩueniat, lacryma-
biliter deprecaẽ. Nec deeſt piæ petitio-
ni abbatis clementia, ſed præcipit ut ec
cleſiam ciuitatis illius ingrediatur, orãs
expectet donec ipſe ſequatur. Itaq; me-
mor p̃miſſi, circa noctis crepuſculũ cæ-
teris dormitum euntibus, ipſe uno tm̃
p̃ſequente eccleſiam ingrediẽ, & tota
nocte illa orõni uacans, obtinuit à dño
quod petebat: & impetrata mulieri ſa
nitate, iubet eam ſecuram reuerti ad p̃-
pria. Sed cũ illa reditũ ad ſe diaboli ſic-
ut iam expta fuerat, formidaret, collo
eius alligari chartulã hæc uerba cõtinẽ
tẽ p̃cepit: In noĩe dñi nr̃i Ieſu Xp̃i p̃cipio
tibi dæmõ, ne hãc amodo mulierẽ p̃ſu-
mas cõtigere. Qđ mãdatũ ſic expauit
diabolꝰ, ut mulieri regreſſæ ad p̃pria,
nunq̃; deinceps appropinqre p̃ſũpſerit.

Erat. n. ĩ eadẽ ciuitate dæmoniacꝰ q-
dã, cꝰ paſſio mltos ad riſũ mouebat, cũ
alij q ſeuerioris aĩ erãt, clemẽtiſſimo ei
cõpaterenẽ affectu. Hic ita latrabat, ut

ſi audires nec uideres ꝑſonam, canẽ crederes. Quẽ ſibi exhibitum uir dei cũ latrantẽ audiſſet, ingemuit, q eo mõ latrabat quo ſolẽt ꝑcuſſi, ul' obruti canes iraſci, & ringere in ꝑcuſſores. Sed & in pñtia uiri dei anhelans & latrans, acrius ſolito turbabat. Increpato itaqꝫ diabolo, & in uirtute Xp̃i expulſo, hoĩ imꝑat ut loquat. Purgatus hõ intrat eccl'iã, intereſt ſacris, crucis ſigno ſe munit, audit euangelia, confitet & orat, & cætera ſanæ mẽtis officia deo reddit & cõſecrat.

Cum ſcd̃o ꝑ Mediolanum eodẽ anno pr̃ ſc̃tũs trãſiret, oblata eſt ei dæmoniaca mulier. Nam eo tꝑe aberat quo primũ uir dei ciuitatẽ p̃dictam ſua illuſtrauit pñtia. Hanc poſſidebat dæmoniũ, qd' mõ Italica, mõ Hybera lingua loq̃bat, nec ſatis certum utrum unus eſſet bilinguis, an duo ſui quiſqꝫ ſermonis idiomate utẽs, ſed tam ꝓprie mõ hæc, mõ illa ſonabat, ut diceres hic q loquit, Lygur eſt, hic Hiſpanus. Hæc ẽt genu paſſiõe, & poplitis tremore ꝑturbabat. Quæ cum ad uiꝝ dei adducta fuiſſet, ſaltu concito ſcãnum in quo ſedebat, inopinata celeritate tranſilijt. Reducta & interrogata qd ſibi uellet & ſaltus, & fuga, & unde ægrotanti & uetulæ tãta uirtus & uelocitas aduenisset. rñdit hãc ſibi agilitatẽ ex pñtia ieſſe diaboli, ut currẽtes cõphẽderet equos, & eoꝝ dorſo ſine ullo adminiculo inſiliret. Hæc ſequẽti die dũ in eccl'ia diuinis q̃ ille celebrabat officijs intereſſet, crudeliſſime & diutiſſime corã oĩbus uexata eſt. Cõpaſſus abbas mulieri, iam ſꝑe in talib⁹ exꝑtus dei clemẽtiam, imꝑat diabolo ut recedat. Ille ad impiũ ſerui dei tremebundus euanuit, mulier uero nõ ſolum à uexatione, ſed ẽt à neruoꝝ cõtractione in momẽto cõualuit. Hæc & alia multa intra alpes cõſtitutus oꝑatus eſt uir dei, & diuerſa loca ꝑluſtrans, bñfaciebat ijs q infirmabant, illuminãdo cæcos, erigẽdo debiles, curando febricitãtes, maxime oppꝛ̃ſſos à diabolo diligẽtiori ſtudio purgans: & q̃ malignus fœdauerat ſpũs pectora, tẽpla deo acceptabilia cõſecrabat. Plurima aũt in eũ ꝓbabilia & laude digna concurrunt. Alij nãqꝫ doctrinam, alij mores, alij mirant miracula. Ego qdẽ congruum his oĩbus honorẽ defero, ſed p̃ oĩbus quantum in me eſt, hoc ſublimius duco, hoc ꝓpẽſius prædico, ꝙ cum eſſet uas electionis, & nomẽ Xp̃i corã gẽtib. & regib⁹ ferret intrepidus, cum obedirẽt ei principes mundi, & ad nutum eius in oĩ natione ſtarẽt ep̃i, cum ipſa Romana eccl'ia ſingulari priuilegio eius ueneraret conſilia, & q̃ſi gñali legatione conceſſa ſubieciſſet ei gẽtes & regna, cũ ẽt (qd' gl'ioſius iudicat) facta eius & uerba confirmarent miraculis: nunq̃ꝫ exceſſit, nunq̃ꝫ ſupra ſe in mirabilibus ambulauit, ſed de ſe ſꝑ humil'r ſentiẽs, uenerabilium opeꝝ non ſe authorẽ credidit, ſed miniſtrum, & cum eſſet oĩm iudicio ſũmus, ſuo ſibi iudicio conſtitit infim⁹. Soli deo qcq̃d fecit, aſſcripſit: imo ſe nihil boni aut uelle aut poſſe niſi inſpirãte & oꝑante deo, & ſenſit & dixit. Sed aderat uis diuina in tꝑe accepto, & in die ſalutis, ſegregans in euangeliũ ſuũ ſeruum ſuum, cuius humilitatẽ reſpexerat, c⁹ aĩam ſpũs ſc̃tũs ornauerat: & qa ſynceritatẽ eius nulla maculabat duplicitas, nec interrumpebat bonũ eius q̃libet conſperſio falſitatis, in loco ſuo idẽ ſpũs manebat imobilis. Qui ut ſemper ſplendidior eſſet & purior, quotidie in fornace ꝓbabat, & ne quid ei rubiginis obrepet, crebris malleoꝝ ictibus in incude tundebat, flagellabat & arguebatur, non ad pœnã ꝓ crimine, ſed ad gl'iã ꝓ uirtute. Nunq̃ꝫ ei defuit ſtimulus ægritudinis. Et cũ ſciret uirtutẽ in infirmitate ꝑfici, ſufficiẽtẽ ſibi i hoc expiebat gratiã, ꝙ uideret ſuos oẽs quãtulũcũqꝫ extraordinarios mot⁹ lima illi⁹ quotidianæ afflictionis abradi. Erat qdẽ caro infirma, ſed ſpũs prõptus: & quo minus i corꝑe poterat delectari, ampli⁹ delectabat i dño: nec aliq̃ ſcl'i h⁹ ambitione pulſabat, q ſolis cœleſtib. inhiabat. Quot eccl'iæ deſtitutæ paſtorib. eũ ſibi i ep̃m elegerũt? Elegit eũ domeſtica Lingonẽſis eccl'ia, elegit Cathalaunẽſis. Intra Italiam ciuitas Ianuenſis, & Mediolanum metropolis Liguꝝ, hunc optauerunt paſtorẽ & magr̃m. Remis nobiliſſima Franciæ ciuitas, ſcd̃æ Belgicæ ꝓuinciæ caput, eius dñationem ambiuit. Oĩbus his uocationib. poſtpoſitis non ſolicitauit a'am eius honor oblatus, nec motus eſt pes eius ut inclinaret ſe ad gl'iã, nec magis eũ delectabat tiara & annulus, q̃ꝫ raſtrum & ſarculus. Petentib. ſe nec annuens aliq̃ñ, nec inſolẽt. r aut improbe renuens, dicebat ſe non eſſe ſuũ, ſed alioꝝ ſeruitio deputatum. Quæ res cũ referret ad fr̃es, rñdebant: Nos oĩbus q̃ poſſidebamus uenditis, inuentam p̃tioſam margaritam comparauimus. Ad pr̃imonia diſtracta redire nõ poſſum⁹. Quod ſi & p̃tium & appretiatũ nobis perierit, & ſubſtantijs & margarita priuati fuerimus: expectationi nr̃æ male ꝓuiſum eſt, ſi oleo nr̃o effuſo, clauſis ianuis ſicut fatui mendicemus. Prouiderant ẽt ſibi ex conſilio ſc̃tiſſimi fr̃es, & dñi papæ authoritate muniti erãt, ne qs gaudium ſuum tollere poſſet ab eis, & alioꝝ conſolatio eis fieret tribulatio, et eoꝝ inopia alioꝝ plenitudinem cumularet. His alijſqꝫ rõnibus ſerui dei expugnauerant petitores, & iam diuulgatũ erat utiqꝫ abbatẽ ſic ſtatutũ i eccleſia à deo, ſicut in Hebræoꝝ ppl'o Moyſes fuit, q cũ nõ eẽt põtifex, Aarõ tñ unxit & ſacrauit põtificẽ, & diſpoſitiõib. ei⁹ tota Leuitica oĩ tꝑe ſucceſſio paruit.

Capitulum V.

Iam alpes tranſcenderat, & deſcendebãt in occurſum eius de ſummis rupib. paſtores, & armentarij, & agreſte hoĩm genus, & cõclamabant à lõge bñdictionẽ petẽtes, & reptabant ꝑ fauces montium, regrediẽtes ad caulas ſuas, colloquẽtes adinuicẽ & gaudẽtes, ꝙ ſc̃m̃ dñi uidiſſent, & manu eius ſuꝑ ſe extẽſa optatæ bñdictionis gr̃am accepiſſent. Tandẽ Chryſopolim ueniẽs, uſqꝫ Lingonas ſolẽniter deducit, circa quos fines fr̃es eius Claræuallenſes occurrunt. Prouoluti genibus ſurgunt ad oſcula, & uiciſſim ei colloquẽtes, Claramuallẽ eum deducunt alacriter. Adſunt fr̃es cõgregati in unũ, & mira deuotione dilectum pr̃em ſuſcipiunt. Agit ſine tumultu cum oĩ grauitate lætitia. Facies qdẽ purior hilaritatẽ diſſimulare non poterat, ſed caſtigatus actionũ & locutionũ modus, metas ꝓprias non tranſgrediebat, & cohibebant ſe affectiones ipſæ, ne qd agerẽt in quo diſſolutionis nota, religionis maturitatẽ offenderet. In tãta abbatis mora nihil in Claraualle potuit diabolus texere, nihil interim rubiginis ſynceris affricuit mentib. nec in aliq̃ parte dom⁹ dei ſupra petram fundata, mota eſt. Ita opus ſuum ſeruus dei abñs corꝑe, pñs ſpũ, orõnum inſtantia munierat & ſolidarat, ut nec rima aliq̃ in tantis conſtructionib, dehiſcere uideret. Nullæ in aduentũ eius lites ſeruatæ ſunt, non odia enutrita in pñtia iudicis eruperũt. Nihil iuniores aduerſus priores de auſteritate uel duritia, nihil priores aduerſus iuniores de diſſolutione aliq̃ uel remiſſione cauſati. Integer uniuerſoꝝ ſtatus, concors ſocietas, mera unitas, oẽs uni⁹ moris in domo dei, i pace & ſc̃timonia inuenti ſunt, aſcendentes ſcalã Iacob, & feſtinantes ad intuitũ dei, c⁹ delectabilis aſpectus in ſuꝑiorib. eminebat. Abbas itaqꝫ non imemor eius q ait, Videbã ſatanã ſicut fulgur cadentẽ de cœlo: eo humilior erat, & ſubiectior deo, quo intelligebat deſiderijs ſuis deũ adeſſe ꝓp tiũ. Nec de hoc in ſe gl'iabat ꝙ ſubijciebant ei dæmonia, qn poti⁹ i dño gaudebat, ꝙ noĩa fr̃um ſuoꝝ ſcripta uidebat in cœlo, quoꝝ unanimitas imaculatã ſe ab hoc ſcl'o cuſtodiret. Aderant ei in cõſilijs uenerabiles fr̃es ſui, aderat Godefridus prior eiuſdẽ loci, ꝓpinqu⁹ eius i carne & ſpũ, uir ſapiẽs & cõſtãs, q ẽt religionis & prudẽtiæ merito poſtea i eccl'ia Lingonẽſi fact⁹ ep̃s, & ſc̃titatis formã retinẽs, & dignitatis i q̃ eſt honorem nõ minuẽs, uſqꝫ hodie ingrediẽs & egrediẽs laudabil'r ꝑſeuerat. Hic ergo atqꝫ alij plures uiri ꝓuidi, & de cõi uti-

ſitate ſoliciti, uiꝝ dei cuius conuerſatio in cœlis erat, aliqñ deſcendere cõpellebant, & indicabãt ei q̃ domus neceſſitas exigebat. Inſinuant itaqꝫ ei locũ anguſtũ & incõmodum, in quo conſederant, nec capacẽ tantæ multitudinis, & cum quotidie cateruatim aduentantiũ numerus augeret̃, non poſſe eos intra cõſtructas recipi officinas, & uix oratoriũ ſolis ſufficere monachis. Addunt ẽt ſe conſideraſſe inferius aptã planitiẽ, & opportunitatem fluminis, qđ infra illabit̃, ibiqꝫ locũ eẽ ſpacioſum ad oẽs monaſterij neceſſitates, ad prata, ad colonias, ad uirgulta, & uineas: & ſi ſyluę uideat̃ deeſſe clauſura, facile hoc parietib. lapideis, quoꝝ ingens ibi copia eſt, poſſe ſuppleri. In primis uir dei non acqeuit cõſilio. Videtis (inqt) qa multis expenſis & ſudoribꝰ iam domus lapideæ conſũmatæ ſunt, aquæductus cũ maximis ſumptib. ꝑ ſingulas officinas traducti. Si hæc oĩa confregerimus, poterunt hoĩes ſcl'i male de nobis ſentire, ꝙ aut leues ſumus & mutabiles, aut nimiæ (q̃s tñ non hẽmus) diuitiæ nos faciunt inſanire. Cumqꝫ certiſſimũ uobis ſit, penes nos nõ eſſe pecunias, uerbo euangelico uobis dico, qa ædificaturo turrim, futuri opis neceſſe eſt ſupputare expenſas. Alioqn cum cœperit & defecerit, dicet̃: Hic hõ fatuus cœpit ædificare, & non potuit conſũmare. Ad hæc fr̃es rñdẽt, Si conſũmatis ijs q̃ ad monaſteriũ ꝑtinẽt, habitatores ceſſaſſet mittere deus, ſtare poſſet ſnĩa, & ceſſandum ab opibus rõnabilis eſſet cenſura. Nunc uero cum quotidie gregẽ ſuum deus multiplicet, aut repellendi ſunt quos mittit, aut ꝓuidenda manſio in q̃ ſuſcipiant̃. Nec dubium eſt, q parat mãſores, qn ꝑ̃paret manſiones. Abſit aũt ut pro diffidẽtia ſumptuũ cõfuſionis hꝰ incurramus diſcrimina. Audiẽs hæc abbas fide & charitate eoꝝ delectatus eſt, & aliqñ tãdẽ conſilijs acqeuit, plurimis tñ prius ſuꝑ hoc ad deũ p̃cibꝰ fuſis, nõnullis quoqꝫ reuelatiõib. oſ̃tẽſis. Gauiſi ſunt fr̃es ubi effuſum eſt uerbũ in publicũ. Audiuit hoc ſanctæ memorię nobiliſſimus princeps Theobaldus, & multa in ſumptꝰ dedit, & ampliora ſpopondit ſubſidia. Audierunt ep̃i regionũ, & uiri inclyti, et negotiatores terrę, & hilari aĩo ſine exactore ultro ad opus dei copioſa contulere ſuffragia. Abundantibus ſumptib. conductis feſtinanter oꝑarijs, ipſi fr̃es ꝑ oĩa incumbebant opibus: alij cædebãt ligna, alij lapides conquadrabant, alij muros ſtruebant, alij diffuſis limitibus partiebant̃ fluuium, & extollebant ſaltus aquaꝝ ad molas: ſed & fullones & piſtores, & coriarij, & fabri, alijqꝫ artifices, congruas aptabant ſuis operib. machinas, ut ſcaturiret, & ꝓdiret, ubicũqꝫ opportunum eſſet in oĩ domo ſubterraneis canalib. deductus riuus ultro ebulliens, & demum congruis miniſterijs ꝑ oẽs officinas expletis, purgata domo ad cardinalẽ alueũ reuerterent̃ q̃ diffuſa fuerãt, & flumini ꝓpriã redderẽt quãtitatẽ. Inopinata celeritate cõſũmati ſũt muri, totũ monaſterij ambitũ ſpacioſiſſime cõplectẽtes. Surrexit domꝰ, & q̃ſi aĩam uiuẽtẽ atqꝫ motabilẽ hr̃et, nuꝑ nata eccleſia, in breui profecit & creuit.

Capitulum VI.

que diœceſi ꝓpè caſtrũ Frieborg cum
hoĩ cęco in uia manũ impoſuiſſet, remi-
ſit q uideret eũ, & inuẽtus eſt uidens.
Qđ de duobus alĳs cæcis in pago Co-
loniẽſi ꝓpè monaſteriũ qđ Brumuilla-
re dr̃, ſil̃r fecit, & cũ uidere nũciarẽtur,
cõfeſſus eſt ſe quoq; ſenſiſſe uirtutem.

In territorio ẽt Senonenſi in oppido
qđ ſancti Florẽtini noĩe uocãt, oblata ẽ
uiro dei mulier ſurda, cui manus impo-
nẽs ꝑ ſpm̃ ſenſit uirtutes effectũ, cũ illa
adhuc ſtupida & tumultuoſa (ut eſt ge
nus illđ) & ut ipſa añ ſolebat, nihil ſe au
dire clamaret. Mane aũt facto cũ nec il
la rediret, nec alter aliqd idicaret de ea,
ſciens ſc̃tũs diuinam illi miſericordiam
affuiſſe, accerſiri fœminã iubet. Inuenta
igitur auditum recepiſſe, uenit glorifi-
cans deum, & dei famulo gratias agẽs.
Egrediebatur idem pr̃ Merẽſium ciui-
tatem, & ex more deuotus eũ ppl̃s de
ducebat, cũ ep̃o eoꝝ Stephano, & fr̃e
eius Reinaldo Barrẽſi comite, alĳſq;

perſonis tam ex clericali, ꝗ̃ ex militari ordine multis. Interim cã extitit ut rogaret nobilẽ uirum Hẽricum de Salinis ſup uerbo quodam qđ ipſe ei eps̃ & alij qui cõuenerant ſuggerebãt: ut uidelicet Metẽſi ciuitati & pplo pacẽ daret, cui grauiter inimicabat̃. Ille uero renuere pen tus & abiurare, nec ullis precibus flecti. Inter hæc ſupueniẽtes alij offerebãt btõ uiro hominẽ ſurdum, obſecrantes ut ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo ſuccẽſus, ſicut interdũ ob cãs neceſſarias terror quidẽ & authoritas ſupra hominẽ in eius facie rutilabat, conuerſus ad militẽ: tu nos inqt, audire contẽnis, quos continuo coram te audiet ſurdus? & imponẽs manus homini, ſignauit eum, & in aures eius digitos miſit. Quo protinus audiẽte, pauẽs Hẽricus & tremẽs ruit ad pedes hominis dei, humil'r ſatisfaciẽs, & libere annuens quicquid fuerat poſtulatus.

Tranſiens aliqñ ſeruus Chriſti Brenãm oppidum, mẽdicantẽ in platea uidit fœminam cæcam. Quam aliquantiſper intuitus, cum ex more à tranſeuntibus eleemoſynam flagitaret: tu inqt, petis argentum, & deus tibi uiſum donabit. Accedẽs ergo tetigit eam, & oculos eius apuit. Quæ bñficium ſentiẽs inſperatum, nõ minus miſericordię magnitudinem, ꝗ̃ lucẽ inſolitam mirabatur. Inter primas ppagines quas hęc abundantiſſima uitis emiſit, in Remoꝝ parœcia monaſterium Igniacẽſe plantatum fœliciter radicauit. Quod aliqñ uiſitans idẽ ſanctus, uicum Maternę fluuio proximum quẽ Riuolium nominãt, pertranſibat. Vir quoq; magnificus & deuotiſſimus eius amator Sanſon Remoꝝ archieps̃ comitabatur illum, ſolita ueneratione deducẽs. Senex autem claudus ad mẽdicandum poſitus erat ĩ uia, cui unus è fratribus eleemoſynam dedit. Secutus abbas ſanctus, cum iam hominẽ ptranſiſſet, conuertit ſe: & paulliſper intẽdens in eum, quid patiatur interrogat circunſtantes, & ſibi illum p̃cipit exhiberi. Suſpicati homines ꝙ eẽt ei amplius aliquid ipſe daturus: Dñe, inquiunt, claudus eſt, nec moueri põt, nos ad eum ferimus quod uolueris dare. Quo rñdente uerbum & dicẽte, tollite eum & afferte ad me: primo quidẽ præ admiratione mutuo ſeſe intuebantur, ignorantes quid eſſet facturus. Demum agnoſcentes eum, clamabant adinuicem, abbas eſt Claræuallis, & protinus illum ſanabit. Nimirum ſolitus erat quoties poterat operam dare ne inuicis agnoſceretur, & interdicere ſocijs ne cui ex occurrẽtibus manifeſtarẽt eũ, aut de eo aliquid loquerẽtur, ſed quærẽtibus quis tranſiret dicerẽt monachos eſſe, aut aliquẽ de pſonis ſimul eũtibus nominarent. Igitur agnito dei famulo ruunt undiq;, & leuantes hominem ferunt & offerunt ei. Qui imponẽs utranque manum capiti eius, & in cœlum ſuſpiciẽs ac breuiter orans, deponi illum iubet, & ambulare. Excuſante eo & dicẽte, non poſſum: ego tibi, ait, in nomine dñi & eius uirtute præcipio uade, & ſanꝰ eſto iam ab hac hora. Quid plura? Statim depoſitus, ſtatim ſanatus eſt, ſtatim libere gradiebat̃ repletus ſtupore & extaſi in eo qđ cõtigerat ſibi. Sed & uicini eius & noti pariter congratulantes dñm collaudabant, qui miſerabilis hominis & meritum ſimul & uotum abundantia ſuæ pietatis exceſſit. Vnde ẽt uſq; hodie locus ab incolis demonſtratur ubi ſignũ tã euidẽs diuinæ uirtutis effulſit, ubi ſenex claudus ex multis annis tota inferiori corpis ſui parte pręmortuus, & à renib. deorſum oĩ prorſus mẽbroꝝ deſtitutus offõ, dũ ſtipẽ poſtulat, ſanitatẽ recepit. Hic fuit uiri ſcti nouiſſimus in Remoꝝ partes ingreſſus: ſiqdẽ fcm̃ eſt hoc añ ſacrã eius depoſitionẽ corpis anno uno. De q̃ fœlicium eius actuũ fœliciſſima conſummatione erit nobis iam, ſed alia narratione dicẽdũ. Nimis. n. fallit̃ ſiqs arbitratur huius ſanctiſſimi uiri facta mirifica poſſe cuncta narrari, & tam neceſſe eſt multa ſileri, ꝗ̃ impoſſibile omnia comprehendi.

Finit liber ſecundus, qui & quartus.

SEQVVNTVR CAPItula libri quinti.

Capitulum I.

QVod S. Bernardus tranſitũ ſuũ præſciuit: & de pace Metẽſium, & miraculis ibidem factis. Cap. II.

Promittit Claræuallenſibus nunquam ſe eis aliqñ defuturꝝ, & qũo & quo anno tranſierit, & quo regnante rege. Cap. III.

De reuelationib. & miraculis poſt eius tranſitum factis.

Finis capitulorum libri quinti.

LIBER TERTIVS qui & quintus.

Capitulum I.

CVm poſt multos iam labores dñs dilecto ſuo Bernardo Claræuallẽſi abbati diu deſideratum p̃tioſæ mortis ſomnũ dare diſponeret, & fidelẽ ſeruũ ĩ reqẽ introducere ſuã, cœpit magis ac magis propꝰ ĩ ipm pficere ſpũs, caro infirma deficere. Cognoſcẽs. n. uir ſctũs ppè eẽ iã brauiũ, ſolito currebat alacriꝰ, & terreſtris ſuæ habitationis diſſolutionẽ ſentiẽs ĩminere, uotis uberiorib. aſpirabat ad habitationẽ ex deo, domũ nõ manu factã æternã in cœlis. In cꝰ puriſſimo pectore ſeſe deſiderij flãma non capiẽs, crebris erũpebat indicijs, & ignitũ eloqũ uehemẽter feruoris interni uehemẽtiã declarabat: ſicut in ſctis aĩalib. p pphãm inter cætera deſcribunt̃ ſcintillæ q̃ſi aſpectus æris candẽtis. Corpus lectulo decubãs uarijs exercebat̃ icõmodis, aĩus tñ nihilóminus liber & potẽs, q̃ dei erãt exercebat inuictus, nõ ceſſans ĩ medijs quoq; dolorib. meditari ſacrũ aliqd aut dictare, orare affectuoſius, frẽs ſtudioſius exhortari. In oblatiõe hoſtię ſalutaris, quã uſq; ad defectũ ultimũ uix aliqñ intermiſit, artꝰ ſibi uix cohęrẽtes uigore ſpũs ſuſtẽtabat, ſemetipm pariter offerẽs acceptabilẽ hoſtiã deo ĩ odorẽ ſuauitatis. Quo tpe ad auũculũ ſuũ Andreã militẽ tẽpli, q & regionis Ieroſolymitanæ maxima colũna hẽbat̃, eplam ſcribẽs, inter cætera ait: Ego. n. delibor, nec puto me lõgũ facere ſup terrã. Cum adhuc pr̃ ſctũs ĩ ſuo Claręuallẽſi cœnobio licet lectulo decubãs curſũ uitę uiril'r cõſũmaret, grauis admodũ plaga Metẽſi pplo ſupuenit. Egreſſi. n. ĩ multitudine graui aduerſus uicinos prĩcipes, à qb. p̃ter morẽ laceſſitã ſe eẽ tãta ciuitas ĩdignabat̃, traditi ſũt mlti ĩ manꝰ pauciſſimoꝝ. Cõcluſi deniq; ĩter Frigidimõtis (ſic. n. eũ appellãt) & Moſellæ amnis anguſtias, ac mutuo ſeſe ĩpetu collidẽtes, una hora (ſicut dicebat̃) pluſq; duo milia corruerũt, qdã gladijs trucidati, plures amne ſubmerſi. Vehemẽti igr̃ ĩdignatiõe cõcepta, nobilis illa ciuitas totis ad ultionẽ uirib. pabat̃, cũ è regiõe aduerſarios quoq; & fortiores p̃da copioſa, & audaciores feciſſet euẽtꝰ. Imminebat totiꝰ puĩciæ certa uaſtatio: cũ uenerabilis eorũ metropolitanꝰ Illinꝰ archieps̃ Treuerẽſis, dolẽs anxiè de p̃teritis, ſed adhuc grauiora formidãs, unicũ ĩ tãta neceſſitate refugiũ petijt & expetijt uirꝝ dei. Veniẽs ergo Clarãuallẽ, ipſiꝰ atq; oĩm frm ueſtigijs tota hũilitate pſtratꝰ, rogabat & obſecrabat ut ſe tãtis dignaret̃ opponere malis, qbꝰ alter nemo poſſe modũ ponere uideret̃. Dñs aũt, ſicut ſp fidelis ſerui ſui dixerat uias, & ĩ p̃cipuis qbuſq; cauſis aptiſſimo uſus fuerat ĩſtro, ex paucis añ dieb. ægritudinẽ corpis eiꝰ aliq̃teñꝰ releuarat. Quib. dieb. cũ ad lr̃as uenerabilis Hugõis Oſtiẽſis epi reſcriberet, ait: Verꝝ ẽ qđ audiſtis. Infirmatꝰ ſũ uſq; ad mortẽ, ſed iteri ut ſentio reuocatꝰ ad mortẽ, atq; hoc ut me ſẽtio nõ diu. Vitã qppe mortalẽ, mortẽ magis, ꝗ̃ uitã reputãs, ñ à morte ſed ad mortẽ reuocatũ ſe ſẽtiebat, cũ ab exitu reuocaret̃, licet ſentiẽs haud diutiꝰ retinẽdũ. Qđ qdẽ ſæpiꝰ erga eũ puidẽtia diuĩa diſpoſuit, ĩ cꝰ manuerat ei placita aĩa illiꝰ, ut q̃ties eũ grãdis aliq̃ neceſſitas euocaret, uincẽte oĩa aĩo uires corpis ñ deeſſent, mirãtib. q uidebãt eũ & robuſtos hoĩes ĩ tolerãtia ſu

perare. Expletis nãq; negocijs uelût in ſe rediẽs, multiplicib. infirmitatib. laborabat, ut uix uiueret feriatus, q occupatus deficere neſciebat. Cui in opere nouiſſimo tã manifeſte tamq; magnifice diuina affuit uirtus, ut ex laborib. uires cape uidereť. Accidit aũt cum in p̃dicti Moſellæ fluuij littore reſidẽtib. hincide partib. mediator fidelis rogaret quę ad pacẽ erant, ut pars altera, ex tãta ſiqdẽ hoſtiũ ſtrage ferocior, qđ exigebať obſtinata aĩoſitate renueret. Subito denique tanq; agitati furijs diſceſſerunt, uiꝝ dei inſalutatũ, ſolã uero cæteris oĩbus relinquẽtes deſpationẽ pacis. Nec ſanè ex contẽptu aliquo, ſed ex metu reuerẽtiæ eius iniere fugã: ſiqdẽ uerebanť ne pñtium mẽtes (q̃libet improbas) facile flecteret, minus conſiderãtes qd ille per ſpm̃ nuſq; abñtẽ poſſet ẽt in abñtes.

Iam conuẽtus in magno turbine ſoluebať, ſola utrinq; meditabanť arma, ſola inibant conſilia malignandi, cum uir ſctũs eos q ſecum uenerãt conſolatus fr̃es: ne turbemini, inqt, licet. n. p multas difficultates, oĩo tñ pax deſiderata ꝓueniet. Quibus ẽt uñ id noſſet innotuit dicẽs. Videbar mihi p nocturnum ſoporẽ miſſam celebrare ſolẽnẽ. Cũq; expleta paulomin⁹ or̃one prima recordarer angelicũ ex more canticũ (.i. Gl̃ia in excelſis deo) p̃cedere debuiſſe, erubui, & ꝙ oblitus omiſerã canticum inchoans, uobiſcũ pariter ad finẽ uſq; cõpleui. Iam medium noctis tranſierat, cũ uir ſctũs de p̃dictoꝝ pœnitudine principũ legatione ſuſcepta, iucũdæ ſatis cõuerſus ad ſuos: agnoſcite, ait, ꝓmiſſæ nobis canẽdæ gl̃iæ & canticis pacis p̃parationẽ. Interim ergo partib. conuocatis, p dies aliquot de pace tractatũ eſt, & ob maximas difficultates occurrẽtes utrinq; ſæpius deſpatũ, niſi ꝙ oẽs iam conſolabať q̃ oĩbus innotuerat abbatis ſcti tam certa de reformãda pace ꝓmiſſio. Nec paꝝ ipſa dilatio ꝓfuit, his p̃ſertim q uarijs incõmodis laborantes remedia cõſeq̃banť in carne, ſeu ẽt q uidẽtes ædificabanť in fide. Tantus. n. concurſus erat, ut multitudine pariter atq; importunitate ſua ip̃m quoq; negotiũ cõponẽdæ pacis penè deſpabil̃r impedirẽt, donec q̃ſita tandem in medio flumine inſula, partis utriuſq; primarij in nauiculis acceſſerunt. Vbi cõpoſitis oĩb. ſcd̃m ꝙ fidelis arbiter diffiniuit, datis ſibi inuicẽ dextris recõciliati ſunt in oſculo pacis.

Inter oẽs ſanè q̃s p manum ſerui ſui ibidẽ p̃ſtitit dñs ſanitates, celeberrima fuit cuiuſdã curatio mulieris. Hęc ab annis octo peſſima ęgritudine laborabat, uehementi tremore & ualidis motibus uniuerſa pariter membra concutiens. Cum aũt uidereť grauiorib. ortis difficultatibus ꝓpemodũ excidiſſe ſpes pacis, dño diſponente uenit mulier ita tremẽs, nec min⁹ horribilis, q̃ miſerabilis, & oẽs pariter ad ſpectaculũ cõuenerũt. Orãte deniq; dei famulo, ſub ocl̃is oĩm paulatim cõcuſſione ſedata, pfectã adepta eſt ꝓtinus ſoſpitatẽ. Quæ res ĩ tãtã admirationem ẽt duriſſimos quoſq; pmouit, ut pcutiẽtes pectora ſua, p horã ferè dimidiã cũ lacrymis acclamarẽt. Tantus deniq; factus eſt impet⁹ & cõcurſus ꝓcidentiũ & deoſculãtium uiri dei ſacra ueſtigia, ut ꝓpemodũ comprimereť, donec tollẽtes eũ fr̃es, & imponẽtes in nauiculam à terra modice ſubduxerũt. Cumq; accedentes ad ſe principes (ut cœpat) ꝓ pace rogaret, ſuſpirantes dicebant: Oportet nos libenter audire eũ quẽ (ut ipſi cernimus) de⁹ diligit & exaudit, & audito eo multa facere, ꝓ quo tãta faciri oculis nr̃is. Quibus ille (ut ſp cautus erat competẽter hmõi gl̃iam declinare) nõ pp me, inqt, ſed pp uos facit. Sil̃i quoq; miraculo & in ſil̃i opportunitate, ipſa ẽt die Metẽſium aĩos dñs inclinauit ad pacẽ. Ingreſſus. n. ſctũs Metẽſium ciuitatẽ, ep̃m ſil' & ppl̃m ad ea q̃ pacis erant, uehemẽter urgebat. Grauiter aũt urebat illos uuln⁹ acceptũ. qb⁹. n. ualide ſatis reponere cogitauerãt, ſec⁹ q̃ uellẽt remittere cogebanť. In ipſa hora oblata eſt ei mulier palytica, đ ciuitate eadẽ. Cui man⁹ ĩponẽs, & orãs, dignat⁹ eſt palliolũ

quoq; ꝓpriũ quo utebať ipſe, ſupextẽdere ei, tenẽdũq; ep̃o tradere ꝓpe aſtãti, & ſub eodẽ uelamine debilia tãgere mẽbra. Expleta aũt or̃one, & bñdictione data erexit illã: oĩbuſq; mirantib. p mediũ illoꝝ incolumis ibat quã attulerãt in grabato. In flumine quoq; Moſella dum ob intolerabilẽ concurrẽtiũ multitudinẽ uir btũs nauicula ueheret, unus ex his q curari deſiderabant cæc⁹ clamabat in littore obſecrans ut duceret ad eum. Cumq; ille iam ptranſiret, audiẽs hõ nauigantẽ poſt eũ in nauicula altera piſcatorẽ, diffibulatam ꝓtinus chlamydẽ q̃ erat opt⁹, porrigẽs dabat illi, ut in nauicula recipeť. Fcm̃ eſt, & ut puenit ad ſctm̃, iuxta ſuæ fidei magnitudinẽ magna uelocitate ſub manu ei⁹ uiſu recepto miratus clamabat uidere ſe colles, uidere hoĩes, uidere arbores, & cætera uniuerſa. Paucis ab eodẽ loco miliarijs diſtat cœnobium qđ S. Bñdicti noĩe uocant. Vbi puer claudus, & à renib. infra oĩ ꝓrſus membroꝝ deſtitutus offõ, ſolis ad mouendũ manib. utebať & renib. pedes emortuos poſt ſe trahẽs. Quẽ ex Burgundiæ partib. pr̃ aduectum añ annos q̃tuor ibi reliq̃rat, & ex tunc fr̃um eleemoſynis alebať. Itaq; cum bti pr̃is aduẽtum, & uirtutes quas dñs opabať in ipſo, p oẽm circa ꝓuinciã celebris fama uulgaret: impoſitũ plauſtro eundem pueꝝ fr̃es p̃dicti cœnobij adduxerunt ad eũ, rogãtes ut ſolita pietate miſero ſubueniret. Acq̃euit, impoſuit manus, orauit, & eadẽ hora ſanum reddidit, firmiter ſtantẽ, firmiter ambulantẽ. Deniq; ſicut ab eiuſdẽ loci abbate nup accepimus, uſq; hodie fr̃m pecora idẽ puer incolumis ſeq̃ť & cuſtodit, & ſiq̃s deſiderat ſcire, Ioãnes eſt nomen eius. Alter ẽt claudus in eiuſdẽ monaſterij uicinia degens, eodẽ tpe ad p̃dicti pr̃is ſcti bñdictionẽ ſanatus eſt, & greſſum recepit. Sed & ꝓpè Leucoꝝ urbẽ, loco cui nomẽ eſt Gũderuilla, idẽ uir dei fœminã cęcã illuminauit ſub oculis pr̃imoꝝ q de tota cõfluxerãt regiõe.

Cæteꝝ nimis difficile, aut oĩmodis impoſ̃e foret itineris illi⁹ magnalia uniuerſa cõplecti. Sed neq; ꝓpoſiti nr̃i eſt eiuſmodi mõ ꝓſeq̃ ſigna, & narrandis uirtutũ opibus opam dare. Hic. n. uiaꝝ tuaꝝ pr̃ dulciſſime finis btũs, & hic labor ultimus fuit. In hoc ope non minus utili, q̃ difficili, nec minus deſperatæ, q̃ neceſſariæ pacis, labores tuos gl̃ioſe cõpleuit, q magnifice ſp honeſtauit te ĩ laborib. tuis, te ĩ ſuo noĩe, & nomẽ ſuũ ĩ te glorificans, rex gloriæ dñs deus tuus.

Capitulum II.

Ut expleta Metenſium reconciliatiõe, & ꝓuinciæ illi pace reddita, abbas ſctũs ad monaſterium redijt, graui admodum iamiamq; deficiẽtis incõmodo corporis occupatus, in tanta animi ſuauitate, & dulcedine ſpũs quotidie ꝓpinq̃bat ad exitum, ac ſi in portu nauigans paulatim uela deponeret. Euidẽter quoq; fr̃ibus aiebat: Hæc ſunt uerba q̃ loq̃bar ad uos cũ p̃terita hyeme ægrotarẽ, nõ uobis eſſe qđ adhuc timeretis, æſtate ꝓxima ĩminere me mihi credere h⁹ corporis diſſolutionẽ. At quã euidẽter ꝓprio didicimus expimẽto, qđ de ſctis apl̃is euãgelia ſacra teſtanť, ꝙ dum ſuam illis p̃diceret dñs paſſionẽ, erat uerbum ab ſcõditum ab eis, & cape nõ ualebant. Nimiꝝ qđ tam uehemẽter horrebat aĩus, minus facile pſuadebať ut crederet, p̃ſertim cum & ipſe compatiẽs filijs eiuſmodi uerba ſupprimeret. Cęteꝝ factis quodã mõ clamans, opa conſũmaui, q̃ dedit mihi pr̃ ut facerẽ, magis ac magis actus omittere, affectus retrahere, & ſacroꝝ funib. deſiderioꝝ ſedula ĩtẽtione p̃iactis, uicino iam littori hærere firmi⁹, & cõmodius applicare. Deniq; cũ uenerabilis antiſtes ſedis Lingonicæ Godefridus de qbuſdã eũ ſolicitaret agendis, & minus apponere aĩm miraret, ne mireris, ĩqt, ego. n. iã nõ ſum de hoc mũdo. Vidẽs aũt pr̃ ſctũs cõpaſſionis et miæ uiſceribus afflueẽs chariſſimos ſibi fr̃es, & filios miſerabil̃r admodũ tabeſcentes, & areſcẽtes p̃ timore & expectatiõe ſupuenictis deſolatiõis grauiſſi-

mæ, & lamẽtabilis orbitatis, dulciſſimis eos cõſolationib. refouebat. Et monẽs eos in tuto diuinæ clementiæ ſinu ſpei fideiꝗ́ ſuæ anchorã ꝑ incõuulſibilẽ charitatẽ firmius radicare, ſe quoqꝫ ꝓmittebat nec poſt mortẽ aliq̃n defuturum. Propẽſius aũt, q̃ꝫ nr̃ q̃at exprimere ſermo, rogans obſecranſꝗ́ ꝑ multas lacrymas, timorẽ dei & ſacræ puritatis ac totius ꝑfectionis amorẽ nr̃is imprimere aı̃s conabat̃. Sed & monebat & cum lacrymis obteſtabat̃, ut ſiq̃d forte uirtutis aut exẽplo nobis aliq̃n cõmendaſſet aut uerbo, id æmularemur, id firmiter teneremus, & ꝓficeremus in eo: alijs q̃dẽ uerbis, ſed eodẽ ſpũ illud apl̃icum loquẽs: Rogamus uos & obſecramus in dño Ieſu, ut quẽadmodum accepiſtis à nobis q̃uo uos oporteat ambulare, & placere deo ꝑ oĩa, ſic & ambuletis, ut abundetis magis. Atqꝫ utinã tam efficaciter ꝑſuaſerit, q̃ꝫ affectuoſe ſuaſit.

Modum aũt ægritudinis eius ſi quis noſſe deſiderat, extat epl̃a quã ad amicum quẽdam pauciſſimis diebꝰ ante ſacram à nobis ꝓfectionẽ ſuam ipſe dictauit. Quam nimiꝝ huic nr̃æ narrationi duximus inſerẽdam, ꝙ uidelicet etſi aliena quoqꝫ de ipſo, amplius tñ nos ipſius de ſe uerba delectent.

Epiſtola ad Arnaldum Bonæuallis abbatem: qui & quædam xenia mittens, de ualetudine eius fuerat ſciſcitatus.

VScepimus charitatem ur̃am in
s charitate, & non in uoluptate.
Quę. n. uoluptas, ubi ſibi totum uẽdicat amaritudo? Niſi q̃d ſolum nihil comedere, utcũqꝫ delectabile eſt. Sõnꝰ receſſit à me, ne uel bñficio ſopiti ſenſus dolor unq̃ꝫ recedat. Defectus ſtomachi, ferè totũ q̃d patior eſt. Frequenter in die & nocte exigit confortari modico admodũ q̃licũqꝫ liquore. Nam ad ſolidũ oẽ inexorabil̃r idignat̃. Hoc paꝝ q̃d dignat̃ admittere, nõ ſine graui moleſtia ſumit, ſed timet grauiorẽ ſi ſeſe uacuũ oĩo dimiſerit. Q̃d ſi pluſculũ q̃d interdum admittere acq̃eſcat, id grauiſſimum. Pedes & crura intumuerũt, quẽadmodum hydropicis cõtingere ſolet. Et in his oĩbus neq̃d lateat amicum de ſtatu amici ſolicitũ, ſcd̃m interiorẽ hominẽ (ut minus ſapiẽs dico) ſpũs promptus eſt in carne infirma. Orate ſaluatorẽ, q non uult mortẽ pc̃tõris, ut tẽpeſtiuum iam exitũ non differat, ſed cuſtodiat. Curate munire uotis calcaneũ nudũ meritis, ut is q̃ inſidiat̃, inuenire non poſſit ubi figat dẽtẽ, & uulnus infligat. Hæc ipſe dictaui, ſic me hñs, ut ꝑ notã uobis manũ agnoſcatis affectũ. Hoc exẽplar epl̃æ, quã, ut uos diximus, & ipſa quoqꝫ eiuſdem uerba declarant, pr̃ ſc̃tũs exitu iam iminente dictauit. Ex cꝰ tenore poſſit nimiꝝ diligẽs lector ſacrũ illius uel ex parte aliq̃ pectus agnoſcere, quanta illi in ipſa ſui ruina corporis, tranq̃llitas mẽtis, ſerenitas aĩ, ſuauitas ſpũs, quãta ſub fiduciæ culmine radix humilitatis. Sed & nr̃os ei iter hæc aĩos, aliq̃tenus æſtimare ac ſibimet exhibere licebit, uultꝰ exãgues, ſingultus graues, crebra ſuſpiria: anxias cogitationes. Nimiꝝ cũ theſaurus tãtus & tã amabilis adhuc nobis eſſet in manibus, & tñ nec ſpes eſſet diutiꝰ retinẽdi, nec facultas pariter cõmeãdi. Nec lugẽdũ nobis ullatenus ſuꝑ illum, qui in gaudium dñi dei ſui fœliciter inuitatus intrabat, ſed ſuꝑ nos utiqꝫ q̃bus erat iam uita tædio, & adhuc mors timori. Iam. n. tibi ſerue bone, bonũ illd̃ euge dicebat̃ à bono dño: ſed nr̃a grauis erat in hac ſeparatione cõdĩ̃o, poſt mirificã lucẽ horrere magis tenebras ſubintrantes, poſt aurea ſc̃l̃a grauius ferre ferreũ q̃d ſucceſſit. Igr̃ añ pr̃is hꝰ exceſſũ accedẽtes ad eũ filij, quos ꝑ euãgeliũ genuerat, pijſſimũ eius aĩm lacrymabili ſupplicatiõe pulſabãt, & hæc atqꝫ hmõi loq̃bant̃. Nunq̃d nõ mifereris huic monaſterio pr̃, nũq̃d nõ cõpateris nob̃, q̃s tanto pietatis affectu mr̃nis lactaſti uberib. pr̃na cõſolatione fouiſti? Q̃uo ſic exponis labores tuos, quos ĩ loco hoc laboraſti? q̃uo tã dilectꝰ hactenꝰ filios ſic relinq̃s? Tũc uero flẽs ipſe cũ flẽtib. & colũbinos oculos ĩ cœlũ porrigens, ac mente tota apl̃icum illum cõcipiẽs ſpm̃, teſtabat̃ coarctatũ

ſe è duob. & q̃d eligeret ignorantẽ, diuinæ totũ tribuere arbitrio pietatis. Nam & hinc pr̃na illum urgebat charitas filioꝝ uotis annuere ut maneret, & inde trahebat Xp̃i deſiderium ut migraret. Cui tñ ab olim iam atqꝫ altius radicata in pectore eius humilitas ꝑſuaſerat, ut ex intimo cordis affectu ſeruũ inutilem ſe eſſe diceret, & arborẽ ſterilẽ reputaret, ex cꝰ uita nullus ſibi fructus, nullus alteri cuiq̃ꝫ ꝓueniret. Nã & ſolitus erat in familiari collocutione fateri, uix credere ſe hoĩbus, ꝙ ſic eũ ſibi utilẽ crederent ut dicebant. Sed nec paruũ ſeſe in ſuis ſuꝑ hoc cogitationib. ꝓhibebat aliq̃n ſuſtinuiſſe conflictum, q̃d nec tã ueraces hoĩes fallere uelle, nec tã prudentes falli poſſe ueriſil̃e uideret̃, cũ alterutrũ excuſare non poſſet. Quẽ. n. totus mirabat̃ orbis, ſolus ipſe (q̃d erat mirabilius) non uidebat, ſuæ uidelicet oꝑationis opinionis ue ſplẽdorem, ſicut ille quondã uir ſimplex & rectus nec ſolem cũ fulgeret, nec lunã incedẽtẽ clare uidiſſe ſe memorabat. Nouiſſime cum exterioris habitaculi undiqꝫ iam ſoluta compago, deſiderãti aĩæ liberꝝ p̃ſtaret egreſſum, magnus ille dies illuxit quo ꝑpetuus illi ortus eſt dies. Ad cꝰ exitũ uicini ep̃i cum abbatũ & fr̃m copioſa multitudine fuerant congregati. Hora aũt diei penè tertia ſingularis lucerna, ſuæ gñationis ſc̃tũs ac uere btũs abbas Bernardus à corpore mortis in terrã uiuentiũ fœliciter Xp̃o duce migrauit ex filioꝝ circunſtantiã, & inter graues ſingultus ac lacrymas uberes utcũqꝫ pſallentiũ choro, ad multoꝝ, quos ipſe p̃miſerat, cœtus tranſiẽs lætabundos, ad ſc̃tõꝝ cuneos gratulantes, ad obuia agmina angeloꝝ. Fœlix aĩa, quã ſic leuabant excelſa ſuoꝝ priuilegia meritoꝝ, quã ſic pia filioꝝ ꝓſequebant̃ inferioꝝ uota, ſic quoqꝫ ſuꝑioꝝ deſideria ſacra trahebãt. Fœlix illi & uere ſerenus dies, quo plenꝰ ei meridies Xp̃s illuxit. Dies cunctis uitæ ſuæ dieb. tãtis ab eo expectatus deſiderijs, expetitus ſuſpirijs, freq̃ctatus meditationib. or̃onib. p̃muni tus. Fœlix tranſitus de labore ad refrigerium, de expectatione ad præmiũ, de agone ad brauiũ, de morte ad uitã, de fide ad notitiam, de ꝑegrinatione ad pr̃iam, de mũdo ad pr̃em. De quo trãſitu eius multa nouimus apparuiſſe q̃ꝫ multis, & q̃dem non indigna relatu, ſed difficile nimis ſingula ueſtigare, & ſcribere oĩa nimis longũ. Nam & uſqꝫ mõ multipharie multiſꝗ́ modis pr̃nus erga filios amor, uere ẽt nũc, imo nũc uerius uiuẽs & uigẽs crebris reuelatiõib. eoꝝ dignat̃ ſolari lacrymas, releuare mœſtitiã, ut quo dulcius ei gaudẽt, minus anxiè doleãt ſibi. Si q̃ tñ ex his minus ꝓlixam deſiderãtia narrationẽ, lector ſcire d̃ſiderat, ꝓprio magis & nouiſſimo credimus reſeruanda capl̃o. Interim cætera ꝓſequẽtes quãta poſſumus uiolentia aĩos auertamus ab illo tã graui gemitu & rugitu, quo nimiꝝ grex miſerabilis paſtore migrãte ꝑſonuit. Parcamus paginæ, & quantũ poſſumus ſtringamus oculos, palpebras cõplodamus aduerſus lacrymas, q̃bus in illo ſuæ claritatis abſceſſu uallis nr̃a fluebat, eccl̃iæ ꝓtinus uniuerſæ calicẽ ſui ꝓpinatura mœroris, cui hactenus conſueuerat ſtillare dulcedinẽ, gaudia fundere, fluere conſolationes. Cũ fidelis miniſter & ſacerdos altiſſimi fœliciter ingredit̃ ĩ locum tabernaculi admirabilis, ad altare dei, ſacrã ei & acceptabilẽ hoſtiam ſui ſpũs oblaturꝰ: corpꝰ ẽt rite ꝑatũ & ornatũ ſacerdotalib. ĩdumẽtis, oratorio btẽ dei genitricis ĩfert̃. Plurima quoqꝫ nobiliũ & ignobiliũ d̃ uicinis q̃buſqꝫ locis gemebũda ꝓtinꝰ turba cõuenit, & uallẽ totã ploratꝰ & ululatꝰ multꝰ ĩplebat. Amariꝰ tñ ꝓ forib. mõaſterij lamẽtabat̃ ſexꝰ miſerabilior mulieꝝ, q̃d accedẽtib. ad btã ueſtigia uiris, monaſtici ordinis diſciplina inexorabil̃r eis ẽt tũc negaret ĩgreſſũ. Biduo mãſit ĩ medio gregis paſtor extinctꝰ dũ priſtina illa dulciſſimi gr̃a uultus nil minoratã, ſed aucta magis, oĩm ĩ ſe figeret ocl̃os, aĩos traheret, ſepeliret affectꝰ. Creſcebat ãt ſupra modũ ruẽs undiqꝫ ppl̃i mł̃titudo, & ĩtolerabilis iã fiebat ĩpetꝰ cõcurrẽtiũ, ac deſiderabiles tenẽtiũ pedes, oſculãtiũ manꝰ,

applicãtiũ panes, baltheos, numos, &
alia q̃que ſeruãda ſibi pro bñdictione,
& uarijs neceſſitatib. profutura. Maxi-
me aũt parati in diẽ tertiũ ſolennẽ ꝑ lo-
ca ꝓxima præſtolabant̃ reponẽdi ſacri
corꝑis eius horã, copioſius undiq; con-
uẽturi. Nã & ſcd́a die tantus circa meri
diẽ ppl' s fuerat cõgregatus, & tãto pie-
tatis zelo ſtipati undiq; ſacrum corpus
obſederãt, ut nulla pene epis reuerẽtia,
nulla fratribus hr̃etur. Vñ ueriti nequid
ſil'e aut forte grauius accideret die ter-
tia, p̃occupantes horã, & mane diuina
ex more ſacrificia cõſummãtes, ſicut &
biduũ iã in celebratione miſſaꝝ & iugi
fecerãt pſalmodia, puriſſimũ illud bal-
ſamum ſuo uaſculo cõmiſere, in lapide
reponẽtes lapidẽ p̃tioſum, optimã mar
garitã. Conſummatis ergo fœliciter
uitæ ſuæ dieb. & annis circiter lxiij. ex-
pletis, dilectus dñi Bernard⁹ Claræual
lẽſis cœnobij prim⁹ abbas, alioꝝ quoq;
amplius, ꝙ cẽtum lx. monaſterioꝝ pr̃
xiij. Kalend. Septẽbris inter filioꝝ ma-
nus obdormiuit in Xp̃o. Sepultus eſt
aũt xj. Kalend. eiuſdẽ mẽſis añ ſctm̃ al-
tare beatę uirginis mr̃is, cuius fuerat de
uotiſſimus ipſe ſacerdos. Sed & pectori
eius ipſo in tumulo capſula ſuppoſita
eſt in q̃ B. Thaddæi apl'i reliq̃æ cõtinẽ-
tur. Quas eodẽ anno ab Ieroſolyma ſi-
bi miſſas, ſuo iuſſerat corꝑi ſuperponi,
eo utiq; fidei & deuotionis intuitu, ut ei-
dẽ apl'o in die cõis reſurrectionis adhę-
reat. Facta ſunt hæc eodem anno quo
btũs p̃p nr̃ Eugenius III. eiuſdẽ patris
ſcti in cõuerſatione ſctã filius, ab hac lu
ce uel ab hac magis caligine migrauit
ad lucẽ, c⁹ merita in ipſa cui inſigniter
p̃fuit urbe, miraculis pluribus illuſtrata
choruſcãt: ſucceſſore ei⁹ Anaſtaſio Ro-
manæ eccl'. p̃ſidẽte, regnãtib ãt i Roma-
noꝝ ĩꝑio Friderícho illuſtri: i Frãcoꝝ re
gno piiſſimo rege Ludouico filio Ludo
uici: prĩcipatũ eccleſię uniuerſæ ac toti⁹
creaturæ uiſibilis & inuiſibilis monar-
chiã tenẽte dei filio Ieſu Xp̃o. Anno ab
ĩcarnatiõe ſua 1153. Qui cũ p̃re & ſp̃ũ ſctõ
uiuit & regnat deus in ſcl'a ſcl'oꝝ, Amẽ.

Capitulum III.

i Am de ſupra memoratis reue-
lationib. pauca dicturi, ab eo ſu
mamus initiũ qđ prædictũ eſt
anno ſeptimo anteq; fieret. Erant duo
frẽs in monaſterio, de ſacra bti pr̃is uita
& fœlicib. eius actib. colloquẽtes. Quo
rũ alter ab ineũte adoleſcẽtia educatus
ibidẽ, ad alteꝝ ait: Noſti quot annos
ſit uicturus hic btiſſimus pr̃ nr̃? Cui ille,
Neſcio, inq̃t. Et alter: Ego ait noui eum
ſex aut ſeptẽ annos adhuc in carne ui-
ctuꝝ. Hoc aũt uñ ſciret, minime iã ſcire
poſſumus, q̃a nec tũc indicauit, & ante
patrẽ ſctm̃ ipſe deceſſit. Porro alterius
hodieq; ſuꝑſtitis relatione hoc uerbum
nobis innotuit, q tũc magis miratus eſt
ſe audiſſe, qñ ut ab olim audierat, ita ui
dit. Talis uero ille eſt de c⁹ teſtimonio
nec nos ambigimus, nec cuilibet alteri
q eũ nouerit credimus dubitãdũ, neq;
id ſolũ ſed qđ nõ minori dignũ admira
tione ur̃, nomẽ quoq; & ꝑſonã ſucceſſo
ris ipſius indicante ſibi eodẽ fr̃e ex tunc
innotuiſſe teſtat̃. Manifeſtè. n. eadẽ ho-
ra fr̃ ille p̃dixit q̃a dñs Robertus q ho-
die abbas eſt de Dunis, poſt hunc btm̃
p̃rem abbas futurus eſt Claræual. Nã
qđ diſiũctiue ſex uel ſeptẽ annos uictu-
rũ dicebat, ad hoc ꝑtinuiſſe ur̃ qđ inuen
tus ſit terminus idem ultra ſextum an-
num, *intra ſeptimum tamen*. Prope
erat iam tempus, & feſtinabat pr̃ ſan-
ctus ad metam. Infirmabatur enim,
ſicut in huius libelli principio memora
uimus, adeo ut illa iam infirmitate ip-
ſius perfici uirtus, iam imminere exitus
uideretur. Interea frẽs inſtare ſupplica-
tionibus & obſecrationibus, quibus po
terant apud deum. Vnde etiam ſanctus
ipſe cognoſcẽs eoꝝ precibus deſideriũ
ſuũ differri, cum aliquãto melius ſcd́m
corpus hr̃e cœpiſſet, congregatis fratri
bus hęc eadẽ uerba loquutus eſt. Quid
tenetis miſeꝝ hoĩem? Fortiores eſtis, et
inualuiſtis. Parcite q̃ſo parcite, ſinite me
abire. Prius tñ cum in ſummo periculo
& timore fratres omnes in orationibus
humiliarent animas ſuas, uni eoꝝ uiſio
talis

talis apparuit. Occurrebat cum multa
exultatione uiro dei extra monaſterij
clauſtra innumerabilis multitudo. In q̃
tñ ꝓceſſione, ſolos q̃tuor p̃euntes idẽ fr̃
q uidebat agnouit, magnũ illũ dilecto-
rẽ eius atq; dilectũ, c⁹ & ipſe in lib. 4.
De conſideratione cũ laude meminit,
Gaufridum ep̃m Carnotenſem, Hum-
bertum quoq; q Igniacẽſis cœnobij fue
rat primus abbas, & duos eius frẽs ger
manos, Guidonẽ. ſ. & Gerardum. Exce
ptus itaq; reuerenter, & poſt oſculũ pa
cis amica diu colloq̃a miſcens pr̃ ſctũs
ac btũs cum his q̃tuor ſtabat, expectã-
te ſeorſum multitudine cæteroꝝ. No-
uiſſime ſalutantes eũ p̃dicti uiri ex hoc
ſibi iam redeundũ eſſe dicebant. Tum
uero expalluit ille, & circũfuſa ſibi mœ-
ſtitia internum declarãs animi dolorẽ,
q̃d ergo, ait, ſine me uultis abire? Et illi:
Non põt adhuc tuo & nr̃o ſatisfieri de
ſiderio donec ueniat tp̃s nouoꝝ. Dice-
bant aũt tp̃s nouoꝝ quo fruges nouæ
colligerent̃, ſicut euidenter poſtmodũ
ꝓbauit euentus, dum in Auguſto mẽſe
deceſſit. Mane ergo fr̃ ille cui hoc oñſũ
fuerat, conſolatus eſt cęteros uelut iam
ĩminentẽ pr̃is obitũ formidãtes, & qđ
uiderat & audierat indicauit. Adhuc ãt
hyems erat. Eodẽ tp̃e altera quoq;
uiſio prioris confirmatio fuit: niſi ꝙ eui-
dẽtius iam utriuſq; completa ueritas ꝓ
bat quam euidẽter in utraq; qđ futuꝝ
erat dñs reuelauit. Videbat. n. fr̃ q̃dã, et
ecce parabat uir btiſſimus aſcẽdere Ie-
roſolymam, iamq; ipſo in ꝓcinctu itine
ris erat. Ad quẽ uenerabilis Odo, qui à
primis ferè annis ſtrenue ſatis & lauda-
bil'r conuerſatus in monaſterio abñtiũ
conſueuerat p̄poſitoꝝ ſupplere uices,
reuerẽter accedens, dicebat ſe p̃ceſſuꝝ.
Cui⁹ uiſionis ſic oñſa eſt ueritas, ut p̃di-
ctus uir deo dignus ad cœleſtem Ierl'm,
ubi uere uiſio pacis, parantẽ iam egredi,
& paulo poſt ſecutuꝝ p̃rem ſctm̃, fœli-
ci functus legatione p̃iret. Sed & ab-
bas q̃dam ſatis ei habitatione uicinus,
nec minus affectione deuotus, paucis
dieb. añ fœliciſſimum pr̃is h⁹ exceſſum,
uidebat eum p̃tioſiſſimis ornatũ ſacer-
dotalibus indumentis, & excellenti ꝑ-
fuſum gl'ia, cũ ingenti ſolẽnitate ad al-
tare deduci. Ad c⁹ introitum eccl'ia ma
gna magnis reſultans uocib. exclama-
bat, Puer nat⁹ eſt nobis. Vere etem̃ puer
ipſe erat, mitis & humilis corde, & ſic-
ut paruulus accipiens regnum dei: in c⁹
merito gratulabunda natali angelica
multitudo, & oĩs pariter ſctõꝝ eccleſia,
dũ nobis uideret̃ mori, ſibi illum naſci,
dum hic conſũmaret̃, ibi *incipe*, nõ tam
ſonoris uocib. q̃ uotis paribus cõcinẽs
exultabat. Si. n. ad unius pñiam pctõris
tota illa cœleſtis regio in lætitiã ſuſcita-
tur, quænam illi gaudia exhibuiſſe cre-
dendus eſt ꝑ quẽ gaudia tanta receꝑat
de tã multoꝝ cõuerſione & pñia pctõ-
rum? Quis. n. ualeat æſtimare quãtis in
ſcl'ari habitu & conuerſatione manẽtib.
quãtis ẽt ad al's uiroꝝ ſeu fœminaꝝ cõ
gregationes tranſeuntib. ꝑ h⁹ fidelis fa
muli miniſterium dedit dñs pñiam ad
ſalutẽ? Aut q̃s numeret eos q ſub ei⁹ cu
ra in cẽtum ſexaginta monaſterijs ꝑ dei
benignitatẽ ad pñiam ſunt adducti? Nã
ex his ſolis q ſp̃ãles eius filij uidebant̃ p̃-
ter eos q iam curſum uitæ fœliciter con
ſũmauerãt, p̃ter eos q ꝑ alia loca fuerãt
ꝓpagati, ea die q̃ fœliciſſim⁹ pr̃ ex Cla-
raualle mõtẽ aſcẽdere meruit clariorẽ,
reliq̃t habitãtes in ea ſeptingẽtas fermè
aĩas dño ſeruiẽtes. Quid igr̃ miꝝ ſi gra
tus curiæ, ſi accept⁹ regi, ſi exceptus cũ
lætitia & exultatione credat̃: in quo gr̃a
dei uſq; adeo uacua nõ fuit, q tã fœlici-
ter, tã efficaciter plus oĩb. ſui tp̃is & mul
taꝝ retro gñationũ laborauit, q talẽtũ
ſibi traditũ cã copioſe multiplicauit, tã
ta deniq; lucra retulit d̃ negotio? Sed d̃
his hacten⁹, ne q̃s nos arguat eius quã
polliciti ſum⁹ metas excedere breuita-
tis. Sanè in monaſterio p̃dicti illi⁹ ab-
batis q ſic ei⁹ natale p̃uiderat, ea nocte
quam nobiſcũ pr̃ ſctũs mane ꝓfectur⁹
ultimã fecit, uenerabili ei⁹ p̄poſito ap-
parẽs, ualefecit illi, & ait. Noueris q̃a iã
migro, nec ulteri⁹ hic morabor. Qđ ut
ille indicauit abbati, accelerans abbas

& Claramuallē ueniēs, ipſo die abbatē
ſctm̄, ſicut dixerat, repit iam migraſſe.
Fr̄ Gulielmus de mōte Peſſulano, c⁹ &
ſupra fecimus mētionē, uir magnificus
olim in ſcl'o fuit, ſed magnificentior in
ſcl'i fuga. Hic ī monaſterio Grādiſſiluæ
monachus factus, prēm ſctm̄ deuotiſſi-
me uiſitauit. Reditur⁹ aūt lacrymabil'r
q̄rebat̄ qd' non eſſet eum ultra uiſurus.
Cui uir dei, ne timeas ait, adhuc ſine du
bio me uidebis. Huius effectū ꝓmiſſio-
nis deuotiſſimns ille Gulielmus expe-
ctans; ipſa nocte cū btūs pr̄ ex hac ui-
ta deceſſit, in monaſterio Grandiſſiluæ
apparentē ſibi uidere meruit & dicētē,
Fr̄ Gulielme. Et ille: Ecce ego dn̄e. Veni
inqt, mecū. Ibant igr̄ pariter, & ad mō-
tē quendā altiſſimū ꝑuenerunt. Interro
gabat aūt ſctūs an ſciret quo ueniſſet.
Ille uero ſe neſcire ꝓfeſſus eſt. Cui ipſe:
Ad radices inqt mōtis Libani uenim⁹.
Et nunc manebis hic, ego aūt aſcendā ī
montē. Interrogatus q̄ de cā uellet aſcē
dere, diſcere uolo, inqt. Miratus ille, qd
inqt, uis diſcere pr̄, quē nulli hodie ī ſcia
credimus eſſe ſcdm? Ad quē ſctūs: Nul-
la ait, hic ſcia, nulla ueri cognitio, ſurſū
ſciæ plenitudo, ſurſum uera notitia ueri
tatis, & in hoc uerbo dimittēs eū, ī mō-
tem altiſſimū ſubijt corā illo. Cūq; ītue
ret̄ euntē illū, expgefactus eſt, & occur-
rit ꝓtinus ei uerbū illud qd' ad Ioānem
olim de cœlo ſonuit: Btī mortui q ī dn̄o
moriunt̄. Vt ergo mane locutus eſt ab-
bati ſuo & fr̄ib. prēm ſctm̄ ex hac uita
migraſſe dicebat. Et notātes diē ac dili
gentius ingrētes, ut audierāt inuenerūt.
Euge pr̄ ſctē q aſcēſiones ī corde diſpo-
ſuiſti ī ualle lacrymaꝝ, fœliciter iā aſcē-
diſti de Claraualle in mōtē Libani, mō
tem cādidationis, plenitudinē lucis, cel
ſitudinē claritatis. Innocēs manibus &
mūdo corde aſcēdiſti in montē dn̄i, ad
diuitias ſalutis, ad theſauros ſapiæ, &
ſciæ ꝑueniſti, ubi pure purā uideas ueri
tatē, ubi unus tibi cū oīb. ſctīs magr̄ eſt
Xp̄s, ubi oēs iam docibiles dei. Trahe
nos poſt te q̄ſumus, & de mōte excelſo
miſericorditer reſpice uallē tuā. Adeſto
laborantib. ſubueni ꝑiclitantib. aſcen-
dentib. manum porrige. Dat fiduciam
tua nobis ab olim expta nec exinanita
mō ſed amplius cumulata benignitas.
Quin ēt uiſio quā ſubnectimus ab eadē
nr̄a p̄ſumptione nō diſcrepat. Proxima
nocte poſtq; ſacrū corpus ſepulturę tra
ditū fuerat, quantā adhuc ꝓ filijs ſolici-
tudinem gereret pr̄ ſctūs, & qūo ſuos
quos in mūdo dilexerat, in finē quoq;
diligeret, euidēter oñdit. Apparēs .n. cui
dam fr̄i ī multa gl'ia & fulgore magno
ueſtis ac uultus, & deſiderantē tenere ci
to ꝑtranſiēs, aiebat, qa ꝓ quodam fr̄e
ſimplice ueni. Audierunt hoc fr̄es & mi
rabant̄: ſed circa horā diei tertiā ueritas
cōprobata eſt uiſionis. Defunctus eſt
.n. qdam fr̄ laudabilis admodū ſimpli-
citatis, & ſicut oīo credibile eſt, aīam
eius tanto duce fœlicē, q ꝓ eo ſe uenire
dixerat, ſecū tulit. Paucis quoq; exple
tis dieb. alteri cuidā fr̄i magnifice ſatis
apparēs, & arguēs de ſuo nos doluiſſe
diſceſſu, poſt uerba multę cōſolationis,
& ꝓmiſſionē fœlicitatis æternæ in ſua
ꝑſeuerātib. obediētia & doctrina, hoc
ēt ſcito ait, & dicito fr̄ib. cuiuſdam uere
ſctī corpus, c⁹ & ego hēo ueſtē, in orato
rio eſſe ſepultū. Dicebat aūt ep̄m Ma-
lachiam. Ipſis .n. tunicā in q̄ ſctūs ille fœ
liciter obdormierat, ad miſſaꝝ ſibi ſer-
uauerat celebrationē, & moriturus ī ea
ſeſe iuſſerat ſepeliri, ſicut & ſctm̄ illū in
ſua ſepelierat ueſte. Qd' tn̄ uerbum &
ipſi fr̄i, & q̄; pluribus alijs uſq; ad hanc
uiſionē ꝓrſus erat ignotū. Fœlix pō-
tifex, c⁹ merita pr̄ ſctūs & uiuēs p̄dica-
uerit & defunctus. Fœlix charitas q̄ in
morte nō excidit. Fœlix ſocietas quam
nec illud diuortiū tam crudele diremit.
Gl'ioſi ſiqdē p̄res quēadmodū ī uita ſua
dilexerūt ſe, ita & in morte nō ſunt ſe-
parati. Nā & poſt dies circiter xl. ab-
bas qdā ex maioris Britānię īſula, ſacrę
illius ſocietatis uirtutē fœliciter expiri
meruit ī ſeipſo. Qui eodē tpe cū cæteris
coabbatib. ſuis ex mor̄ Ciſtertiū petēs,
ī Claraualle remāſerat gemino quodā
deſꝑabil'r occupat⁹ icōmodo, pleuriti-
dis .ſ. & febris quotidianæ. Iāq; eatenus
lōga uexatiōe defecerat, ut ſolū aīæ ei⁹
exitū fr̄es q ei nunq; deerāt obſeruarēt.
Cūq; aīm eius angeret nō tā deſideriū
uitæ p̄ñtis, q̄; abſ̄ñtiū deſolatio filioꝝ, q̄
ꝑegre moreret̄, obnixe petijt ut ad tu-
mulū ſctī deportaret̄ abbatis. Vbi cum
oraſſet tota deuotiōe q̄ potuit, btī quo-
que ep̄i Malachiæ ī Aglonali ipſi⁹ ora
torij latere poſitū cogitauit uiſitare ſe-
pulcrū, auxiliū flagitare: ſed fatigatio-
nē ueritus, & q̄ſi iā ſecurus de īcolumi-
tate, qd' cogitauerat nō īpleuit. Die al-
tera iteꝝ fr̄es aduocās, ut ad oratoriū
ueniat, opē ſibi poſtulat exhiberi. Cau-
ſantib. illis (ꝑiculū ſiqdē uerebant̄) oīmo
dis, iqt, oportet ut S. Malachiæ tumulū
petam. Cū .n. nocte p̄terita uix tenuiter
obdormiſſē, expgefactus ſubito audie-
bam uocē dicētē mihi: Sanatus iam ab
ægritudine tua, ſi ab altera uis ſanari,
ep̄m pete. Fecerunt illi ut ille uoluit, &
cōtinuo fcm̄ eſt ſicut dcm̄ erat ad illū.
Eadē die ſanus fact⁹, poſt pauciſſimos
dies iter arripuit, & īcolumis reuerſus ē
ad ſuos. Tuū in hoc ope ſp̄m, tuū agno-
ſcimus pr̄ dulciſſime zelū, tuā cōſidera
tionē. Tuū hoc op⁹ ſic deferre collegæ
tuo, ut hūc quoq; ei cōicares honorē et
amorē, cū quo uerius & fęlicius honori
ficaris in cœlis. Immo uero tui ſunt hæc
oīa opis, tui muneris deus nr̄. Tu .n. oēm
repleſti ab initio tp̄is terrā p̄ñtia diuini
tatis, oēm aliqñ repleturos gloria maie
ſtatis, c⁹ tn̄ partes iterim q̄ſdā & æter-
no p̄electa loca cōſilio excellētius uiſi-
tās reples ſp̄āli gr̄a ſanctitatis. Fac dn̄e
ſp̄ūali ſꝑ abūdare frumēto uallē, quā ut
faceres re, q̄; noīe clariorē, dignatus es
tam eximiæ claritatis ſiderib. illuſtrare
duob. Cuſtodi domū in q̄ tibi geminū
hoc tā p̄tioſum depoſitū cuſtodit̄. Fiat
nobis deniq; iuxta uerbū tuū, ut ubi eſt
theſaurus tuus, ibi ſit & cor tuū, ibi gr̄a
& mīa, & reſpectus aſſiduę pietatis oī-
bus adſit in tuo ibidem noīe congrega
tis, quod eſt ſuper omne nomen, ſicut
& tu ſuper omnia deus benedictus in
ſecula. Amen.

CANONIZATIO SANCTI BERNARDI ABBATIS PER ALE*xandrum papam tertium, anno Chriſti milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto.*

Literæ apoſtolicę de uita & commendatione ſancti Bernardi, quāto præconio excipiendus ſit. Et primo ad prelatos eccleſiæ Gallicanæ.

ALEXANDER *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, uenerabilibus fratribus uniuerſis archiepiſcopis, ep̄is, & dilectis filijs abbatibus, alijſq; eccleſiarū prælatis in regno Franciæ conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Contigit olim dum eſſemus Pariſius conſtituti, ut magni quidā ac uenerabiles uiri de canonizando ſanctæ recordationis Bernardo quondam Claræuallenſi abbate facerent mentionem, optantes utiq; & pijs nobis precibus ſuggerentes, ut in concilio quod de ꝓximo erat Turonis celebrandum, digno huic & laudabili uoto celebrem daremus effectū. Cunq; nos eidem negocio fauorabili ſatis intenderemus affectu, ſuperuenit multitudo & frequentia petitorū, qui in diuerſis prouincijs rem ſimilē poſtulabāt. Vnde cum uideremus non poſſe congruenter oībus ſatisfieri, ſtatutum fuit pro ſcādalo deuitando etiam in hoc differri quod oportebat pro tp̄e cæteris denegari. Nuper aūt ex inſtantia et deuotione Claræuallen. fratrum, & aliarum ſublimium ꝑſonarum eiſdem apud nos precibus inuouatis reduximus ad memoriam noſtram eiuſdem beati uiri ſanctā ac uenerabilem uitā: qualiter ipſe ſingularis gratiæ prærogatiua ſuffultus, nō ſolum in ſeipſo ſanctitate ac religione præfulſerit, ſed etiā in uniuerſa eccleſia Dei fidei et doctrinæ lumine radiarit. Fructū uero quē in domo domini et uerbo opatus eſt et exemplo, nullus ferè terminus ſanctæ chriſtianitatis ignorat, cū uſq; ad exteras quoq; barbaras nationes ſanctæ religionis inſtituta tranſmiſerit, atq; monaſteriorū fundationē extenderit, & infinitā multitudinem peccatorū per uiæ ſecularis latitudinē incedētem, ad ſpiritualis uitæ rectitudinē reuocarit. Specialiter aūt ſacroſanctam Romanā eccleſiam, cui authore Deo præſidemus, ita quōdam ſub grauis perſecutionis turbine laborātem, tam uitæ, quàm datæ ſibi cœlitus ſapiētiæ ſtudio ſuſtētauit, ut digne quidem & nobis & oībus eiuſdem eccleſiæ filijs in memoria habendus ſit, et deuotione perpetua uenerandus. In afflictione uero corporis ſui uſqueadeo ſibi*

mūndum ſeq́; mundo reddidit crucifixum, ut cōfidamus martyrum quoq́; cum merita obtinere ſanctorū, quem confeſsionis ordine, & parſimonia uitæ, tam longū conſtat duxiſſe martyrium. Quibus oībus pia conſideratione penſatis, et in concilio fratrum noſtrorū expoſitis, cōfiſi de miſericordia Dei, cui perſeueranter & fideliter militauit, nec nō & de beatorꝶ Petri et Pauli apoſtolorꝶ, et eiuſdem beatiſsimi confeſſoris meritis præſumentes, eum apoſtolicæ ſedis authoritate catalogo ſanctorꝶ aſcribi mādamus, & cōmemorationis ſuæ feſtum decreuimus amodo publice celebrandum. Vos ergo qui & eiuſdem ſedis apoſtolicæ inſtituta ſuſcipere, & Deum in ſanctis ſuis conſueuiſtis glorioſius honorare, ſic memoriam ſancti huius celebretis in terris, ut precibus eius et meritis digna præmia recipiatis in cælis. Datum Anagniæ. 15. Kalendas Februarij.

Item apoſtolicæ literæ ad Regem Franciæ, unde ſupra.

A *Lexander epiſcopus ſeruus ſeruorꝶ Dei illuſtri Francorum regi Ludouico ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Nouit (ut credimus) regalis tuæ magnificētiæ celſitudo, quòd ea quæ cum honore Dei grata tibi acceptaq́; cognouimus, ad utilem ſemp effectum magno et uolenti animo promouemus. Maxime aūt hoc in illis operibus obſeruamus, in quibus ſpecialiter et honor dei, & ſeruorum gloria ſanctorum declaratur: ſcientes quoq́; tibi fore gratiſsimum quicquid ad decorem eccleſiæ, & superni regis honorem authoritate fuerit apoſtolica cōſtitutū. Vnde quoniā ſanctæ recordationis Bernardus quondā abbas Claræuallis & Deo ſemp charus, et tam tibi, quàm uniuerſo regno tuo gratus extitit & acceptus, eū ad gloriā dei & exaltationem eccleſiæ ac totius regni tui canonizādum decreuimus, et inter beatiſsimos cōfeſſores feſtiua celebritate colendū, tam de miſericordia dei, & beatorū Petri et Pauli apoſtolorꝶ eius confiſi meritis, quàm ſuæ cōuerſationis & ſanctimoniæ non ignari. Monemus igitur chriſtianiſsimæ ſerenitatis tuæ regiā pietatem, ut hoc cæleſtis gratiæ donum regno tuo te regnante collatū, lætæ deuotionis brachijs amplectaris, eiq́; iam cæleſti beatitudine perfruēti ſolita pietate deuotus exiſtas, quem pro ſua uenerabili ſanctitate adhuc in terris poſitum diligebas: Claræuallenſe uero monaſterium quod fundauit, in quo etiam corpus eius uenerabile requieſcit, ita te ob reuerentiam eius habere uolumus cōmendatum, ut eum ſemper merearis habere patronum.* Datum Anagniæ, 15. kalendas Februarij.

Item eiuſdem ad omnes abbates Ciſtercienſis ordinis.

A *Lexander epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filijs Ciſtercij, de Firmitate, & Pontigniaci, & Claræuallis, & Morimūdi, atq́; uniuerſis abbatibus Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & apoſtolicā benedictionem. Quoties honeſta nobis opportunitas exhibetur, ut fidei et deuotioni quā circa eccleſiā Dei noſtris tpibus habuiſtis, poſsimus in aliquo pro meritis reſpōdere, opportunitatem ipſam libenter amplectimur: & in his maxime quæ ſpecialem noſcūtur redolere uirtutē, ueſtris occurrere profectibus nō moramur. Cōtigit aūt hoc tpe ut uerbum quod ab olim fuerat de beati Bernardi quondā Claræuallis abbatis canonizatione propoſitum, & pro quorundā ſimilia poſtulantium ſcandalo a Turonenſis cōcilij celebratione dilatum, ad noſtrā reduceretur Deo uolente memoriam, & faciēte nobiſcum ſignum in bonū, qui hoc pietatis opus noſtris ſeruauit manibus cōſumandū. Nos.n. uitam et ſanctitatem eiuſdem beatiſsimi cōfeſſoris recordatione ſolicita memorantes, qūo.ſ. et in ſeipſo religionis et ſanctimoniæ prærogatiua magnificus, et uniuerſæ eccleſiæ Dei, ſpecialiter aūt ordini ueſtro fide & doctrina utilis extiterit, & copioſiſsime fructuoſus: cōfiſi de miſericordia Dei, et beatorꝶ apoſtolorꝶ Petri & Pauli, necnon de eiuſdē ſancti cōfeſſoris meritis præſumentes, eum (fratrū noſtrorum cōmunicato cōſilio) authoritate apoſtolicæ fidei ſedis ſanctorꝶ catalogo duximus aſcribendum, & diem depoſitionis ipſius in eccleſia publice celebrandū. Vnde quoniā hoc ita in gloriam & honorem ſummi conditoris exuberat, ut in ueſtram quoq́; ædificationem cōſolationemq́; redundet, ueſtra potiſsimum intereſt omnipotenti Deo gratias agere, qui modernis tpibus uirum perfectæ & prædicabilis ſanctitatis in ueſtro ordine uoluit ſuſcitare. Vos igitur munificentiæ donū, ſpeciali deuotione ſuſcipite, & Deum & ſanctorꝶ ſuorū glorificatione mirabilē, in huius celebratione ſpecialiter honorate.* Datum Anagniæ. 15. Kalen. Februarij.

Item eiuſdem Clareuallenſis.

A *Lexander eṗs ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Gerardo abbati, et uniuerſo conuentui Claræuallis ſalutem & apoſtolicā benedictionem. Sicut de religione et pietate quam circa Deum geritis, nihil reſtat ambiguū: ſic exhibitæ circa nos robur deuotionis & fidei clara ſemp eſt certitudine manifeſtum. Non.n. poteratis, ſed nec deinceps Deo authore poteritis a gratia ſanctitatis apparere degeneres, quos ſancti patris cōſtat eſſe hæredes: cui & gratia ſpiritualis abūdauit ad meritum, & operum efficacia nō defuit ad exemplum. Scitis nāq́; et pia ueneratione recolitis qualiter beatæ memoriæ Bernardus cœnobij ueſtris primus abbas præcipuusq́; fundator, Deo quidem pro uirtute religionis acceptus, & eccleſiæ Dei pro plenitudine deuotionis et fidei extiterit gratioſus, ita ut merito deberetis haberi culpabiles, ſi imitatiōis et uenerationis ipſius eſſetis in aliquo negligentes.*

Placuit

Placuit ergo nobis quòd pro eo tanquam pro pio patre ſolicitudinem habuiſtis, & canonizationem ipſius uoto laudabili poſtulaſtis. Nos quibus cordi ſemper eſt pro multis (fili abba) tuæ deuotionis obſequijs, & totius domus ueſtræ ſtudijs religioſis & pijs, ueſtris iugiter obtemperare precibus, & profectibus aſpirare: uoto huic clementer annuimus, ut noſtram circa uos gratiam & beneuolentiam comprobemus. Vita igitur eiuſdem beatiſsimi confeſſoris ad memoriam reuocata, quomodo ſcilicet fide & religione atq́; doctrina præfulſerit, quantoq́; in eccleſia Dei perſpicuæ claritatis lumine radiarit: eum (fratrum noſtrorum cōſilio habito) confiſi de miſericordia Dei & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, atq; de eiuſdem ſancti meritis præſumentes, catalogo ſanctorum duximus adſcribēdum, diemq́; depoſitionis eius feſtiuum decætero & celebrem obſeruandum. Vnde quia ueſtra potiſsimum intereſt eius & imitari uitam, & gloriam uenerari, ſatagite in omnibus, & ſtudete ipſius ſancti patris & inhærere ueſtigijs, & feſtum excolere ſanctitatis, ut cuius conuerſationis meruiſtis eſſe participes, digni habeamini eiuſdem beatitudinis fore conſortes. Datum Anagniæ. 15. Kalendas Februarij.

Explicit canonizatio ſancti Bernardi primi Clareuallis abbatis.

EPIGRAMMA SEV EPITAphium *beati Bernardi abbatis Claræuallis per modum dialogi.*

MIra loquar: ſed digna fide Bernarde quid hoc eſt?
Viuis adhuc? ⌊uiuo.⌋ Non ergo es mortuus? ⌊Immo⌋
Et quid agis? ⌊requieſco⌋ taces, an faris? ⌊utrunque⌋
Cur reticeſ? ⌊quia dormio.⌋ cur loqueris? ⌊quia uiuo:⌋
Quid loq̄ris? ⌊ſacra myſtica.⌋ cui? ⌊mea ſcripta legēti.⌋
Nūc cunctis? ⌊nō.⌋ ergo quibus? ⌊loq dulcia q̄rūt.⌋
Nomen habes? ⌊ita.⌋ Qd̄? ⌊Bernardus.⌋ Nū ſine cauſa?
⌊Nō.⌋ Dic ergo qd hoc ē? ⌊Bernardus, bōa nardus.⌋
Cui nardus? ⌊quia fragro.⌋ quo fragramine? ⌊dulci⌋
Cui fragras, & ubi? Lectori codice ſacro.⌋
Qd̄ cognomen habes? ⌊de Claraualle.⌋ manes hic?
⌊Manſi, ſed modo nō.⌋ ubi nūc? ⌊in uertice mōtis,⌋
Qualis eras in ualle manens? ⌊humilis.⌋ mō quātus?
⌊Maior nūc ſurſum, quāto minor ante deorſum.⌋
Nonne tui quicquam uallis tenet? ⌊oſſa.⌋ quouſque?
⌊Donec cœleſte fiat terreſtre cadauer.⌋
Hoc quando fiet? ⌊omnis caro quando reſurget.⌋

Aliud epitaphium editum à domino Adam de ſancto Victore.

CLaræ ſunt ualles, ſed claris uallibus abbas:
Clarior, his clarum nomen in orbe dedit.
Clarus auis, clarus meritis, & clarus honore.
Claruit eloquio, religione magis:
Mors eſt clara, cinis clarus, clarumq́; ſepulcrum:
Clarior exultat ſpiritus ante deum.

Aliud epitaphium.

ECce latet Clareuallis clariſsimus abbas:
Qui ſummis ſummus, qui ſibi paruus erat.
Religionis apex, lux mūdi, laus monachorū.
Vox uerbi, pacis ſanctio, iuris amor.
Inſtructus, uelox, ſublimis, pauper abundans.
Artibus, ingenio, ſanguine, ueſte, bonis.
Laudis eget titulo, cuius laus non ſit ad omnes
Cuius honor, cuius creſcere fama fuit.
Nunc uero quē plangit adhuc, quē prædicat orbis.
Si laudare uelim, laus mea laude caret.
Dura, malum, cunctos, tulit, horruit, ædificauit:
Vana, deum, requiem, ſpreuit, amauit, habet.

Aliud epitaphium.

ARdēs Bernardus, aut arduꝰ, aut bona nardꝰ,
Iure uocatur, ꝓpter quod nunc celebratꝰ.
Ardens feruore, uita ſublimis, odore.
Nardus, quæ ueræ uirtutis ſigna fuere.
Iſte fuit per quem patuit doctrina ſophiæ.
Præco dei, doctor fidei, citharista Mariæ.

Aliud epitaphium.

CVltor iuſtitiæ Bernardus, & arca ſophiæ.
Incolit hunc tumulū, regnat & ante deū.
Sacrum nāque loco corpus requieſcit in iſto,
Obtinet excelſum ſpiritus atque polum.
Chriſtiferam matrem, cui uiuens purus adhæſit,
Conſequitur moriens aſſociandus ei.
Ipſo nam menſe quo ſcandit uirgula Ieſſe,
Conſcendit pariter hic ſuper aſtra pater.

Aliud epitaphium.

MEllifluus doctor Bernardus pacis amator
Hoc iacet ī tumulo, magnificādꝰ homo.
Ipſe iacet, ſed fama ſuæ probitatis in æuo
Virtutis merito non ruitura manet.
Vexillum fidei, populi candela, ſophiæ
Puluinar, laudis ſumma uir iſte fuit.
Cui tria poſt obitum uitam conferre laborant
Mens humilis, blandus ſermo, pudica caro.
Mens bona diſpoſuit, ſermo docuit, manus egit:
Hinc bonus, hinc melior, optimus inde fuit.
In ſignis, pollens, largus, deuotus, abundans
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.
Præbuit, inſtruxit, diſperſit, reſpuit, emit
Exemplum, fratres, danda, cauenda, polum.

Aliud epitaphium

HOc in ſarcophago pauſat uirtutis imago,
Cui de Fontanis carnis origo fuit.
Sic quadrauit eum uirtutis regula, nullam
Compulit in partem quælibet aura uirum.
Fratribus ipſe ſuis uita præluxit, honore
Præfuit, exemplo profuit, ordo fuit.
Hinc ſurſum tendens Bernardus, & infima linquens,
Vallibus ex claris fulgida regna ſubit.

Aliud epitaphium

SErmonum pictor, morum decus, iſtar honeſti
Fulſit Bernardus, quem tegit hic tumulus.
Pieridum lyrifer, uirtutum ſignifer, artis
Clauifer, eccleſiæ lucifer ipſe fuit.
Eloquij ſplendor, manus obuia, frons ſine nube:
Alloquio mitis, conſilioq; bonus.
Libri uerborum ſtellati floribus, ore
Percelebri, titulos eius ubique canunt.
Illic miſterij pretioſa monilia fulgent
Illic eloquij balſama uera fluunt.
Peruius & liber ſtylus eius ad omnia ſculpſit,
Pinxit, inaurauit, omne quod egit opus.
Præter tot titulos quibus ille refulſit, in eius
Floruit illæſa carne pudoris ebur.
Et ſic pro meritis, laudis uexilla reportans,
Cœlica quæ meruit præmia uictor habet.

Nicolaus Haqueuille, ſacri ſenatus Pariſien præſes æquiſſimus, de laudibus Bernardi & ſituatione Claræuallis.

ABdita uallis erat, medijs in montibus, alto
Et nemore & uiridi tunc adoperta rubo.
Hanc claram uallem merito dixere priores;
Mutarunt nomen uallis amara tuum.
Quam licet umbroſi circundent undique montes,
Nulla tamen toto clarior orbe fuit.
Hanc Alba irriguus mediam perlabitur amnis,
Fons ibi perpetuo munere donat aquam.
Ad quam diue pater primum Bernarde colendam
Mitteris, illo iam tempore tantus eras.
Nondum difficilis iuueniles liquerat annos,
Mens tamen in tenera carne ſenilis erat.
Tunc fuit incultis hæc uallis conſita dumis,
Tunc ibi non domitę delituere ferę.
Illo ſilueſtres produxit tempore fructus,
Viticolę nulli, nullus arator erat.
Nullę hominum ſedes, uetus hęc ſpelunca latronũ.
Nullus in hac poterat carpere tutus iter.
At poſtquã Claram ualem Bernarde petiſti,
Et ſtatuis ſedes fratribus ipſe tuis:
Tunc ſubito antiquam mutarunt omnia formam:
Aſpera quæ fuerant, fertiliora facis.
Vallis & in medio cellas, Chriſtiq; dicatam
Eccleſiam, adductis fratribus ædificas.
Inſtruis angelicam hos in terris ducere uitam,
Pſallere diuinas nocte dieq; preces.
Protinus immenſum diſcurrit fama per orbem
Bernardusq; pater cuncta per ora uolat.
Vndique concurrunt pueri iuuenesq; ſenesq;
Flectere ad imperium colla ſuperbe tuum.
Non illos retinent matres, non mollior ætas,
Non timet auſteras alba ſenecta uias.
Non illos remorantur opes, non denique uana
Quæ uenit à claro ſanguine nobilitas.
Ipſeq; mundanos ſpernens Henricus honores,
Cuius erat frater Gallica ſceptra tenens.
Qui licet ipſe foret regali ſanguine cretus,
Se tamen imperio ſubdidit ille tuo.
Omnia regna tuo nutu Bernarde regebas:
Tantum uirtutis tunc adhibetur honos.
Siqua inter magnos fuerat diſcordia reges,
Omnia ſunt uoto conciliata tuo.
Tunc etiam inſani rabies uęſana Leonis
Vexabat rapidis dentibus eccleſiam.
Sed tua peſtiferas fregit prudentia uires,
Et finem tantis cladibus impoſuit.
Teſtis Aquitanas regnans Gulielmus in urbes
Dum bernarde tuos concidit ante pedes.
Tu quoque fraternas acies diſpergis in orbem,
Nullaq; terra tuis fratribus abſque pater.
Siue ea purpureos tellus quæ tendit ad ortus.
Quæq; ſub occiduo ſole relicta iacet,
Quæcunq; aut gelidas terræ flectuntur ad Arctos,
Quæue ſub auſtrali noſcitur eſſe polo.
Aut ea quæ extremos nutrit populoſa Britannos
Inſula, quæ Oceano cingitur ampla mari:
Quam longe Europæ tenduntur denique fines,
Exquirunt fratres omnia regna tuos.
Omnia non poſſunt nunc carmina noſtra notare.
Hæc pauca ex multis differuiſſe ſat eſt.
Nam grauis hæc noſtras ſuperat prouincia uires,
Vena cui fluitat ſuauior, ille canat.
Hæc mihi ſufficiat raptim tetigiſſe canendo,
Non facit ad tantum noſtra camœna uirum.

Ad Claræuallenſes.

Poſt præcepta patris præſens dum uita ſuperſtes
Pergite, cum tacito nam fugit illa pede.
Nec uos pœniteat mundi ſpreuiſſe ruentis
Tractandas paruo tempore delicias.
Triſtia quę modo ſunt quæcunq;, & amara uidetur,
Gaudia poſt mortem non peritura parant.
Poſt lachrymas, gemitus, longa & ſuſpiria uallis.
In montem excelſum uos trahet ipſe deus.

Philothei monachi de uita & moribus diui Bernardi abbatis Claræuallis congregationis Ciſtercienſis: ex ordine beatiſſimi patris Benedicti carmen encomiaſticon.

INclyta dum tenui molimur geſta ſuſurro
Dicere, Mæonijs emodulanda ſonis.

Quid niſi Trinacrios reuocare ad littora fluctus
Nitimur, & modicis impoſuiſſe cadis?
Scilicet ipſe rudes necdum formare loquelas
Doctus, & agreſti concrepuiſſe lyra,
Principis æetherei titulos, qui laudibus omnem
Excellere modum, ſacraq; geſta canam?
Quis ferat exili Codrum temeraſſe camœna
Acta ſophoclæo condecoranda ſono?
Non ſecus ac Phœbo ſi perſequar addere lumen,
Hinc atque hinc ſannæ rhinocerotis erunt.
Non igitur Bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit, & tremula concinuiſſe cheli.
Candida laurigeri referant tibi carmina uates,
Nos inopes animum corda precesq; damus.
Talia iam poſitis agitaram mente tabellis,
Arguerantq; animos crimina noſtra leues.
Cum mihi blanda quies uictis ſubrepſit ocellis.
Et tenuit placidus pectora laſſa ſopor.
Tunc dea cui tellus, cœlum cui militat omne
Virgo mihi eſt tales fandere uiſa ſonos:
Stulti tui nobis prohibes quid carminis uſum?
Quid ue ſacerdoti numera grata meo?
Incipe, Bernardi (ſi neſcis) gloria noſtra eſt.
Quicquid habet, noſtro riuus ab amne trahit.
Hoc mihi Ioannes nunquam fuit arctior ille,
Qui datus eſt uitæ duxque comésque meæ.
Ille quidem dulces mecum permanſit in annos
Virginis intuitu colloquióque fruens.
Hic autem cœli cum iam data ſceptra tenerem,
Promeruit uultus cernere ſæpe meos.
Ille erat intacti cuſtos mihi corporis unus,
Hic noſtri curam nominis uſque gerit.
Sed quid plura? animis paribus mihi iunctus uterq;,
Nec minus ille mihi nec minus iſte placet.
Vixit uterq; parem ueneris ſine crimine uitam,
Virginitas bini pectoris una fuit.
His deus æquilocas ſublimi in uertice ſedes
Contulit, & lateri iuſsit adeſſe meo.
Eia age, quoſque pater tribuit mihi laudis honores
Sumat, & alternas detq; feratq; uices.
Aſpicis egregia quos condidit arte libellos,
Quo referant cantu nomen in aſtra meum?
Spiritus illa animis bene profectura malignus
Scripta tulit laudes quæ cecinere meas.
Proq; pio Iliadem Danaosq; induxit Ieſu,
Abdideratq; mei myſtica dicta ſenis.
Dumq; homines nugas miſeri ſectantur inanes,
Hæc pene in nulli ſcripta fuere locis.
Non tulit hoc ſummi temerata potentia ſceptri.
Perfidus ut noſtras hoſtis haberet opes.
Ipſa etenim tacito monui ſpiramine quendam
Qui mihi præcipuo munere uinctus erat.
Vt pia diſperſos reuocaret cura libellos,
Scriptaq; ſidereas quæ docuere uias.
Efficeretque die caderent ne exeſa uetuſto
Imprimeret breuibus ſculptor ut illa notis.
Et quia tam longo fuerat uitiata receſſu
Littera, iudicijs tergeret ante ſuis.
Hæc ego quæ tantos illum tolerare labores,
Hæc ego te faciles hortor inire modos.
At metuis ne forte rudi perarata cothurno
Liuor edax tetrico carmina dente petat.
Atque ſupercilio tua reſpuat orſa tumenti,
Contendatq; leues iſta decere uiros.
Nec ferat Aonias monachum reuocare ſorores,
Quas ſemel inuiſo iuſsit abire pede.
Euge ſuperuacuis horum latratibus obſtat
Perpetuo uates iunctus amore mihi.
Qui ferrugineis niueos ſuperaddit amictus,
Inclyta Carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulciſono celebrauit carmine geſta,
Stridentesq; truci Coſtidis ęre rotas.
Ille dabit faciles auras, portusq; ſecundos,
Hoc duce Scyllęos tranſgrediere canes.
Aſpicis ut clara ſtolidos ratione retundat?
Garruláque oppoſita clauſerit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit,
Atque meum dulci concinit ore decus.
Fare age, uirtutum cumulis & laudis honore
Quem deceat uati præpoſuiſſe meo?
Nam ſi grandiloquo liceat conferre Maroni
Carmina quòd paribus cantet utérque modis:
Hic tamen æternis tantum uirtutibus illo
Clarior eſt, quantum noctibus alma dies.
Nam quæ dona meo potui præſtare clienti,
Quæ minus illuſtrem conſtet habere uirum?
Quæritur eloquio quantum ualet ille nitenti?
Talis Ariſtocles Meoniusq; fuit.
Quæritur innocua quantum probitate coruſca?
Helias ardenti talis in axe fuit.
Hic doceat anguſtum uirtutis ſcandere culmen,
Et celerem uitijs impoſuiſſe modum?
Nil niſi quòd rigidi poſsint laudare Catones,
Nil niſi ſacrato Chriſtus in ore ſonat.
Hic mea dum celebri repetit præconia cantu,
Mille mihi æterno iunxit amore uiros.
Huic ego ſideream tanto pro carmine ſedem
Conſtitui, & regni gaudia ſumma mei.
Hunc tamen aſsiduo Bauius liuore fatigat,
Ingenio æquarit cœlica tecta licet.
At tibi quem nullo decorauit ſchemate Chriſtus,
Defuerint auidi murmura torua canis?
Celſior humanos peſſundabit ille fauores,
Solaq; perpetuæ præmia lucis auet.
Illius exemplo nugas contemne loquaces,
Nanque magis uirtus preſſa micare ſolet.
Inueniens omneis florenti laude uerendos
Inuidiæ facibus ſuccubuiſſe uiros.

Gaude igitur tanto quòd te dignamur honore,
  Vt tibi ſit noſter cauſa ruboris amor.
Incipe iam tali ductus ſtratagemate, quanuis
  Vaniloquus nullam donet Apollo lyram.
Noſtra ſecundabit curſus cynoſura patentes,
  Vt leuius cœptum perficiatur iter.
Nulla tuæ eſt, fateor nulla eſt facundia linguæ,
  Nec deus eloquium, ſed pia corda probat.
Graminibus pecudes paſcuntur, rore cicadę,
  Quadrupedum tygris ſanguine, corde deus.
Solue igitur propero tenuem de littore cymbam.
  Deducent curſus flamina noſtra tuos.
Dixit, & aereas fuerat iam lapſa per auras,
  Cœperunt ſenſus cum uigilare mei.
Grande opus aggredior, ueniam date iuſſa ſequenti,
  Cogitur inuito currere muſa pede.
Quęq; leui quondam latitans epigrammate luſit,
  Nunc grauiore meat Calliopęa gradu.
Non tamen acta ſuo digeſta ex ordine dicam,
  Pauca ſed è plena margine mira loquar:
Interea noſtro pater ô uenerande labori
  Annue, & ô ſacri doctor amoris ades.

Diui bernardi præ inſtauratione monaſticæ religionis prolata ſupplicatio, & accepta à deo promiſſio.

AStra decem celeri penetrarant ſecula curſu,
  Bis totidemq; pari luſtra peracta pede,
Ex quo lęthiferi reſecans contagia morbi
  Chriſtus ab intacta uirgine natus erat,
Cum genus omne boni facinus mortale fugarat,
  Fœdaq; terrigenis gaudia numen erant.
Vndique liuor edax, feritas, diſcordia, lites,
  Peſtis, bella, fames, & metus hoſtis erat
Omnibus, occiderat ſuperûm reuerentia terris
  Et decus & priſcæ relligionis amor.
Quinetiam ruptis errabat pauper habenis
  Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Rarus & incerta monachus ſtatione peragrans
  Non dabat authori debita uota ſuo.
Tunc proprias Benedictus oues miſeratus, Olympi
  Dicitur his regem ſollicitaſſe modis.
Maxime rex, parent cœlum cui, terra, fretumq;,
  Omnia qui nutu dasq; regisq; tuo:
Aſpicis ut longo probitas male frigeat æuo?
  Aſpicis ut toto ferueat orbe ſcelus?
Cernis ut aduerſis agitetur fluctibus omnis
  Relligio, & nullo milite fulta cadat?
Ille meus quondam teneris bene cultus ab annis
  Quo fugit antiquæ relligionis honor?
Quemq; ego tam lata moriens ditione reliqui
  Ordinis heu noſtri dic mihi feruor ubi eſt?
Iam mea progenies tandem, niſi protinus illi
  Proſpicis è ſummo culmine, pulſa cadit.
Surge age, iamq; hominum ſortem miſeratus acerbã
  Erue de tantis pignora noſtra malis.
Dixit, & ex alto totam qui temperat orbem,
  Occepit tales protinus ore ſonos.
Optime dux uario cœlum qui milite complens,
  Qui fueras noſtra pars modo prima ratis:
Parce pio Benedicte metu, nam morte tuorum
  Mœnia ſunt ducibus reſtituenda meis.
Mœnia quæ tantis agitata furoribus ardent,
  Mœnia quæ petri iacta fuere manu.
Reſpice quem teneris puerum mihi mater ab annis
  Obtulit, & patriam Gallica terra dedit,
Spiritus hunc pleno radiatum pectore ſanctus
  Efficit Moſi relligione parem.
Cernis ut ille mei ſtimulis agitatus amoris
  Iam terat aſsiduo limina ſancta pede?
Aſpicis ut pulchro rutilet ſub pectore uirtus?
  Inſcipe uenturum ut teſtificatur opus.
Niligenas tanto monachorum principe cœtus
  Reſtituent ſeptis tempora læta tuis.
Angelicis poſtquam cõpleuerit omnia turmis,
  Deſieritq; tuam compoſuiſſe domum,
Tunc etiam Petri nimium iactata quieſcet
  Huius ab auſpicio tuta carina uiri.
Solus hic ingentes monachus tractabit habenas
  Orbis, & extremo iura ſub axe dabit.
Quæq; uides tumidis conſurgere uiribus arma,
  Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis conſurget moribus ætas,
  Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinetiam extremi bonitas cum tempore ſecli
  Nulla erit, & toto fugerit orbe fides,
Aureus ecce tuo ſurget de uimine palmes,
  Siccaq; nectareus perfluet ora liquor.
Vrbs Pataui illuſtres præbebit palmitis ortus,
  Hinc feret auxilijs germina læta meis.
Ipſe etiam tanto producet fœnore fructus
  Vt fateare tua non eguiſſe manu.
Quare age, tam clari proleſne germinis unquam
  Deficiat, nullo ſollicitere metu.
Hæc ait, & ſummo paracletum mittit ab axe,
  Bernardumq; ſuo concremat igne deus.

Bernardus quatuor, germanis fratribus in eandem ſententiam adductis religionem ingredi ſtatuit.

ILle deo plenus, faciem moresq; pudicos
  Induit, & mentis improba ſenſa fugat.
Iamq; puer tenero claudebat pectore numen,
  Et decor egregij maximus oris erat.
Hunc qui ſolerti ſpectabat lumine, dixit,
  Et ſpeciem & mores uirginis iſte gerit
Candida cui roſeo facies ſuffuſa rubore,
  Et grauitas dulci mixta lepore fuit,
Prima iuuenta graui uoluebat ſeria ſenſu
  Quæ ſolet in faciles luxuriare iocos.

Ferre

Terræ fixa acies, modici ſine murmure riſus,
  Iſta uerecundi ſigna pudoris erant.
Grata quies animi fuerat, ſoluſq; peragrans
  Sæpe dabat querulo talia corde puer.
Cur mea mens breuibus miſeriſq; exercita curis
  Excipis humanas irrequieta faces?
Quando erit ut poſita uariorum mole laborum,
  Diſcat in authorem uita redire ſuum?
Si cupio excelſi ſpectare cacumina cœli,
  Deprimis innata conditione caput.
Hinc pater, hinc genitrix, atq; hinc mea cura ſodales,
  Diſtrahit & ſenſus quęq; fauilla tuos.
Sed Deus ipſe uia qua ſit mihi monſtrat eundum,
  Et reſerat ſacræ religionis iter.
Nuper ſtructa, humilis latitat ſub paupere tecto
  Sancta quidem ſed non ambitioſa domus:
Ciſterciiq; patres habitant ea limina pauci,
  Inſtituunt leges qui Benedictæ tuas.
Hic ego cœlitibus figam mea limina regnis,
  Hæc requies noſtri ſola laboris erit.
Si mihi noſtra ferant peregrinos arua lapillos,
  Sitq; meum toto quicquid in orbe pater.
His tamen æternos pudeat conferre triumphos,
  Gaudiaq; extremum non habitura diem.
Quid moror ah demens, uel qd data tẽpora perdo?
  Plurima commiſsis addidit una dies.
Talia flammata librarat pectore dicta,
  Propoſitiq; grauem fixerat inde pedem,
Cum iuuenis tenera ſuperatus imagine fratrum
  Fleuit, & hæc dixit præda petenda mihi eſt.
Dixit, & in ſuperum germanos regna ciebat,
  Sic repetens animo gaudia nata ſuo.
Nuper in aduerſis errabam naufragus undis.
  Nunc mihi cœleſtis meta reperta uiæ eſt.
Meta reperta mihi eſt quæ cœlibis ocia uitæ
  Explicat, & tutum religionis iter.
Hanc igitur mecum celeri contendite curſu
  Arripere, & tanti lucra referre boni.
Et Deus & cœli noſtri ſunt cauſa laboris,
  Efficient pugnam præmia tanta leuem.
Quis furor eſt opibus animos ſeruire caducis
  Quos Deus in ſuperum regna beata uocat?
Cur igitur fratres, cur uos terrena morantur
  Hoſpitia? infeſto ſoluite colla iugo.
Nec mora, tam facili germanos uoce coegit
  Annuere, & proprios deſeruiſſe lares
Tunc, modo ſuppreſſus, uicina inuoluere tecta
  Incipit, & lato ſpargitur ore focus
Namq; pares ſancta ſocios ut quæreret arte,
  Augeretq; ſuo regna ſuperna grege,
Conſpicuum forma iuuenem, decus omne ſuorum,
  Non puduit medio ſpargere uerba foro.
Et modo cœleſtes populis memorare triumphos,
  Et modo Cerberei regna tremenda canis.
Artifici innumeras gentes ſermone trahebat
  Sola docens ſummi caſtra ſequenda ducis.
Illic condenſas glomerabant agmina turbas,
  Quocunque optatos uerterat ille pedes.
Tunc comitum illuſtris numeroſo ex agmine cœtus
  Hæſit, & huic firmo fœdere iunctus erat.
In quodcunque uelit pedibuſq; animiſq; parati
  Deduxiſſe bonum religionis opus.
Vna omnes parili ſocios feruore uoluntas
  Iunxerat, immenſum compuleratq; gregem.
Omnibus una domus fuerat, cibus omnibus unus,
  Vitaq; diuini plena timoris erat.
Atq; petens ſparſam gelidus gladiator arenam
  Apta prius uacuis ictibus arma probat,
Sic iuuenes ualidis monachorum tela lacertis
  Torquentes uitiis aſpera bella mouent.
Sicq; prius ſacras poſito quàm murice ueſtes
  Induerent ueteres deſeruere uias.

Diui Benedicti habitum Bernardus cum ſocijs amplius quàm .xxx. in Ciſtercienſi cœnobio induit, ibiq; breui ſanctiſsimus efficitur.

IAmq; dies uotiua aderat qua ſancta renaſci
  Debuerant animo pectora iuncta pari,
Cum puer ipſe, uirûm celebri comitãte caterua,
  Sydereumq; polo iam reſonante melos,
Clauditur in ſeptis, ueteremq; exutus amictum
  Tegmina iam ſanctæ ruſticitatis habet.
Cellula parua nouæ capiebat tempora uitæ,
  Cellula iudicijs ſemper amata ſuis.
Hic didicit ſummi penetrare cacumina cœli.
  Hic didicit culto quicquid ab ore fluit.
Hic didicit curare nouo ceromate morbos,
  Solus & extinctam uiuificare fidem.
Munera tãta quidem modicos bene culta per annos
  Donat amatori cella beata ſuo.
Dicite uos auido teritis qui compita paſſu,
  Qualia clamoſo lucra reperta foro?
Non ille ingenium uario problemate cœpit
  Obruere, aut ſtudijs illaqueare nouis.
Cura prior ſtimulos Veneris domitare furentes,
  Atque animi motus compoſuiſſe fuit.
Cura prior triſti luerent ut crimina planctu,
  Quam caperent tumidum pectora læta ſophos,
Cura prior ſuperum nitida caligine pectus
  Induere, & ſenſus mortificare ſuos.
Chriſtus ob id tanto repleuit honore clientem,
  Sæpe ut cœleſtes cerneret ille choros.
Quid referam quoties ſummi regina theatri
  Nectareos illi uiſa mouere ſonos?
Sæpe ſuum uirgo famulum uenerata ſolebat
  Viſere, & ambroſias ſæpe referre dapes.
Nunc age, qualis erat meditanti in pectore uirtus
  Accipe, nam breuibus perſequar ipſe modis.
Ante ſalutarem curuato poplite Chriſti

Effigiem,lacrymas,uota,preces q; dabat,
Confixas q; trucis ſpectabat uulnere plantas,
Oſſa q; diſtinctis dinumeranda notis.
Iam q; gemens tremula fundebat uoce querelas
Verba q; montanas apta mouere feras.
O decus,ô noſtri lenimen Chriſte doloris,
O mihi tam duro parta labore ſalus.
Fœlix ſi tantas in me conuertere pœnas,
Et liceat miſero ſi mihi poſſe mori,
Ipſe immaturos auſim decerpere fructus:
Chriſte tamen dentes obſtuere tui.
Sydera,terra,fretum,domini miſereſcite ueſtri,
Flete meos caſus,ſydera,terra,fretum.
Talia dum memorat,domini pendentis imago
Soluit in amplexus brachia mota ſuos.
Talis in excelſo regnabat principe uirtus,
Talis in ardenti pectore feruor erat.
Sic nouus interno gaudebat nectare miles,
Intima q; æternus ſtrinxerat oſſa calor,
Vt mortale nihil ſaperet,terrena q; ſemper
Dediſcens,Chriſti raptus amore foret.
Noctibus in lacrymas faciles ſoluebat ocellos,
Et minimi durus criminis ultor erat.
Carnibus abſtinuit,magni q; ab domine piſcis,
Sedebat q; ſitim ſimplicis humor aquæ.
Artibus his ſummam uirtutum uenit in arcem
Sic peragens lætos prima iuuenta dies.
Vixerat hic dulces iamdudum inglorius annos,
Tempora nec ueræ plena quietis erant:
Cum Deus ipſe pio diſponens omnia nutu,
Bernardum ex humili iuſsit abire loco,
Nomine clara quidem,ſed clarior omine uallis
Conſita uicina ſub regione fuit.
Miſſus in hanc ſacras referens pater optimus artes,
Condidit imperio clauſtra regenda ſuo.
Perfidus,& ſcelerum defeſſus mole ſuorum
Huc ueniens,poſito crimine tutus erat.
Quique peregrino rutilabat murice quondam,
Hic didicit cultu pauperiore tegi.
Nec pudor hic curuis agitare ligonibus arua,
Et trahere inuitos ſub iuga panda boues.
Hic ſpes uera,fides,probitas,reuerentia,cultus,
Et decor antiquæ religionis erat,
Veſtis dura,cibus tenuis,rigidi q; labores
Semper,& exhibitis condita clauſtra feris.
Vix dabat aſsiduo defeſſus uomere fructum,
Sic locus hic ſterilis pauperior q; fuit.
Quæ q; ſolent miſeris præſtare cubilia frondes,
Hæc etiam monachis fercula læta dabant.
Omnis odoratis populus uirtutibus ibat.
Gaudebat q; leui ſubdere colla iugo.
Nunc ego,quæ latitans clauſtro miracula ſanctus
Ediderit populis concelebrata canam.
Non procul inde uirum nimio circundedit æſtu
Febris,ut extremam crederet ire diem.
Non ille Aemonio potuit medicamine morbus
Curari,aut medica conualuiſſe manu.
Itur ad excelſi ueneratas militis ædes,
Auxilium q; humili poſcitur ore pium.
Ille ierat,lacrymis q; Deum precibus q; rogarat,
Vt celerem moriens ſumeret æger opem.
Protinus ex alto languens reſilire cubili
Cernitur,& ualido quolibet ire pede.
Hinc iam Bernardus toti innoteſcere mundo
Cœpit,& ex illa clarior eſſe die.
Vndique uicinas uolitabat fama per urbes,
Miratur q; nouę quiſque ſalutis opus.
Audijt,& læto properat Germania curſu,
Quique colunt fines Betica terra tuos.
Ille oculis captam matrem,nunc ille parentem
Aduehit,extremo currit ab orbe miſer.
Spirituum tetro uexatus quiſque furore
Pergit,& infeſto liber ab hoſte redit.
Loripedes etiam plures lectica uehebat,
Vt pia naturæ dextra nouaret opus.
Ille crucis tantum decorabat pectora ſigno,
Sic poterat placita quiſque ſalute frui.
Aeger Apollineas docti q; Machaonis artes
Qui coleret,toto nullus in orbe fuit.
Tanta inerat facili ſermone potentia ſancto,
Tam celeris ſacro uenit ab ore ſalus.

Bernardus Innocentium pontificem maximum a Petro Leonis expulſum ſedi apoſtolicæ mirabiliter reſtituit.

INterea Latias gladijs ſtridentibus urbes
Exagitat Stygio miſſus ab amne furor.
Roma q; tartareis nimium uexata colubris
Frendit,& inſana ſeditione furit.
Quodque Panomphei lacerabat templa tonantis,
Fœdifragum Petri ſchiſma Leonis erat.
Hic male dum ueterum titulis & laude ſuperbit,
Pontificis ſummos pugnat adire gradus.
Cum q; alius,ſacro procerum dictante ſenatu,
Debuerat ſedem Chriſte tenere tuam,
Ile tamen diro proſternens omnia ferro,
Immeritum templi ius dabat omne tui.
Iam q; ſacerdotes præſtanti laude uerendos
Expulerat,ſancta ſolus in urbe potens.
Quique Leonigenas renuerunt ſumere partes,
Proh facinus gladio ſuccubuere truci.
Enſibus hic tumido bacchantibus agmine,Chriſti
Viſcera,Romanæ diripiuntur opes.
Nec furor hanc belli peſtem intra mœnia clauſit,
Gorgoneum toto uirus in orbe fuit.
Nam qui legitimas paſtor retinebat habenas,
Multa dabat meritis templa regenda uiris
Perfidus at contra temeratis legibus alter
Templa ſacerdotes iuſsit habere ſuos.

Ergo hinc Chriſticolas uolitabant bella per urbes
Dum cupit alterno quiſque ſubeſſe duci.
Sic q; per ambiguas errabat cymba procellas
Vt foret incerto iam peritura mari.
Ipſe pater,ueræ fidei,pecoris q; magiſter
Vix poterat propria delituiſſe domo.
Quid faciat? timido repetat ſi remige portum
Certat in aduerſas ire magiſter aquas.
Deſerat ipſe ratem medijs Palinurus in undis?
Hoc prohibet ſanctę religionis amor.
Sed tandem rabidi defeſſus Marte Leonis
Cedit,& Hethruſco uectus ab amne fugit.
Sic tamen interea lachrymis affatur obortis
Quos dederat profugę Chriſtus ineſſe rati.
O ſocij aduerſa fœlices ſorte futuri,
Dummodo ſiderei ſint rata dicta ducis
Auxilium ſancto,niſi ſit ſpes uicta,labori
Fidite,cœleſti ſemper ab arce uenit,
Maximus ille pater,Gallorum gloria regnis
Cuius iam toto nomen in orbe micat,
Ille quidem lapſis poterit ſuccurrere rebus.
Hæc requies longis ſola reperta malis.
Hunc etenim uirtute uirum ſigniſque potentem
Quis neſcit facili uoluere regna manu?
Hic ego ſecuro ſtatuam ſub ſydere puppim,
Hic poterit placido tuta latere uado.
Nec mora,Tyrrheno ſpumantibus ęquore roſtris
Excepit profugum Gallica terra ducem.
Sic q; peragrato Gallorum limite,ſummus
Candida per ſyluas paſtor ad antra uenit.
Occurrunt longo uenientibus ordine patres,
Præuia Chriſtiferæ ſigna fuere crucis,
Pſallentes q; pio mulcebant nubila cantu,
Talis in abiecto milite pompa fuit
Hos Romanus eques nimium nimium q; beatos
Quos uidet in tanta degere pace,uocat.
Et modo continuis celebrata ſilentia clauſtris
Et modo parthenij laudat honoris opes.
Nil ibi quod rapida cuperet nouus aduena mente.
Nil niſi præcipui candor amoris erat.
Panis,poma,nuces,hortenſis q; herba legumen,
Deliciæ abductis iſta fuere uiris.
Maximus interea Chriſti ſua fata ſacerdos
Tam longę cauſas expoſuit q; uię.
Tunc pater ipſe ſui ueritus mandata magiſtri
Accepit profugæ uela tuenda ratis.
Non ego multiloquo ſeptem tolerata per annos
Carmine fata notans ſingula quæque canam.
Nec referam longo quos pertulit ille labores,
Dum cuperet laceram compoſuiſſe fidem.
Summa ſequar tantum celebris faſtigia facti,
Atque inerit chartis exitus ipſe meis.
Imperium tenuit Romano in culmine ſummum
Lotharius tanti tempore diſsidij
Ille uirum merito ſanctum celebrabat honore,
Congaudens lateri ſemper adeſſe ſuo.
Hunc adijt,rogitatque ſenex ut fortibus armis
Reſtituat patriæ ſacra deos q; ſuæ.
Annuit,& ualido glomeratis agmine turmis,
Aggreditur ſanctæ rex pietatis iter.
Hinc precibus meritis q; pater Bernardus opimis
Atque hinc Lotarij caſtra fuere ducis.
Sic graditur ſummus Romana ad tecta ſacerdos,
Hinc atque hinc duplici tutus ab arce ſedens
Ventum erat ad ſummi celeberrima templa tonātis,
Vera loquar,facili ſed grauiora fide.
Non lituos,non caſtra duci,non bella mouere,
Non opus ardentem conſeruiſſe manum.
Vnius(ô fœlix)monachi reuerentia tantum
Terruit audaces ſæua per arma uiros.
Ipſe autem tanti fuerat qui turbinis auctor,
Audijt hos humili triſtis ab ore ſonos
Petre tuam ſubito licuit mihi ſcindere uitam,
Et Phlegethonteo præcipitare lacu.
Tu tamen,ut gemitu ueniam merearis acerbo,
Tres tibi pro grandi munere ſume dies.
Dicta fides ſequitur:iam tertius ordine Titan
Fulſerat,extremum clauſit & ille diem.
Protinus expaſsi referantur ouilia ualuis,
Et refouent ſparſos lata per arua greges.
Quod fuerat rabidi ſancitum lege Leonis,
Deijcit hoc ſumma præſul in urbe ſedens.
Iam poterant læti tractare negocia ciues,
Et rigidam tandem uertere arator humum.
Omnibus hic igitur placida ſub pace locatis,
Sanctus in optatos ſe tulit inde ſinus.

Bernardus Romana eccleſia fœlici pace donata, in Galliam honoriſice redijt ibique ſanctiſsimam domino animam reddidit.

PRætereo eximij tacitus miracula patris
Quæ fuerint longę tempore facta uiæ.
Fœlices etenim nimium nimium q; fuere,
Hoſpitio illuſtrem qui tenuere uirum.
Quique ſacrum uoluit populus retinere parentem
Obuius in longas ibat ab urbe uias.
Gaudia quiſque nouo gradiens teſtatur amictu,
Occurrit q; pio uir q; puer q; ſeni.
Luctus abit,lætis reſonat concentibus æther,
Feſta q; depoſitis artibus hoſpes agit.
Vndique purpureos ſpargunt per compita flores,
Et redolent ſacris thura peruſta focis.
Perque uias pueri ramos ſtrauere uirentes;
Compita ſubiectis tecta fuere togis.
Sic quondam ſolymis,inopum quem uexit aſellus,
Excepit reducem grata caterua deum.
At poſtquam optati conſedit limine tandem
Hoſpitij plaudens undique turba ruit.
Vndique turba ruit tanto glomerata tumultu,

Vt nequeat laſſum limine ferre pedem.
Tot quoque difficili languentia corpora morbo
Obtulerant, facili reſtituenda manu,
Vt male uel modici fuerit data copia ſomni,
Nec tulerit properas menſa peracta dapes.
Sicque peragratis Gallorum finibus, abbas
Contigit optato clauſtra beata pede.
Tunc nemora, & patrij lapidoſa cacumina montis
Aſpiceres domino plaudere cuncta ſuo.
Vtque ſolet multo non uiſam tempore matrem
Expetere, & plaudens baſia ferre puer,
Sic hilares uiſo monachi paſtore reſultant.
Oſculaq; alternis dantq; feruntq; genis
Tunc, modo qui fuerat titulis ſuper æthera uectus,
Cernere quem magni concupiere duces,
Ecce uirum poſito ſpectares præſule ſanctum
Sarcula iam manibus corripuiſſe ſacris.
Et quibus ipſe humeris laſſus conſederat orbis,
Cernitur intexto uimine ferre lutum.
Bis centum æthereo plaudebant agmina regi,
Quæ bonus ex omni traxerat orbe pater.
Hæc fuerant tanto populis celebrata fauore,
Sic coluit ſanctum uirq; puerq; gregem,
Totus ut ex illo reſonans contenderet orbis
Sacratum pariter detinuiſſe ducem.
Tunc Romana ſuo decoranda antiſtite templa
Eugenium ex humili ſurripuere domo.
Tunc etiam innumeræ diuerſis partibus urbes
Inde ſibi ſacrum conſtituere caput.
Talibus acta uiris nulla exagitante charybdi.
Sancta ſuper tenues cymba fluebat aquas:
Aurea iam poſito currebant ſecula faſtu.
Temporaq; hæc nullis nigra fuere malis.
Omnia diuinas reſonabant compita laudes,
Iam dabat angelicum terra fretumq; melos.
Hæc tamen ante alias longe celeberrima ualles
Quam coluit magni duxq; paterq; gregis.
Iamq; decem ſenos luſtris properantibus annos
Clauſerat extremo curua ſenecta pede.
Atque ſeneſcenti titubantia corpore membra
Pondere continui fracta laboris erant.
Nec tamen auſteri laxauit fræna ſenectus
Culminis, aut celeres ſiſtere uiſa rotas.
Sed uelut in uiridi properabat fortius æuo,
Vt leuis ad palmæ præmia currit equus.
Vtq; ſolet cantu modulos iterare canoro
Dulcius ad mortis limina ductus olor,
Sic dedit ille ſonos ſupremo in limite dulces,
Scriptáque decrepiti mira fuere ſenis.
Nam pater æternos ſenio confectus amores
Expoſuitq; ſacris oſcula lata modis.
Iamq; inſtare uidens cœleſtis gaudia uitæ
Impoſuit uili languida membra toro.
Grex bonus ingemuit, circunfuſusq; iacenti
Talia ſolicito murmure dicta dabat.
Ergo ne iam miſeros pater ô uenerande nepotes
Fert animus medio deſeruiſſe mari?
Quis nam igitur triſtes, uel quis ſolabitur ægros
Paſtor? & ætherei calcar amoris erit?
Quis pater attonitos inopesq; tuebitur agnos
Ne lanient auido uiſcera dente lupi?
Quis poterit miſeris nodos aperire latentes
Legis, & eloquij myſtica uerba ſacri?
Quis nunc torpentes animos, & frigida corda,
Curabitq; leui uulnera noſtra manu?
Ah nimium properata tuæ cita tempora uitæ,
Ah nimium læthi fata ſeuera tui.
Quid iuuat aſsiduis defeſſum uocibus, olim
Clauigerum nobis conſuluiſſe patrem.
Ne quis forte ſuo populus pro præſule noſtrum
Surriperet ſancta calliditate caput:
Inuida ſi noſtros nimium populata labores
Audet honoratum tollere Parca ducem.
Tu tamen ô facili nutu qui ſydera torques
Necte iterum uitæ fila reſecta tuæ
Vt cum fulta tuo fuerit domus iſta labore,
Lætior acceptum cernat abire patrem.
Mo us erat dictis ſenior, paulumq; leuatis
Luminibus, tenui rettulit iſta ſono.
Iam mihi ſumma quies, iam præmia læta parantur
Dulcis adeſt eandem funeris hora mei.
Sed uos fœmineo quid funditis ore querelas;
Quid iuuat emeritum detinuiſſe ſenem?
An ne prius toties dixi mea funera uobis,
Ne ſubitus nimium læderet oſſa dolor?
Chriſtus, Olympiaca fuero cum ſede locatus,
Auxilium noſtro maius ab ore pluet.
Nunc meus hic luteo circundatus aggere ſenſus
Vix habet unde ſuas contueatur opes.
Vos tantum ſuperi retinentes iuſſa parentis,
Ite per arreptum religionis iter.
Non uos blādus honor, nō uos labor improbus unq̄
Non reuocet toto quicquid in orbe patet.
Quid mihi ſi lituos inter facilesq; choreas
Duxiſſent lætos tempora noſtra dies.
Quid mihi præteriti prodeſſent gaudia faſtus,
Vrgerent Stygias ſi modo ferre faces?
Sed tandem tremulum uocat in ſua regna clientem
Chriſtus, & hinc celeri me iubet ire pede.
Vos igitur fratres, nati, patresq; ualete,
Et mea ſub memori condite dicta ſinu.
Talia uix breuibus dederat mandata loquelis,
Saucia ſollicito corda dolore leuans,
Cum niueus lacrymas inter gemitusq; ſuorum
Spiritus, abiecto corpore, celſus abit.
Ipſa per aerios uirgo nitidiſsima tractus
Viſa eſt cœleſtes ducere læta choros.
Purpureamq; trahens animam ſuper arce locauit

Empyrea, lateri compoſuitque ſuo.

Sanctus Bernardus nō tantum antiquis Heroibus, ſed Chriſtianis quoque martyribus iure optimo præponitur.

HActenus excelſi mirabar Cæſaris arma
Cui dedit æthereū Martia Roma decus.rā,
Hannibalisq; trucē Romano i ſāguine dext
Et Macedum clari geſta ſuperba ducis.
Mirabar patria pro libertate furentes
Scipiadas, Decios, Aemiliosq; graues.
Nec minus ingenti decoratum laude fatebar
Qui celerem rapido torruit igne manum.
Cuique dedit clarum generoſo ex ordine nomen
Aphrica, quo fœlix conſule Roma fuit.
Et qui Sublicium tutatus pectore pontem
In Tyberis rapidas deſilit altus aquas.
Quique Quirinalis poſito modo conſul aratro
Arma triumphato uictor ab hoſte tulit.
Et qui uectus equo radians fulgentibus armis
Se potuit ſciſſo præcipitare foro.
Quique per adiunctas primæuo in Marte catenas
Ionias Tyrio ſanguine tinxit aquas.
Illum etiam titulis rebar ſuper æthera uectum
Qui tenuit Phrygios obſidione lares,
Iliacosq; inter proceres qui Marte ſuperbo
Inclytus, Emonio tractus ab axe perit.
Quique gigantæo ſuperauit robore monſtra,
Vnde Molochæi ſigna leonis habet.
Hos ego credideram nimium nimiumq; beatos
Qui tulerant forti nomen in aſtra manu.
Hos puer egregio ſimplex uenerabar honore,
Cum legeret numeros prima iuuenta leues.
Nunc ſi Bernardo ueteris præconia famæ
Contulerimq; meo fortia facta ſeni,
Quæ modo Threicio fuerant celeberrima cantu
Viſa puellari nunc mihi digna ſono.
Fama uetus taceat, cedant ueterumq; triumphi,
Chriſtigenam meritis ſollicitare uirum,
His etenim fictæ fuerat uirtutis imago
Huic arete pleno pectore uera fuit:
Hic Marti & phœbo gelidis libamina ſaxis
Obtulit, hic uero candida corda deo.
Illi terrificis domuerunt barbara bellis
Mœnia, & ingenti tecta ſuperba manu.
Hic uada tartarei domuit Phlegetontis, & omnes,
Spirituum ſteterant ad data iuſſa chori.
Hi uarios celebri ſubierunt Marte labores
Pro patria pulchrum ſuccubuiſſe rati.
Hic tulit aſsidua gelidos ſub morte dolores,
Schiſmaticam cupiens conciliare fidem.
Illis falſus honos & inanis glória famæ,
Solus at huic Chriſti cauſa laboris amor.
Forte triumphatis regionibus, ampla
Theſauros patriæ dona dedere ſuæ.
Hic autem miſeros moriens dat habere nepotes
Munera quæ nullo ſunt moritura die,
Munera quæ mores inſtaurauere pudicos,
Hæc ſunt quæ ſacra ſcripſerat ille manu.
Sed quid ego Herculeas Pygmeis carmine uires
Aſsimilo? & Phario flumina parua mari?
Optima mutato repetam præconia cantu,
Et pater exemplo te meliore canam.
Nam tibi cur uanos auſim conferre Quirites
Qui melior quouis martyre ſanctus eras?
Grande quidem fuerat ferro flammisq; necari
Nec tamen æternam deſeruiſſe fidem.
Maius opus uitæ ſummo uerſari in culmine rerum
Nec tamen ulla animos ambitione premi.
Maius uitæ rigidum tenuiſſe cacumen
Semper, & anguſtum relligionis iter.
Bellaq; ſpirituum telis agitata malignis
Maius opus forti corde tuliſſe fuit.
Fulmineos alij mirentur martyris arcus,
Laurentiq; auido quos tulit ore rogos.
Vulnera Chryſogoni iactent, Pauliq; catenas,
Euſemiæq; truci membra reſecta manu.
Mirenturq; graues ſanctorum funera, pœnas,
Bella, crucem, gladios, uerbera, tela, faces.
Solus inexhauſto mirabor corde labores
Quos pater æterno raptus amore tulit,
Nam ſi Chriſtigenûm cædes, tormenta, labores
Colligis, & fuſi ſanguinis omne decus:
Cedent cuncta oneri quod pertulit ille beato,
Lapſuram cupiens ſuſtinuiſſe domum.
Nanque alij lacera ſenſerunt carne dolores,
Hic autem medio uulnera corde tulit.
Ergo animus quantum membris generoſior ipſis,
Martiribus tantum celſior ille fuit.

Commendatio muneris à ſanctiſsima de igenetrice Maria nobis collati, cum nuper diui Bernardi opuſcula imprimi curauit.

POſtq̄ ſancta polos cœliq; decemplicis orbes
Trāſcenditq; nouem uirgo parensq; choros
Aethereamq; petēs ſocijs ſpectantibus arcem
Regna tenet nullo deſtituenda die:
Humanis nunq̄ precibus noſtręq; ſaluti,
Defuit, aut luteas ſpernere uiſa domos.
Sed potius ſummi moderata eſt principis iras,
Spiculaq; in noſtros eiaculanda lares.
Auxilium ſceleri uiſa eſt præſtare nefando
Sæpius, atque humilis conciliaſſe reos.
Illa dedit miſeris ueniam, totumq; per orbem
Illius ex miti depluit ore fauor.
Innumeros etiam Populos uix ægra trahentes
Oſſa fame, immodicas iuſsit habere dapes.
Cumq; foret Latias peſtis male iacta per urbes,
Curauit ſtygijs ulcera miſſa uadis.
Illius optatos totiens experta fauores

Teſtis adeſt tanti Brixia noſtra boni.
Brixia, quæ quondam populis lacerata malignis
Turgebat, medica non adeunda manu.
Brixia, quæ capitis medio confecta gerebat
Vlcera, quæ ſubitę cauſa fuere necis.
Nunc autem Mariæ precibus adiuta triumphat,
Et peragit lætis ocia grata choris.
Pulchraq; præcipuum Mariæ teſtantia munus
Templa locat, Parij marmoris inſtar opus.
Hæc & plura parens Chriſti ſanctiſsima nobis
Contulit, in miſeras officioſa preces.
Hoc tamen audenti liceat dixiſſe camœna,
Atque animi ſenſus exeruiſſe mei.
Humano nunquam generi, noſtroq; decori
Parthenice tantum muneris alma dedit.
Quantum grata ſuo nuper cum munere nobis
Protulit hæc breuibus ſcripta legenda notis.
Protulit ipſa quidem, proprio nam diua clienti
Iuſsit ut egregij quæreret orſa ſenis.
Iuſsit, & ecce nouum fuerant quæ ſparſa per orbem
Scripta uolens uno margine cuncta leges.
Scripta triumphales cœli reſerantia ualuas,
Scriptaq; communi ſuſcipienda manu.
Omnis nanq; datis ætas ſexusq; libellis
Perfruitur, Latio ſi tamen ore ſonat.
Quiſquis ades, ſi forte tuę tibi cura ſalutis,
Hæc fuerint animæ grandia dona tuæ.
Si cupis optata connubia ducere prole,
Atq; maritali ſuccubuiſſe iugo.
Hic potes egregios morum decerpere fructus,
Qui tribuant natis nomina rara tuis.
Si tamen eloqui tantum tibi cura nitentis,
Hic fuit eximio non Cicerone minor.
Quod ſi forte pio iuuat indulgere labori,
Et populos Chriſti iuſſa docere rudes.
Hic documenta tibi uarias ſpargenda per urbes
Collige, quæſitis hic meliora dabit.
Cum uoluit placido demulſit pectora ſenſu,
Cum uoluit rigido terruit ore reos.
Quod ſi cœlitibus iuuat indulgere tuendis,
Tutius atq; humili delituiſſe caſa:
Hic tibi præcipuo ſemper uenerandus honore
Author, & æterno dignus amore coli.
Hunc relegens ſummo lætus ſpatiabere cœlo,
Et poteris ſtygios triſtis adire lacus.
Ante oculos noſtri pinget tibi principis ortus,
Et paſtorali numina nata domo.
Hinc atque hinc dulci reſonat modulamine Ieſus,
Et Mariæ illuſtri nomina culta ſono.
Candida tartareo ſtatuiſſe ex hoſte trophæa,
Anguigerumq; docet diſſecuiſſe caput.
Et quibus ille dolis miſeros, quibus artibus alter
Decipiant paſcens ſancta per arua pecus.
Qui legit, expleri nequit, ardeſcitq; legendo,
Et dolet aſſueti cum uenit hora cibi.
Efficiunt animos aliorum ſcripta tumentes,
Et nimium ſparſis luxuriare comis.
Hæc autem mundo paracletum in pectore condent
Accendentq; nouis frigida corda focis.
Hæc tibi marmoreo lachrymas de pectore dulces
Elicient, animæ gaudia ſumma tuæ.
Denique cuncta noui ueteri q; uolumina ſenſus
Solus hic eximia continet arte liber.
Hæc igitur toto monachi contendite curſu
Arripere, & tacito condite dicta ſinu.
Vt uos ſidereum faciant conſcendere culmen
Cœleſteſq; inter regna tenere choros.
Vos quoq; Chriſtigenæ, genus immortale cientes
Parthenicum medio figite corde ſenem:
Vt cœli terræq; graues eliminet iras,
Et reſeret clauſi limina celſa poli.

Beati Bernardi metricum teſtamentum. Et primn ſui prioris interrogatio.

QVæ uitæ forma, q mores, quę ſacra norma,
Quid deceat, quid nō, īſtrue ſancte pater.

Reſponſio ipſius Bernardi.

QVæ feci primo, uobis facienda relinquo.
Nullum turbaui, diſcordes pacificaui.
Læſus ſuſtinui, nec mihi complacui.

Errores aliquo ſicut quędam uet. codi. ſic corrigendi.

fol.326 pag.2. columna prima eſt ubi tit. de amore Dei. quidam codex uetus habet de uero Dei amore liber primus
Ibidē columna ſecūda ī poſtilla linea .18. cæco meo.
fol.330. pag.2. columna.2. in tit. de digni. amoris diuini uet. codex habet de uero dei amore, liber ſecūdus.